Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

.228

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

4.6.228

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

PROMPTUARIUM
JURIS PRACTICUM,

AD MODUM
LOCORUM COMMUNIUM,
ORDINE ALPHABETICO,
Ex probatiſſimorum JCtorum Scriptis practicis, cum
annotationibus eorum, quæ mutata ſunt in foro Saxonico,
PER ORDINATIONEM PROCESSUS SAXONICAM RECOGNITAM, SELECTUM,
Atque in gratiam
Practicorum, inprimis autem eorum, qui, ſive cauſis
in foro perorandis occupati, ſive in negotiis judicialibus vel
extrajudicialibus peregre conſtituti, librorum ſuppellectilem
ad manus habere nequeunt,
in vicem
BIBLIOTHECÆ JURIDICÆ PORTATILIS,
publici juris factum,

PARS POSTERIOR.
Editio altera, auctior & correctior,
ſtudio & cura

JO. GEORGII BERTOCHII,
J. U. D. & Senatoris Civitatis Zittavienſis.

Cum Privilegio S. Maj. Reg. Pol. & Elect. Sax.

LIPSIÆ & ZITTAVIÆ,
Sumtibus JOH. JAC. SCHOEPSII,
MDCCXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

L.

LÆSÆ MAJESTATIS CRIMEN.

CRimen Læſæ Majeſtatis committitur tantum a ſubditis & incolis, etiam clericis: non item ab advenis aut extraneis, neque a vaſallis, niſi ſimul ſint ſubditi, *vid. Bachov. ad Treutler. Vol. 2. Diſp. 32. th. 1. lib. b. Hopp. ad verba: qui contra Imperatorem, §. 3. J. de public. judic. Berger. jurisprud. crimin. p. 121.*

2. Crimen læſæ Majeſtatis non ſolum committitur in Imperatorem, ſed & electores, aliosque imperii principes & ſtatus, *Hopp. c. l. Berger. c. l. p. 119. & 120.* quoad principes & alios ſtatus Imperii diſſentit, *Ludwell. ad §. 3. J. de public. judic. n. 3.* non item in Imperatricem, vid. *Limn. lib. 2. jur. publ. c. 14. Hopp. c. l.* nec etiam in regem Romanorum, quamdiu vivit Imperator, *Carpz. pract. crimin. qu. 41. n. 14. ſeq.* niſi vel abſentis Imperatoris vices gerat, vel intuitu imperii offendatur, *Berger. c. l. p. 119.*

3. Crimen Læſæ Majeſtatis quoque committitur mediate, in membris & conſiliariis principis, *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* neque intereſt: 1) utrum conſiliarii apud principem in ejuſdem aula commorentur, nec ne;

(A) 2) utrum

Digitized by Google

2) utrum reus odio principis, an privato Conſiliarii, eidem inſidias ponat, *Berger. c. l. n.120.* Sed ut crimen Læſæ Majeſtatis in miniſtrum vel conſiliarium principis committi dicatur, requiri animum, ipſum principem offendendi, aut rem publicam turbandi, cum *Beyer. poſit. ad ff. tit. ad L. Jul. Maj. §.33.* putat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 111.*

4. Pœna perduellionis præter ultimum ſupplicium, quod vel gladio, vel igne, vel diſſectione in quatuor partes, poſtmodum in locis publicis ſuſpendendas; ſi maſculi ſint; ſi vero feminæ, ſuffocatione, vel alio modo infertur, *l. 5. C. ad L. Jul. maj. & A. B. tit. 24. nec non Conſtit. Crimin. art. 142.* eſt confiſcatio bonorum, & memoriæ rei poſt mortem condemnatio, *§. 3. J. de public. judic. l. 7. pr. ad L. Jul. maj. l. 8. C. eod. nov. 17. c 12* vid. *Carpz. pract. crimin. qu. 41. n. 92. ſeq.* inſuper & filii infamia notantur, & omnibus honoribus, omnibusque ſucceſſionibus excluduntur: filiabus tantum ex materna hæreditate legitima reſervata, *l. 5. §. 1. & 3. C. eod. A. B. c. l.* vid. *Hopp. ad verba: memoria rei, § 3. J. de public. judic. Berger. juriſpr. crimin. p. 122.*

5. Pœna criminis Læſæ Majeſtatis in ſpecie talis variat, tum ratione ipſorum delictorum, tum etiam circumſtantiarum, id crimen limitantium: quandoque enim capitalis eſt, absque tamen bonorum publicatione aut memoriæ defuncti condemnatione; ſicuti nec pœna hic ad liberos extenditur, *l. fin. in fin. ad L. jul. maj.* quandoque relegatio dictatur, *l. 24. & 40. de pœn.* quandoque alia pœna, vid. *Ziegler. de Jur. Maj. lib. 1. c. 2. §. fin. Hopp. c. l.*

LÆSIO.

1. Quoties alter ab altero in contractu læſus eſt ultra

tra

Digitized by Google

tra dimidium, toties, ſi læſio fiat ex dolo & ex propoſito, læſo contra lædentem competit, præter actionem ex *l. 2. C. de reſcind. vendit.* actio de dolo intra biennium; poſt biennium intra 30. annos, actio in factum: ſin autem læſio fiat ſine dolo, datur tantummodo prædicta actio ex *l. 2. C. de reſcind. vendit. Berger. Oecon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 2. p. 672.*

2. Quoties vero alter ab altero in contractu læſus eſt infra, vel uſque ad dimidium, toties, ſi læſio fiat ex dolo, læſo contra lædentem competit actio, modo doli, modo in factum; illa, ſiquidem læſio excedat duos aureos, *l. 9. §. ult. & l. 10. de dol. mal.* modo inſtituatur intra biennium, *l. ult. C. eod.* hæc, cum læſio eſt infra, vel uſque ad duos aureos, *arg. l. 22. in fin. pr. de. damn. infect.* quæ quoque priore caſu datur poſt biennium, *l. 28. & 29. de dol. mal. Berger. c. l. p. 672. ſeq.*

3. Actio de dolo pinguior eſt actione ex *l. 2. C. de reſcind. vendit.* quoniam altera agitur ſimpliciter ad reſcindendum contractum, *Berger. c. l. p. 72.* ſiquidem dolus cauſam dederit contractui, ita tamen, ut parti læſæ competat electio, utrum malit ad ſupplementum agere & contractum ſervare, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 9. n. 3. 4. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 23. n. 3.* nam, ſi dolus cauſam non dederit contractui, ſaltim agi poteſt, ad reſarciendum in pecunia id, quod ejus intererit, qui dolo deceptus eſt, *Carpz. c. l. n. 5. ſeq.* altera alternative, ut vel contractus reſcindatur, vel læſio reparetur, ubi electio eſt penes reum, *Berger. c. l. & not. 9. p. 675.* Unde, ſi libellus alternative informatus non eſt, tanquam ineptus rejicitur, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 31.*

4. Libellum, in quo conjuncta actio de dolo & ex *lege 2. C. de reſcind. vendit.* atque petitum ita for-

matum: daß der Kauff, in Anſehen des darbey vorgelauffenen doli, ipſo jure null, und folglich Bekl. gegen Erlegung des pretii Klägern die Wieſen wieder abzutreten, oder, da dieſe Action nicht gegründet, noch zu erweiſen wäre, ob læſionem zu reſcindiren, demnach entweder gegen Erlegung des entrichteten Kauff-Geldes wieder abzutreten, oder den rechten Werth derſelben nach zu bezahlen ſchuldig, a Scabinis Lipſienſibus rejectum eſſe, teſtatur *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 10.*

5. Re caſu, ſive apud venditorem, ſive apud emtorem amiſſa, emtor, ſiquidem lædens ſit, liberatur; ſin læſus, a venditore repetit id, quod ultra juſtum pretium exſolvit, vid. *Schilter. ex. 30. th. 100. Berger. Oecon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 11. p. 676.* At ſecus eſt, ſi ſua culpa rem amiſerit emtor: tum enim læſus ad emendandam læſionem fruſtra experitur contra venditorem, propterea, quod huic ſuo facto intervertit electionem, *Berger. c. l. p. 677.* ubi quoque: cum autem utraque ſententia nonnulla prematur difficultate, conſuluerim temperamentum, ut jusjurandum dictitetur utrique lædenti, 1) emtori, ſiquidem caſu res amiſſa ſit, ſe rem, ſi extaret, recepto pretio, quod dederit, redditurum, 2) venditori, in caſu culpæ, ab emtore læſo admiſſæ, ſe rem, ſiquidem extaret, reddito pretio, recepturum; ita ut tum demum, caſu priore, emtor, poſteriore, venditor liberetur.

6. Emtor, conventus actione *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* ſi elegerit, rem reſtituere, fructus interim perceptos retinet, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reſcind. vendit. qu. 8.*

7. In æſtimanda læſione ultra dimidium reſpiciendum eſt 1) ad rem intrinſecam, non item ad ejusdem accidentia, 2) ad communem rei æſtimationem, *l. 2. C.*

de

Digitized by Google

de reſcind. vendit. jung. l. 33. ad l. Aquil. 3) ad tempus contractus, *l. 8. in fin. C. de reſcind. vendit.* 4) ad locum rei ſitæ in re immobili, *arg. d. l. 8. jung. l. 4. §. 1. de act. emt.* & contractus in re mobili, *arg. l. 1. de uſur. l. ult. §. ult. C. de adminiſtr. tutor.* vid. *Berger. Oecon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 3. p. 673.*

8. Beneficium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* non ſolum in emtione venditione, (licet ex decreto judicis permiſſa, aut ſimpliciter confirmata, *Berger. Oecon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. p. 674. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 234. Horn. cl. 11. ſent. 38. & reſp. 45. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. h. p. 422.* diſſentit *Carpz. lib. 5. R. 54.* quem Scabini Lipſienſes adhuc hodie ſequuntur, teſte *Bergero c. l.*) & ex utraque quidem parte, *Sichard. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. n. 4. Carpz. p. 2. c. 34. d. 8. Berger. Oecon. jur. c. l.* ſed & in omnibus aliis negotiis oneroſis, ſine diſcrimine, bonæ fidei ſint, an ſtricti juris, locum habet, *Berger. œcon. jur. c. l. add. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 302.*

9. Itaque obtinet illud quoque 1) in locatione conductione, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 10. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 9. §. 4.* 2) in diviſione hereditatis, *Carpz. d. c. d. 11. Stryk. d. tr. ſect. 3. c. 4. §. 16.* 3) in conſtitutionibus dotis & dotalitii, *Carpz. d. c. d. 14.* 4) in ſolutionibus & quietantiis, *Carpz. d. c. d. 12.* quando ſcilicet læſio in quantitate conſiſtit, ſecus, ſi in cauſa liberationis, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 131.* 5. in permutatione, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 8. not. 4. p. 674.* 6) in dationibus in ſolutum, *Richter. Vol. 2. dec. 99. n. 49. Hahn. ad Weſenbec. tit. de reſcind. vendit. n. 6.* 7) in ceſſione juris & nominis, ſed ſubducto litis dubio eventu, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 30. def. 11. Treutler. vol. 2. Diſp. 2. th. pen. ibique Bachov.*

Digitized by Google

10. Beneficium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* locum quoque habet in transactionibus, non ſolum jure Saxonico, *Conſtit. Elect. Sax. 34. p. 2. Berger. c. l.* ſed & communi, *Carpz p. 2. c. 34. d. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 177.* diſſentiunt *Gail. lib. 2. obſ. 70. Mev. p. 4. c. 30.* niſi ſint judiciales, vel ſaltem judicialiter a principe aut magiſtratu confirmatæ, *Carpz. d. c. d. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 474. & ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. dec. 515.* confer. tamen *Kœppen. dec. 58. n. 20. Harprecht. diſſert. de transact. judic. th. 33. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. p. 674.* vel juratæ, *Conſtit. Elect. Sax. 35. ibique Carpz. d. 1.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 201. ſeq.* ſalva tamen relaxatione ſive abſolutione ob juſtam cauſam, *d. c. 35. Berger. c. l. not. 12. p. 677.*

11. Nec illud beneficium ceſſat in emtione ſpei, niſi læſio enormis ex futuro eventu, non ex communi, quæ fuit tempore contractus, æſtimetur, *Lauterb. colleg. theoret. pract. tit. de reſcind. vendit. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. p. 674.* add. *Brunnem. ad l. 8. de contrah. emt. n. 7.*

12. In venditione ſub haſta facta remedium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* locum non habere cum *Berlichio p. 1. dec. 126.* probat *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 6. not. 4. p. 1160.* Sed hic ſubintelligi ſubhaſtationem neceſſariam: in voluntaria vero, quæ fit ad indagandum verum rei pretium, remedium *legis 2.* omnino admitti, monet *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. p. 674.*

13. Propter dolum & fraudem licitatoris etiam venditio ſub haſta everti poteſt, *Carpz. lib. 4. R. 1. n. 23. ſeq. & proc. tit. 25. art. 4. n. 89. ſeq. Barth. hodeg.*

deg. for. c. 1. §. 90. lit. b. p. 422. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 277. Imo etiam venditiones judiciales ac publicas ſub haſta factas reſcindi ex cauſa læſionis ultra dimidium, tradit *Carpz. p. 2 c. 34. d. 13.*

14. Ceſſat beneficium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* ſi ei ſpecialiter fuerit renunciatum, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 2. Stryck. de cautel. contract. ſect 2. c. 8. § 28.* Plane eum, qui huic beneficio renunciavit, nihilo ſecius negotium ob læſionem enormiſſimam, ſeu talem, quæ dimidium juſti pretii longe excedit, impugnare poſſe putant *Beyer. ad ff. tit. de reſcind. vendit. poſ. 34. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 181.*

15. Porro illud ceſſat, ſi læſus contractum ſemel, iterumque approbarit, *Richter. 2. dec. 99. n. 55.* modo læſionis gnarus fuerit, *Horn. cl. 11. R. 33.* alioqui regulariter verius eſſe, conſenſu geminato & reiterato actionem ex ea lege minus tolli, monet *Berger. œcon. jur. c. l. not. 12. p. 677.*

16. Nec minus exulat hoc beneficium, ſi quis ſciens minore, majoreve pretio vendat aut emat, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. p. 674.* modo non ex ſumma neceſſitate venditio ſit facta, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 8. §. 28.* in contractibus juratis, *Conſtit. Elect. Sax. 35. ibique Carpz. d. 1.* add. *Wernher. ſel obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 201. ſeq.* ſalva tamen relaxatione ſive abſolutione ob juſtam cauſam, *d. c. 35. Berger. œcon. jur. c. l. not. 12. p. 677.*

17. Deinde ceſſat beneficium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* in donatione, *A. Fab. in Cod. lib. 4 tit. 30. def. 8.* in remiſſione alicujus rei ſive juris, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 3.* ſcil. pura, ſeu mere liberali, ſecus ſi ſit ex cauſa, ejuſque qualitas certam æſtimationem habeat, *Mev. p. 2. dec. 148.* in negotiis claris, quibus certa

Digitized by Google

quantitas definita eſt, *Berger. lib. 1. R. 116. n. 4.* quando futura ſucceſſio alicui vendita eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 421.*

18. Remedium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* non competit tertio, nec contra tertium, niſi lædens deſierit eſſe ſolvendo: tum enim adverſus tertium in tantum dabitur actio, in quantum hic locupletior factus eſt. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 8. p. 675.*

LATROCINIUM.

1. Latrocinium etiam committitur in ædibus privatis, *Carpz. pract. crimin. qu. 22. n. 3. & 19. Berger. jurispr. crimin. p. 114.* diſſentit *Reuſner. lib. 1. dec. 16. n. 20.* exiſtimans latrocinium perpetrari ſolum in viis publicis.

2. Latrocinium conſummatum rota punitur, *conſtit. crimin. art. 130. & 137. Conſtit. Elect. Sax. 5. & 35. p. 4. Carpz. c. l. n. 8.* neque intereſt, an latro multum aut parum lucratus ſit, *Carpz. c. l. n. 38. ſeq. Berger. c. l.* imo etſi nihil lucratus ſit, *Carpz. c. l.* ſufficit enim ſpes lucri, *Berger. c. l.* neque intereſt, lucrum præſens ſit, futurum, an præteritum, v. c. ne furtum manifeſtetur, *Carpz. c. l. n. 55. ſeq. Berger. c. l.* & ſpecies lucri eſt, quando quis interficit maritum, ut ejus uxorem ducat, *Carpz. c. l. n. 52. Berger. c. l. Horn. cl. 15. Sent. 30.*

3. Latrocinium attentatum, ſi pervenerit ad actum proximum, gladio punitur, ſi ſcil. vulneravit latro, nondum autem ſpoliavit; ſin autem ſpoliavit; cadaver rotæ imponitur, imo quandoque ordinaria rotæ pœna obtinet, *Carpz. pract. crimen. qu. 22. n. 76 ſeq. Berger. jurisprud. crimin. p. 114.* ſin ad actum remotum, extraordinarie pro arbitrio coercetur, *Carpz. c. l. n. 70. Berger. c. l.*

4. Aſt

4. Aſt ille, qui auxilium & opem præſtat latroni ſtando in excubiis, ut & is, qui in crimen iſtud conſentit, illud approbat, & de ſpolio participat, ordinaria latrocinii pœna tenetur, ac ſi manu ſua occidiſſet ac ſpoliaſſet, *Carpz. c. l. n. 30.*

5. Ob iterationem latro ferro candenti, ſecundum numerum interfectorum, uſtulandus eſt, *ordinat crimin. art. 130. & 137.* nec tamen ultra ſextam vicem, *Carpz. pract. crimin. qu. 23. n. 21. ſeq. Berger. c. l.*

6. Exaſperatur quandoque pœna latrocinii, ob ſingularem criminis atrocitatem & enormitatem, in modo executionis hujus pœnæ, ut ſcil. non ſtatim collum latronis rota contundatur, ut regulariter fieri ſolet, ſed prius crura & brachia frangantur, quod vulgo dicitur von unten auf rädern, *Carpz. c. l. n. 63.* add. *Berger. p. 2. Supplem. ad juriſpr. crimin. obſ. 47.*

LAUDEMIUM.

1. Laudemium, die Lehn-Wahr, ſolvitur domino directo, quando in alium transfertur emphyteuſis, a novo poſſeſſore, honorarii loco, pro nova inveſtitura & receptione novi emphyteutæ, *l. fin. C. de jur. emphyt. Beſold. in theſaur. pract. verb.* Hand-Lohn *Carpz p. 2. c. 39. d. 11. n. 2.* Improprie etiam dicitur laudemium illud, quod miniſtris ſolvitur Schreibe-Schilling, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 28. not. 9. p. 700. Carpz. d. c. d. 32. n. 7.*

2. In terris Electoratus Saxonici laudemium aliter locum non habet, quam ubi conſuetudine vel ſtatuto receptum, *Carpz. d. c. d. 11. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 96. n. 3.*

3. Non ſolum in emphyteuticis, ſed etiam cenſiticis ſeu cenſualibus bonis, Bauer- oder Erb-Güthern, jus laudemiorum longæva conſuetudine conſtitutum

 eſt.

Digitized by Google

eſt, *Franzk. de laudem c. 4. n. 45. Carpz. d. c. d 32. n. 1.* Imo etiam plurimorum locorum conſuetudine invaluit, ut & in feudis domino debeatur laudemium, *Carpz. d. def. n. 3. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 37. n. 10. ſeq.* de jure enim communi feudali nullum prorſus laudemium debetur, ſed inveſtitura gratis facienda eſt, *Franzk. d. c. 4. n. 5.* quod adhuc in Saxonia obſervari, teſtatur *Schneidew. de feud. part. 5. n. 61.* add. *Carpz. d. def. n. 7.*

4. Laudemium de jure communi eſt quinquageſima pars pretii prædii venditi ſeu alienati, *l. fin. C. de jur. emphyt. Coler. p. 1. dec. 2. n. 1.* Aſt hodie tam in Electoratu quam Ducatu Saxoniæ, plerisque in locis, ex conſuetudine emtor in ſingulos centenos 5. quandoque etiam 10. florenos ſolvere tenetur, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 12.* confer. *Wehner. obſ. pract. voc.* Hand-Lohn, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 28. not. 9. p. 701.*

5. Solvitur laudemium ab emtore, *l. fin. C. de jur. emphyt.* licet dominus non conſenſerit alienationi, *Molin. in conſuetud. Pariſiens. tit. 1. §. 13. gloſſ. 1. n. 8. Carpz. d. c. d. 13. n. 2.* vel venditori conceſſum fuerit, ut ſine conſenſu domini alienare poſſit emphyteuſin, *Hartm. Piſtor. lib. 1. qu. 50. n. 7. Carpz d. def. n. 3.* vel venditio facta ſit cum pacto de retrovendendo, *Carpz. d. def n. 5. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 227.* Quamvis vero ex retrovenditione ipſa id non ſolvatur, attamen revendenti a reemtore reſtituitur, *Carpz. d. def. n. 7.* ſed diſſentit *Franzk. de laudem. c. 1. c. 16. n. 157.* cujus ſententiam veriorem & in foro receptam eſſe, ex *Richtero p. 2. dec. 83. n. 66. ſeq.* notat. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 8. not. 4. p. 655.*

6. Non

Digitized by Google

6. Non ſolum ex emtione contractæ, ſed etiam ex diſſoluta emtione perſolvendum eſt laudemium, quando ſcilicet contrahentes ab emtione jam perfecta & conſummata recedunt, ut ſic dominus hoc caſu duplex lucretur laudemium, *Hartm. Piſtor. lib. 1. qu. 50. n. 13. ſeq. Carpz. d. def. n. 8. ſeq.*

7. Non ſolvitur laudemium, quando emtio venditio ex *l. 2. C. de reſcind. vendit.* reſcinditur, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 16. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 10. p. 676.* nec ex venditione conditionali, ante eventum conditionis, debetur laudemium, *Carpz. d. c. d. 14.*

8. Solvitur porro laudemium in venditione ſub haſta, *Carpz. d. c. d. 17. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42. def. 23. & 38.* diſſentit *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 50. n. 52.* in datione in ſolutum, *Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 20. gloſſ. 5. n. 48. Carpz. d. def. 17. n. 8.* in donatione, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 43. def. 29.* nec non in permutatione, *Hartm. Piſtor. c. l. n. 28.* aſt in Saxonia Electorali ex permutatione non debetur laudemium, niſi pro pecunia rei permutatæ addita, *conſtit. ined. tit.* von Lehn-Wahr. *Carpz. d. c. d. 15.*

9. Heredes tam teſtamentarii, quam ab inteſtato ſuccedentes, ſcil. collaterales & parentes laudemium ſolvere tenentur, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 19. 20.* non vero liberi, *Conſtit. inedit. tit.* von Lehn-Wahr. *Carpz. d. c. d. 21.* Unde conventio, qua id actum, ut heredes laudemium præſtare debeant, ſtricte accipi, atque adeo ab eadem liberi excipi debent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 91.* Valet tamen conſuetudo, ut liberi, parentibus ſuccedentes laudemium ſolvant, *Carpz. d. c. d. 22.*

10. Laudemium debetur, ſi pater vendat emphyteuſin

Digitized by Google

teuſin liberis ſuis, alioquin ſibi ab inteſtato ſucceſſuris, *Tiraquell. te retract.* §. *32. gloſſ. un. n. 46. Carpz. d. c. d. 27. n. 1.* Aliud vero dicendum, ſi pater liberis emphyteuſin donet, *A. Fab. in Cod. lib. 4 tit. 42. def. 71. n. 1.* item ſi pater in ultima diſpoſitione uni ex liberis pro certo pretio fundum aſſignaverit, *Carpz. d. def n. 7. 8.*

11. Si heredes aut liberi in communione manere nolint, ſed ad diviſionem provocent, laudemium ex hac diviſione, quod vulgo appellitatur ſonderbahre Lehn-Wahr, ad differentiam der geſamten Lehn-Wahr, ſive laudemii iſtius, quod ex conſuetudine quorundam locorum a liberis conjunctim poſt mortem patris ſolvitur, peti nequit, *Coler. p. 1. dec. 33. n. 33. Carpz. p. 2. c. 39. d. 23.*

12. Mortuo uno coherede ante diviſionem, ex acquiſitione portionis defuncti reliqui coheredes ad præſtationem laudemii haut ſunt obſtricti, *Carpz. d. c. d. 24.*

13. Quid autem, ſi diviſio inter liberos coheredes ita fiat, ut fundus totus, totaque hereditas paterna in eo conſiſtens uni ſoli adjudicetur, qui poſtea reliquos in pecunia, aliisve rebus compenſare neceſſe habeat? Neque tunc laudemium deberi, putat *Franzk. de laudem. c. 8. n. 59. ſeq.* Quod quidem concedit, ſi de mente contrahentium, quod a diviſione neutiquam recedere voluerint, expreſſe appareat: alioquin hoc caſu eum, cui facta eſt adjudicatio, laudemium perſolvere teneri, tradit *Carpz. d. c. d. 25. cum Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 50. n. 56. aliisque ibi allegatis.* De eo autem non facile quiſpiam dubitaverit, quin heres, qui, poſt diviſionem factam, alterius coheredis portionem emit, laudemium ſolvere teneatur, *Carpz. d. c. d. 26.* add. *Franzk. de laudem. c. 8. n. 56.*

14. Non

Digitized by Google

14. Non ſolvitur laudemium, quando bona emphyteutica in dotem dantur, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 18.* diſſentit *A. Fab. dec. 99. error. pragm. c. 1. 2. & 3.* nec ab uſufructuario ratione uſusfructus aut dotalitii, *Carpz. d. c. d. 31.*

15. Dominus etiam territorialis ſubdito ſibi ſenatui ad præſtandum laudemium, quod ædibus a ſe venditis cohæret, tenetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 7.*

16. Domino vel ejus heredi laudemium non ſolvitur, ſi ipſe mutatus ſit, vel per ſucceſſionem, ſi fuerit mortuus, vel per contractum, ſi jus directi dominii á ſe alienaverit, *Franzk. de laudem. c. 7. n. 160. Carpz. d. c. d. 28. & lib. 1. R. 88.* niſi conſuetudine aliud ſit introductum, *Carpz. d. c. d. 29.*

17. Si laudemium mortuo domino directo præſtari debet, non ideo etiam in caſu, ubi titulo venditionis directum dominium translatum eſt, illud debetur, cum præſtatio laudemii de caſu ad caſum non ſit extendenda, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 92.* add. *Berger. lib. 1. R. 37.*

18. Voce: Antritt-Lehn, in commentariis hereditariis, in denen Erb-Regiſtern, contenta, laudemium tantum præſtandum, ſi quidem poſſeſſor feudi mutatur: non vero peti poteſt ab heredibus defuncti vaſalli, *Berger. dec. 214.*

19. Laudemium non venditor, ſed emtor ſolvere tenetur, *Coler. p. 1. dec. 33. n. 4. Carpz. p. 2 c. 39. d. 33. n. 1.* ſed non debetur laudemium, niſi novus poſſeſſor receptus atque inveſtitus fuerit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 96.* ſola enim translatio poſſeſſionis non ſufficit ad exigendum laudemium, *Horn. jurisprud. feud. c. 17. §. 23. Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 456.*

20. Lau-

Digitized by Google

20. Laudemium ſolvitur, ſecundum æſtimationem rei emphyteuticariæ, non quæ quondam fuit, ſed quæ eſt tempore alienationis, *Carpz. lib. 1. R. 90.* niſi aliud conſuetudine receptum vel conventum, *Brunnem. ad l. fin. C. de jur. emphyt. n. 24.*

21. Laudemium, quod in caſum mortis ſolvitur, Sterbe Lehn-Wahr, præſtandum eſſe, ſecundum valorem fundi, qui fuit tempore poſtremo initi contractus, idque ſecundum benignitatem: jure vero ſtricto pretium temporis præſentis, quo mors obtigit, attendi, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 28. not. 10. p. 701.* & ad tempus mortis reſpici oportere, putat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 92.*

LAUDUM.

Vid. loc. *arbiter.*

LEGATUM. LEGATARIUS.

1. Legata relinqui poſſunt, extra teſtamentum, & abſque heredis inſtitutione, ab inteſtato, vel in epiſtola, *l. 22. C. de fideicomm.* vel in codicillis, *l. 1. C. de codic. l. 75. pr. de legat. 2.* aut etiam ſine ſcriptura ſolo nutu, *d. l. 22. C. d. fideicomm. l. 21. pr. de legat. 3. Schneidew. ad pr. J. de legat. n. 2.* adhibitis tamen ad minimum quinque teſtibus, *d. l. 22 C. de fideicomm. l. ult. C. de codic.* quos & jurare oportet, ſi abſque codicillis & ſcriptura legata relicta fuerint, *l. ult. C. de teſtam. Carpz. p. 3. c. 4. d. 31.*

2. Abſque ullis etiam teſtibus legata, extra teſtamentum, apud acta judicialiter relicta valent, *Carpz. d. c. d. 32.*

3. Legatum, in teſtamento parentum inter liberos extraneo coram paucioribus, quam quinque, teſtibus relictum, non valet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. obſ. 239. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add.

Brun.

Brunnem. ad auth. quod ſine. C. de teſtam. Stryck. de cautel. teſtam. c. 10. §. 24. Sed, duos teſtes ſufficere ad validitatem legati extraneo in ejuſmodi teſtamento relicti, exiſtimant *Carpz. d. c. d. 20. Struv. ex. 32. th. 19.* Quin abſque teſtibus, quando manifeſta & indubitata eſt voluntas parentum, liberos iſtam ſequi & legata ſeu fideicommiſſa præſtare, æquitati & pietati filiorum convenire volunt *Richter dec. 29. Gudelin. de jur. noviſſ. lib 2. c. 4.*

4. Legatarius in teſtamento, in quo ipſi quid legatum, habilis teſtis eſt, §. *11. J. de teſtam. ordin. Carpz. p. 3. c. 3. d. 6. Philipp. in uſ. pract. J. tit. de teſtam. ordin. eclog. 146.* licet teſtamentum ſit nuncupativum, *Vinn. ad J. tit. de teſtam. ord.* §. *13. n. 3. Struv. ex. 32. th. 13. circa fin. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10 obſ. 318.* diſſentiunt *A. Fab. decad. 66. err. 1. ſeq. Harprecht ad* §. *legatariis. 11. J. de teſtam. ord. n. 7. Richter. p. 1. dec. 31. n. 21. Brunnem. ad l. 20. qui teſtam. fac. poſſ.*

5. Legatum ſibi in teſtamento adſcribens, dictante licet teſtatore, illud non ſolum petere non valet, ſed quoque falſi pœna ex lege Cornelia tenetur, *l. 3. 4. C. de his, qui ſibi adſcrips. in teſtam. l. 6. ad l. Cornel. de falſ. Carpz. d. c. d. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 202.* Id quod etiam obtinet in teſtamento nuncupativo, probationis tantummodo cauſa in ſcripturam redacto, *Weſenbec. conſil. 336. n. 265. & 315. Carpz. lib. 6. R. 24. n. 6.* & in codicillis, *Molinæus conſil. 31. n. 11. & conſil. 33. n. 1. Weſenbec. d. conſil. n. 315.*

6. Valet tamen ejuſmodi legatum, ſi teſtator in ſubſcriptione, ſe legatum hoc ſcribenti reliquiſſe, teſtetur, *l. 1.* §. *8. l. 14. l. 15. ad L. Cornel. de falſ. l. 2. C. de his, qui ſibi adſcripſ. in teſtam. Carpz. d. c. d. 10.*

aut

Digitized by Google

uſum domus ſunt deſtinata, *l. 86. de legat. 2. Carpz. d. c. d. 28.*

12. Fundo inſtructo, ſeu cum omnibus pertinentiis, legato, legata etiam cenſentur mancipia & inſtrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta ad alenda pecora & miniſtros neceſſaria, *l. 12. §. 28. 35. & 39. de inſtr. vel inſtrum. legat. Menoch. lib. 4. præſumt. 154. Carpz. p. 3. c. 13. d. 22.* non tamen legatum videtur frumentum venale, in eo reconditum, *Carpz. d. c. d. 23.*

13. Sub legato victus, Victualien, polenta etiam ac cerevifia, licet ad uſum familiæ haud deſtinata, continentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 74.*

14. Fundo legato ad utendum fruendum cenſetur legata ipſa proprietas, per *text. in l. ult. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Carpz. d. c. d. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 121. n. 2.* niſi ex circumſtantiis aliud appareat; veluti ſi legatus ſit Titio fundus ad utendum fruendum, donec vixerit, vel tempore vitæ ſuæ, *Carpz. d. def. n. 7. Wernher. c. l. n. 4.* Plane & hoc caſu cenſetur legata proprietas, ſi legato fuerit appoſitum onus fideicommiſſi; *Carpz. d. c. d. 10. Wernher. c. l. n. 5.*

15. Fundo legato, etiam in foro Saxonico, fructus, tempore mortis teſtatoris in eo pendentes, legatario cedunt, quia fructus pendentes pars fundi ſunt, *l. 35. de uſufr. Carpz. d. c. d. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 290.* niſi teſtator aliud expreſſe diſpoſuerit, aut culpa legatarii acceſſerit, puta quando exceptio præſcriptionis ipſi opponitur, *Carpz. d. c. d. 3. Berlich. p. 3. concl. 19. n. 11. ſeq.*

16. Veſtibus ſimpliciter legatis, cenſentur quoque legatæ veſtes ad ornatum comparatæ, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 24.*

17. Sub legato vaſorum culinariorum non con-

Digitized by Google

tinentur cochlearia, quibus ad edendum uti ſolemus, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 26.*

18. Bonis mobilibus legatis, videntur quoque legati fructus ſolo cohærentes, quia illi in foro Saxonico inter res mobiles recenſentur, *Berlich. p. 3. concl. 30. n. 20. Carpz. d. c. d. 5.* niſi teſtator agro nondum raſtris ſubacto mortuus fuerit, *Carpz. d. c. d. 6.*

19. Si pars bonorum legata ſit, neque expreſſum, quota eſſe debeat, dimidia ſubintelligitur, *l. 43. de uſufr. l. 164. §. 1. de V. S. Barboſ. loc. com. l. 14. c. 8. ax. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 204.*

20. Res aliena poteſt legari, ita ut heres cogatur redimere eam & præſtare, vel, ſi eam non poteſt redimere, æſtimationem ejus dare, *§. 4. J. de legat.* modo defunctus ſcierit, rem eſſe alienam, *d. §. 4. ibique Hopp.* quod, ſi in dubium vocetur, a legatario probandum eſt, *l. 67. §. 8. de legat. 2. Huber. prælect. ad J. tit. de legat. §. 4.* At proximis & conjunctis perſonis vel uxori legatum rei alienæ indiſtincte debetur, ſeu ſciverit, ſeu ignoraverit teſtator, rem eſſe alienam, *l. 10. C. de legat. Huber. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 25.*

21. Rei alienæ, ſimpliciter commercio exemtæ, inutile eſt legatum, nec ejus æſtimatio debetur, *§. 4. J. de legat.* Quodſi vero certo tantum reſpectu commercio ſit exemta, diſtinguendum, utrum legatarii reſpectu tantum, utpote quia ille peregrinus, non autem heredis, & pariter hoc caſu nec æſtimatio debetur, *l. 49. §. 2. de legat. 2. l. 34. de V. O. Hopp. ad verba: nec æſtimatio ejus §. 4. J. de legat.* niſi res ſit ejus conditionis, ut æſtimatio cenſeatur legata, qualis eſt ſpecies, *l. 49. §. 1. de legat. 2. l. 11. §. 16. de legat. 3. Sande lib. 4. decis. tit. 4. def. 4. Hopp. c. l.* an heredis

redis tantum reſpectu, non autem legatarii, quo caſu æſtimatio debetur, ſi ipſa res præſtari nequeat, *d. l. 49. §. 3.* Idem obtinet, ſi commercium quidem rei legatæ habeat legatarius, ſed habere eam non poſſit ex certa aliqua cauſa, qua ratione intelligenda *l. 40. cum l. 114. §. 1. de legat. 1. Ludw. ex. 9. ad J. §. 3. lit. a. Hopp. c. l.*

22. Si quis creditori ſuo certam pecuniæ ſummam legaverit, utrumque & debitum & legatum debetur, *l. 85. de legat. 2. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 17. def. 8. Carpz. p. 3. c. 13. d. 29. n. 1. ſeq.* niſi evidenter appareat, teſtatorem aliter ſenſiſſe, *d. l. 85. Matth. de Afflict. dec. 44.*

23. Sed hoc intelligendum de debito voluntario, quod ex contractu vel diſpoſitione hominis originem traxit: nam, ſi debitum neceſſarium, quod provenit ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, ita ut quis neceſſario debitor conſtituatur, tum regulariter cenſebitur id, quod teſtamento relinquitur, animo compenſandi relictum eſſe, *auth. præterea. ubi Dd. C. unde vir & uxor. Carpz. d. def. n. 6. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 25. not. 4. p. 402. & th. 44. not. 3. p. 469. & p. 1. ſupplem, ad E. D. F. tit. 45. §. 12. p. 570.*

24. Legatum nominis paſſivi tum demum valet, cum plus eſt in legato, quam in debito, *§. 14. J. de legat.* exemplum eſt in legato dotis, *§. 15. J. eod.* cui aliud eſt adjungendum, quo plus eſt in legato, quam in debito, ratione fructuum; maritus legat uxori agrum, ejuſdem paraphernalem, eumque raſtro ſubactum: agri proprietas eſt uxoris, uſusfructus mariti, imo fructus agri, a vivo marito ſubacti, jure Saxonico pro perceptis habentur, atque adeo regulariter heredibus mariti acquiruntur: ex adverſo, legato uxori agro, eidem debentur

 bentur

bentur illi fructus; quorum ergo nomine juratam ſpecificationem heredes mariti exigere non poſſunt: ſecus autem foret, ſi cum vidua mariti defuncti creditores contenderent, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 25. p. 400.* Poſſeſſor enim hereditatis inter res hereditarias legata ſibi relicta jurato indicare non tenetur, niſi res ſit cum creditoribus defuncti, vel heredis ratione Falcidiæ interſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 139.*

25. Legato debito, ſubſiſtit legatum, etſi nullum exiſtit debitum, legatum enim ex falſa demonſtratione neutiquam perimitur, *l. 75. §. 1. de legat. 1. Carpz. p. 3. c. 9. d. 22.* confer. *Huber. prælect. ad J. tit. de legat. §. 11.*

26. Quando teſtator nomen, quod alicui legavit, vivus exigit, legatum extinguitur, *§. 21. J. de legat. Carpz. p. 3. c. 13. d. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 307.* niſi alia teſtatoris mens appareat, *Carpz. d. def. n. 5. Hopp. ad. d. §. 21.*

27. Legatum quantitatis de certo nomine, ſi hoc deinceps non integrum teſtator conſecutus fuerit, pro rata imminuitur, *Wernher. d. p. 10. obſ. 308.*

28. Quando legatum, ſine adimendi animo, exactum eſt, aliud æque bonum legatario præſtari ſufficit, *Wernher. d. p. 10. obſ. 309.*

29. Ceſſante cauſa finali legati, ipſum ceſſat legatum: ſecus vero, ceſſante cauſa impulſiva, *l. 75. ad SCt. Tr. bell. Carpz. p. 3. c. 9. d. 20.*

30. Falſa cauſa legatum non vitiat, *§. 31. J. de legat, l. 72. §. 6. de condit. & demonſtr.* niſi heres probare velit, teſtatorem, ſi ſciviſſet, falſam eſſe cauſam, illud haud relicturum fuiſſe, *d. l. 72. §. 6. Carpz. p. 3. c. 13. d. 20. n. 7.* vel ea per modum conditionis ſit adjecta;

ﬅa, *§. 31. J. de legat. Carpz. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 162.*

31. Revocato legato, etiam ob bene-merita relicto, ex certa quapiam cauſa, deficiente licet ea, haud tamen legatum debetur, quando eſt cauſa impulſiva, *Carpz. p. 3. c. 9. d. 25.*

32. Si purum legatum eſt, ex die mortis dies ejus cedit, *l. 5. §. 1. quand. dies legat. vel fideicomm. ced. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 1.* Excipitur legatum uſusfructus, uſus vel habitationis & libertatis, cujus dies cedit ab adita hereditate, *l. 2. & 3. eod. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. §. 33. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 28. not. 6. p. 412.* Ceterum effectus ceſſionis diei eſt transmiſſio ad heredem, *d. l. 5. pr. Berger. c. l.*

33. Similiter a die mortis legatum cedit, ſi relictum ſit in diem certum, *l. 5. §. 1. quand. dies legat. vel fideicomm. ced. l. 21. eod. Berger. c. l.* Quodſi vero dies certus ſit *an*, ſed incertus *quando*, diſtinguitur, an ejusmodi dies in perſona legatarii aut tertii adjectus fuerit: priore caſu purum eſt legatum, & ſtatim cedit a die mortis, poſteriore autem eſt conditionale, & non niſi a die exiſtente cedit dies, vel legatum debetur, *l. 1. §. 2. de condit. & demonſtr. l. 40. §. 2. eod. l. 4. pr. quand. dies legat. Zoes. ad ff. tit. de condit. & demonſtr. n. 8. Hopp. ad verb. cum heres meus. §. 35. J. de legat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 147.* niſi quoad poſteriorem caſum non ipſi diſpoſitioni, ſed tantum executioni tempus incertum adjectum fuerit, *l. 26. §. 1. quand. dies legat. l. 3. 5. C. eod. Stryck. us. mod. tit. quand. dies legat. §. 2.*

34. Plane ſi tempus adjectum ſimpliciter incertum ſit, absque diſtinctione legatum habetur pro conditio-

Digitized by Google

ditionali, & non cedit legatum, niſi exiſtente conditione, *l. 21. pr. quand. dies legat. ced. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. th. 33.*

35. Si ſub conditione legatum eſt relictum, non prius ejus dies cedit, quam conditio ſit impleta, *l. 5. §. 2. quand. dies legat. Stryck. c. l.* Sed purum eſt legatum, & ſtatim dies cedit, ſi conditio eſt turpis, quam prætor remittit, *d. l. 5. §. 3.* vel impoſſibilis, *d. l. 5. §. 4. Huber.* vel pro impleta habetur, veluti ſi per legatarium non ſtet, quo minus impleatur, *d. l. 5. §. 5. Stryck. c. l.*

36. Effectus diei cedentis eſt, ut jus agendi pariat, & moriens poſt eam diem ſibi relicta transmittat ad heredem: ante eam autem ſi decedat legatarius, legatum manet penes heredem, teſtamento ſcriptum, *l. 3. l. 4. quand. dies legat. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. §. 33. Stryck. us. mod. tit. quand. dies legat. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 28. not. 6. p. 412.*

37. Ceterum dies legati non venit, hoc eſt, legatum actu non poteſt peti ante hereditatis aditionem: cum non ſit prius, a quo petatur; proinde ſi hereditas non adeatur, teſtamenti vis reſolvitur, *l. 181. de R. J. &* legata intercidunt, *§. 2. in fin. J. de L. Falcid. Huber. c. l.* etiamnum hodie, *Hopp. ad verba: ne deſtituto teſtamento: §. 2 J. de L. Falcid.*

38. Legatum relictum ſub conditione, ſi teſtator ægrotus de morbo præſenti non convaluerit, exinguitur per reconvaleſcentiam, nec, defuncto poſtea teſtatore, debetur, *Carpz. p. 3. c. 9. d. 21.*

39. Legatum ad ornamenta & veſtimenta, a patre nobili filiæ relictum, debetur, etiamſi hæc, poſt mortem ejus, a vilis conditionis homine vitiata, eidem nupſe-

Digitized by Google

nupſerit, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. ad p. 4. obſ. 155.*

40. Legatum, propter certam aliquam cauſam relictum, præſtandum non eſt legatario, priusquam is juſſui teſtatoris ſatisfecerit, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 20.*

41. Legatum ſtudiorum cauſa relictum expirat, & hereditati accedit, quando legatarius a ſtudiis deſiſtit, *Carpz. d. c. d. 26.*

42. Legatum, ut quis rem, poſt tertii mortem, certo pretio conſequi debeat, expirat, ſi legatarius ante hunc moriatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 147.*

43. Legatum in teſtamento ita relictum, ut teſtator ſe ad certam ſchedulam referat, validum eſt, *l. 38. de condit. & demonſtr. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 191.*

44. Legatum pro dote vel nuptiarum cauſa relictum, defuncto legatario, antequam nuptias contraxerit, ad heredes non transmittitur, quia conditionale cenſetur, ſi ſcil. nuptiæ ſequantur, *nov. 123. c. 37. Heig. p. 1. qu. 31. Carpz. p. 3. c. 13. d. 25.*

45. Uſuræ & fructus legatorum ex tempore moræ præſtari debent, *l. 23. de legat. 1. l. 78. §. 2. de legat. 2.* quæ regulariter incipit ab aditæ hereditatis tempore, modo heres legatum deberi ſciverit, *Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 5. p. 1507. & p. 1. ſupplem. ad eund. loc. p. 532. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 147.* Ubi enim heres, quum hereditatem adit, rem legatam eſſe, ignorat, a tempore interpellationis judicialis, i. e. inſinuatæ primæ citationis, demum uſuræ currunt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 29. not. 6. p. 414. Wernher. c. l. n. 4.* In legatis vero ad pias cauſas a tempore mortis

Digitized by Google

præſtantur, *l. 46. §. 4. & 5. C. de epiſc. & cleric. nov. 131. c. 12. Berger. E. D. F. c. l. Wernher. c. l. n. 3.*

46. Ex legatis, in diem relictis, ante hujus exiſtentiam, uſuræ non debentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 91.* currunt vero ſtatim a lapſu diei, *Wernher. d. p. 7. obſ. 247.*

47. Legatarius rurſus alio legato gravari poteſt, *l. 11. pr. de legat. 3. l. 70. de legat. 2.* confer. omnino *Stryck. de cautel. teſtam. c. 20. §. 10.*

48. Dominium rei, quæ heredis eſt, alteri legatæ, demum a tempore traditionis in legatarium tranſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 307.*

49. Rei vindicatio, quæ ex legato competit legatario, *l. 80. de legat. 2.* præſtruit terminos habiles, i. e. ut legata ſit 1.) ſpecies, eademque 2.) teſtatoris propria: quantitatis, itemque ſpeciei alienæ nomine legatario non competit dominium, ergo nec rei vindicatio, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 29. not. 1. p. 412. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 237.*

50. Legatarius pro conſequendo legato executive contra heredem agere valet, *Mynſinger. centur. 5. obſ. 61. Heig. p. 2. qu. 7. n. 39. Carpz. p. 3. c. 13. d. 35. Finckelth. obſ. 121.* diſſentiunt *Menoch. de adipiſc. poſſes. remed. 4. n. 693. ſeq. Fachin. lib. 5. controv. 31.* add. *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 9. p. 44. ſeq.*

51. Quod ſi legatarius rem ſibi legatam, ab herede jam poſſeſſam, propria autoritate, & ſine illius conſenſu, occupat, incidit in pœnam edicto *D. Marci* ſancitam, h. e. omni jure ſuo excidit, *l. 13. quod met. cauſ. l. 7. C. und. vi. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 173. n. 1.*

52. Si vero res ab herede nondum poſſeſſa a legatario fuit occupata, legatarius jus ſuum quidem haud amit-

amittit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 38.* interdicto tamen quod legatorum ab herede conveniri poteſt ad ejus reſtitutionem vel præſtandum intereſſe, *l. 1. §. 2. quod legat. ibique Godofr. lit. a. & d. vid. Wernber. c. l. n. 2.* confer. omnino *Carpz. p. 3. c. 13. d. 30.* idque procedit, etiamſi autoritate judicis in poſſeſſionem ſit miſſus legatarius, *Carpz. d. c. d. 31.*

53. Non aliter vero interdicto quod legatorum locus eſt, quam ſi intuitu Falcidiæ aut alias heredis interſit: alias exceptione: *tua non intereſt*, repellitur, *Wernber. d. obſ. 173.* add. *Carpz. d. def. 30. n. 6. ſeq.*

54. Ad revocationem legatorum, ſive fiat ore, ſive per Scripturam 5. teſtes exigunt, *Struv. ex. 35. th. 81. Berger. in œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 30. p. 415. & Reſolut. Lauterb. tit. adimend. vel transfer. legat. qu. 1.*

55. Sed ad revocationem legatorum nudam voluntatem contrariam ſufficere, eamque non tantum duobus teſtibus, ſed etiam ſchedula teſtatoris ſufficienter probari, modo de hujus manu conſtet, tradunt *Stryck. in uſ. mod. tit. de adimend. vel transfer. legat. §. 2. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 300. & in ſupplem. ad eand. obſ.* Imo & juramenti delationi inter heredem & legatarium hic locum eſſe, exiſtimat *Stryck. c. l.* add. loc. *actio hypothecaria. th. 9. loc. heres & legatarius indignus.* loc. *viduitas. th. 3.* loc. *uſusfructus. th. 1. 2. 3. & ſeq.*

LEGATUM AD PIAS CAUSAS.

1. Legata ad pias cauſas valida ſunt, licet coram nullis teſtibus relicta fuerint, modo de ultima legantis voluntate conſtet, *c. 11. X. de teſtam. Stryck. de cautel. teſtam. c. 12. §. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 21. & p. 3. obſ. 245. nec non ſupplem. ad p. 1. obſ. 21. item ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2.*

(B) 5 *tit.*

tinentur cochlearia, quibus ad edendum uti ſolemus, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 26.*

18. Bonis mobilibus legatis, videntur quoque legati fructus ſolo cohærentes, quia illi in foro Saxonico inter res mobiles recenſentur, *Berlich. p. 3. concl. 30. n. 20. Carpz. d. c. d. 5.* niſi teſtator agro nondum raſtris ſubacto mortuus fuerit, *Carpz. d. c. d. 6.*

19. Si pars bonorum legata ſit, neque expreſſum, quota eſſe debeat, dimidia ſubintelligitur, *l. 43. de uſufr. l. 164. §. 1. de V. S. Barboſ. loc. com. l. 14. c. 8. ax. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 204.*

20. Res aliena poteſt legari, ita ut heres cogatur redimere eam & præſtare, vel, ſi eam non poteſt redimere, æſtimationem ejus dare, *§. 4. J. de legat.* modo defunctus ſcierit, rem eſſe alienam, *d. §. 4. ibique Hopp.* quod, ſi in dubium vocetur, a legatario probandum eſt, *l. 67. §. 8. de legat. 2. Huber. prælect. ad J. tit. de legat. §. 4.* At proximis & conjunctis perſonis vel uxori legatum rei alienæ indiſtincte debetur, ſeu ſciverit, ſeu ignoraverit teſtator, rem eſſe alienam, *l. 10. C. de legat. Huber. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 25.*

21. Rei alienæ, ſimpliciter commercio exemtæ, inutile eſt legatum, nec ejus æſtimatio debetur, *§. 4. J. de legat.* Quodſi vero certo tantum reſpectu commercio ſit exemta, diſtinguendum, utrum legatarii reſpectu tantum, utpote quia ille peregrinus, non autem heredis, & pariter hoc caſu nec æſtimatio debetur, *l. 49. §. 2. de legat. 2. l. 34. de V. O. Hopp. ad verba: nec æſtimatio ejus §. 4. J. de legat.* niſi res ſit ejus conditionis, ut æſtimatio cenſeatur legata, qualis eſt ſpecies, *l. 49. §. 1. de legat. 2. l. 11. §. 16. de legat. 3. Sande lib. 4. decis. tit. 4. def. 4. Hopp. c. l.* an heredis

Digitized by Google

redis tantum reſpectu, non autem legatarii, quo caſu æſtimatio debetur, ſi ipſa res præſtari nequeat, *d. l. 49. §. 3.* Idem obtinet, ſi commercium quidem rei legatæ habeat legatarius, ſed habere eam non poſſit ex certa aliqua cauſa, qua ratione intelligenda *l. 40. cum l. 114. §. 1. de legat. 1. Ludw. ex. 9. ad J. §. 3. lit. a. Hopp. c. l.*

22. Si quis creditori ſuo certam pecuniæ ſummam legaverit, utrumque & debitum & legatum debetur, *l. 85. de legat. 2. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 17. def. 8. Carpz. p. 3. c. 13. d. 29. n. 1. ſeq.* niſi evidenter appareat, teſtatorem aliter ſenſiſſe, *d. l. 85. Matth. de Afflict. dec. 44.*

23. Sed hoc intelligendum de debito voluntario, quod ex contractu vel diſpoſitione hominis originem traxit: nam, ſi debitum neceſſarium, quod provenit ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, ita ut quis neceſſario debitor conſtituatur, tum regulariter cenſebitur id, quod teſtamento relinquitur, animo compenſandi relictum eſſe, *auth. præterea. ubi Dd. C. unde vir & uxor. Carpz. d. def. n. 6. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 25. not. 4. p. 402. & th. 44. not. 3. p. 469. & p. 1. ſupplem, ad E. D. F. tit. 45. §. 12. p. 570.*

24. Legatum nominis paſſivi tum demum valet, cum plus eſt in legato, quam in debito, *§. 14. J. de legat.* exemplum eſt in legato dotis, *§. 15. J. eod.* cui aliud eſt adjungendum, quo plus eſt in legato, quam in debito, ratione fructuum; maritus legat uxori agrum, ejuſdem paraphernalem, eumque raſtro ſubactum: agri proprietas eſt uxoris, uſusfructus mariti, imo fructus agri, a vivo marito ſubacti, jure Saxonico pro perceptis habentur, atque adeo regulariter heredibus mariti acquiruntur: ex adverſo, legato uxori agro, eidem debentu

Digitized by Google

bentur illi fructus; quorum ergo nomine juratam ſpecificationem heredes mariti exigere non poſſunt: ſecus autem foret, ſi cum vidua mariti defuncti creditores contenderent, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 25. p. 400.* Poſſeſſor enim hereditatis inter res hereditarias legata ſibi relicta jurato indicare non tenetur, niſi res ſit cum creditoribus defuncti, vel heredis ratione Falcidiæ interſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 139.*

25. Legato debito, ſubſiſtit legatum, etſi nullum exiſtit debitum, legatum enim ex falſa demonſtratione neutiquam perimitur, *l. 75. §. 1. de legat. 1. Carpz. p. 3. c. 9. d. 22.* confer. *Huber. prælect. ad J. tit. de legat. §. 11.*

26. Quando teſtator nomen, quod alicui legavit, vivus exigit, legatum extinguitur, *§. 21. J. de legat. Carpz. p. 3. c. 13. d. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 307.* niſi alia teſtatoris mens appareat, *Carpz. d. def. n. 5. Hopp. ad d. §. 21.*

27. Legatum quantitatis de certo nomine, ſi hoc deinceps non integrum teſtator conſecutus fuerit, pro rata imminuitur, *Wernher. d. p. 10. obſ. 308.*

28. Quando legatum, ſine adimendi animo, exactum eſt, aliud æque bonum legatario præſtari ſufficit, *Wernher. d. p. 10. obſ. 309.*

29. Ceſſante cauſa finali legati, ipſum ceſſat legatum: ſecus vero, ceſſante cauſa impulſiva, *l. 75. ad SCt. Trebell. Carpz. p. 3. c. 9. d. 20.*

30. Falſa cauſa legatum non vitiat, *§. 31. J. de legat. l. 72. §. 6. de condit. & demonſtr.* niſi heres probare velit, teſtatorem, ſi ſciviſſet, falſam eſſe cauſam, illud haud relicturum fuiſſe, *d. l. 72. §. 6. Carpz. p. 3. c. 13. d. 20. n. 7.* vel ea per modum conditionis ſit adjecta;

Digitized by Google

ſta, *§. 31. J. de legat. Carpz. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 162.*

31. Revocato legato, etiam ob bene-merita relicto, ex certa quapiam cauſa, deficiente licet ea, haud tamen legatum debetur, quando eſt cauſa impulſiva, *Carpz. p. 3. c. 9. d. 25.*

32. Si purum legatum eſt, ex die mortis dies ejus cedit, *l. 5. §. 1. quand. dies legat. vel fid icomm. ced. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 1.* Excipitur legatum uſusfructus, uſus vel habitationis & libertatis, cujus dies cedit ab adita hereditate, *l. 2. & 3. eod. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. §. 33. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 28. not. 6. p. 412.* Ceterum effectus ceſſionis diei eſt transmiſſio ad heredem, *d. l. 5. pr. Berger. c. l.*

33. Similiter a die mortis legatum cedit, ſi relictum ſit in diem certum, *l. 5. §. 1. quand. dies legat. vel fideicomm. ced. l. 21. eod. Berger. c. l.* Quodſi vero dies certus ſit *an*, ſed incertus *quando*, diſtinguitur, an ejusmodi dies in perſona legatarii aut tertii adjectus fuerit: priore caſu purum eſt legatum, & ſtatim cedit a die mortis, poſteriore autem eſt conditionale, & non niſi a die exiſtente cedit dies, vel legatum debetur, *l. 1. §. 2. de condit. & demonſtr. l. 40. §. 2. eod. l. 4. pr. quand. dies legat. Zoes. ad ff. tit. de condit. & demonſtr. n. 8. Hopp. ad verb. cum heres meus. §. 35. J. de legat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 147.* niſi quoad poſteriorem caſum non ipſi diſpoſitioni, ſed tantum executioni tempus incertum adjectum fuerit, *l. 26. §. 1. quand. dies legat. l. 3. 5. C. eod. Stryck. us. mod. tit. quand. dies legat. §. 2.*

34. Plane ſi tempus adjectum ſimpliciter incertum ſit, absque diſtinctione legatum habetur pro conditio-

Digitized by Google

ditionali, & non cedit legatum, niſi exiſtente conditione, *l. 21. pr. quand. dies legat. ced. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. th. 33.*

35. Si ſub conditione legatum eſt relictum, non prius ejus dies cedit, quam conditio ſit impleta, *l. 5. §. 2. quand. dies legat. Stryck. c. l.* Sed purum eſt legatum, & ſtatim dies cedit, ſi conditio eſt turpis, quam prætor remittit, *d. l. 5. §. 3.* vel impoſſibilis, *d. l. 5. §. 4. Huber.* vel pro impleta habetur, veluti ſi per legatarium non ſtet, quo minus impleatur, *d. l. 5. §. 5. Stryck. c. l.*

36. Effectus diei cedentis eſt, ut jus agendi pariat, & moriens poſt eam diem ſibi relicta transmittat ad heredem: ante eam autem ſi decedat legatarius, legatum manet penes heredem, teſtamento ſcriptum, *l. 3. l. 4. quand. dies legat. Huber. prælect. ad J. lib. 2. tit. 20. §. 33. Stryck. us. mod. tit. quand. dies legat. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 28. not. 6. p. 412.*

37. Ceterum dies legati non venit, hoc eſt, legatum actu non poteſt peti ante hereditatis aditionem: cum non ſit prius, a quo petatur; proinde ſi hereditas non adeatur, teſtamenti vis reſolvitur, *l. 181. de R. J.* & legata intercidunt, *§. 2. in fin. J. de L. Falcid. Huber. c. l.* etiamnum hodie, *Hopp. ad verba; ne deſtituto teſtamento: §. 2 J. de L. Falcid.*

38. Legatum relictum ſub conditione, ſi teſtator ægrotus de morbo præſenti non convaluerit, exinguitur per reconvaleſcentiam, nec, defuncto poſtea teſtatore, debetur, *Carpz. p. 3. c. 9. d. 21.*

39. Legatum ad ornamenta & veſtimenta, a patre nobili filiæ relictum, debetur, etiamſi hæc, poſt mortem ejus, a vilis conditionis homine vitiata, eidem nupſe-

nupſerit, *Wernber. ſel. obſ. for. in ſupplem. ad p. 4. obſ. 155.*

40. Legatum, propter certam aliquam cauſam relictum, præſtandum non eſt legatario, priusquam is juſſui teſtatoris ſatisfecerit, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 20.*

41. Legatum ſtudiorum cauſa relictum expirat, & hereditati accedit, quando legatarius a ſtudiis deſiſtit, *Carpz. d. c. d. 26.*

42. Legatum, ut quis rem, poſt tertii mortem, certo pretio conſequi debeat, expirat, ſi legatarius ante hunc moriatur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 147.*

43. Legatum in teſtamento ita relictum, ut teſtator ſe ad certam ſchedulam referat, validum eſt, *l. 38. de condit. & demonſtr. Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 191.*

44. Legatum pro dote vel nuptiarum cauſa relictum, defuncto legatario, antequam nuptias contraxerit, ad heredes non transmittitur, quia conditionale cenſetur, ſi ſcil. nuptiæ ſequantur, *nov. 123. c. 37. Heig. p. 1. qu. 31. Carpz. p. 3. c. 13. d. 25.*

45. Uſuræ & fructus legatorum ex tempore moræ præſtari debent, *l. 23. de legat. 1. l. 78. §. 2. de legat. 2.* quæ regulariter incipit ab aditæ hereditatis tempore, modo heres legatum deberi ſciverit, *Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 5. p. 1507. & p. 1. ſupplem. ad eund. loc. p. 532. Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 147.* Ubi enim heres, quum hereditatem adit, rem legatam eſſe, ignorat, a tempore interpellationis judicialis, i. e. inſinuatæ primæ citationis, demum uſuræ currunt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 29. not. 6. p. 414. Wernber. c. l. n. 4.* In legatis vero ad pias cauſas a tempore mortis

Digitized by Google

præſtantur, *l. 46. §. 4. & 5. C. de epiſc. & cleric. nov. 131. c. 12. Berger. E. D. F. c. l. Wernher. c. l. n. 3.*

46. Ex legatis, in diem relictis, ante hujus exiſtentiam, uſuræ non debentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 91.* currunt vero ſtatim a lapſu diei, *Wernher. d. p. 7. obſ. 247.*

47. Legatarius rurſus alio legato gravari poteſt, *l. 11. pr. de legat. 3. l. 70. de legat. 2.* confer. omnino *Stryck. de cautel. teſtam. c. 20. §. 10.*

48. Dominium rei, quæ heredis eſt, alteri legatæ, demum a tempore traditionis in legatarium tranſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 307.*

49. Rei vindicatio, quæ ex legato competit legatario, *l. 80. de legat. 2.* præſtruit terminos habiles, i. e. ut legata ſit 1.) ſpecies, eademque 2.) teſtatoris propria: quantitatis, itemque ſpeciei alienæ nomine legatario non competit dominium, ergo nec rei vindicatio, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 29. not. 1. p. 412. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 237.*

50. Legatarius pro conſequendo legato executive contra heredem agere valet, *Mynſinger. centur. 5. obſ. 61. Heig. p. 2. qu. 7. n. 39. Carpz. p. 3. c. 13. d. 35. Finckelth. obſ. 121.* diſſentiunt *Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. n. 693. ſeq. Fachin. lib. 5. controv. 31.* add. *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 9. p. 44. ſeq.*

51. Quod ſi legatarius rem ſibi legatam, ab herede jam poſſeſſam, propria autoritate, & ſine illius conſenſu, occupat, incidit in pœnam edicto *D. Marci* ſancitam, h. e. omni jure ſuo excidit, *l. 13. quod met. cauſ. l. 7. C. und. vi. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 173. n. 1.*

52. Si vero res ab herede nondum poſſeſſa a legatario fuit occupata, legatarius jus ſuum quidem haud amit-

amittit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 38.* interdicto tamen quod legatorum ab herede conveniri poteſt ad ejus reſtitutionem vel præſtandum intereſſe, *l. 1. §. 2. quod legat. ibique Godofr. lit. a. & d. vid. Wernber. c. l. n. 2.* confer. omnino *Carpz. p. 3. c. 13. d. 30.* idque procedit, etiamſi autoritate judicis in poſſeſſionem ſit miſſus legatarius, *Carpz. d. c. d. 31.*

53. Non aliter vero interdicto quod legatorum locus eſt, quam ſi intuitu Falcidiæ aut alias heredis interſit: alias exceptione: *tua non intereſt*, repellitur, *Wernber. d. obſ. 173.* add. *Carpz. d. def. 30. n. 6. ſeq.*

54. Ad revocationem legatorum, ſive fiat ore, ſive per Scripturam 5. teſtes exigunt, *Struv. ex. 35. th. 81. Berger. in œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 30. p. 415. & Reſolut. Lauterb. tit. adimend. vel transfer. legat. qu. 1.*

55. Sed ad revocationem legatorum nudam voluntatem contrariam ſufficere, eamque non tantum duobus teſtibus, ſed etiam ſchedula teſtatoris ſufficienter probari, modo de hujus manu conſtet, tradunt *Stryck. in uſ. mod. tit. de adimend. vel transfer. legat. §. 2. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 300. & in ſupplem. ad eand. obſ.* Imo & juramenti delationi inter heredem & legatarium hic locum eſſe, exiſtimat *Stryck. c. l.* add. loc. *actio hypothecaria. th. 9. loc. heres & legatarius indignus.* loc. *viduitas. th. 3.* loc. *uſusfructus. th. 1. 2. 3. & ſeq.*

LEGATUM AD PIAS CAUSAS.

1. Legata ad pias cauſas valida ſunt, licet coram nullis teſtibus relicta fuerint, modo de ultima legantis voluntate conſtet, *c. 11. X. de teſtam. Stryck. de cautel. teſtam. c. 12. §. 3. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 21. & p. 3. obſ. 245. nec non ſupplem. ad p. 1. obſ. 21. item ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2.* *tit.*

Digitized by Google

tit. 4. th. 9. not. 3. p. 362. diſſentit *Carpz. p. 3. c. 4. d. 33.* requirens duos teſtes.

2. E contra legatum ad pias cauſas non adimi, niſi coram quinque teſtibus, poſſe, ſtatuit *Berger. c. l. th. 30. p. 416.* ſed duos teſtes ſufficere, reſpondit ordo Wittebergenſis apud *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 300. n. 8.*

3. Legatum ad piam cauſam, abrogata ea, ad alios pios uſus converti debet, *Schurff. cent. 1. conſil. 48. Carpz. p. 3. c. 13. d. 27.*

4. Princeps legata ad pias cauſas in alios, eoſdem magis neceſſarios, uſus, quam ad quos a teſtatore deſtinata ſunt, impendere ex juſta cauſa poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p 3. obſ. 244.*

5. Legatum, pauperibus in genere relictum, illis debetur, qui eo in loco ſunt, ubi teſtator domicilium habuit, *Brunnem. ad l. 49. C. de epiſc. & cleric. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 383.*

6. Legatum, pauperibus ſimpliciter relictum, judicis arbitrio uni concedi poſſe, qui miſerrimus omnium ſit, tradit *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de legat. qu. 4.*

LEGITIMA.

1. Legitima indiſtincte debetur liberis, per ſubſequens matrimonium legitimatis, *l. 5. l. 10. C. de natur. liber. nov. 89. c. 8. c. tanta. X. qui filii ſint legit. Gail. lib. 2. obſ. 241. n. 1. ſeq. Struv. ex. 3. th. 51. & ex 10. th. 11.* Legitimatis vero per reſcriptum principis non aliter debetur legitima, quam alia legitima ſobole deficiente, *auth. præterea. C. eod. nov. 74. c. 1. & 2.* Plane nec iis præjudicare, ſi poſtea ex matrimonio legitimo naſcantur liberi legitimi, tradunt *Gail. lib. 2. obſ. 142. n. 5. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 6.* Quin & legi-

Digitized by Google

legitimatis per reſcriptum principis relinquenda eſt legitima, etſi jam antea liberi ex juſto matrimonio extiterint, ſi legitimatio facta ſit ad inſtantiam patris, inque libello ſupplici mentio legitimorum liberorum injecta, atque legitimatio facta cum clauſula: non obſtante, *Stryck. c. l.*

2. Etiam nepotibus debetur legitima, prædefunctis nimirum parentibus, *auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. hered. nov. 18. c. 3.* Licet etiam pater ipſorum hereditatem ſui patris repudiaret: tamen hi eam, quia edicto ſucceſſorio ad eos nunc devolvitur, petere poſſunt, *l. 35. §. 3. C. de inoffi . teſtam. Stryck. c. l. §. 7.* Quod autem etiam avus, filio ſuo legitime exheredato, nepotibus legitimam debeat, magis auctoritate *Card. Tuſch. pract. concl. 182. n. 5. lit. L.* quam legibus nititur: non enim aliter hoc verum, quam ſi filius exheredatus præmortuus ſit, *Stryck. c. l.*

3. Liberis naturalibus in ſpecie ita dictis, alia ſobole legitima patri non extante, duæ quidem unciæ debentur, *auth. licet. C. de natur. liber. nov. 89. c. 12. §. 4.* Attamen contra patris teſtamentum nulla datur iis querela, quod legitima ipſis haud relicta ſit, *Tuſch. Tom. 5. pract. concl. lit. L. concl. 182. n. 34.* Imo ſi liberi legitimi ſimul extent, unam tantum unciam in teſtamento pater naturalibus relinquere poteſt, per *l. 2. C. de natur. liber. nov. 89. c. 12. §. 2. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 8.*

4. Quamvis itaque liberis naturalibus legitima non debeatur a patre: hæc tamen a matre illis relinquenda eſt: nam hæc liberos ſuos naturales, ſi utiliter teſtari velit, inſtituere aut nominatim juſta ex cauſa exheredes ſcribere debet, *§. 3. J. ad*

Digitized by Google

ad SC. Orphit. Gail. lib. 2. obſ. 115. n. 11. Stryck. c. l.

5. Spurii plane patri non ſuccedunt, aut legitimam ab eo impetrare poſſunt, *arg. §. 12. J. de nupt. l. 23. de ſtat. homin. Stryck. c. l. §. 9.* Et licet de patre certo conſtet, ne tunc quidem legitimam ex ipſius bonis petere poterunt, *Gard. Palæott. de noth. & ſpur. c. 54. Stryck. c. l.* Matri autem eodem modo ſuccedunt ſpurii, ut *præced. th.* de naturalibus eſt traditum: illa tamen limitatio in *l. pen. C. ad SC. Orphit.* additur, quod non ſuccedant ſpurii, ſi mater illuſtris ſit, & liberos naturales legitimos habeat, *Treutler. vol. 1. Diſp. 13. th. 2. lit. e. Stryck. c. l.*

6. Liberi inceſtuoſi, ex damnato coitu nati, nefarii, adulterini legitimam petere non poſſunt, cum ab omni ſucceſſione removeantur, *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Carpz. p. 3. c. 14. d. 11. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 10.* Nec partui, ex marito & ſoluta ſuſcepto, legitima a matre relinquenda eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 8. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 30. Stryck. c. l. §. 11.* diſſentiunt *Socin. conſil. 148. Matthæi de ſucceſſ. c. 14. §. 14.*

7. Omnibus ex aſcendente linea, ſucceſſionis ab inteſtato capacibus, legitima debetur, ſalva tamen gradus prærogativa, *nov. 115. c. 4. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 18.* adeo ut ſtatutum, quo generaliter diſponitur, ut conjux ſuperſtes omnia defuncti bona lucretur, parentum legitimam non excludat, *Conſtit. Elect. Sax. 12. p. 3. ibique Carpz. d. 3.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 5. def. 6. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 66.*

8. In Linea collaterali fratribus & ſororibus debetur legitima: aſt non ſemper aut abſolute, ſed eo de-

Digitized by Google

demum caſu, ſi ſcriptus heres laboret infamia aut levis notæ macula, *l. 27. C. de inoffic. teſtam. Berlich. p. 3. concl. 11. n. 12. ſeq.* Ut itaque hoc caſu fratres & ſorores in legitima ſint inſtituendi, ſi teſtator nolit, ut teſtamentum poſt mortem, ceu inofficioſum & nullum, impugnetur, *§. 1. J. de inoffic. teſtam. Stryck. c. l. §. 19.* niſi ipſe frater ſit illegitimus aut levis notæ macula notatus, *Stryck c. l.* diſſentit *Struv. ex 10. th. 18.*

9. Nec tunc frater in legitima gravatus dicitur, ſi turpis perſona hereditatem repudiet, & ſubſtitutus perſona honeſta ſit, illamque adeat, *Baldus de Ubald. in l. fratris. 21. C. de inoffic. teſtam. n. 7. Stryck. c. l.* Sic etiam, ſi plures ſunt inſtituti, & una perſona ex illis levi macula laborat, non datur fratri querela, ſi inſtitutio ſit facta in re indiviſibili aut jure aliquo, *l. 29. de liber. legat. Stryck. c. l.*

10. Legitima liberorum hodie eſt triens, ſeu tertia pars totius hereditatis, quatuor aut paucioribus liberis; ſemiſſis vero, quinque aut pluribus exiſtentibus, *nov. 118. c. 1. & auth. noviſſima. C. de inoffic. teſtam. Donell. lib. 19. c. 4. ibique Hilliger. lit. Z. Berlich. p. 3. concl. 11. n. 1. ſeq.*

11. Extantibus quinque vel pluribus nepotibus ex uno ſolummodo filio, aliisque vel nepotibus vel liberis non concurrentibus, legitima erit ſemis ſive dimidia pars hereditatis, quia jus repræſentationis ceſſat, & illi omnes ex ſua perſona in capita ſuccedunt, *Salycet. ad auth. noviſſima. C. de inoffic. teſtam. qu. 6. Carpz. p. 2. c. 12. d. 11. n. 9. 10. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 22.*

12. Si vero nepotes, cum patruis vel amitis, aut etiam cum aliis nepotibus, ex altero filio aut ſorore, avo ſuccedant, non numerus nepotum, ſed paren-

parentum attendi debet, ita ut legitima ſit triens, licet ex uno filio decem nepotes & ex altero totidem ſuperſtites ſint, modo non plures quam quatuor ſtirpes numerentur: quia utroque caſu gradum & perſonam parentis ſui repræſentant, & non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedunt, etiam in foro Saxonico, *Salycet. c. l. Carpz. d. def. 11. n. 4. ſeq. Stryck. c. l.*

13. Parentum etiam legitima aucta eſt per *nov. 18. c. 1. Hilliger. ad Donell. lib. 19. c. 4. lit. aa. Richter. p. 1. dec. 52. n. 3.* ita ut eorum legitima ſit triens, *Perez. ad Cod. tit. de inoffic. teſtam. n. 32.* etiam jure Saxonico, *conſtit. Elect. 12. p. 3. ibique Carpz. d. 11. n. 3.* imo & ſemiſſis, ſi cum defuncti filii fratribus concurrant, *Tuſch. concl. pract. 185. n. 9. Stryck. c. l. §. 23.*

14. Fratrum legitimam per *nov. 18. c. 1.* auctam non eſſe, ſed illam adhuc hodie eſſe quartam ſaltem partem hereditatis, *l. 8. §. 6. de inoffic. teſtam.* definitam, tradit *Merlin. de legitim. c. 3. qu. 9.* confer. *Berlich. p. 3. concl. 12. n. 55. ſeq.* diſſentiunt *Struv. ex. 10. th. 13. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 25.*

15. In computanda legitima juſte exheredatus etiam numerari debet: namque delictum exheredati reliquis coheredibus nec prodeſſe, nec obeſſe poteſt; & legitima eſt æſtimanda ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, extra teſtamenti cauſam; qua conſideratione utique filius exheredatus concurrit, atque conſequitur quilibet reliquorum liberorum legitimam partem debitæ portionis, quam haberet, ſi una cum exheredato ab inteſtato ſuccederet. Exheredati vero partem merito capit inſtitutus heres. Imo ſi non computetur exheredatus, vergeret exheredatio aliquando, ſi nimirum quinque habeat liberos teſtator, in damnum

num filiorum aliorum, & acciperent hi non ſemiſſem ſuæ portionis, ſed trientem, quod non videtur aſſerendum, *Struv. ex. 10. th. 32. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 13. th. 15. Vinn. ſel. quæſt. lib. 1. qu. 21. Huber. prælect. adff. tit. de inoffic. teſtam. §. 14. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 82.* Idemque ſtatuendum eſſe putat *Struv. c. l.* quando aliquis liberorum repudiat quærelam, juſve dicendi teſtamentum nullum.

16. Verum exheredatum in computanda legitima non poſſe connumerari, docent *Gail. lib. 2. obſ. 122. n. 18. Berlich. p. 3. concl. 12. n. 9. ſeq. Carpz. p. 3. c. 10. d. 12. & 13. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 21. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 16. not. 4. p. 377.* adeoque, ſi pater, ex quatuor filiis, unum exheredaverit, reliquorum trium legitimam non minus eſſe totum trientem, &, ſi ex quinque filiis unum exheredaverit, reliquorum filiorum legitimam non eſſe ſemiſſem, ſed ſaltem trientem, eum exheredatus pro mortuo habeatur, tradit *Carpz. d. def. 12. & 13.* Hancque ſententiam, uſu ſervari cum *Berger. c. l.* teſtantur ipſi *Struv. c. l. Huber. c. l.* add. *Wiſſenb. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 11.*

17. Quid, ſi quis duos fratres heredes inſtituat, & matrem in legitima? Reſp. trientem integrum legitimam matris non eſſe, ſed tertiam tertiæ partis, contendit *Bartol. in l. 14. de inoffic. teſtam.* quem ſequitur *Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 24.* diſſentit *Bald. in auth. noviſſima, C. de inoffic. teſtam. qu. 8.*

18. Quid vero, ſi quis matrem inſtituat in legitima, præteritis fratribus, & inſtituta alia honeſta perſona? Reſp. legitimam matris eſſe tertiam totius hereditatis partem, putant *Bald. c. l. Stryck. c. l.* diſſentit *Bartol. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 82.* ubi præ-

ju-

Digitized by Google

judicium, confer. omnino *Huber. prælect. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. §. 14.*

19. Filia, quæ, certo quopiam pro dote accepto hereditati renunciat, reputatur inter liberos quoad minuendam legitimam, puta, ſi, ex quatuor liberis, una filia hereditati renunciaverit, reliqui liberi non integrum trientem, ſed de hoc ſaltem tres partes accipiunt, quarta heredi accreſcit. Ad augendam vero legitimam in numerum liberorum referenda non eſt, puta, ſi, ex quinque liberis, filia una hereditati renunciaverit, reliqui non ſemiſſem, ſed tantum trientem habebunt, *Berlich. p. 3. concl. 12. n. 26. Carpz. p. 3. c. 10. d. 14. Struv. ex. 10. th. 32. in fin.* diſſentit *Barry de ſucceſſ. lib. 16. tit. 2. n. 9.*

20. Si unus ex filiis propria voluntate ſit excluſus, puta, quia hereditatem adire noluit, ſed repudiavit, tunc portio ejus reliquis accreſcit, ideoque ſi quinque ſint filii, ex quibus hereditatem unus repudiavit, reliquorum legitima nihilominus erit ſemis, *Carpz. d. c. d. 15.* confer. vero *Struv. d. th. 32.*

21. In ineunda legitimæ computatione ſpectandum eſt tempus mortis, *l. 6. C. de inoffic. teſtam. A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 19. def. 27. n. 1.* quandoquidem nec prius ſciri poterit, quid & quantum eo tempore futurum ſit in bonis, propter caſus inopinatos, quibus augeri poſſunt facultates, vel minui, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 10. n. 5.*

22. Legitima non eſt univerſæ hereditatis, ſed bonorum tantum quota, ita ut prius æs alienum deducatur & ſolvatur, quam legitima filiis vel aliis aſſignetur, *l. 8. §. 9. de inoffic. teſtam. l. 39. §. 1. de V. S. Gail. lib. 2. obſ. 120. n. 3. Berlich. p. 3. concl. 11. n. 3.* add. *Struv.*

c. l.

c. l. th 33. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de inoffic. teſtam. & de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2. §. 6.

23. Liberi ex bonis parentum legitimam petere haud poſſunt, priusquam omnibus creditoribus ſatisfactum, æſque alienum ſolutum fuerit. *l. 8. §. 9. de inoffic. teſtam. Weſenbec. p. 1. conſil. 50. n. 30.* Ergo nec matri, ex promiſſione mariti, donationem propter nuptias petenti, erunt præferendi in legitima, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 92. n. 2.*

24. Alia eſt ratio, ſi uxor ſecundi matrimonii donationem propter nuptias petat, cui propterea liberi prioris matrimonii præferuntur, quia iis jam exiſtentibus pater, ad ſecunda vota tranſiens, in pactis dotalibus, quoad legitimam haud potuit præjudicare, *Carpz. d. def. n. 3. 4.*

25. Cum etiam viduæ illata æs alienum ſint, hæc quoque ante computationem legitimæ deducenda veniunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 190. n. 5.* add. *Weſenbec. p. 1. conſil. 50. n. 23. ſeq. Carpz. p. 1. c. 28. d. 100.* Aſt ſi vidua portionem ſtatutariam eligat legitima juxta quantitatem totius ſubſtantiæ bonorum, non deducta prius portione ſtatutaria, æſtimari debet, *Carpz. lib. 6. R. 48. Brunnem. cent. 3. dec. 23. Wernher. c. l. & p. 3. obſ. 47. nec non ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 190.* diſſentiunt *Berlich. p. 3. concl. 27. n. 3. Eſbach. ad Carpz. p. 3. c. 11. d. 3.* ſcilicet, ſi de legitima liberorum agitur: ſecus vero eſt, ſi de legitima parentum quæritur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 148.*

26. Deducenda eſt legitima ex omni ſubſtantia & bonis teſtatoris, *l. 36. pr. C. de inoffic. teſtam. nov. 18. c. 1. Carpz. dec. 266.* tam allodialibus, quam feudalibus, ſi ſcil. hoc caſu de ſucceſſione filiorum agitur, quia in iis ab inteſtato ſuccedunt, vid *Hartm. Piſtor. p. 2. qu.*

 38.

Digitized by Google

38. n. 10. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 13. n. 7. & 8. Peregrin. de jur. fideicomm. art. 36. n. 7. ſeq. add. *Carpz. p. 3. c. 10. d. 9.*

27. Computatio legitimæ tali caſu ita ineunda, ut allodium cum æſtimatione feudi combinetur, & ex ſumma reſultante legitima, eademque pro numero liberorum dimidia, vel tertia pars detrahatur, *Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 7. not. 4. p. 1542. Horn. jurispr. feud. c. 14. §. 9. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 451. n. 5.*

28. Filiabus ex feudis nulla debetur legitima, *Heig. p. 1. qu. 25. Finckelth. diſput. feud. 6. th. 31.* licet feudum 1) ſit fœmineum, *Berlich. p. 3. concl. 11. n. 42.* 2) hereditarium, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 38. n. 34.* aſt, ex feudo mere & abſolute hereditario filiabus legitimam deberi, habet *Berlich. d. concl. 11. n. 33.* 3) emtium ſeu noviter a patre pecunia ſua comparatum, etiamſi alia hereditaria bona haud ſuperſint, *Heig. p. 1. qu. 25. n. 66.* add. *Schrader. de feud. p. 7. c. 4. n. 5.* diſſentiunt *Gail. lib. 2. obſ. 159. Carpz. p. 2. c. 9. d. 28. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2. §. 14.* ita tamen, ut legitima aut ſupplementum ejuſdem non ex ipſa ſubſtantia feudi, ſed duntaxat, habita ratione pecuniæ in emtionem feudi collatæ, numeranda ſit, *Carpz. d. def. 28. n. 9. Stryck. c. l.*

29. Filiabus non debetur legitima ex feudo novo, 1) ſi pater feudum antiquum vendiderit, & ex pretio inde redacto aliud feudum novum emerit; 2) quando pater non totam ſubſtantiam, ſed dimidiam tantummodo partem bonorum hereditariorum in emtionem feudi convertit; 3) ſi pater pauciores, quam quatuor, liberos habens non ultra duas tertias bonorum hereditariorum vendiderit, & pro pretio feudum emerit, 4) ſi pater feudum novum non ex propria pecunia com-

pa-

paraverit, ſed vel in caſtris acquiſiverit, vel ex gratia & largitione domini acceperit; 5) ſi pater feudum emerit, de quo antea fuerat inveſtitus, *Conſtit. Elect. Sax. nondum edit. rubr.* ob Töchter von erkaufften Lehn-Gütern *legitimam* zu fordern haben, *Carpz. d. c. d. 30.*

30. Legitima in ſubſidium ex gerada & rebus expeditoriis ſuppleri debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 175.*

31. Integra ut ſemper relinquatur legitima, neceſſum non eſt, ſed ſufficit, partem quamcunque, etiam minimam, relinqui, quo caſu reliquam partem condictione ex *l. 30. C. de inoffic. teſtam.* petere licet, vid. *Berlich. p. 3. concl. 13. Donell. lib. 19. c. 4. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 27.* Nec patris prohibitio vel etiam obteſtationes impediunt, quo minus liberi legitimæ ſupplementum petere valeant, *Carpz. p. 3. c. 12. def. 8. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 190. & in ſuppl. m. nov. ad eand obſ.*

32. Solo inſtitutionis titulo honorabili legitima relinqui debet, tam liberis, quam parentibus, *nov. 115. c. 4. & 5. Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 3. ibique Carpz. d. 1. & 2. Stryck. c. l. §. 26. & 35 Huber. prælect. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. §. 15.* licet ſtatuto legitima vel aucta ſit vel minuta, *Stryck c. l. §. 32.*

33. Legitima inſtitutionis titulo relinqui debet etiam in teſtamento paterno inter liberos, *Carpz. d. def. 1. n. 9. Franzk. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 46. Stryck. c. l. § 28.* & in teſtamento ad pias cauſas, *Carpz. d. def. 1. n. 10. Franzk. c. l. Stryck. c. l. §. 29.*

34. Quicquid liberis ſub nomine legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes inſtituti, *Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 3. Berlich. p. 3. concl. 15. n. 49. Peregrin.*

Digitized by Google

de fideicomm. art. 36 n. 59. confer. vero *Stryck. de cautel. teſtam. c. 17 membr. 1. §. 31.* niſi teſtator id per heredem exſolvi juſſerit, *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 24. def. 8. Carpz. p. 3. c. 9. d. 8. n. 4. ſeq.*

35. Ex eadem benigna interpretatione ultimæ voluntatis legitima cenſetur titulo inſtitutionis relicta eſſe, ſi pater in ſuo teſtamento filiabus loco dotis aliquid relinquat, licet verbis expreſſis heredes eas non inſtituerit in certa re; *Menoch. lib. 1. conſil. 8. n. 8. Carpz. d. c. d. 9. Stryck. c. l.* Interim, ſi dos infra legitimam ſit, ad ſupplementum agere filia hoc caſu haud prohibetur, *Berlich. d. concl. 15. n. 53.*

36. Teſtamentum, in quo pater liberis legitimam titulo ſingulari relinquit, ipſo jure nullum eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 407.*

37. Fratribus ac ſororibus eo caſu, quo turpis perſona ipſis præfertur, legitima etiam titulo ſingulari relinqui poteſt, & ſufficit, quod res ſit legata, nulla quantumvis facta legitimæ mentione, *§. ult. J. de inoffic. teſtam. nov. 119. c. 5. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 17. not. 3. & 4. p. 381. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 99.* diſſentit *Sichard. ad l. 30 C. tit. de inoffic. teſtam.* Si vero legatum ſaltem ſit pars legitimæ, ad ſupplementum ejus agi poteſt, *Wernher. c. l. n. 4.*

38. Non impugnare poſſunt liberi teſtamentum, ex cauſa præteritionis, ſi patre adhuc vivente, dotem vel legitimam acceperint, quia eo ipſo factum & teſtamentum patris probare videntur, *l. 8. §. 8. de inoffic. teſtam. l. 71. §. 3. de condit. & demonſtr. Carpz. d. c. d. 10.*

39. Legitima debet eſſe ſine ullo gravamine, dilatione vel conditione; & horum ſi quicquam adſcriptum, pro non adjecto habetur, *l. 32. C. de inoffic. teſtam.*

Digitized by Google

ſtam. nov. 18. c. 3. Franzk. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 51. ſeq. Struv. ex 10. th. 30. etiamſi conditio ſit poteſtativa, vel filii favorem reſpiciat, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2 §. 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 15. not. 9. p. 375.*

40. Legitima non debet minui aut gravari ob legata, *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 10.* etiamſi ſint ad pias cauſas, *Gail. lib. 2 obſ. 119. n. 7. Stryck. c. l. §. 7.*

41. Legitima non poteſt ita gravari, ut a patre quidem proprietas bonorum legitimæ aſſignetur filiis titulo inſtitutionis, uſusfructus vero ad dies vitæ alii concedatur, *Stryck. c. l. §. 8.* Imo etiamſi pater filium heredem omnium bonorum inſtituat, alteri vero, veluti uxori, uſumfructum relinquat, legitima tamen non continebitur in uſufructu, ſed prius deduci debet, *Gail. lib. 2. obſ. 144. n. 1. Carpz. p. 3. c. 12. d. 7. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2 § 8.* Nam legitima ſtatim poſt mortem parentis pleno jure abſque onere debetur, h. e. cum proprietate & uſufructu, *Dec. conſil. 590. n. 8. & conſil 620. n. 8. Berlich. p. 3. concl. 14. n. 35.*

42. Statutum, quo ſuperſtiti uxori uſusfructus omnium bonorum addicitur, ita explicari debet, ut procedat, deducta legitima liberorum, *Gail. c. l. Stryck. c. l.* Plane valere ſtatuta, quibus diſponitur, ut conjux ſuperſtes bonis univerſis defuncti conjugis ad vitam utatur fruatur, nec liberi, eo vivente, legitimam petere valeant, tradit *Carpz. d. c. d. 6.*

43. Legitima fideicommiſſo illicite gravatur. Igitur filius in hereditate tota quidem inſtitutus, aſt fideicommiſſo univerſali etiam gravatus, poteſt detrahere legitimam & de illa pro lubitu diſponere, *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. qu. 296. n. 2. Knibſchild. de*

Digitized by Google

fideicomm. famil. illuſtr. c. 5. n. 120. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2. §. 15. tametſi fideicommiſſum forte concernat favorem piæ cauſæ. *Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumpt. 196. n. 17. Stryck. c. l.*

44. Si filius decedens a tali fideicommiſſo non detraxerit legitimam, integrum hoc jus eſt ejus heredibus, *Stryck. c. l.* Nam jus legitimam de fideicommiſſo detrahendi a liberis ad quoscunque heredes transmittitur, *Franzk. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 54.* Atque hoc obtinent, etſi 1) filius paternæ hereditati ſemet immiſceat, etiam abſque proteſtatione, *Gail. lib. 2. obſ. 119. n. 8. Stryck. c. l. §. 16.* nam ſola approbatione teſtamenti ſibi non præjudicat, & quam diu legitimæ in ſpecie renunciatum non eſt, hæc ſalva manet, *Carpz. p. 3. c. 12. de 4. in fin. ibique Eſbach. Stryck. c. l. §. 5.* etſi 2) fideicommiſſum ſit reciprocum inter ipſos liberos, *Stryck. c. l. §. 17. Pruckmann. vol. 1. conſil. 28. n. 95.* diſſentit *A. Perez. ad Cod. tit. de inoffic. teſtam. n. 41.*

45. Plane patrem, quatenus liberos ultra legitimam heredes inſtituit, eoſdem fideicommiſſo, etiam intuitu legitimæ gravare poſſe, cum *Menoch. conſil. 196. n. 15. & Maſtrill. lib. 2. dec. 181. n. 28. ſeq.* tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 478.*

46. Legitima titulo ſubſtitutionis non poteſt relinqui, *Jaſon. in auth. noviſſima C. de inoffic. teſtam. n. 26. Carpz. p. 3. c. 9. d. 1. n. 13.* nec per fideicommiſſum, *nov. 115. c. 3. Carpz. c. l. n. 14.* nec in fructibus aut penſionibus, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 18. Stryck. c. l. §. 28. 29.* niſi fructus percepti eſſent vivo teſtatore, quia iſti erunt vel reſtituendi, vel computandi in legitimam, *Peregrin. de fideicomm. art. 49. ſeq. Stryck. d. §. 28.*

47. Cum

Digitized by Google

47. Cum legitima ex ipſa ſubſtantia bonorum debeatur, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 13. n. 6.* hinc non valet diſpoſitio patris, qua liberos æſtimatione legitimæ, aut re certa, ejus loco aſſignata, contentos eſſe jubet, ſed ejuſmodi onus detrahendum ac pro non adjecto habendum eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 185. Fachin. lib. 4. c. 33.* add. *Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 7. not. 5. p. 1543.* diſſentiunt *Berlich. dec. 280. n. 18. 19. Franzk. ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 58. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2. §. 12.*

48. Si pater filiabus certam quantitatem, loco dotis, reliquerit, ea conditione, ut ſi innuptæ moriantur, ſolle das conſtituirte Ehe-Geld in das Lehn zurück fallen, quæritur: annon tali caſu filia illicite in legitima ſua gravata ſit? Ubi diſtinguendum eſt, an dos illa legitimam excedat, nec ne? Priori caſu illud, quod ſupereſt, patris diſpoſitioni ſubjacet, conſequenter filia de ſuperfluo non poteſt pro lubitu contra voluntatem relinquentis diſponere; poſteriori caſu filiæ ſalva manet poteſtas, licet innupta moriatur, diſponendi per modum ultimæ voluntatis de hac ſua dote, *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. qu. 295. n. 68. & qu. 297. n. 9. Stryck. c. l. §. 9.*

49. Liberi non tenentur ſtare taxatione bonorum a patre in præjudicium legitimæ facta, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 442. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* nam omnis diſpoſitio, in præjudicium legitimæ facta, invalida eſt, *Wernher. p. 1. obſ. 95.*

50. Legitima ex cautela Socini gravari poteſt, ut puta cum pater filium ex aſſe inſtituit heredem, hac tamen lege, ut ſine liberis defunctus totam hereditatem reſtituat Cajo, aut, ſi huic diſpoſitioni acquieſcere nolit, in ſola legitima ſit heres, vid. *Merlin. de legit. lib.*

Digitized by Google

3. tit. 2 qu. 8. n. 8. & qu. 10. n. 16. Stryk. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 3. §. 15. ſeq. add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 15. not. 9. p. 375.*

51. Pater præciſe opus non habet, filium inſtituere in tota hereditate; ſed ſufficit ſi ei relinquat præter legitimam certa bona, & cum fideicommiſſo graver, ſimulque adjiciat, ſi filius nollet ea bona habere cum fideicommiſſo, habeat ſuam legitimam, alio herede inſtituto, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 11. Stryck. c. l. §. 19.*

52. Legitimam quoque hoc modo onerari poſſe: *filio meo relinquo uſumfructum omnium meorum bonorum, quod ſi eum nolit, volo ut ſua legitima ſit contentus*, cum *Voetio* docet *Schotan. in exam. jurid. tit. de inoffic. teſtam.* quod nec diſplicet *Hubero in prælect. ad ff tit. de inoffic. teſtam. §. 16.* Sed diſſentit, & filium, cui uſusfructus omnium bonorum relictus eſt, cum expreſſa prohibitione, ne plus habeat; addito, ſi parere nolit huic prohibitioni, quod tunc in legitima ſola inſtitutus & a ceteris excluſus eſſe debeat, poſſe nihilominus petere legitimam ſolidam, præter reliquum videlicet uſumfructum, putat *Sandius lib. 4. tit. 7. def. 2. in fin.* teſte *Hubero c. l.*

53. Fratrum legitima non ſolum per ſtatutum deminui, ſed etiam in totum tolli poteſt, *Rittersh. ad nov. p. 6. c. 4. n. 25. Carpz. p. 3. c. 12. d. 5. n. 9. ſeq.* Liberorum autem & parentum legitima, non quidem plane tolli, deminui tamen quoque poteſt, *Gail. lib. 2. obſ. 122. Carpz. d. c. d. 1. 2. 3. 5. & 6.*

54. Nunquam de legitima quæri poteſt vivo patre, *l. 1. §. 21. de collat. l. 6. C. de inoffic. teſtam.* etſi pater ſit prodigus vel dilapidator, *arg. l. 26. pr. de minor.* cum filius hoc caſu remedium habeat ordi-

Digitized by Google

ordinarium, puta, ut patri per magiſtratum bonis interdicatur, *Berlich. p. 3. concl. 14. n. 28.* Et pater nequidem pro filio, ob delictum condemnato, legitimam ſolvere tenetur, *Moller. lib. 3. ſemeſtr. 6. Berlich. d. concl. n. 16.*

55. Plane vivo patre debetur legitima, ſi filius vel filia ſit religionis orthodoxæ, pater vero anabaptiſta, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 10.* vel ſi pater monaſterium ingreſſus, aut aliter religionem confeſſus fuerit, *Berlich. d. concl. 14. n. 32.* ubi plures limitationes.

56. Imputantur in legitimam ea tantum, quæ ex bonis teſtatoris proficiſcuntur, *nov. 18. c. 1. l. 30. §. imputari. C. de inoffic. teſtam. Berlich. p. 3. concl. 17. n. 1. ſeq.* ſive per illius ultimam voluntatem, ut legata, fideicommiſſa, *l. 8. l. 35. l. ult. C. eod. Carpz. p. 3. c. 11. d. 1. n. 6. Struv. ex. 10. th. 35.* ſive alio modo, ut dos, donatio propter nuptias, *l. 29. C. eod. Struv. c. l.* Et nepotibus, quantum ex dote materna acceperunt, in legitimam avitam imputatur, *Carpz. p. 3. c. 11. d. 31.*

57. Feudum antiquum, modo hereditarium non ſit, in legitimam filii non imputatur, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 38. n. 2. Carpz. p. 3. c. 10. d. 8. n. 1. ſeq.* Feudum novum vero, ſive hereditarium ſit, ſive ex pacto & providentia, in legitimam connumerandum eſt, *Hartm. Piſtor. d. qu. n. 5. & 6. Carpz. c. l. n. 4. ſeq.*

58. Regula: *quicquid non confertur, illud nec in legitimam imputatur*, fallit in legatis, quæ non conferuntur, *l. 4. 7. & 16. C. de collat. l. 35. §. & generaliter C. de inoffic. teſtam.* at in legitimam imputantur, *arg. l. 8. 30. 36. C. eod. Carpz. p. 3. c. 11. d. 1. n. 6. & d. 10. n. 2.* neque alia eſt ratio prælegati, *Berger. philoc. for. reſp. 25. p. 270.* diſſentit *Struv. ex. 10. th. 35.*

Digitized by Google

59. Qui ſucceſſioni ab inteſtato ſibi debitæ renunciavit, adhuc legitimam petere non prohibetur, *Fabric. ad Mynſinger. cent. 1. obſ 36. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 107.* confer. vero *Carpz. p. 2. c. 35. d. 16.* vid. ſupra loc. *hereditatis renunciatio. th. 11.*

60. Qui legitimam accipit, creditoribus hereditariis, æque ac alii heredes, pro rata tenetur, *l. 6. C. famil. hercïſc. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ* 47.

LEGITIMATIO AD CAUSAM.

1. Si quis documentum, in ipſius perſonam haud conceptum, in judicio producit, ante omnia (a) ſe ad cauſam legitimare, h. e. docere debet, quem in modum nomen documento comprehenſum in ipſum tranſierit, *Horn. cl. 11. ſent. 91. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 247. n. 2.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de judic. ad verb. extraordinarium.* & *E. D. F. tit. 5. obſ. 2. not. 1. p. 132.* cujus obtentu, in proceſſu executivo, reus recognitionem protrahere poteſt, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 5. lit. 9. p. 716.* Nam ſola inſtrumenti obligatorii detentio non ſufficit ad legitimationem cauſæ, quamvis ei inſerta ſit clauſula: allen getreuen Brieffs-Innhabern, *Mev. p. 7. dec. 126. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 12. p. 648.*

2. Aſt, ubi legitimatio ad cauſam partem libelli conſtituit, tunc eodem jure, cum libello, cenſetur, adeo-

(a) Sic heredes & ceſſionarii, executive acturi, ſub pœna 5. thalerorum jubentur, ad ſummum in primo termino ſe ad cauſam ſufficienter legitimare, reus autem, licet in eo adhuc aliquid deſideret, documenta, ſub pœna recogniti, eventualiter recognoſcere tenetur: recognitio tamen, ſi defectus in legitimatione deprehendatur, in pronunciando non attenditur, ſed potius melior legitimatio injungitur, *O. P. S. R. in Append. §. 7.*

Digitized by Google

adeoque illius probatio non prius quam in ipſis articulis probatorialibus, poſt litem conteſtatam, facienda eſt, *Wernher. ſel. obſ for. p. 8. obſ. 454. & obſ. 486. Berger. p. 2. R. 41. n. 2. Horn. cl. 12. ſent. 78. p. 897. a.* Et in proceſſu ordinario legitimatio ad cauſam non ſtatim ab initio fieri debet, ſed ſufficit, in libello eam exprimi, teſte *Svendend. ad Fibig. p. 233.* Aliter tamen An. 1720. reſpondiſſe ſcabinos Hallenſes, teſtatur *Wernher. d. obſ. 454. n. 3.* & ſentire videtur *Mev. p. 1. dec. 223.*

3. Legitimationem ad cauſam per documenta probari poſſe, omni dubio vacat, adeo, ut v. g. ceſſionarius, producto, una cum chirographo, ceſſionis inſtrumento, executive agere valeat, *Coler. de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 69. 70. Suendend. ad Fibig. p. 231.* Eadem quoque in proceſſu ordinario teſtibus probari poteſt, *Coler. c. l. n. 34. Suendend. c. l. p. 233.* non item per jurisjurandi delationem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 54.*

4. Plane ſuper legitimatione ad cauſam jusjurandum deferri poſſe, tradit *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 7. p. 169.* Et legitimationem ad cauſam, in proceſſu executivo, fieri poſſe, ſine diſcrimine modi probandi, atque adeo etiam per teſtes & delationem jurisjurandi, propterea quod illa circumſtantia ſit extrinſeca, neque ipſam ingrediatur inſtrumenti, in libellum deducti, ſubſtantiam, ſed potius proceſſum executivum, in ſe ſatis fundatum, præparet & tantisper ſuſpendat, docet *Berger. in E. D. F. tit. 5. obſ. 2. not. 1. p. 132. & in philoc. for. R. 51. p. 396.* add. *ejuſd. Reſolut. Lauterb. tit. de judic. ad verb. extraordinarium.* Quod ipſum de proceſſu quoque cam-

Digitized by Google

cambiali aſſerit *Barth. in hodeg. for. c. 4. §. 5. lit. c. p. 708. & 710.*

5. Sed ipſe *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 17. p. 1106.* ait, quod dicitur, etiam ſuper legitimatione ad cauſam deferri poſſe jusjurandum, id fortaſſe capiendum eſſe de *re corporali,* ſiquidem ea in judicium deducatur: ſecus eſſe ſi agatur de *quantitate,* quia tum reo, adverſus interventionem tertii, præſtari ſecuritas nequeat, cum is referat jusjurandum, eoque ab actore præſtito, condemnetur, ut propemodum regula confici poſſit: *jusjurandum deferri nequit ſuper actu, qui tertii jus attingit.*

6. In probatione legitimationis ad cauſam, veluti ceſſionis, juramentum ſuppletorium non admittunt *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 29. def. 13. Suendend. ad Fibig. p. 234.*

LEGITIMATIO LIBERORUM.

Vid. loc. *liberi legitimati.*

LEGITIMATIO PERSONÆ SEU PROCURATORIS.

1. Non tantum judici, ſed parti quoque ſit legitimatio, cui ideo exceptio legitimationis competit, & licet, remotis omnibus exceptionibus, procedere jubeantur, tamen licitum manet in perſonam ejus, quæ comparet inquirere, *Vant. de nullit. tit. de defect. mandat. n. 1. ſeq. Mev. p. 3. dec. 148. n. 1.*

2. Legitimatio de ſubſtantialibus judici eſt, eamque judex, parte etiam tacente, curare debet, *Vaſqu. controv. 16. n. 2. ſeq. Mev. p. 2. dec. 112. n. 1. 2. & p. 5. dec. 13. n. 4.* judici tamen integrum eſt, illa non quidem penitus omiſſa, ſuſpenſa tamen ſeu dilata,

(a)

Digitized by Google

(a) interea ex juſta cauſa quædam ad cauſam & proceſſum pertinentia permittere, præſertim ſi aut utraque pars conſentit, aut illa, cujus præſertim intereſt, remittit, nec expectari vult, *Mev. d. dec. 112. n. 3.* In ſui enim præjudicium licet litiganti, admittere ſine mandato procuratorem falſum, *Mynſinger. cent. 2. obſ. 22.*

3. Super legitimatione, quod ad perſonam, jusjurandum deferri non poteſt, quandoquidem ea ſecundum ſtylum fori pro forma requirit ſcripturam, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 7. p. 170.*

LEGITIMUM IMPEDIMENTUM. (a)

1. Impedimentorum legitimorum genera vulgo conſtituuntur quatuor, ut captivitas, ægritudo, peregrinatio, & expeditio publica, Land-R. *lib. 2. art. 7. in pr. Zanger. de except. p. 2. c. 9. n. 13.* Inter quæ ægritudo ſeu morbus ſonticus reum maximopere a pœna contumaciæ liberat, *l. 53. §. 2. l. 60. de re judic. l. 2. §. 3. ſi quis caution. jud. ſiſt. cauſ. fact. ubi Jaſon. n. 1. Mev. p. 2. dec. 211.*

2. Sunt tamen & alia impedimenda ad purgationem contumaciæ ſufficientia, ut: exceptio loci non tuti, *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 153. n. 10.* tempeſtas ventorum, pluviarum, aut vis fluminis, *l. 2. §. 3. ſi quis caut. Zanger. c. l.* bellorum motus & hoſtilitates, *Boer. dec. 40. n. 1.* peſtilentiæ periculum

(a) In foro Saxonico a judice permittendum non eſt, ut quicquam in judicio a procuratore abſque legitimatione peregatur, vid. *O. P. S. R. tit. 7. §. 1.*

(a) Impedimentum legitimum, quo quis ad citationem comparere in termino præpeditus fuit, in leuteratione vel appellatione deducere permittitur, *O. P. S. R. tit. 4. §. 5.*

Digitized by Google

culum, *Gail. lib. 1. obſ. 52. n. 11.* & quæ ſunt alia, quæ judex prudens ac diſcertus ſufficientia arbitratus fuerit, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 7. & lib. 3. R. 26. n. 2. ſeq. Berlich. p. 1. concl. 17. n. 48. ſeq.*

3. Inter legitima impedimenta refertur conjugis ac liberorum morbus ſonticus, *Zanger. de except. p. 2. c. 9. n. 13. Carpz. d. c. d. 8. n. 4.* maxime, ſi eo tempore, quo comparere debebat reus, funus deducendum fuerit, *Mynſinger. cent. 4. obſ. 57. n. 6.* nec non ſi conjux in puerperio laboraverit, *Carpz. d. def. 8. n. 3.* imo & graviditas ſaltem uxoris partui proxima, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. b. p. 126.* aut ſi ipſa mulier citata ſit prægnans, aut non ita dudum e puerperio levata, *Carpz. c. l.* porro, carentia vel morbus advocati, *Zanger. c. l.* dummodo de facili reus alium advocatum vel procuratorem habere non potuerit, *Carpz. d. c. d. 9.*

4. Plane carentia advocati pro legitimo impedimento minime habenda, Land-Tags-Abſchied *de an. 1663. §. 2. Lange in Iſagog. proc. c. 40. n. 71. p. m. 759.* niſi forte cauſa jam diu ventilata, & intricata ſit, ita ut non facile alius plene in ea informari poſſit, & actus aliquis præjudicialis ſit peragendus, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 66. lit. d. p. 306.*

5. Facilius ſe excuſare poterit Principalis, ſi eodem vel proximo die alibi locorum in alia cauſa comparere debeat, ſicque in duobus locis ſimul eſſe nequeat: nam etſi per procuratorem in alterutro comparere poſſet, ad hoc tamen præciſe non eſt obligatus, quia ipſius intereſſe poteſt, ad inſtruendum advocatum, in propria perſona adeſſe, *Barth. c. l. Mev. p. 2. dec. 211.* confer. tamen *id. Mev. p. 5. dec. 194.*

6. Af-

Digitized by Google

6. Affectata & fictitia impedimenta, uti & illa, quæ facile removeri potuerunt, nullam excuſationem merentur, *l. 2. §. ult. ſi quis caut. c. ult. X. de elect. Berlich. p. 1. concl. 17. n. 61. Mev. d. dec. 194. n. 4. & p. 8. dec. 438.*

7. Impedimentum, facta licet de eo nulla proteſtatione, ſiſtit curſum fatalium, maxime ſi eſt notorium. Quoties vero non eſt notorium, aut de eo quædam poteſt eſſe dubitatio, aut negligentiæ objectio metuitur, utile eſt, proteſtatione diligentiam & ejus obicem declarari, *Mev. p. 1. dec. 14.*

8. Impedimentum, quod actum facit valde difficilem, licet non impoſſibilem, ſufficit ad reſtitutionem in integrum, *Mev. p. 2. dec. 211.*

9. Impedimentum notorium ſiſtit lapſum termini probatorii, nec eget reſtitutione in integrum, *Mev. p. 8. dec. 295.*

LENOCINIUM.

1. Parentes filias, aut mariti uxores, turpis quæſtus cauſa, ad libidinem explendam, aliis proſtituentes, capitaliter, puta pœna gladii, puniuntur, *Ordinat. crimin. art. 122. Conſtit. Elect. Sax. 29. p. 4. Carpz. pract. crimin. qu. 71. n. 14. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 40.* Requiritur vero, ut lucrum ſit ſecutum: ſola lucri ſpes non ſufficit, *Carpz. c. l. n. 52. Berger. juriſprud. crimin. p. 142.* quamvis ad pœnam ordinariam etiam unicus actus ſufficiat, *Carpz. c. l. n. 29. Berger. c. l.*

2. Hæc ordinaria pœna obtinet, etſi parens aut maritus, filiam aut uxorem ad ſtuprum ſive adulterium non ſollicitet & producat, ſed ſciens ſaltem patiatur & permittat, ſub ſpe lucri, quod a ſtupratore aut adultero, tranſigendo poſtea cum ipſo, accipit, veluti,

Digitized by Google

ti, ſi maritus, fingens ſe dormire, permittat homines ad uxorem ſuam accedere, & poſtea cum adulteris tranſigat, atque pecuniam, aliudve lucrum accipiat, *Menoch de A. J. Q. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. n. 26. Carpz. c. l. n. 23. ſeq. Stryck. c. l.*

3. Si parens aut maritus filiam aut uxorem, non quæſtus aut lucri cauſa, ſed ex magna quadam levitate, proſtituat, & ſtuprari vel adulterari permittat, irrogatur pœna mitior, *Menoch. c. l. n. 8.* & quidem fuſtigatio cum perpetua relegatione, *Conſtit. Elect. Sax. 29. p. 4. Carpz. pract. crimin. qu. 71. n. 38.* Imo maritus, ſi ignominiæ vitandæ cauſa taceat, & interim omnibus modis uxorem corrigere ſtudeat, licet tanquam leno non conſiderandus, attamen, cum non extra omnem culpam ſit, aliqualem pœnam meretur, *Brunnem ad l. 26. tit. ad L. Jul. de adulter. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 40.* confer. vero *Carpz. c. l. n. 31. ſeq.*

4. Si parentes filiis ſcortari permittant, arbitrarie puniuntur: nam illi proprie lenocinium non committunt, neque pœnam conſtitutionis incurrunt, *Carpz. c. l. n. 40. ſeq.*

5. Si præter parentes & conjuges alii feminas extraneas quæſtus cauſa ad ſtupra & adulteria ſollicitent, aliorumque libidini proſtituant, & lenocinium exerceant, jure civili obtinet ultimum ſupplicium, *nov. 14. Carpz. c. l. n. 56.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 8. p. 830.* hodie arbitrarie hoc caſu punitur lenocinium, *Ord. Crimin. art. 123. Conſtit. Elect. Sax. 29. p. 4. Carpz. c. l. n. 60. ſeq.*

LEVIS NOTÆ MACULA.

Vid. loc. *infamia. th. 5. 6. 7. 8. 17.* loc. *liberi. th. 12.*

LEU.

Digitized by Google

LEUTERATIO.

1. Sicut appellationis, ita & leuterationis beneficium in foro Saxonico effectum habet ſuſpenſivum, ita ut, pendente ea, nihil innovare liceat, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 1. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 28. §. 5.* & omnia fere jura, quæ de appellationibus loquuntur, etiam in leuteratione Saxonica locum habent, *Carpz. d. def. 1. n. 7. ſeq.* ut & clauſula illa: *non deducta deducam*, ex *l. 4. C. de tempor. appellat. Carpz. d. c. d. 2.*

2. Proteſtatio nuda vim leuterationis non habet, *O. P. S. tit. 35. §.* Weil es auch. niſi ſententia verbis expreſſis ſuſpendatur a viribus rei judicatæ; quo quidem caſu proteſtatio amplius nuda non eſt, ſed in vim leuterationis valet, etiamſi hæc verbis expreſſa non fuerit, *Carpz. d. c. d. 22.* add. *Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 1. not. 1. p. 941.*

3. Contra ſententiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo (a) leuteratio non conceditur, *Carpz. d. c. d. 24. & lib. 1. R. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 125. & p. 2. obſ. 387. nec non p. 3. obſ. 127.* nequidem univerſitati, *Wernher. d. p. 1. obſ. 125. n. 1.* niſi hoc cum petitorio cu-

(D) mula-

(a) In quo ex officio rejicienda eſt, *Ord. Proc. Sax Rec. tit. 35. §. 1.* Neque leuteratio contra ſententias interlocutorias, aliisque in cauſis indiſcriminatim admittenda, ſed pro re nata rejicienda, aut litiganti, vel ejus advocato, nonnunquam etiam utrique, juxta *Reſolut. Grav. de An. 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen, *§. 24.* antequam admittatur, juramentum malitiæ, etiam ex officio, injungendum eſt, præfixo ad hujus præſtationem termino 8. aut 14. dierum; adeo ut, ſi illud in hoc non præſtetur, leuteratio non ſolum ſtatim rejiciatur ſed quoque litigator, ſive ejus advocatus pœna 5. aut plurium thalerorum mulctetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

mulatum fuerit, *Carpz. lib. 1. R. 14.* confer. omnino loc. *appellationis materia th. 7. ſeq.*

4. Quamvis declarationis petitio impedire non poſſit, quo minus ſententia in rem judicatam tranſeat: nihilo tamen ſecius adverſus declaratoriam (b) ſententiam leuterationi locum eſſe, tradit *Berger. c. l. not. 2. p. 942.*

5 Adverſus rationes decidendi, easque ſententiæ adjectas, leuterationi locus non eſt. *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 1. p. 589.*

6. Toties conceſſa eſt leuteratio, quoties ſententia mutatur, ita ut per viciſſitudines partibus leuterare liceat, ut maxime jam ante ex eadem ratione leuteratio interpoſita fuerit, donec duæ (c) conformes imme-

(*b*) Quodſi in ſententia aut decreto error, in verbis, nominibus, numeris, foliis, &, id genus aliis, committatur, qui tamen ex actis ſatis luculenter apparet, ejus intuitu remedium ſuſpenſivum, non eſt admittendum, ſed judex, facta deſuper regiſtratura in actis, errorem corrigere, aut acta ad collegium, ex quo petita eſt ſententia, ut errorem emendet gratis, transmittere debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 2.* Porro non admittitur leuteratio contra injunctam probationem, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 2.* & contra ſententiam, qua interrogatoria pro impertinentibus declarantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. eod. §. 8.* nec non contra injunctum juramentum malitiæ, *O. P. S. R. tit. 33. §. 1.*

(*c*) Sed hodie in foro Saxonico cuilibet parti, in judiciis inferioribus, contra unam ſententiam, non niſi unica conceditur leuteratio, adeo ut, ſi ad leuterationem adverſæ partis correctoria vel declaratoria ſequatur, alter, qui eodem remedio jam uſus eſt, exiſtentibus prægnantibus gravaminibus, appellationem interponere neceſſe habeat. Neque, ſi hæc directa ſit ad judicem intermedium atque prior ſententia confirmata, alia leuteratio permittitur,

Digitized by Google

immediate ſequantur ſententiæ, *Rivin. ad* O. *P. S. tit.* 35. *obſ.* 3. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 213.

7. Leuteratio leuterationis admittenda non eſt, O. *P. S. tit.* 35. §. 1. *Conſtit. Elect. Sax.* 19. *p.* 1. *ibique Carpz p.* 4. *Berger. œcon. jur. lib.* 4. *tit.* 28. *th.* 1. *not.* 4. *p.* 1128. etſi ex diverſa & nova cauſa, ob idem tamen gravamen, interpoſita ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 2. & *p.* 4. *obſ.* 94. add. *Rivin. ad* O. *P. S. tit.* 35. *en.* 18.

8. Toleratur tamen leuterationis leuteratio tanquam oberleuteratio coram ſummo Appellationum judicio, ſi talis paſſus fuerit, qui oberleuterationi locum relinquit, *Rivin. c. l. en.* 19. *Carpz. d. def.* 4. *n.* 4.

9. Deinde leuteratio leuterationis admittitur, (d) ſi per ſententiam leuterationis novum gravamen infertur, quod in ſchedula leuterationis ſigillatim exprimendum eſt, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d.* 5. *Brunnem. proc. civil. c.* 28. *n.* 127. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 213. *n.* 2.

10. Si judex, cum ſuper leuteratione cognoſcere deberet, ex errore priorem ſententiam pro re judicata habuit, leuteratio contra poſteriorem ſententiam interpoſita admiſſibilis (e) eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 32.

11. Quando appellationi vel leuterationi locus non relinquitur, beneficio reſtitutionis in integrum gaudent minor, aliæque perſonæ, quibus hoc alias propter læſionem in jure indultum eſt, *Wernher ſel. obſ. for. p.* 4. *obſ.* 247. add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit.* de

(D) 2

titur, ſed ulterius appellandum eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 35. §. 3.

(*d*) Vid. vero *hic.* §. 6. *lit. c.*

(*e*) Vid. vero *hic.* §. 4. *lit. b.*

Digitized by Google

de appell. poſt qu. 2. ad verba: ut ſententiæ lata in judicio.

12. In ſchedula leuterationis gravamina debent exprimi: non vero neceſſe eſt, ut ſingula exprimantur, ſed ſufficit, ſi, uno vel altero (f) expreſſo, generali clauſula contra latam ſententiam interponatur leuteratio, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. c. p. 332. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 6. ſect. 1. §. 6. lit. a.* Nec requiritur, rationes & juris & facti univerſæ ſtatim ut allegentur, ſed ulterior earum deductio ad proſecutionem uſque poterit reſervari, & quamvis etiam expreſſe proteſtando id factum non fuerit, nihilominus ea admittetur, *Barth. c. l.*

13. Si plura ſententiæ membra ſunt, leuteratio effectum ſaltem ſuſpenſivum habet quoad paſſum leuteratum, niſi verbis generalibus leuterans uſus fuerit, quæ in dubio contra ipſum interpretanda, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 21.* confer. omnino *Barth. c. l.*

14. Inadmiſſibilis eſt leuteratio, quando citatus ad publicationem ſententiæ copiam ejus in literis petit, annexa eventuali leuteratione, ſi quid contrarii in ea deprehendatur, niſi poſtea intra decendium gravamina adhuc adducat, *Rivin. ad O. P. S. c. l. en. 7. Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 3. not. 2. p. 950. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. f. p. 333.*

15. Uſu fori Saxonici leuteratio pro inadmiſſibili per ſententiam haberi non ſolet, ſi adverſarius excipi-

(f) Alias, ſi ſchedula leuterationis generaliter, aut per relationem ad acta priora conſcripta ſit, leuteratio non ſolum rejicitur, quamvis contra ſententiam definitivam interpoſita ſit, ſed & leuterans pœnam 5. thalerorum incurrit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 5.*

Digitized by Google

cipiendo id non urgeat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 387. n. 6.*

16. Leuteratio, etſi jam rejecta, a judice ad inſtantiam leuterantis admitti poteſt, modo a tempore notificationis nondum decendium elapſum ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 203. Rivin. c. l. en. 22.*

17. Econtra exceptio inadmiſſibilitatis adhuc locum habet, etſi judex leuterationem vel appellationem admiſerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 267.*

18. Leuteratio etiam a procuratore interponi poteſt, nec ad id requiritur mandatum ſpeciale, ſed ſufficit generale cum libera, *l. 17. C. de procurat. l. 8. §. 8. mandat. Carpz. p. 1. c. 19. d. 3.* Abſque mandato vero interpoſita leuteratio non valet, niſi principalis illam intra decendium a tempore publicatæ ſententiæ ratihabuerit, *Carpz. d. c. d. 6.* vel jurare velit, ipſius præſcitu ac voluntate leuterationem interpoſitam eſſe, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 1.*

19. Leuteratio, etiam coram notario & teſtibus interpoſita, ſubſiſtit, ſi copia judicis haberi nequeat, *Carpz. p. 1. c. 20. d. 3.* confer. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil. Proc. c. 28. §. 3.*

20. Leuteratio æque ac appellatio intra decendium neceſſario interponenda eſt, quod a momento in momentum currit, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 13.* quod fatale conventione partium aut judicis conſenſu prolongari non poteſt, adeo ut leuteratio, tametſi nec pars adverſa, nec judex defectum hujus fatalis animadverterit, etiam poſt proſecutionem pro inadmiſſibili ſit declaranda, imo nec reformatoria hujuſmodi leuterationis ſententia executioni mandanda, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. a. p. 330.*

21. Aſt illud decendium ignoranti, haud cita-

Digitized by Google

to ad publicationem ſententiæ, haud currit, *Carpz. d. c. d. 14.* nec ei, qui juſta ex cauſa impeditus fuit, leuterationem interponere, *Carpz. d. c. d. 15. & lit. 3. R. 103.*

22. Non ſatis eſt, in ſchedula leuterationis terminum (g) & citationem ad proſequendum petiiſſe, ſed denuo intra ſpatium 6. ſeptimanarum & trium dierum, (h) quod non a die latæ ſententiæ, ſed interpoſitæ leuterationis currit, ita ut dies leuterationis inſinuatæ non computetur, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 17. n. 1. 2. & proc. tit. 17. art. 3. n. 30. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 25.* id repeti debet, ſub pœna deſertionis, *O. P. S. tit. 35. §.* Nachdem auch *Carpz. d. c d. 16. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. b. p. 331.* niſi judex, citationem emittendo, leuterationem præveniat, *O. P. S. c. l. Carpz. lib. 3. R. 105. n. 16. & in proc. c. l. n. 35. Rivin. ſpecim. except. for. c. 31. n. 3. & ad O. P. S. c. l. en. 26.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 145. & ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 6. not. un. p. 969.*

23. Si judex leuterantem præveniat, emittendo citationem, leuteratio ſuſtinetur, quamvis leuterans ne quidem in ſchedula leuterationis petierit proſequendæ terminum, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 13. p. 620.*

24. Uno & eodem die leuteratio interponi & citatio

(g) Hodie in foro Saxonico leuterans, ſub pœna 5. thalerorum, in ſchedula leuterationem, terminum proſecutionis petere tenetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 5.*

(h) Hoc fatale per *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* plane eſt abrogatum; cum judex, ſi leuterationem recipiendam eſſe putet, ſtatim, ſive in ſpecie eo nomine imploratus ſit, ſive non, terminum ad proſequendam leuterationem præfigere, atque litigantes ad eum, indulto integro ſpatio Saxonico, legitime citare, ſimulque leuterato copiam leuterationis, ſub pœna 5. imperialium, tranſmittere jubeatur.

Digitized by Google

tatio peti poteſt in ſeparatis ſchedulis, juxta *Rivin. ad* O. P. *S. tit. 35. en. 24.* & pro cautela commendat, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 1. not. 11. p. 1130.* ut eodem die duplex judici porrigatur ſchedula, altera interpoſitionis, altera petitionis. An vero tuto id fieri poſſit, dubitat *Barth. c. l.*

25. Sufficit etiam ultimo die atque momento 6. ſeptimanarum & 3. dierum citationem ad leuterationis proſecutionem petiiſſe, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 17.* non autem neceſſe eſt, ut & intra illud ſpatium citatio ad proſecutionem actualiter impetretur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. b. p. 332. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 1. not. 13. p. 1130. Rivin. c. l. en. 28. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3.* quamvis diſſentiant *Carpz. d. c. d. 19. Fibig. in proc. p. 834. Ziegler. introduct. ad proc. c. 16. §. 36.* Suo enim officio leuterans ſatisfecit, ſi ſemel ad minimum factam in ſchedula leuterationis termini & citationis petitionem ſeorſim repetierit, licet judex per plurimos annos diſtuliſſet emiſſionem ejus, *Barth. c. l.* confer. vero *Martin. ad O. P. S. tit. 35. §.* nachdem *n. 23. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 28. §. 11.*

26. Si judex intra terminum Saxonicum ſe non declaraverit, recipere, an rejicere leuterationem velit, leuterans nihilominus interea pro conteſtanda diligentia inſtare, & ſolicitare receptionem, nec non eventualiter termini præfixionem, citationisque emiſſionem, ſub pœna deſertionis, tenetur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. a. p. 330. ſeq. Rivin. c. l. en. 27.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 6. not. un. p. 968.*

27. Etiamſi leuteratus contra admiſſionem leuterationis appellat, leuterans nihilominus potere debet terminum proſecutionis ſub pœna deſertionis, quæ tamen ceſſat, ſi ſuperior receptionem leuterationis,

 cui

Digitized by Google

cui annexa erat eventualis appellatio, præcipiat, *Rivin. c. l. en. 36.* add. *Barth. c. l. p. 331.*

28. Termino ad proſequendam leuterationem quamvis prorogato, denuo tamen leuterans, pro alio certo termino ad proſecutionem præfigendo, intra ſpatium Saxonicum, inſtare debet, alias leuteratio pro deſerta habetur, *Carpz. dec. 51. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 30.* niſi judex & hoc caſu leuterantem prævenit, *Suendend. ad Fibig. p. 843. Rivin. ſpecim. except. for. c. 31. n. 6 & ad O. P. S. c. l. en. 31.* Sed leuterationem, cujus proſequendæ terminum ſemel quis impetravit, pro deſerta haberi non poſſe, quamvis prorogatione facta, leuterans alium terminum præfigi non petierit, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 102. cum Bergero in E. D. F. tit. 35. obſ. 6. not. un. p. 965.*

29. Etſi leuterans terminum proſequendæ leuterationis ſæpius prorogari curet, eoque cauſam protrahat, illa tamen propterea deſerta haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 104.*

30. In ſtatuendo proſequendæ leuterationis termino ad minimum leuteranti ſpatium trium (i) ſeptimanarum indulgendum, *Rivin. c. l. en. 34. Wernher. ſel. obſ for. p. 5. obſ. 111.*

31. Non ſolum quoad formalia, ſed etiam materialia, in termino proſecutionis, ſub pœna deſertionis, eſt proſequenda leuteratio, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 500. n. 1. Rivin. c. l. en. 56.* Non tamen eſt deſerta, licet in die termini proſecutio ejus quoad materialia non plene fuerit abſoluta, *Wernh. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 162.*

32. Leuteratio propterea deſerta haud eſt, quod formalium mentio demum poſt materialia facta ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 448.* 33.

(i) Plane integrum ſpatium Saxonicum concedendum eſt, juxta *Ord. Proc. Sax. tit. 35. §. 5.*

Digitized by Google

33. Indicatio Leuterantis, das Angeben, in termino leuterationis, adeo in ſummo Appellationum judicio Dresdenſi neceſſaria eſt, ut nec in die termini facta proſecutio ſufficiat, ſed deſertæ loco habeatur, *Berger. E. D. F. tit. 4. obſ. 6. not. 3. p. 90. & in ſupplem. ad d. l. p. 1770. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. n. 57.* Quin & a parte Leuterati, comparitionis indicatione omiſſa, reſponſio non attenditur, ſed pro non facta habetur, idque ad inſtar contumaciter reſpondere detrectantis refuſionis expenſarum pœna plectitur: quod ſi tamen frivolam eſſe leuterationem appareat, quoad merita quidem ſtatim pronunciatur, leuterans vero in expenſas redardati proceſſus haud condemnatur, *Rivin. c. l. en. 58. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. O. p. 338.*

34. In proſecutione leuterationis nova gravamina prioribus jungere licet, nec eadem præciſe verba retinenda, ſed & aliis gravamina exprimi poſſunt, dummodo non prioribus ſint contraria, vel ab illis in totum recedant, ita ut plane alia & mere nova, quam ex quibus ſententia antea leuterando ſuſpenſa eſt, videantur: tunc enim, pro motu judicis, metuendum, ne periculum deſertionis incurrere cenſeri poſſit, ſive ab interlocutoria, ſive a definitiva leuteratum fuerit ſententia, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 76. lit. b. p. 340.* diſſentit *Langius in iſagog. jur. c. 63. n. 64.*

35. Si proſequens non enarrat ſpecifice gravamina, ſed ad acta & producta priora ſe ſaltem remittit, advocatus 10. thaler. pœnam incurrit, *O. P. S. tit. 35. §.* dieweil auch. leuteratio vero non eſt deſerta, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 51. Barth. c. l.* diſſentiunt *Martin. ad O. P. S. tit. 35. §.* darneben. *n. 2. & Langius in Iſagog. c. 63. n. 87.* Econtra, quando leuterationis proſecutio, per relationem ad ſchedulam leuterationis, in ſcriptis

 facta,

Digitized by Google

facta, hæc quidem deſerta eſt, ſed advocatus pœnam non incurrit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 435.*

36. Pro forma leuterationis requiritur, ut proſecutio fiat oretenus, non in ſcriptis, von Mund aus in die Feder, *Conſtit. 19. p. 1. ibique Carpz. d. 21. n. 1. Rivin. ad* O. P. S. *c. l. en. 50.*

37. Proſecutio leuterationis ab interlocutoria duabus duntaxat poſitionibus pertractari & ad ſententiam concludi debet: in proſecutione vero leuterationis a definitiva tres poſitiones admittuntur, *O. P. S. tit. 35. §.* Dieweil aber. *Carpz. d. c. 19. d. 21.*

38. Cum nullibi expreſſa lege conſtitutum, ut quis præciſe in termino ante horam quartam præſtanda præſtet, hinc nec leuteratio pro derſerta reputatur, quamvis poſt auditam quartam leuterans eam proſequatur, *Rivin. c. l. en. 49.*

39. Leuteratio pro deſerta habetur, quando leuterans expenſas, ex re judicata debitas, ſolvere haud paratus, ad proſecutionem oretenus faciendam ab adverſario non admittitur, licet in ſcriptis proſecutionem exhibeat, *Rivin. c. l. en. 47. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 205.*

40. Deſerta eſt leuteratio, cujus proſecutionem leuterans in termino, abſque juſta cauſa, omittit, quamvis adverſus contumaciæ accuſationem appellaverit, & alium terminum præfigi petierit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 202.* diſſentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 73.* ubi: Si leuterans prorogationem termini ad leuterationis proſecutionem præfixi petit, & eventualiter in caſum denegationis appellationem annectit, antequam ejus contumacia accuſatur, terminus circumducitur, licet rejiciatur appellatio: aliud dicendum, ſi in termi-

termino demum poſt accuſationem contumaciæ, ad acta dictitatam, provocare velit.

41. Si; leuterato contumaciter emanente, leuterans quidem comparet, leuterati etiam contumaciam accuſat, non autem leuterationem ſuam proſequitur, leuteratio ad inſtantiam leuterati pro deſerta habetur, *Dec. Elect. Sax. nov. 69. ibique Philipp. obſ. 1.*

42. Si leuterans in termino proſecutionis, abſque legitimo impedimento, emaneat, leuteratio ipſo jure eſt deſerta. *O. P. S. tit. 35.* §. Nachdem auch. *Carpz. lib. 3. R. 104. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 28. §. 12.* aut comparet quidem, ſed per illegitimatum, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 11. p. 617.*

43. Ideque obtinet, licet leuteratus leuterantis contumaciam non rite accuſet, ſed petat ſaltem, cum refuſione expenſarum, proſecutionem ſub præjudicio ipſi injungere, *Rivin. ad* O. P. *S. tit. 35. en. 40.* vel etiamſi leuteratus (k) quoque emanſerit, *Rivin. c. l. en. 41. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 11. p. 617. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 75. lit. O. p. 339.* diſſentiunt *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 10. §. 11. p. 310. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 500. & in ſupplem. ad eand. obs.* Imo etſi leuterans excipiat de non inſinuata citatione ad leuterationis proſecutionem, *Philipp. ad dec. 69. obſ. 1. n. 7. Rivin. c. l. en. 48.*

44. Proſecutio leuterationis, ab uno ex litis conſortibus facta, etiam alteri emanenti, ad evitandam deſertionis pœnam, prodeſt, *l. 2. C. ſi unus ex plur. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 79. & p. 6. obſ. 429. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 61.*

45. Leu-

(k) Quæ ſententia approbata eſt per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 10. §. 3.*

Digitized by Google

45. Leuterato emanente dictitatur tantum, prævia leuterantis accuſatione contumaciæ, reſponſio cum comminatione, Einlaſſung auf die Leuterung mit der Verwarnung, daß in fernerer Verbleibung darauf erkannt werden ſoll, & quidem ſine (1) expenſis, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 1. not. 15. p. 1131. Rivin. c. l. en. 69. Barth. bodeg. for. c. 1. §. 77. p. 342.* quod ſi tamen appareat, gravamina nullius eſſe momenti, ſtatim per ſententiam removentur, *Carpz. proc. jur. tit. 17. art. 1. n. 137. Rivin. c. l. Barth. c. l. lit. c. p. 344.*

46. Si leuteratus in judicio comparet, ac poſtea demum in reſpondendo contumax eſt, cendemnatur in expenſas, modo eas leuterans petat in accuſatione contumaciæ, *Rivin. c. l. en. 70. Berger. c. l.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 206.* confer. omnino *Berger. E. D F. tit. 10. obſ. 5. not. 3. p. 339.* ubi: ſi leuteratus compareat quidem, ſed cum adverſario minus contendat, verum, re infecta, a judicio recedat, in expenſas condemnari non ſolet: quum liberum ſit judici, utrum ſtatim definitive pronunciare, an interloqui velit. At ſi quidem ille compareat, & adverſus formalia, quæ vocantur, leuterationis temere excipiat, ad merita cauſæ autem reſpondere nolit, judex abſtinet ſententia definitiva, ejusdem vero loco reſponſionem, ſubjuncta in expenſas condemnatione, injungit. Secus ſervatur in ſenatu, ubi utroque caſu leuteratus condemna-

(*l*) Sed hodie leuteratus, niſi in ſcriptis ad acta priora ſe referre malit, in termino comparere, & ad proſecutam leuterationem reſpondere tenetur. Quodſi vero contumax emanſerit, ſtatim in meritis cauſæ pronunciatur, aut ſi judex e re eſſe putet, ut reſponſio prius injungatur, in expenſas, imo & quandoque, ob litem protractam, in pœnam 5. aut plurium imperialium condemnatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 10. §. 3.*

Digitized by Google

demnatur in expenſas, ſive comparuerit, ſed minus reſponderit, ſive contra leuterationis formalia temere exceperit.

47. Satius tamen eſſe, ut illico pronuncietur definitive, informatione ex retroactis repetita, quam interlocutoria feratur; quod ſi autem judex, ſive ex veteribus, ſive ex novis argumentis, animadvertat, correctum iri ſententiam, recte omnino leuteratum emanentem expenſarum nomine condemnet, quum ei arbitrium pronunciandi definitive adimatur, atque adeo lis temere protrahatur, putat, atque, hunc ſtylum haud ita pridem, non ſine maxima litigantium utilitate, invaluiſſe, præcipue in ſenatu, teſtatur *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 1. not. 15. p. 1131.*

48. Condemnatio in expenſas retardati proceſſus eo quoque caſu locum habet, ſi uterque litigantium ſimul leuterantis & leuterati vices ſubit, ſed poſt proſecutiones leuterationum unus ſaltem reſpondet, alterius vero contumacia accuſatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 71. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 77. lit. b. p. 344.*

49. Licet Leuteratus, cui ſub comminatione ſolita jamjam injuncta reſponſio, in ſubſequenti termino iterum contumax fuerit: attamen, ſi ſpatium legale non habuerit, aut de legitima citatione ex relatione ad acta non conſtet, ad merita pronunciari nequit, *Rivin. c. l. en. 72.* Sed ſaltem, ſi ſpatium Saxonicum deficiat, condemnatur in expenſas, *Rivin. c. l.* imo ne has quidem reſtituit, ſi ſpatium trium Septimanarum ipſi indultum haud fuerit, *Rivin. c. l.*

50. Leuteratus judicis cognitioni & deciſioni cauſæ momenta ſubjicere, & ſe ad acta priora, ibique deducta jura ſua ſimpliciter referre, idque, vel oretenus in actis,

Digitized by Google

actis, vel in ſcriptis, (m) expedire poteſt; quo facto ſtatim in materialibus cognoſcitur, niſi leuterans ad facta & circumſtantias nonnullas provocaverit, ita ut ob inſufficientem in facto informationem pleniori deductione, atque adeo reſponſionem injungi, opus ſit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 77. lit. a. p. 343. Rivin. ad* O. P. *S. tit. 35. en. 76.*

51. In ſchedula ſubmiſſionis vero merita cauſæ minime ſunt tractanda, ſed, ſi hoc fiat, ea haud attenduntur, illaque ad inſtar in ſcriptis factæ poſitionis, jure Saxonico prohibitæ, rejicitur, talisque leuteratus, ut contumax in non rite, h. e. non oretenus reſpondendo, in expenſas condemnatur, *Barth. c. l. lit. b. p. 344. Rivin. c. l. en. 53.* ad folio tamen actorum ſe in ſubmiſſionis ſchedula breviſſimis referre, minime prohibetur, *Barth. c. l.*

52. Leuteratus, ſi in termino proſecutionis emanſerit, ab ipſo judice, non antegreſſa licet ſententia, vel decreto, ſub comminatione, in Saxonia Electorali citari poteſt, *juxta ſingulare mandatum de an. 1663. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 453.*

53. Fruſtra accuſat leuteratus contumaciam leuterantis, qui poſt ſententiam vel decretum, quo reſponſio leuterato injuncta, non petit citationem ad repetitionem proſecutionis, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 35. en. 39. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 120. Berger.* E. D. F. *tit. 35. obſ. 6. not. un. p. 965. & p. 1 ſupplem. eod tit.* §. 4. *p. 330.* diſſentiunt *Nicolai in proc. p. 1. c. 68 n. 18. Martin. ad* O. P. S. *tit. 35. §. 3. n. 9. ſeq.* Leuterato enim, cui per ſententiam injuncta eſt reſponſio, vi judicati potius

(m) Quod adhuc hodie permittitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 10. §. 3.*

Digitized by Google

tius incumbit petere terminum, & reſpondere leuterationi, *Barth. hodeg. for. c. 1. § 77. lit. d. p. 344.*

54. Etſi leuterans in ſubſecuto, ab ipſo, vel leuterato impetrato, termino emaneat, aut leuterationem haud repetat, nec leuteratum provocet, ob id tamen leuteratio neutiquam deſerta fit, ſed nihilominus leuteratus judicato ſatisfacere reſpondendo tenetur *Barth. c. l. Rivin. c. l. en. 74.* licet inſerta ſententiæ ſint verba: nach deren kürtzlichen Wiederhohlung *Rivin. c. l.* ubi vero præjudicia habet, ex quibus apparet, quod leuteranti injungatur repetitio proſecutæ leuterationis, ſub comminatione: bey Verpfändung derſelben, cum reſtitutione expenſarum.

55. Quando leuterans poſt proſecutionem leuterationis in ſequenti termino contumaciter emaneat, leuteratus vero ſubmittit ſuper gravaminibus fertur, ſententia, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 75.*

56. In novo proſecutionis termino, in inferioribus quidem judiciis, ad priorem leuterationis proſecutionem ſe referre, reſponſionemque ad eam exigere a leuterato ſufficit, niſi conſuetudo judicii id poſtulet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 78. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 77. p. 342.* veluti in ſupremo Appellationum judicio, ubi verbotenus ea in prima poſitione eſt repetenda, *Barth. c. l.* adeo ut, etſi, in prima proſecutione ex ſchedula leuterationis, quædam omittere, vel alia jungere liceat, in repetitione tamen illius, poſt latam ſuper proſecutione ſententiam, eaque leuterato injunctam ad illam reſponſionem, ob rei judicatæ autoritatem, qua ad priorem, non poſteriorem mutatam, reſponſio impoſita eſt, id non permiſſum: non tamen deſerta ob id erit leuteratio, ſed injungitur leuteranti, cum refuſione expenſarum, in alio termino de novo immutatam

repe-

Digitized by Google

repetere proſecutionem; at in ſecunda poſitione eam ulterius deducere neutiquam prohibetur, *Barth. c. l. Rivin. c. l. en. 77.*

57. An in novo (n) præfixo altero termino leuteratus præciſe comparere, & reſpondere ad proſecutionem gravaminum teneatur, adeo ut emanens in expenſas condemnari poſſit, quæritur? Id quod affirmant *Carpz. proc. tit. 17. art. 1. n. 133. ſeq. Martin. ad O. P. S. tit. 35. §. 3. n. 31.* Aſt leuteratum in ſecundo termino emanentem in expenſas non condemnari, ſed in meritis pronunciari ſolere, niſi, pro declaratione circumſtantiarum & factorum a leuterante allegatorum, leuterati reſponſione, ad facilitandum definitivam, opus foret, tradit *Barth. in bodeg. for. c. 1. §. 78. p. 344. ſeq. & §. 79. p. 348.*

58. Leuteratio commune utrique patri juris beneficium eſt, adeoque leuteratus jus ſuum melius, quam antea fecerat, adhuc deducere, *O. P. S. tit. 35 §.* Nach dem auch. *Carpz. p. 1. c. 19. d. 7. n. 1. Barth. bodeg. for. c. 1. §. 74. lit. d. p. 326.* & ſententia ſuſpenſa per leuterationem, etiam parte adverſa non petente, in deterius contra leuterantem mutari poteſt, *Carpz. d. c. d. 12. Barth. c. l.*

59. Unde, leuterante invito, leuteratus adhærere leuterationi poteſt, non intra decendium tantum, ſed & poſt illud, imo in ipſo adhuc proſecutionis termino, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 12. Barth. c. l.* Supponendum tamen eſt, leuterationem per ſe locum habere: nam, ſi ejuſmodi ſit generis, ut eadem haud admitti oporteat, nec adhæſionis ratio habenda venit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 48.*

(n) Imo hodie in primo termino impune emanere non licet, vid. *hic. th. 45. lit. l.*

Digitized by Google

60. Poſt emiſſam citationem leuterans, renunciando leuterationi, leuterato præjudicare non poteſt, ſed hic, non obſtante renunciatione, communi illo beneficio uti poteſt, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 7.* add. *Barth. c. l. Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 3. not. 1. p. 950.*

61. At, citatione nondum emiſſa, leuterans ſua renunciatione præjudicat leuterato; niſi hic intra decendium leuterationi expreſſe adhæſerit, quia intra decendium ſuſcepta adhæſio pro ſeparata leuteratione habetur, *Carpz. d. c. d. 8. Barth. c. l.*

62. Leuteratio, a certo ſententiæ articulo interpoſita, non eſt communis alteri colligatori, quoad reliqua ſententiæ capita, niſi hic intra decendium adhæſerit, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 9. & lib. 3. R. 103.* add *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 13. & Barth. hodeg. for. c. 1. §. 74. lit. d. p. 326* ubi pro cautela commendat, ut non adeo crude & nude tantum leuterationi, non generaliter forte, ſed ſpecialiter tantum contra certa ſententiæ capita interpoſitæ, adhæreat, ſed annexa proteſtatione & reſervatione, de jure ſuo in aliis quoque punctis deducendo, vel quod totam ſententiam a viribus rei judicatæ ſuſpenſam velit.

63. Generaliter tamen interpoſita leuteratio, quantumvis deinceps leuterans certum impugnaverit caput ſententiæ, leuterato etiam in aliis capitibus eſt communis, *Carpz. d. c. d. 10.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 41.*

64. Qui leuterationis remedio contra ſententiam propter certa gravamina uſus eſt, ob aliud gravamen commune leuterationi, ab adverſario interpoſitæ, adhærere non prohibetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 46.*

Digitized by Google

65. Qui deſerit leuterationem, nequidem in die termini ad proſecutionem, adhærere poteſt adverſæ partis interpoſitæ leuterationi, quamvis ea eundem ſententiæ paſſum concernat, *Rivin. ad* O. *P. S. tit. 35. en. 14.*

66. Etiam tertio, non leuterato, communis eſt leuteratio, ut pro ſuo intereſſe ei adhærere poſſit, ſed tantum intra decendium: decendio vero elapſo res non amplius cenſetur integra, *Carpz. d. c. d. n. Barth. c. l.*

67. Quando quis appellationi vel leuterationi, quoad gravamen commune, adhæret, non opus eſt ulla fatalia attendi, ſed poteſt talis adhæſio adhuc in ipſo juſtificationis vel proſecutionis termino fieri. Sin autem gravamen, propter quod adhæſio fit, nihil commercii cum eo habet, intuitu cujus adverſarius a ſententia provocavit vel leuteravit, intelligitur illa novæ appellationis vel leuterationis loco eſſe. Unde conſequitur, eadem quoque fatalia, circa utramque, lege conſtituta, attendi debere, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 223.*

68. Leuteratio propter attentatum commiſſum deſerta cenſeri debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 173. & p. 6. obſ. 457.* Quodſi tamen non omnes leuterantes attentaverunt, effectus leuterationis, tanquam beneficii communis, in commodum eorum quoque vergit, quorum intuitu leuteratio eſt deſerta, *Rivin. ad* O. *P. S. tit. 35. en. 62.*

LEX COMMISSORIA.

Vid. loc. *pactum commiſſorium.*

LIBELLI EMENDATIO ET MUTATIO.

1. Ante terminum impune fit mutatio, ſi modo actor novam, transmiſſa reo emendati libelli copia, procuret citationem, ſpatium deliberandi legale conti-

ti-

tinentem, *Carpz. proc. tit. 6. art. 2. n. 14. ſeq. Rivin. ſpecim. except. c. 26 n. 1.*

2. In termino ſi emendatur libellus, & quidem ante guarandam præſtitam vel litem pure conteſtatam, reus reſpondere non tenetur, ſed actor, objecta exceptione mutati libelli, in expenſas condemnatur, *O. P. S. tit. 5. §.* Da auch einer. *ibique Philipp. conſid. 9. Rivin. c. l. n. 2.*

3. In foro Saxonico pro præſtitam guarandam, aut litem pure conteſtatam libellum mutare non licet, *O. P. S. c. l. & Conſtit. Elect. 11. p. 1. ibique Carpz. d. 1. 2.* non obſtante clauſula ſalutari, *Carpz. d. c. d. 4* etſi actor reo omnes expenſas refundere velit, *Carpz. d. c. d. 8.* niſi priorem actionem, cum refuſione expenſarum plane dimittere, novamque actionem proponere & novum libellum offerre velit, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. conſid. 8. Carpz. d. c. d. 9. 10. & lib. 3. R. 34.*

4. Nec in cauſis ſummariis poſt reſponſionem rei, ad merita cauſæ factam, petitionem mutare licere, docet *Carpz. c. l. d. 5. & Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 15. th. 2. not. 7. p. 1001.*

5. Poſt præſtitam guarandam, vel litem pure conteſtatam, actorem ſummam in libello expreſſam nec augere nec minuere poſſe, tradit *Carpz. proc. tit. 6. art. 2. n. 34. & p. 1. c. 11. d. 6.* diſſentiunt *Rivin. ſpecim. except. c. 26. n. 4. ſeq. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 9. §. 40. Barth. hodeg for. c. 1. §. 28. lit. 5. p. 102.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 46.* ubi: nec mutatur libellus, ſi ſumma, (a) in libello expreſſa, in ejus repetitione diminuitur.

(*a*) Id quod approbatur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 9.* ubi quoque, quod loco majoris quanti minus peti poſſit, poſt

Digitized by Google

6. Libellus alternativus vel conditionaliter conceptus poſt litis conteſtationem mutari ac pure concipi nequit, *Berlich. p. 1. con. l. 28. n. 27. Carpz. d. c. d. 7.* add. *Rivin. c. l. n. 3. 4.*

7. In judiciis univerſalibus & generalibus, puta petitione hereditatis, actione tutelæ &c. non ſolum poſt litis conteſtationem, ſed & poſt præſtitam guarandam actor libellum mutare vel emendare poteſt, *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 63. 69. Carpz. d. c. d. 13.*

8. Poſt litis conteſtationem eventualiter factam actor libellum adhuc mutare poteſt, modo guaranda nondum ſit præſtita, *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 22. n. 14. Carpz. d. c. d. 2. Philipp. ad O. P. S. tit. 5 conſider. 13.*

9. Imo quamdiu ſententia, ſuper litis conteſtatione etiam pura, lata, quaque actori probatio, vel reo jurisjurandi præſtatio injungitur, in rem judicatam non tranſiit, actorem leuterando, refuſis expenſis, libellum mutare, vel impetrare ad minimum poſſe, ut reus non ſimpliciter, ſed, prout actio inſtituta, abſolvatur, daß beklagter nur von der Klage angebrachter maſſen zu abſolviren ſey, dummodo actor guarandam nondum præſtiterit, tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. 5. p. 102.*

10. Non confundenda eſt mutatio cum emendatione libelli: illa enim rem, itemque concludendi vel agendi modum concernit, puta, rem aliam, vel eandem quidem, ſed ex alia cauſa petendo; hæc vero accidentia tantum & declarationem obſcuri vel generalis belli, aut quantitatem ſeu ſummam petiti reſpicit; & ſicuti illa poſt litem conteſtatam & rem judicatam regula-

poſt litis conteſtationem, in ipſa probatione, aut uſque ad præſtationem juramenti.

gul ariter non admittitur, ita e contrario hæc & ante & poſt litis conteſtationem fieri poteſt, quamdiu probatio vel demonſtratio non eſt deſerta, vel atteſtata nondum publicata ſunt, *Barth. hodeg. for. c. l. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 9. §. 40. ſeq. & uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 2. tit. 13. diſt. 6.*

II. Aliter ſentit *Berger. in œcon jur. lib. 4. tit. 15. th. 2. not. 6. p. 1000.* ubi: mutationem libelli, ratione materiæ duplicem eſſe, vel *ſubſtantialem*, utputa, circa rem petitam, & cauſam petendi; vel *accidentalem*, veluti circa modum agendi & probandi, quæ rectius dicitur emendatio: utraque licita eſt, jure civili, uſque ad ſententiam, (hic confer. *Ludovic. uſ. pract. diſt. jurid. c. l.* ubi quod prior ſolummodo uſque ad litis conteſtationem permittatur,) at jure Saxonico Electorali mutatio libelli ſubſtantialis quidem omnimodo (b) permiſſa eſt, cum duplici tamen temperamento: 1) ratione expenſarum, ut actor reo refundat expenſas (c) 2) ratione fori, ut coram eodem (d) foro, eodemque judice, novo actio inſtituatur Ceteroquin accidentalis mutatio libelli licita eſt, uſque dum ſuper litis conteſtatio-

(E) 3 tio

(*b*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 9.* ubi: Wolte aber Kläger die vorige Klage fallen laſſen, und eine andere übergeben, ſoll er zwar damit, wenn die neue von der vorigen in ſubſtantia, als ratione cauſæ petendi, oder objecti, unterſchieden / jederzeit, auſſer dem aber weiter nicht als biß zu ablauff der / zu Ubergebung des Beweiſes, ihme nachgelaſſenen Friſt, oder biß gleicher geſtalt über der Eydes-Delation rechtskräfftig erkannt, darmit zugelaſſen werden.

(*c*) Et præterea advocatus cum cliente, ob litis protelationem, pœnam 10. aut plurium thalerorum luat, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*d*) Quod quidem non exigit *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

tione (e) ſententia lata, per eamque probatio actori injuncta ſit, idque cum effectu rei judicatæ, refuſis (f) itidem reo expenſis; non autem deinceps, quamvis actor expenſas reſtituere velit. Quare, poſt rem judicatam, actor nequit, dimiſſo ordinario agendi modo, agere executive, aut, verſa vice, reo deferre jusjurandum, add. *ejuſd. E. D. F. tit. 5. obſ. 10. p. 176. ſeq. item Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 141. & p. 2. obſ. 443. nec non ſuplem. nov. ad p. 1. obſ. 141.*

12. Alia porro eſt opinio Scabinatus Lipſienſis qui etiam tum admittit emendationem libelli, nec non pro declinando probationis & demonſtrationis onere ſubſtitutionem jurisjurandi delationis in novo libello; ſi actor jam dum poſt litis conteſtationem probationem ipſi injunctam ſuſceperit, & unum vel alterum documentum pro deſerto declaratum fuerit, non autem, ſi integra probatio deſerta ſit, vel, ſi publicatæ ſint atteſtationes, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 49. 50. 51.*

13. A mutatione libelli diverſa eſt ejuſdem declaratio, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 15. th. 2. not. 8. p. 1001.* quæ fieri poteſt etiam, poſt præſtitam guarandam, in ipſo termino, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 171.* imo poſt litem conteſtatam, injunctamque (g) probationem, veluti, ſi error (h) in eo commiſſus corrigitur, *Rivin. c. l.*

(e) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi: daß Klägern das Klag-Libell in modo agendi vel probandi, und ſonſt ſo lange, biß über der Litis Conteſtation, alſo auf den Beweiß, oder auf die Eydes Leiſtung rechtskräfftig erkannt oder verabſchiedet, zu veränderen nachgelaſſen ſeyn ſolle.

(f) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(g) Et quod magis in ipſa probatione, aut ante præſtitum juramentum, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 9.*

(h) *Ord. Proc. Sax. tit. 5. §. 9.*

c. l. en. 45. vel libellus obſcurus (i) declaratur, *Carpz. proc. tit. 6. art. 2. n. 48. & p. 1. c. 11. d. 12. Rivin. ſpecim. except. c. 26. n. 9.* Plane heres actoris libellum ambiguum & obſcurum mutare & declarare non valet, *l. 5. §. ult. de R. V. Jacob. Schult. obſ. 48. n. 21. ſeq. Carpz. d. def. 12. n. ult.*

14. Non mutatur libellus, ſi ſumma, in eo expreſſa, in ejus repetitione diminuitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 46.* Nec pro mutatione libelli habetur, ſi actor juramentum ſuper inſtituta actione defert in termino, quod oblato libello antea annexum haud fuerat: Non enim libellus mutatur quoad medium concludendi aut petitum, ſed ſaltem modus probandi, *Rivin. c. l. n. 47.*

15. Reus non niſi (k) refuſis expenſis ad libellum mutatum reſpondere tenetur: ei tamen, ſi actor reſtitutionem, facta prius moderatione, promittat, litis conteſtatio ſub præjudicio injungitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 44.*

LIBELLUS ACTIONIS.

1. Actionis nomen in libello haud debet neceſſario exprimi: ſi vero ex uno facto plures actiones, ad diverſum finem tendentes, reſultant, petitum libelli ita formari debet, quo judex ſcire poſſit, qualem ſententiam condemnatoriam proferre debeat, *Carpz. p. 1. c. 2. d. 13. & proc. tit. 6. art. 1. n. 6. & 10. ſeq.*

2. In concluſione libelli tota vis conſiſtit, quæ potiſſimum attendi debet, *Felin. in c. 15. X. de judic. n. 11.* reſtringit enim concluſio libelli narrata ad ea, quæ concluſive petuntur, *Carpz. d. c. d. 11. n. 3.*

(i) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(k) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

3. Clauſula ſalutaris, (a) in fine libelli apponi ſolita, nihil operatur, ubi reſultat aliqua contrarietas, *Bald. in l. 2. C. de probat.* nec contra narrata libelli operatur, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 37. def. 3. n. 4.* Sed tum demum effectum habet, ſi quoquo modo liberari queat petitio, aut quando non ſatis conſtat, quam actionem quis inſtituere, & quid denique ex narratis petere velit, *Carpz. d. c. d. 15.* modo narrata libelli ita ſint concepta, ut inde judex congruam actionem & petitionem elicere poſſit, *Stryck, introduct. ad prax. c. 7. §. 11.*

4. Plures cauſas, ſeu media concludendi in eodem libello cumulare prohibitum non eſt, *Zanger. de except. p. 2. c. 19. n. 23. Brunnem. de concurſ & cumulat. act. c. 3. §. 28. & c. 4. §. 1.* adeo ut ſufficiat ad condemnantum reum, ex illis unum deinceps probari, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 154.*

5. Suſtineri poteſt libellus, in quo ſuper iis, quæ non potuerint probari, jurisjurandi delatio facta eſt, ſi hæc in termino ſimpliciter, ſine mentione probationis, repetita fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 378.*

LIBELLUS ALTERNATIVUS.

1. Obſcuritatem libelli inducit alternatio, *l. 7. §. 4. de injur. l. 75. §. 4. de V. O. Carpz. proc. tit. 6. art. 1. n. 4.* adeoque libellus alternativus, tanquam ineptus, rejiciendus (a) eſt, *Carpz. c. l. Barth. hodeg.*

(a) Hodie in foro Saxonico libellus ſecundum apices juris non adeo rigoroſe examinatur, ſed ſuſtinetur, etiamſi clauſula ſalutaris in eo ſit omiſſa, modo factum rite ſit narratum, *O. P. S. R. tit. 5. §. 1.*

(a) Hodie vero libellus alternativus non ſtatim rejicitur, ſed, prout ſecundum legum præſcripta petitum formari debuit, pronunciatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 2.*

Digitized by Google

deg. for. c. 1. §. 4. lit. c. p. 23. Rivin. ad. O. P. S. tit. 5. vn. 30.

2. Si vero alternativa ſit obligatio, adeoque debitori competat electio, vel ex diſpoſitione juris, ut in noxali actione, & *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vel ex conventione, libellus alternativus admittitur, (b) imo libellus citra ineptitudinem non niſi alternative concipi poteſt, *Barth. c. l. Rivin. c. l. vn. 31. 32. Carpz. p. 1. c. 2. d. 7. 8.* vid. omnino *Berlich. p. 1. concl. 22 n. 12 ſeq.* ubi plures caſus recenſet, quibus ſubſiſtit libellus alternativus.

3. Admittitur porro libellus alternativus, ſi incertitudo aut alternatio petitionis ex facto adverſarii, aliove eventu oritur, *Carpz. d. c. d. 7. n. 6.* v. g. quando quis petit, 1) rem ſi adhuc extet, vel ejus æſtimationem, ſi conſumpta, *Rivin. ſpecim. except. for. c. 25. n. 10.* veluti in actione commodati & depoſiti, quamvis, ejuſmodi libellum pro alternativo non eſſe habendum, putet *Bartb. c. l. p. 24.* 2) contractum declarari nullum, & ſi quis ſit, eum reſcindi, ſeque in integrum reſtitui, *Suendend. ad Fibig. p. 143.* 3) Omnes defuncti heredes, vel ſaltem eum, qui hereditatem adiit, condemnari, *l. 1. §. 4. quod legator. Gail. lib. 1. obſ. 62. Carpz. c. l.* 4) aut civitati, ſi in ejus rem verſa pecunia, aut adminiſtratoribus injungi redditionem mutui, *Carpz. lib. 1. R. 109. Nicolai in proc. p. 1. c. 9. n. 22.*

(b) Ideo tamen, quod libellus alternative non eſt conceptus, non rejiciendus, ſed ad inſtantiam partis adverſæ, imo ex officio in ſententionando, quod deeſt, ſupplendum eſt, *O. P. S. R. c. l.*

LIBELLUS FAMOSUS.

1. Ad libellum famoſum duo inprimis requiruntur: 1) ut in ſcriptis perſona inſimuletur delicti notabilis; quod vel ſupplicio, vel infamia, vel minima pœna corporis afflictiva vindicetur, 2) ut autor nomen ſuum non apponat, *Conſtit. Crimin. art. 110. Conſtit. Elect. Sax. 44. p. 4. Berger. jurisprud. crimin. p. 87.* Sed pœnam famoſi libelli locum ſibi vindicare; etiamſi auctor nomen ſuum expreſſerit, putant *Harprecht. in §. injuria. 1. J. de injur. Berlich. p. 5. concluſ. 67. n. 37.* quos refutat *Carpz. pract. crimin. qu. 98. n. 24. ſeq. & Berger. c. l.*

2. Famoſus libellus fit 1) ſcriptura, 2) typis, 3) pictura, 4) ſculptura, 5) opere fuſorio, *l. 15. §. 10. de injur. Rec. Imper. de an. 1530. 1548. 1577.* ibi: gemahlt, geſchnitzt, gegoſſen, *d. Conſtit. Elect. Sax. 44. Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 11.*

3. Famoſi libelli compoſitores tali tenentur pœna, quam delictum, in eo alteri imputatum, importat, *Ordinat. Crimin. art. 110. de conſtit. Elect. Sax. 44. Carpz. pract. Crimin. qu. 98. n. 14. ſeq. Berger. jurisprud. crimin. p. 86.* adeoque mortis ſupplicium tum demum obtinet, ſi crimen in libello famoſo expreſſum ſit capitale, *Carpz. c. l. n. 8. Berger. c. l.* ita enim *l. un. C. de libell. famoſ.* temperanda eſt, *Huber. prælect. ad J. tit. de injur. §. 5.*

4. Conſulens atque ille, qui libellum famoſum in plateis ſparſit, ut & inventor & propalator mitiori, quam talionis, pœna affici debent, *Berger. c. l. p. 88. Carpz. c. l. n. 17. ſeq.* non deſunt tamen diſſentientes, quos allegat & refutat *Carpz. c. l.* Imo ille, qui ab alio libellum famoſum ex curioſitate accepit, ut exemplum inde ſumeret, retinendi, non divulgandi, animo, extra noxiam eſt, *Berger. c. l.*

5. Pœ-

5. Pœna famoſi libelli mitiganda eſt propter minimas circumſtantias, *Carpz. c. l. n. 58. ſeq. Berger. c. l.* præſertim ſi probetur veritas objecti criminis, *Carpz. c. l. n. 40. Berger. c. l.*

6. Comparitio literarum in criminatione famoſi libelli tantum ſuſpicionis excitat, quantum neceſſarium eſt ad effectum dictitandæ territionis realis, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 92.*

LIBELLUS GENERALIS ET OBSCURUS. (a)

1. Libellus generalis in civilibus ipſo jure nullus eſt: toleratur tamen in judiciis univerſalibus, puta: hereditatis petitione, familiæ erciſcundæ, itemque in judiis in perſonam generalibus, vid. *Zanger de except. p. 2. c. 14. n. 8. 9. Hilliger. in Donell. lib. 23. c. lit. e.*

2. Quod libellus generalis non admittatur, in iis obtinet, quæ principaliter & per ſe petuntur: ſecus in iis, quæ per conſequentiam; nec, quæ acceſſorie veniunt, initio deſignari oportet, ſive acceſſoria rei ſint, ut fructus, ſive juris vel actionis, *Hilliger. c. l.*

3. Libellus injuriarum, ut obſcurus, rejicitur, ſi, earum generali tantum facta mentione, de cauſa ſpecifica, & quibus verbis evomitæ fuerint, nequaquam conſtat, *Carpz. p. 3. dec. 219.* Fallit tamen hoc, ſi ob plures injurias quis proponat actionem, &, nonnullis expreſſe poſitis, reliquas verbis generalibus complectatur, *Rivin. ſpecim. except. c. 24. n. 8.*

4. Libellus, tanquam generalis & obſcurus rejicitur, ſi quis juramentum deferre velit ſuper certa ſumma ex diverſis meliorationibus, aut aliis obligationum capitibus deſcendente, abſque ſpeciali determinatione, quid

(a) Vid. loc. *libellus ineptus. ad rubr. lit. a. & th. 38. lit. i.*

Digitized by Google

quid ipſi ex quolibet debeatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 37. & tit. 18. en. 20. Wernh. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 267.*

5. Pro ſingulari notat cautela *Berlich. p. 1. concl. 12. n. 41.* ſi reus libellum obſcurum & generalem non petat declarari, ſed ſaltem excipiat, ſe non teneri reſpondere, confer, *Hilliger. in Donell. lib. 23. c. 4. lit. c.* Quæ tamen cautela vix tuta videtur *Rivino in ſpecim. except. c. 24. n. 13.* ex ea ratione, quod, ſi reus non ſpecifice exprimat, in quo libellum obſcurum eſſe putet, facile fieri poſſit, ut in ſententionando non attendatur exceptio, ſed juxta *l. 66. de judic.* ſi actor ambigua oratione uſus, in eam accipiatur partem, quæ ipſi utilior apparet, *Brunnem. proc. civ. c. 5. n. 14.* & e contra reus in expenſas termini, ob omiſſam eventualem litis conteſtationem condemnetur.

6. Exceptioni obſcuri & generalis libelli locus non eſt, 1) in cauſis ſummariis, *Hilliger. c. l.* & ubi modicum præjudicium vertitur, *Hilliger. c. l. lit. e.* niſi obſcuritas tanta, ut facultatem deliberandi auferat reo: tunc enim eo opponente non valet libellus, ne defenſio ipſi adimatur, nequidem ſi ſola facti veritate inſpecta procedatur, *Hilliger. c. l. lit. c.* 2) ſi obſcuritas non eſt in principali intentione, ſed quibuſdam adjectis, 3) ſi in quolibet ſenſu plurium interpretationum ambiguæ locutionis intentio agentis teneat, *Hilliger. c. l. Nicolai in proc. p. 1. c. 9. n. 8.*

LIBELLUS INEPTUS. (a)

1. Ineptus cenſetur libellus, quando, qui litis conſortes proprie non ſunt, ob diverſa facta uno libello

(a) Quamvis libellus, quantum modo poſſibile, hodie eſt ſuſtinendus, vid. loc. *libellus actionis, th. 3. lit. a.* attamen

lo contra reum agunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. ſ. en. 1.* ubi vero quoque teſtatur, exceptioni ineptæ cumulationis, quoad plures actores, qui ob damnum per aquam pluviam datum convenirent reum, cujus culpa id factum, non eſſe relictum locum, quamvis quilibet actorum diverſam damnorum ſummam peteret.

2. Si diverſæ ſunt injuriæ. per exceptionem ineptæ cumulationis repelluntur plures actores, ſimul ob eas actionem inſtituentes: niſi ſint collegium, ubi petitum, non ad ſatisfactionem ſingulis faciendam, ſed univerſitati, dirigendum, *Rivin. c. l. en. 2.*

3. Quid, ſi duo diverſi generis creditores uni nomina ſua cedant, num eo caſu ceſſionarius contra unum utriuſque debitorem recte eodem libello aget? Id quod affirmat *Berger. E. D. F. tit. ſ. obſ. 8. not. ſ. p. 164.*

4. Ineptus eſt libellus, quando plures rei, ex diverſis cauſis obligati, conveniuntur, *Carpz. p. 1. c. 2. d. 6. Rivin. ſpecim. except. for. c. 23. n. 9.* veluti, ſi una actione junguntur plures rei, qui non uno loco ac tempore injurias evomuerunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. ſ. en 3.* Secus, ſi eodem tempore ac loco injuriæ ſunt illatæ, *Rivin. c. l. en. 4.*

5. Uno libello inepte junguntur plures rei, quoties non omnia facta illo comprehenſa ſingulos tangunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 101.*

6. Ineptus eſt libellus, quo plures rei, ex diverſis

men ſi adeo inepte conceptus, ut nullo modo tolerari poſſit, judex ejuſmodi libellum aut ſtatim ex officio rejicere, aut ad minimum in prima ſententia, adjectis decidendi rationibus, illum pro inepto declarare, & actorem ad reſtitutionem expenſarum condemnare, ſimulque advocatum, inepte libellantem, pœna 5. thalerorum aut plurium coercere debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. ſ. §. 3.*

Digitized by Google

ſis emtionibus mercium in tabernis, ſimul conveniuntur *Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 5. obſ. 8. p. 1772. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 485.*

7. Uno libello conveniri non poſſunt debitor principalis & fidejuſſor, *Rivin. c. l. en. 5.* licet affirmativam defendere videatur, *Carpz. lib. 2. R. 54.* nec magiſtratus actione ſubſidiaria, & tutores actione tutelæ, *Rivin. c. l. en. 8.*

8. Si non objicitur inepta cumulatio, contra plures debitores ſimul agere licet: modo non oriatur exinde confuſio, *Rivin. c. l. en. 6.*

9. Dominum jurisdictionalem adverſus plures ſimul ruſticos, utut non correos, ſed ex diverſis obligatos cauſis, experiri poſſe, modo præſtatio ejuſmodi petatur, quæ ex nexu inter dominum & ſubditos dimanat, tradit *Berger. E. D. F. tit. 5. obſ. 8. not. 4. p. 163.*

10. Actio finium regundorum inſtitui poteſt uno libello contra plures reos, eos ſcilicet, quos vicinia; ſive confinium conjunxit, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 35. p. 211.*

11. Ineptus eſt libellus, quando in eo cumulantur actiones, quæ, ex una eademque cauſa deſcendentes, ad idem tendunt, adeoque electione tolluntur; aut inter ſe ſunt contrariæ; aut ſibi invicem præjudicant, ita ut lata ſententia in una pariat exceptionem rei judicatæ in altera, *Carpz. lib. 2. R. 53. & in proc. tit. 6. art. 1. n. 80. ſeq. Rivin. ſpec. except. for. c. 23. n. 12. & ad O. P. S. tit. 5. en. 9. 10.*

12. Aſt illæ actiones, quibus diverſus finis ac ſcopus præfixus eſt, eodem libello comprehendi poſſunt, nec una per alteram conſumitur, *l. 7. §. 1. de condict. furt. l. 110. de R. J. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 111. n. 6.*

13. In-

Digitized by Google

13. Inepte plura quam tria (b) capita, ex diverſis cauſis & concludendi mediis deſcendentia, in uno libello coacervantur, *O. P. S. tit.* 5. §. Wir laſſen auch geſchehen. *ibique Rivin. en.* 11. *Carpz. p.* 1. *c.* 2. *d.* 4. vid. omnino *Berger. E. D. F. tit.* 5. *obſ.* 8. *not.* 2. *p.* 162. Exceptio eſt in concurſu creditorum & operis vel præſtationibus ruſticorum, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d.* 5. *Berger. dec.* 298. ſi modo totam univerſitatem concernant, nec alia capita libello inſerantur, *Rivin. c. l. en.* 12. 13.

14. Præter illas exceptiones aliæ quoque vi bonæ interpretationis dantur, atque uſu confirmantur, ut puta 1) in cauſis mercatoriis, quæ exceptio *Ord. Proc. Mercat. Lipſ.* §. 6. conceptis verbis approbatur, 2) in cauſis pauperum, *Martin. ad. O. P. S. tit.* 5. §. 3. *n.* 24. *Rivin. ſpec. except. for. c.* 23. *n.* 7. *ſeq. Berger. p.* 2. *ſupplem. ad E. D. F. tit.* 5. §. 34. *p.* 210. *ſeq.* ubi hoc ad pias cauſas in genere extendit.

15. Quod *O. P. S. tit.* 5. §. Wir laſſen auch, ꝛc. monetur, uno eodemque libello tria ex diverſis provenientia cauſis capita proponi poſſe, ſic capiendum eſt, modo illa eodem procedendi genere (c) contineantur. Ex quo conſequitur, libellum, quo cauſa ordinaria & ſummaria, v. c. mutui ſimplicis & depoſiti, aut ſummaria & executiva, v. c. depoſiti & mutui chirographarii, miſcentur, veluti ineptum rejiciendum eſſe, *Berger. E. D. F. tit.* 5. *obſ.* 8. *p.* 161. *ſeq.* Hoc damen ita tem-

(b) Sed hodie plura quam tria capita, eandem perſonam concernentia, in uno libello cumulari queunt, modo eodem proceſſus genere contineantur, nec confuſio exinde oriatur, quod poſtremum judicis arbitrio relinquitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 5. §. 2.

(c) Vid. *hic. th.* 13. *lit. b.*

Digitized by Google

temperandum eſſe, ut ejuſmodi libellus non omnino, ſed pro altera ſolum parte rejiciatur, monet *Berger. c. l. not. 3. p. 163.* add. *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 5. en. 23.*

16. Si ob eventualem litis conteſtationem ſuper quibuſdam punctis libelli ſtatim definitive pronunciatur, hæc in computationem non veniunt, ſed ſaltem illa, quæ ulteriorem diſcuſſionem requirunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 14.*

17. Ob ineptitudinem rejicitur libellus, ſi actor ordinariam cauſam ſummariter, (d) invito reo, tractare velit, *Rivin. c. l. en. 15.*

18. Ineptus eſt libellus, quando extranea perſona ex teſtamento parentum inter liberos executive agit, ſi non in continenti teſtium præſentia appareat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 359.* Plane an unquam ex teſtamento executive agi poſſit, diſceptatur, vid. *Berger. p. 1. ſupplem. ad* E. D. F. *tit. 5. §. 9. p. 41. ſeq.*

19. Non rejiciendus eſt ſimpliciter libellus, in quo ex documento, quod conditionem continet, executive agitur: ſed proceſſus executivus tamdiu ſolum ſuſpendendus, donec exiſtentia conditionis demonſtretur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 465.*

20. Rejicitur libellus, ſi executive contra uxorem agatur ex literis cambialibus, quas cum marito & curatore ſimul ſubſcripſit, cum præſumatur pecunia ad maritum ſolum perveniſſe, ita ut agenti verſio in rem neceſſario ſit probanda, *Rivin. c. l. en. 16.*

21. Nec

(*d*) Sed hodie, ſi excipias, poſſeſſorium, diſcrimen inter proceſſum ordinarium & ſummarium eſt ſublatum, adeo, ut ſi executive agi nequeat, ſecundum nunc præſcriptum ordinarium modum ſit procedendum, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 1.*

Digitized by Google

21. Nec ex alio documento, alias guarentigiato, proceſſus executivus locum habet contra mulierem, quæ cum marito mutuum contraxit, licet in eo SCto Vellejano renunciaverit, ac certiorationem eſſe factam in inſtrumento confeſſa fuerit, niſi in confirmatione judiciali mulierem certioratam fuiſſe, de beneficiis ſibi competentibus ac SCto Vellejano, judicialiter magiſtratus atteſtetur, *Rivin. c. l. en. 17.*

22. Imo quamvis mulier cum curatore, tanquam principalis debitrix, ſubſcribat obligationis inſtrumentum, maritus autem, tanquam fidejuſſor pro muliere: attamen executive conventa, ſi objiciat exceptionem ſimulati contractus, pecuniamque in ipſius utilitatem verſam eſſe neget, recognitio documenti non nocet, ſed ab actione, prout propoſita, abſolvitur, *Rivin. c. l. en. 18.*

23. Ineptus eſt libellus, in quo confuſio fit proceſſus ordinarii vel ſummarii cum executivo, v. g. ſi editio (e) & recognitio ſimul petatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 371.* Aſt in proceſſu ſummario in ſpecie ſic dicto editionem & recognitionem ſimul peti poſſe, docet *Berger. dec. 307.*

24. Ineptus etſi libellus, in quo actor partim jusjurandum defert, partim vero recognitionem petit, *Rivin. c. l. en. 22. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 335. n. 5.* Et ineptum eſſe libellum, in quo recognitio libri mercatorii petitur, & ſimul jusjurandum defertur, notat *Wernher ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 373.* Quod tamen ad forum Saxonicum Electorale reſtringit, extra Ele-

(F) ctora-

(e) In proceſſu executivo a reo editio documenti peti non poteſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 3.*

Digitized by Google

ctoratum autem ejuſmodi libellum ſuſtineri poſſe, autumat *Wernber. d. p. 1. obſ. 335. n. 5.*

25. Ineptus eſt libellus, in quo reſponſionem (f) & ſimul recognitionem actor a reo petiit, *Rivin. d. en. 22. & Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 177. & p. 6. obſ. 375.* ubi quoque: nihil tamen prohibet, quo minus judex per clauſulam, libellis adjici ſolitam, actori aliquando ſuccurrere, &, neglecto incongruo petito, reſponſionem reo tali caſu injungere queat.

26. Præcipua libellorum ineptitudo cernitur, ſi ea, quæ ad formam actionis pertinent, non exprimuntur, v. g. in actione negatoria, ſi actor omittat cauſam dominii, rem ſcilicet ſuam eſſe, in qua reus ſervitutem prætendit, *Rivin. ad O. P. S. tit. en. 5. 24.*

27. In interdicto Salviano ineptus eſt libellus, quando poſſeſſio debitoris tempore conſtitutæ hypothecæ in eodem haud eſt expreſſa, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 477.*

28. Eodem modo libellus in actione de ſpolio ineptus eſt, ſi nullam poſſeſſionis mentionem contineat, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 379.*

29. In actione reali libellus ineptus habetur, in quo poſſeſſio rei allegata haud eſt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 119.*

30. Libellus, ſuper donatione formatus, tanquam ineptus rejicitur, ſi in eodem nulla acceptationis mentio facta ſit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 108.*

31. Libellus injuriarum abſque mentione anni & menſis commiſſæ injuriæ, ceu ineptus, rejicitur, etſi reus de eo non exceperit: ſecus vero, ſi dies ſaltem delicti fuerit omiſſus, *Carpz. lib. 2. R. 56.* Imo, poſtulante

(f) Vid. loc. *advocatus. tb. 42. lit. a.*

Digitized by Google

lante reo, & dies in actione injuriarum criminali exprimi debet, *Carpz. pract. crimin. qu. 95. n. 8. Rivin. ſpecim. except. c. 24. n. 6.*

32. Ineptus eſt libellus, ſi in eo vel nulla vel non idonea petendi ſeu agendi cauſa eſt expreſſa, *c. ult. X. de libell. oblat.* Landr. *lib. 3. art. 41. verſ.* Welche man vor Gerichte. *ibique Gloſſ. germ. Zanger. de except. p. 2. c. 14. n. 11. Rivin. ſpecim. except. for. c. 23. n. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 153. n. 4. p. 456.* adeoque rejiciendus, utut illa fortaſſis ex adjecto documento colligi poſſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 215. n. 6.*

33. Libellus reſtitutionis in integrum haud admittendus eſt, ſi læſio in eodem non ſpecifice expreſſa, *Carpz. lib. 2. R. 95. n. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 400.*

34. Libellus ineptus eſt, in quo actor juris alicujus exercitium reo propterea interdici petit, quod ipſe hactenus ſolus in ejus poſſeſſione vel quaſi fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 57. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

35. Libellus, quo cauſa debendi vel omittitur, vel generalis tantummodo memoratur, rejicitur tanquam ineptus, *Berger. E. D. F. tit. 5. obſ. 9. not. 3. p. 171. & p. 2. ſupplem. ad eund. tit. §. 37. p. 213.* Quod ſi tamen reus in judicio debitum confiteatur, exceptio inepti libelli non amplius attenditur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 51. p. 265.*

36. Libellus ineptus (g) nunquam in judicio admittitur, ſed a judice, etiam ex officio & parte non petente, rejiciendus eſt, modo ineptitudo ſit notoria & ex libello appareat, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 11.*

(F) 2 37. Si

(g) Si ſcilicet nullo modo ſalvari poteſt, vid. *hic. ad rubr. lit. a*

Digitized by Google

37. Si vero libellus ineptus aliquo modo (h) defendi poſſit, expreſſa ſcil. cauſa juſta, adjectaque concluſione vera & apta, tunc tolerandus eſt, *Carpz. d. c. d. 14.*

38. Generaliter de ineptitudine libelli notari meretur, quod in prima ſententia præterita denuo (i) urgeri poſſit, imo & poſt litem conteſtatam, vel etiam poſt ſententiam, quæ vires alias judicati ſortita eſt, cum retro nullum reddat judicium, prout contra *Zanger. de except. p. 2. c. 14. n. 3.* docent *Meier in C. A. tit. de except. n. 137. & Nicolai in proc. p. 1. c. 17. n. 8.* vid. *Rivin. ſpecim. except. for. c. 23. n. 17. ſeq. & ad O. P. S. tit. 5. en. 27.* add. *Carpz. de def. 11. n. 6.*

39. Reo ob ineptitudinem libelli ab inſtantia abſoluto etiam expenſæ (k) ſunt refundendæ, *Carpz. d. c. d. 12.*

40. Reus, abſolutus ab actione prout inſtituta fuit, ſi ſuſpendit ſententiam, ob non adjudicatas expenſas, a viribus rei judicatæ, non prius tenetur reſpon-

(h) Vid. loc. *libellus actionis. th. 3. lit. a. & hic ad rubr. lit. a.*

(i) Plane, ſi exceptio inepti & obſcuri libelli in prima ſententia non admiſſa, ſed rejecta fuerit, quo in caſu judex etiam ſuas decidendi rationes adjicere debet, tunc illa in progreſſu litis, in primis autem in ſententia definitiva amplius attendenda non eſt, ſed aut pro ratione negotii ipſa cauſa decidenda, aut ad probationem ejus, quod deſideratur, reſervata reprobatione, ac jurisjurandi delatione, quæ utrique parti hoc in caſu libera relinquitur, ſine nova actione inſtituta, interloquendum, actor tamen ad reſtituendas reo impenſas condemnandus, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 3. 4.*

Digitized by Google

ſpondere ad novum libellum, niſi remota ac finita leuteratione, *Rivin. ad* O. *P. S. tit. 5. en. 40.*

41. Quodſi præſtita ſatisdatione libellus, ut ineptus, rejiciatur, novusque offeratur, de novo quoque ſatisdatione opus eſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 68. p. 314.*

42. Actione ob ineptitudinem rejecta. libellus emendatus, citra metum litis pendentiæ, (l) in alio judicio proponi poteſt, *Rivin. c. l. en. 41.*

LIBER CENSUALIS.

1. In libris cenſualibus, (a) denen Erb-Büchern, Erb-Regiſtern, omnia fere conſignata habentur, quæ a ſubditis præſtanda veniunt, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 6. n. 1.*

2. Ejusmodi libri, ſi rite confecti ſint, plenam fidem habent, & contra ruſticos probant, *Moller. lib. 4. ſemeſtr. 37. Carpz. d. def. 6. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24 th. 6. p. 1056.*

3. Libri cenſuales rite confecti intelliguntur, cum a ſingulis in præſentia notarii & teſtibus ſunt comprobati: tunc enim valent inſtar conventionis, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 1057.* vid. omnino *Carpz. lib. 1. R. 62. & lib. 3. R. 82. Berlich. dec. 283. Stryck. uſ. mod. tit. de cenſib. §. 1.*

4. Libri cenſuales, licet non rite ſint confecti, interdum tamen dant locum jurijurando ſuppletorio

 vel

(k) Vid. hic. *ad rubr. lit. a.*

(l) Quodſi enim libellus tanquam ineptus rejicitur, citatio emiſſa effectum præventionis & litispendentiæ non inducit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 4.*

(a) Libris cenſualibus, quoad ſportulas judiciales, & advocatorum, derogatum eſt per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36. §. 1.*

Digitized by Google

vel purgatorio, *Berger. œcon. jur. c. I. not. 17. p. 1061.* veluti, ſi ſint antiqui, & ordinata ſerie conſcripti, in archivo publico cuſtoditi & reperti &c. *Carpz. p. 2. c. 4. d. 6. n. 5. 6.* add. *Horn. cl. 1. ſent. 35.* vid. omnino *Anonymi* neu vermehrtes Dorff- und Land-Recht, *p. 2. c. 11. §. 104.*

5. Deficientibus vero ejusmodi circumſtantiis, & ſi ex iis intelligi nequeat, quo tempore, quibus præſentibus & a quo conſcripti ſint, nihil quicquam, probant, *Carpz. d. def. 6. n. 3. & lib. 1. R. 64.* add. *Horn. cl. 16. R. 39.*

6. Si ruſtici in libros cenſuales juraverunt, ante relaxationem juramenti contra eos experiri non valent, *Carpz. d. R. 64.*

7. In libris cenſualibus jusjurandum ſubditorum non neceſſitatis quidem, ſed utilitatis eſt, ut reſtitutio in integrum evitetur, *Berger. E. D. F. tit. 24. obſ. 4. p. 749. & œcon jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 18. p. 1061.*

8. Literis inveſtituræ cum libro cenſuali diſcrepantibus, ſecundum illas judicandum eſſe, ſtatuit *Carpz. lib. 1. R. 65.*

LIPER CONSENSUUM.

1. Ex libro conſenſuum, Conſens-Buch, executive agi non poteſt, cum pro inſtrumento guarentigionato habendus non ſit: incuria enim & oſcitantia ſecretarii ac ignorantia creditoris ſæpenumero evenire ſolet, ut conſenſus deinceps non extinguatur, *Berger. dec. 369.* add. *Mev. p. 7. dec. 141. n. 4.*

LIBER ECCLESIASTICUS.

1. Libri Eccleſiaſtici, quibus baptizati, copulative inſcribuntur, plenam habent fidem, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 142. n. 18. Berger. p. 2. ſupplem.* ad

Digitized by Google

ad E. D. F. tit. 24. §. 10. p. 530. & œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 2. p. 1057.

2. Libri eccleſiaſtici, der Kirchen-Matricul, itemque ſecundum ejus formam factæ agrorum diviſionis, derer Huffen-Profeſſion, nulla plane ratio habetur in capite probationis, quod ad tertium, quamvis paſtori & aliis, quibus onera publica exinde debentur, jus & facultatem exigendi concedant, *Berger. p. 2. R. 35. & œcon. jur. c. l. not. 3.*

LIBER MERCATORIUS.

1. Libri mercatorum ſemiplene probant, ita, ut proferenti juramentum ſuppletorium ad effectum plenæ (a) probationis deferri poſſit, *Gail. lib. 2. obſ. 20. n. 2. Carpz. p. 1 c. 17. d. 35. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 206. n. 2. Berger. dec. 361.* modo legitima ſua habeant requiſita, & fide digni ſint, *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. b. p. 460.*

2. Requiſita libri mercatorii ponit *Barth. c. l.* quæ ſunt: 1) ut ſit bene ordinateque compoſitus, *Mev. p. 1 dec. 241. n. 9.* 2) ut in frontiſpicio codex mercatorius inſcriptionem habeat, nomen ſcil. ejus, cujus ſit, & a quo tempore cæperit, *Stracha de mercat. p. 2. n. 53.* quanquam, hujus defectus exceptionem in pronun-

(a) Hodie in foro Saxonico libri mercatorii, juramento confirmati, non aliter plene probant, quam ſi utrique litigantes ſint mercatores: qua ceteros vero, ſi nihil aliud quam extractus libri mercatorii, ad probationem debiti, producatur, non ſuppletorium, ſed purgatorium defertur: niſi alia adminicula concurrant, quo quidem caſu non jurata confirmatio libri mercatorii, ſed ſuppletorium in caſu principali, und daß es mit der geklagten Forderung ſeine Richtigkeit habe, injungitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 30. §. 4.*

Digitized by Google

ciando nunquam obſervatam, ſæpius autem præteritam fuiſſe, teſtatur *Barth. c. l. p. 461.* 3) ut contineat data & accepta, vel, mercatorio loquendi ſtylo, debet und credit, *Carpz. d. def. 35. n. 7.* 4) ut tempus anni & diei exprimatur, *Carpz. d. def. 35. n. 7. & lib. 3. R 58. n. 11. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. def. 5. n. 1.* quanquam, illius omiſſionem non ſtatim totas rationes vitiate, neque omnem omnino fidem libri tollere, ſed quoad uſuras tantum computandas, non quoad ſortem, reſponſo Scabinatus Wittebergenſis probat *Berger. E. D. F. tit. 30. obſ. 2. not. 4. p. 822.* 5) cauſa debiti ut ſit expreſſa, *Marquard. de jur. mercat. lib. 3. c. 9. n. 35. Carpz. d. def. 35. n. 7.* 6) ut ab homine fide digno ſit conſcriptus, *Carpz. c. l. n. 6.* mare an femina, nihil intereſt, cum & feminæ inſtitorum officio fungi poſſint, *l. 7. §. 1. de inſtit. act.* ut itaque & mercatrices ad ſuppletorium admittantur, *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c p. 467. in fin.*

3. Libri etiam pharmacopolarum jure mercatorio gaudent, & ſemiplene probant, *Berger. E. D. F. tit. 30. obſ. 2. not. 1. p. 820.* Quo jure quoque cenſentur libri proxenetarum juratorum, der geſchwornen Mäckler-Bücher, qui tantæ fidei æſtimantur, ut etiam tranſſumta inde, ab ipſis proxenetis propria manu ſcripta, ſufficienter probent, *Barth. c. l. p. m. 467.* Cum e contra extractum libri mercatorii quis recognoſcere haud teneatur, ſed originale ſit producendum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 333.*

4. Diariis mercatorum, denen Kladder-Büchern, non creditur, *Hafn. de mercib. th. 189. Berger. œcon. jur. lib. 4. th. 24. th. 6. not. 19. p. 1062.* Neque opificum diaria ſunt attendenda, *Berger. c. l. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 3. lit. a. p. 440. in fin.* cum liber ratio-

tionum privati pro ſcribente ex jure communi nihil probat, *l. nuda. ibi Dd. de donat. Mev. p. 2. dec. 92. n. 1.* quanquam judex, ſi quidem illa una alterave præſumtione adjuventur, arbitrari poteſt, quanta iiſdem ſit vis tribuenda, *Berger. E. D. F. tit. 30. obſ. 2. not. 1. p. 820.* Imo ſtatuta Hamburgenſia etiam aliis, quam mercatorum, libris vim ſemiplenæ probationis tribuunt, teſte *Wernbero ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 194.*

5. Libri mercatorii ſemiplene probant in cauſis tantummodo mercatoriis, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 37. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 13. p. 1060.* quarum nomine tamen non ſolum principales, ſed etiam acceſſoriæ intelliguntur, *Berger. c. l. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. b. p. 463.* confer. vero *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 82.* Ita libro, quo mercator, Cajum pro emtore mercium fidejuſſiſſe, ſcripſit, eundem ſemiplenæ probationis effectum tribuendum eſſe, reſpondit ordo Wittebergenſis, teſte *Bergero E. D F. tit. 30. obſ. 2. not. 2. p. 821.* add. *Barth. c. l.* ubi monet, neceſſe autem eſſe, ut diſertis verbis fidejuſſio inibi expreſſa ſit, nec ſufficere per modum replicæ, libros ex poſtfacto ita explicare.

6. Alia ergo extranea negotia, veluti mutuum, ex libro mercatorio probari nequeunt, *Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 82. & ſupplem. nov. ad eand. obſ.* tametſi etiam juramento ſit ſuppletus, *Barth. c. l. 462.* Plane pro ratione eorum, quæ rem circumſtant, nihilo ſecius jurijurando purgatorio, etiam de credulitate, locum relinqui poſſe, præjudicio probat *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 30. §. 2. p. 565.*

7. Nihil intereſt, an rationes ad ipſo mercatore? an vero ab inſtitore, aliave certa perſona, honeſta &

Digitized by Google

ſide digna ſint conſignatæ, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 35. n. 9. & lib. 3. R. 58.* diſſentit *Gail. lib. 2. obſ. 20. n. 3.*

8. Liber mercatorius vel ab ipſo tabernæ domino, vel ab inſtitore, qui illum conſcripſit, durch den Diener oder Buchhalter, der ſelbige geführet, juramento confirmatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 8.* prout ſcilicet domino placuerit, cui hac in parte competit electio, tametſi hæc in ſententia ei reſervata non ſit, dummodo in oblatione ad jurandum ſe declaret, quod per miniſtrum eos confirmari juramento facere velit, *Barth. bodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 464.*

9. Mortuo vel abſente inſtitore, ad confirmandos libros ab eo conſcriptos, de credulitate dominum jurare ſufficit, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 14. p. 1060.* modo in ſententia juramentum credulitatis conceptis verbis contineatur, *Barth. c. l. p. 466.*

10. Libri mercatorum, quantumvis morte ipſorum confirmati, plene tamen non probant, priusquam heredes in ſupplementum juraverint, per ea, quæ tradit *Carpz. lib. 6. R. 121.* diſſentit *Beſold. conſil. 33. n. 16.* demortui mercatoris libro plenam fidem tribuens, confer. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 361.* ubi teſtatur, ſecundum ſtatuta Hamburgenſia librum mercatorium, morte mercatoris confirmatum, plene probare.

11. Licet libri mercatori, utpote ſemiplene tantum probantes, in contumaciam pro recognitis reputantur: attamen etiamnum juramento ſunt confirmandi, ne ficta recognitio plus alioqui operetur, quam vera: exceptio eſt in proceſſu ſummario irregulari, ubi in contumaciam liber pro recognito, reusque pro confeſſo & convicto declaratus condemnatur, *Barth. bodeg. for. c. 2. §. 7. p. 458.*

12. Qui librum mercatorium, mediante jurejurando

rando, confirmare juſſus, hoc in termino præfinito non præſtat, illud deſeruiſſe cenſetur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 79.*

13. Heredes aut eorum tutores, vel ipſi etiam mercatores vivi, ob exiguam forte prætenſionem, mortuo aut abſente inſtitore, ſi ipſi jurare nolint, producto & recognito, vel pro recognito habito libro mercatorio, petere concludendo poſſunt, ut rei, utpote ſemiplene hoc ipſo convicti, ad purgatorium condemnentur: petendum enim eſt hoc diſertis verbis, quia alias ſuppletorium (b) magis, quam purgatorium injungi ſolet, *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 468.*

14. Si quis ſuperſedere velit, ſingularum ex libris mercatoriis inſtituendarum actionum gratia, juramenti præſtatione, poterit vel ſub initio ſtatim ad eorum conſcriptionem, vel etiam continuationem, jurisjurandi religione obſtringere inſtitorem, vel ex poſt facto generaliter juramento eos, ab ipſo, ex officiis ejus forte diſcedente, facere confirmari, in quocunque etiam judicio: hoc ipſo enim omnibus illis, quæ ad iſtud uſque tempus in iis a jurante conſignata ſunt, plena fides retro conciliatur. Quod ſi vero libros iſtos non ſolus integros conſcripſerit, ſed ſaltem continuaverit, ultra factum illius non extenditur juramentum, ſed reliqua a domino, vel inſtitoribus prioribus, ſi lis ſuper iis oriatur, ſuo tempore jurejurando erunt corroborandi. Quin &, pendente jam alibi lite, adire poteſt dominus quemcunque judicem, & vel ipſe ſub prætextu, quod illorum confirmatione generali alicubi locorum opus haberet, juramento eos firmare, vel inſtitorem ſuper iis juramentum præſtare confirmatorium facere, abſente licet & inſcio ex libris his alio in judicio convento reo, & nihilominus in altero judicio ulteriori jurata confirmatione

tione haud indigebit, quia ſufficit juratos libros eſſe, *Barth. c. l. p. 469.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 9. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 30. §. 1. p. 564.*

15. Extrajudicialiter etiam, coram notario & teſtibus, a profecturo forte inſtitore, factam juratoriam confirmationem in judicio ſummario ſuffecturam eſſe, putat *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 470.*

16. Declinari poteſt juramentum confirmatorium, ſi quis, præter libros, unum omni exceptione majorem habeat teſtem: quia tunc duæ ſemiplenæ probationes faciunt unam plenam, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 36. & lib. 3. R. 58.* Pro teſtibus autem idoneis etiam reputandi ſunt mercatorum miniſtri, die Handels-Bedienten, *Barth. c. l.* nec non ſartores, ancillæ, & miniſtri alii, per quos reus merces debitas emiſſe, vel acceptas tuliſſe, in libris mercatoriis dicitur, *Barth. c. l.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 21.*

17. Imo, ſi in illis expreſſe extet, quod ex mandato debitoris eas acceperint, e. g. den 1. Aug. 1710. empfieng durch ſeinen Bedienten N. &c. tunc nequidem ad purgatorium admittitur debitor, ſed juramento ſuppletorio mandatum hoc quoque, in libro mercatorio, comprehenſum ſimul confirmatur, modo debitor ſolitus fuerit, per illas perſonas antea quoque merces ſub fide habita, a creditore acce rſiri facere, pretiumque deinde pro illis ſolvere, *Barth. c. l.* add. *Berger. E. D. F. tit. 30. obſ. 2 not. 3. p. 821.* ubi etiam, quod unicus actus ſufficiat. Id tamen perpetuum, non eſſe, quum & interdum potius reo purgatorium, quam actori ſuppletorium dictitetur, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 14. p. 1061.* Quin hodie vi pragmaticæ ſanctionis Electoralis Sax. de an. 1708.

quoad

quoad illas perſonas (c) libri mercatorii adverſus dominos nil quicquam probant, *Berger. p. 2. ſupplem. ad. E. D. F. in additam. ad. tit. 30. p. 1970.*

18. Poteſtne mercator, ut debitor, exceptionem ſolutionis, ex libro ſuo mercatorio, etiam ſemiplene demonſtrare, ita, ut ad ſuppletorium admitti debeat? Affirmatur, *Marquard. de mercat. lib. 3. c. 11. n. 26. Berger. dec. 363.* add. *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 472.* Scilicet in proceſſu ordinario vel ſummario: non item in executivo *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 10.* niſi actor librum mercatorium a reo productum recognoſcat: tunc enim cenſetur ab eo proceſſus genere receſſiſſe, atque adeo reus ad ſuppletorium admitti poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 42.*

19. Judæorum libri non ſemiplenæ, ſed minus ſaltem quam ſemiplenæ probationis effectu gaudent, & ſuſpicionibus tantum onerant adverſarium, a quibus uramento ſe purgare tenetur, teſte *Bergero E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 8. p. 721.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 193.* add. loc. *judæus th. 3.*

20. Bancoruptorum libri nequidem ad purgatorium probant, *Barth. c. l. p. 468.* Quod eouſque extendit *Berger. E. D. F. tit. 30. obſ. 2. p. 819.* ut, licet ab ipſomet, ejuſve inſtitore, ante, vel poſt motum concurſum, jurejurando confirmati ſint, nulla tamen eorum habenda ſit ratio, nec ſufficientes ſint ad jusjurandum purgatorium injungendum: inſtitoris tamen teſtimonio debitores ad hoc gravari poſſe tradit *id. c. l.* vid. *Barth. c. l.*

21. Nec librorum fides ſervatur integra, tametſi bonis hujusmodi obærati arreſta nondum ſint impoſita, ſed aliunde conſtet, ad inopiam illum redactum

(c) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 30. §. 4.*

Digitized by Google

ſtum eſſe, concurſus vero tranſactionibus aliiſve modis extinctus ſit, autore *Bergero c. l. p. 820. a Barth. d. l. citato.*

22. Ex horum tamen numero non ſunt, qui citra culpam ſuam, incendio, naufragio, bello, rapina aut alio infortunio, ad incitas redacti ſunt, & moratorium impetrarunt: horum enim libri fidem ſemiplenæ probationis retinent, & vel ipſius domini vel inſtitoris ejus jurejurando ſuppletorio confirmari, his vero mortuis vel abſentibus, purgatorio occaſionem præbere poſſunt, *Berger. c. l. Barth. c. l.*

23. Liber mercatorius ſuſpicione non caret, in quo non omnia accepta & reddita reperiuntur inſcripta, aut aliqua ſunt manca, mutila nec facile intelligibilia, *Mev. p. 1. dec. 241. n. 10. 11.*

24. Libro mercatorum decedit fides, ſi in aliquo ejus falſitas & corruptela deprehenditur, *Mev. c. l. n. 13.*

25. Quod ſolutum eſt, in libro mercatorio non debet deleri, ſed inter accepta, ſeu credita referri: ſufficit tamen illam libri mercatorii partem, qua producens agendo vel excipiendo ad convincendum adverſarium utitur, mundam & non cancellatam, vel correctam in partibus, præprimis principalibus, eſſe. Ceterum licet in alia parte, debitoris perſonam non concerniente, concellationes, deletiones & correctiones deprehenſæ fuerint, & de iis contra talem codicem, ut vitioſum & ſuſpectum, nec juxta regulas mercatorias conſcriptum, debitores exceperint, in judicio mercatorio tamen id minime attentum fuiſſe, teſtatur *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. b. p. 461.*

26. Sed ſi mercator, prout communiter fieri ſolet, non rationes tantum debitoris illius, ſed generaliter

ter integrum librum jurejurando confirmare velit, ad tale juramentum indiſtinƈte admittendus non eſt; nec talis liber, tanquam ſemel jurejurando ita confirmatus, contra tertium illum, cujus ratio induƈta vel correƈta eſt, utpote de hoc non auditum, poſtea plene probat, *Barth. c. l.*

27. Cautius igitur aget, talis mercator, ſi non niſi partem libri ſui, qua conſignatio debiti & crediti ipſius adverſarii extat, nur das Blat, worauf die conto ſtehet, apertam producat, quoad reliquas vero, ad adverſarium non pertinentes, involutum vel obſignatum habeat librum: neque enim per textum expreſſum in *l. 10. §. 2. de edend.* integrum libellum ei inſpiciendum exhibere tenetur, *Barth. c. l.*

28. Licet mercator librum ſuum in genere juramento ſuo confirmavit, non tamen pro documento guarentigiato habetur, ut exinde agi executive queat, *Rivin. ad* O. P. S *tit. 30. en. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 206.* Quamvis igitur recognitio talium librorum reƈte petarur, proceſſus tamen non alius, quam ſummarius in ſpecie talis eſt, eoque omnes exceptiones, licet altioris indaginis ſint, nec non juramenti delatio admittuntur, *Rivin. c. l. Wernher. c. l. n. 5. Barth. c. l. p. 463. & 471. ſeq.*

LIBERATIO.

1. Jura ſemper magis favent liberationibus, quam obligationibus, *l. Arrianus. 47. de O. & A.*

2. Liberationis argumentum eſt diuturnum tempus, & per illud omiſſa exaƈtio, *Mev. p. 4. dec. 110. n. 7.*

LI-

LIBERI.

1. Liberi, extra matrimonium nati, matrem; illi autem, qui ex legitimis nuptiis procreati ſunt, patrem ſequuntur, *l. 19. de ſtat. hom. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 7. not. 1. p. 48.* Ita filii naturales principum ne pro nobilibus quidem habentur, multo minus nati cenſentur Ritter- und Stifft-mäßig, *Berger. c. l.* add. *Hœpping. de jur. inſign. c. 7. n. 106.* niſi pater, qui nobilitandi vel majorem etiam dignitatem conferendi jus habebat, illos nobiles vel comites expreſſe declaraverit, *Stryck. uſ. mod. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 8.* quamvis generali omnium gentium conſuetudine receptum eſſe, quod illuſtris patris filius naturalis nobilium privilegiis gaudeat, & pro nobili reputandus ſit, cenſeat *Tiraquell. de nobilit. c. 15. n. 25.*

2. Etſi matrimonium ob impedimentum, quod contrahentes ignorarunt, dirimitur: liberi tamen inde nati ſunt legitimi, *c. 2. & 11. X. qui fil. ſint legit. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 11.*

3. Liberi, etiam primo poſt nuptias menſe nati, pro legitimis, vel legitime natis habentur, *l. 11. C. de natur. liber. ibique Brunnem. Richter. dec. 80. n. 13. Berger. c. l. th. 2. p. 39.*

4. Imo liberi, e deſponſatis nati, ſi forte mors vel fuga alterutrius parentis copulæ ſacerdotalis uſum impediat, nihilo ſecius legitimi cenſentur, & ad honores atque dignitates admittuntur, *Berlich. dec. 299. n. 9. Philipp. ad dec. 49. obſ. 2. n. 18. ſeq. Mev. p. 2. dec. 81. n. 3.* quod in Saxonia Electorali tum demum verum eſt, ſi parentes publica celebraverint ſponſalia; qui itaque feudorum ſunt capaces, *de nov. 49. ibique Philipp. obſ. 2. n. 30. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 39.* add.

Digitized by Google

add. *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 41. n. 5.* Ut vero legitime nati dicantur, non refert, quo tempore, ante, an poſt ſponſalia concubitus ſit ſecutus: nam non conceptionis tempus attenditur, ſed nativitatis, *l. 11. C. de natur. liber. Berger. œcon. jur. in addit. ad lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 1211.*

5. Liberi, ex novo matrimonio, a deſerta conjuge ante ſententiam declaratoriam contracto, nati, legitimi non ſunt, nec habiles ad ſucceſſionem feudalem: bene vero illi, qui ex novo matrimonio, ob adulterium alterius, ab innocente, abſque prævia ſententia declaratoria, contracto, procreati ſunt, modo ſententia declaratoria ſequatur, *Horn. cl. 3. R. 12. p. 192. ſeq.*

6. Liberi, in matrimonio nati, pro legitimis in dubio habentur, quamvis mater aſſerat, eos eſſe adulterinos, *l. 29. §. 1. de probat. l. 11. §. 9. ad l. jul. de adult. Gail. lib. 2. obſ 97. Horn. cl 12. R. 44. n. 3. Bergeu. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. not. 7. p. 44.* modo conſtiterit, uxorem quoque cum marito ita coiiſſe, ut partus non minus ex marito, quam ex adultero, conceptus eſſe poſſit, *arg. l. 9. C. de nupt. Berger. c. l.*

7. Unde maritus partum, conſtante matrimonio natum, pro ſuo alere tam diu tenetur, donec, eum adulterinum eſſe, probaverit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 361.*

8. In præjudicium natalium eorum liberorum, qui jam nati ſunt, ex poſt facto nulla conditio matrimonio valide adjicitur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 19.*

9. Liberi, in utero exiſtentes, pro natis habentur; quoties de eorum commodo quæritur, *l. 7. l. 26. de ſtat. hom.* modo 1) naſcantur perfecte, lebendig, *l. 3.*

C. de poſth. hered. ſive ipſiusmet naturæ ope, ſive arte, puta exciſione, *l. 141. de V. S.* quamvis ſint imperfecti, unzeitig, ita ut deinceps ſtatim deceſſerint, *l. 12. §. 1. de liber. & poſth.* neque, ut clamor in quatuor parietibus ab infante edatur, jure Saxonico præciſe neceſſe eſt; ſed ſolum tanquam præcipuum vitæ indicium memoratur, ita ut vita infantis, etiam aliunde, quam ex clamore, dijudicari poſſit; 2) non ſint prodigioſi, quamvis eis præter naturam aliquid adſit, aut deſit, *l. 14. de ſtat. hom. l. 38. de. V. S. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 38.* add. *loc. infans. th. 3.*

10. Parentes, ad inopiam redacti, a liberis ſunt alendi, *l. 5. §. 1. & 13. de agnoſc. & al. liber. l. ult. §. 5. C. de bon. qua liber. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 7. §. 5. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 7. obſ. 85. n. 29.* etiam ab inceſtuoſis vel adulterinis, *d. l. 5. pr. §. 1. 2. 15. 16. & 17. de agnoſc. vel al. liber. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 15. not. 11. p. 152.* quamvis parentes ob delictum relegati ſint, *l. 73. §. 1. de jur. dot. nov. 12. c. 2. Berger. c. l.*

11. Patris, ſenatu moti, liberi, ante remotionem concepti, retinent dignitatem patris, *l. 7. §. 1. de ſenat. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 10. not. 7. p. 60.* liberi enim ob parentum maleficia minime luere debent, *l. crimen. de pœn. Mev. p. 9. dec. 115. n. 5.* id quod ad mercatorem applicat *Carpz. dec. 298.* add. loc. *collegium. th. 17. 18.*

12. Liberi carnificis lævis notæ macula non laborant, vid. *Carpz. dec. 112. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 107.*

13. Exiſtentia plurium liberorum non præſumitur, *Horn. cl. 16. ſent. 11. p. 1241. b.*

14. Hodie Magiſtratus in liberos, qui pietatem parenti debitam non agnoſcunt, aut gravius in eum pec-

peccant, etiam patre non compellante, nec ex ejus voluntate. ſed pro modo criminis pœnam decernit, *Weſenbec. in parat. ad ff. tit. ad L. Pomp. de parricid. n. 11. Carpz. pract. crimin. qu. 100. n. 35. Mev. p. 4. dec. 184. n. 6. 7.*

15. Liberi ob ſolam impietatem ſine parentis voluntate non cenſentur exheredati, *Mev. p. 4. dec. 183.* nec portio eorum reliquis accreſcit, *Mev. p. 5. dec. 151.* ipſis tamen ut indignis hereditas a fiſco aufertur, *Mev. p. 4. dec. 185. & p. 5. dec. 152. & 153.* add. *Horn. cl. 8. R. 28. p. 505.*

16. Si filius vel filia patrem vel matrem atroci injuria affecerit, parentes vero eos nihilominus heredes inſtituerint, injuria hæc remiſſa cenſetur, nec ideo privandi ſunt hereditate, *Horn. cl. 8. R. 28. n. 2.*

17. Liberi non poſſunt revocare bona immobilia, a matre, ſine cauſæ cognitione, & ſufficienti decreto alienata, ſiquidem matris facti fuerint heredes, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 3. conſil. 9. p. 1369.*

18. Liberi alienationes rerum ſuarum a parentibus factas impugnare poſſunt, ſi in legitima tantum inſtituti ſint, *Brunnem. ad l. 14. C. de R. V. n. 4.*

19. Si pater pro ſe & liberis ſuis fideicommiſſo renunciat, illi hac renunciatione ſtare, & repudiata licet paterna hereditate, in fideicommiſſo ſuccedere non poſſunt, *Knipſchild. de fideicomm. fam. c. 16. n. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2 obſ. 422. n. 1.*

20. In fideicommiſſis, liberorum nomine, intelliguntur nepotes, ſiquidem eis ſint honorati: non item, ſi ſint onerati, *Sand. lib. 4. tit. 5. def. 10. & 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 35. p. 442.* In ſucceſſione enim, cum legitima, tum teſtamentaria, nomine li-

Digitized by Google

berorum, continentur nepotes, pronepotes, ceterique, qui ex his deſcendunt, *l. 220. de V. S.* ſiquidem de favore liberorum & nepotum quæratur: non item in argumento odioſo, cujusmodi eſt fideicommiſſi productio ad nepotes, cum onere reſtituendi, *Berger. c. l.*

21. Liberi reſpectu uxoris & legatariorum vel fideicommiſſariorum pro magis delictis in jure habentur, *l. 10. C. de impuber. & aliis ſubſtit. Menoch. lib. 4. præſumt. 180. n. 16. & 19. Horn. cl. 7. R. 16. p. 382. b.*

22. Liberi pro opera, parentibus exhibita, wenn ſelbige als Knechte und Mägde, dem Vater Dienſte gethan, mercedem non conſequuntur; nec in concurſu creditorum petitioni mercedis locus eſt, *Berger. œcon. jur. in addit. ad lib. 3. tit. 2. th. 24. not. 2. p. 1225.*

LIBERI LEGITIMATI.

1. Legitimatio per ſubſequens matrimonium etiam hodie plenum jus liberorum legitimorum tribuit, *c. 6. X. qui fil. ſint. legit. Stryck. uſ. mod. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 9.* adeo ut in ſtatutis veniant ſub nomine der vollbürtigen Kinder, *Mev. p. 3. dec. 87. Reinking. de retract. conſanguinit. qu. 2. n. 183. ſeq.* & ipſis teſtimonium natalitium, quod ex thoro legitimo & parentibus honeſtis nati fuerint, dari poſſit, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 15. Richter. p. 1. dec. 80. n. 15.* & ea propter a collegiis opificum non excludendi, *Carpz. d. c. d. 12. Stryck. c. l.*

2. Idem quoque in legitimatis, quoad parentes illuſtres, procedit, ut & dignitatis, & armorum, & inſignium illius familiæ fiant participes, *Hoping. de jur. inſign. c. 7. n. 161. Stryck. c. l.* imo ad feudorum ſucceſſio-

ſionem admittantur, *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 18. n. 1. ſeq. Gail. lib. 2. obſ. 140.* add. *Carpz. p. 3. c. 28. d. 17.* modo non penitus abjectæ ſortis ſit concubina, quam princeps ſibi junxit, *Myler. gamol. princip. c. 24. §. 3. Stryck. c. l.*

3. Hodie, ubi locus eſt matrimonio, ibi quoque locus legitimationi; nec opus eſt fictione & retrotractione ad tempus concubitus, *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 2. th. 7. lit. b. Stryck. uſ. mod. tit. de his: qui ſui vel alien. jur. §. 11.* Hinc per ſubſequens matrimonium legitimantur ſpurii, *Mev. p. 2. dec. 82. Huber. prælect. ad J. tit. de nupt. § 18.* utut femina forte pluribus copiam ſui fecerit, modo pater fateatur ſe conſuetudinem habuiſſe cum illa, & filium inde ſuſcepiſſe, *Stryck. c. l. §. 10* confer. *Strauch ad jus privat. diſſert. 4. §. 2.* Nec opus eſt pactis dotalibus, ut hæc legitimatio per matrimonium fiat, *Weſenbec. conſil. 44. n. 44. Stryck. c. l. Huber. prælect. ad J. tit. de nupt. §. 19. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. qu. 7.*

4. Unde quoque, ſi maritus, viva uxore, ex femina ſoluta filium ſuſceperit, &, mortua uxore, eandem matrimonio ſibi copulaverit, partus ille adulterinus ſimul legitimatur, *Stryck. c. l. §. 12.* add. *Beſold. conſil. 45. n. 54. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 13. p. 139.* diſſendit *Barbos. ad c. tanta 6, qui fil. ſint legit.* Et porro filii, ex conjunctione legibus humanis prohibita nati, ſi parentes poſtea per diſpenſationem ineunt matrimonium, ſimul legitimantur, *Beſold. conſil. 199. n. 24. ſeq. Stryck. c. l. §. 13. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 13. p. 139.* quamvis & hic aliqui ſpecialem diſpenſationem exigant, ut ſimul legitimentur liberi antea procreati, *Barbos. ad d. c. tanta. n. 39.*

Digitized by Google

5. Non ſolum Imperator, ſed & imperii Principes & ſtatus vi ſuperioritatis territorialis jure legitimandi per reſcriptum gaudent, *Myler. ab Ehrenbach. de Princip. & ſtatib. imper. c. 54. §. 1. Knipſchild. de civit. imper. lib. 2. c. 4. n. 100.* ita tamen, ut ſtatuum imperii legitimatio ultra territorium effectum non habeat, niſi vi ſpecialis privilegii ab imperatore indulti princeps aliquis jus legitimandi conſecutus ſit, *Rhet. inſtit. jur. publ. lib. 2. tit. 9. ſſ. 11. Stryck. uſ. mod. tit. de his, qui ſui vel al. jur. §.* 14. diſſentit. *Myler. d. c. 54. §. ult.*

6. Modus legitimandi per reſcriptum principis hodie frequentiſſime, ex commiſſione imperatoria, per comites palatinos expeditur, *Mund. de comit. palat. c. 3. n. 97. Stryck. c. l.*

7. Hodie per reſcriptum legitimari poſſunt non ſolum ſpurii, *Sweder. jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 10. §. 16. Stryck. c. l.* ſed & qui ex damnato coitu, ſive inceſtuoſo, ſive adulterino quocunque nati, *Stryck. c. l.* add. *Beſold. Conſil. 199. n. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 15. n. 5.*

8. Et hodie, petente patre, legitimatio per reſcriptum principis, fieri poteſt, ad effectum quoque ſuccedendi, licet liberi legitimi exiſtant, modo his in legitima præjudicium non contingat, *Stryck. uſ. mod. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 16. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 13. not. 8. p. 142.* add. *Carpz. p. 2. 6. d. 16.* Exigitur tamen, ut pater, in caſu exiſtentium legitimorum, naturales legitimaturus, in precibus principi oblatis exprimat, ſe liberos legitimos habere, ne alioqui ſub- & obreptitie legitimationem impetraſſe cenſeatur, *Gail. lib. 2. obſ. 142. n. 7.*

9. Imo

Digitized by Google

9. Imo hodie liberi illegitimi cujuscunque generis per principem aut comitem palatinum, patre vel ignorante vel mortuo, legitimari poſſunt, non ut patri ſuccedant vel juribus familiæ fruantur, ſed ne ipſis defectus natalium opponi poſſit, quo minus ad collegia opificum, aliasve dignitates admittantur, vid. *Stryck. c. l. §. 18. Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 15. Berger. c. l. not. 7.* Nam legitimatio per reſcriptum principis aut comitem palatinum facta in ſucceſſione nemini jus quæſitum aufert, *Carpz. p. 2. c. 6. d. ult.* & jus ſuccedendi non aliter tribuit, quam ſi is, cui fit ſucceſſio, conſenſerit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 318.* niſi princeps ex poteſtate abſoluta legitimaverit, *Gail. lib. 2. obſ. 142. n. 16.* add. *Wernber. d. obſ. 15. n. 8.*

10. Per reſcriptum principis legitimati non minus jurium civitatis, civiumque conſortii capaces ſunt, ac mediante matrimonio legitimati: utraque ſcilicet legitimatio maculam ex coitu parentum illegitimo contractam tollit, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 16. n. 1.* idemque de legitimato per comitem palatinum eſt ſentiendum, *Carpz. d. def. 16. n. 7. ſeq.*

11. Spurius, a principe in dignitate Senatoria confirmatus, legitimatus eſſe intelligitur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 13. not. 6. p. 141.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 19.*

12. At legitimationem neceſſarius eſt liberorum conſenſus *nov. 89. c. 11.* quia agitur de præjudicio liberorum legitimandorum, quandoquidem ex hominibus ſui juris fiunt homines alieni juris, i. e. rediguntur in patriam poteſtatem, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 13. p. 139. ſeq.*

LIBERI UNITI.

Vid. loc. *unio prolium.*

Digitized by Google

LIBERORUM EDUCATIO.

1. Divortio facto, liberi interdum potius apud matrem, quam patrem ſunt educandi *l. 1. §. 3. de liber. exhib.* puta ob nequitiam ſive mores corruptos patris, *l. 3. §. 5. eod. Stryck. uſ. mod. tit. de liber. exhib. §. 1.* add loc. *alimenta th. 5.*

2. Plane, ſi pater cauſam divortii præſtiterit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expenſis: Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expenſis, at ſi pater minus idoneus ſit, apud matrem locupletem nutriantur, *auth. ſi pater. C. divort. fact. apud quem liber. nov. 177. c. 7. Berger. ad Carpz. jurispr. eccleſ. lib 2. def. 222.*

3. Liberorum pupillorum educatio nulli magis committenda eſt, quam eorum matri, quippe quæ impenſius inter omnes, liberos diligere, & pro eorum ſalute laborare præſumitur, *l. 1. C. ubi pupill. educ. Stryck. uſ. mod. tit. ubi pupill. educ. §. 1.*

4. Liberorum educatio haud conceditur matri, quæ vitricum ſuperinduxit, *d. l. 1. C. ubi pupill. educ. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 30. def. 1. n. 1. 3. Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 171. n. 7.* Sed hodie rarius fieri, ut matri, ad ſecunda vota tranſeunti, auferatur educatio, teſtatur *Brunnem. ad d. l. 1. in fin Huber. prælect. ad ff. tit. ubi pupill educ. §. 1.* niſi juſta cauſa id ſuadeat, unde hoc judicis arbitrio relinquendum eſt, *Habn. ad Weſenbec. tit. ubi pupill. educ. n. 2. Stryck. prox. c. l. §. 2. Huber. c. l.*

5. Si mater vel avia non adſit, etiam tutor ipſe educationem ſuſcipere tenetur, non ut de ſuo alat, ſed de pupilli bonis, *l. 3. §. 6. ubi pupill. educ. Coler. de aliment. lib. 1. c. 13. n. 124.* Ipſe vero modus educandi adornandus eſt, ſecundum facultates & dignitatem pupil-

Digitized by Google

pillorum, & tutiſſimum eſt magiſtratus determinationem requirere, *l. 2 §. 3. eod. Stryck.c. l. §. 4.* ita ut ſemper aliquid ex reditu, ſi potis eſt, ſuperſit, *l. 1. §. ult. l. 3, §. 3. eod. Huber. ad d. tit. §. 3.*

6. Liberi pupilli non facile apud eos, qui ſucceſſionem expectant, ſunt educandi, *l. 1. §. 1. ubi pupill. educ. l. 2. C. eod. Huber. c. l. §. 1.*

7. Pupillus, ſi educatur a tutore, non tenetur ei operas præſtare: quodſi tamen pupilla operas ancillares tutori præſtitiſſet, hic impenſas in educationem factas cum operis præſtitis compenſare obſtrictus foret, *Coler. d. tr. lib. 2. c. 6. n. 5. & 19. Stryck. c. l. §. 3.*

LICITATIO. LICITATOR.

1. Ad licitandum quivis, etiam non poſſeſſionatus, admittitur, dummodo idoneum fidejuſſorem (a) de pretio, finita ſubhaſtatione, exſolvendo ſiſtere poſſit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. b. p. 406. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 46.* Sed, jure conſtituto hoc non præcipi, tradit *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 2. p. 1147.*

2. Non præciſe requiritur, ut in propria perſona quis licitetur, ſed poteſt etiam per procuratorem ſpeciali, ad præſtandum omnia præſtanda, mandato inſtructum, id facere, *Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 7. n. 23.* Is vero qui alterius nomine ſine ſpeciali mandato licitatur, ad præſtandum licitum tenetur, *Carpz. dec. 173. n. 4. Berger. c. l. obſ. 8. not. 4. p. 1126.*

(G) 5 3. Fa-

(a) Hodie in foro Saxonico Electorali is, qui, finito ſubhaſtationis tempore, rem pro oblato pretio conſecutus eſt, der das Gut erſtanden, aut ſtatim, aut minimum ante terminum adjudicationis decimam partem liciti in judicio exſolvere, aut eo nomine cautionem per fidejuſſores aut pignora præſtare tenetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 16.* add. loc. *adjudicatio. th. 6. lit. b.*

3. Facta ſubhaſtatione, quilibet ſuo nomine licitari poteſt, etiam pro tertio, a quo licitandi mandatum habet, inſciis licet judice & creditoribus, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 38.*

4. Is vero, qui, in prædium ſubhaſtatum licitari prohibitus, alium, ut pro ſe licitaretur, ſubordinavit, non poteſt deinde hunc cogere, ut ſibi cedat jus, per licitationem acquiſitum, *Berger. p. 2. R. 149. n. 4.*

5. Creditor ad licitationem admittitur, eique pro pretio oblato, ſi, facta denuo ſubhaſtatione, pinguior emtor non reperiatur, nec pretium a creditore denominatum veræ æſtimationis prorſus ſit inæquale, prædium ſubhaſtatum adjudicatur, *O. P. S. tit. 39. §. 11.* Nec excluditur creditor a licitatione, ſi alius licitator ſe offerat, *Carpz. d. c. d. 51.*

6. Etiam judici licitari permittitur, maxime per alium, *Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 8. Horn. cl. 16. R. 3. p. 1215. a.* modo ipſiuſmet judicis nomine ſubhaſtatio inſtituta non ſit, & plures in officio collegas habeat, *Martin. ad O. P. S. tit. 39. §. 11. n. 112. & 144. Berger. E. D. F. 39. obſ. 8. not. 4. p. 1126. Barth. c. l. p. 408.*

7. Debitor ad licitandum non admittitur: ſi enim pecuniam habet, unde pretium ſolvere poſſit, intercedat potius ſubhaſtationi vel auctioni, eamque, deponendo pecuniam debitam, antevertat; quin & fruſtranea eſſet ſub haſta emtio, ſi enim ex pretio, viliori forte, ſoluto creditoribus ſatisfieri nequeat, uti debitor pro reſiduo obligatus manet, ita & res iſta denuo eſſet ſubhaſtanda, & ſic lis ex lite oriretur, *l. 22. §. 3. mandat. Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 2. n. 4. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. b. p. 406. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 5. p. 1168. Horn. cl. 13. R. 4. n. 1.* confer. vero *Poſtius de ſubhaſt. inſpect. 32. n. 49. Matthæi de auc. lib. 1. c. 10. n. 10.*

8 Li-

8. Liberi, vivo adhuc patre, licitari in bona paterna, ſub haſta ad vendendum expoſita, non prohibentur, ſi proprium ſuum habeant patrimonium. Patre autem mortuo, liberi non aliter ad licitandum admittuntur, quam ſi hereditate paterna abſtineant, illamve repudient, *Berger. c. l. p. 1169.* Quodſi vero heredes patris exiſtant, ei non magis, quam ipſe pater, ad licitandum admittendi ſunt, quamvis cum beneficio inventarii ſe paternæ immiſcuerint hereditati, *Berger. c. l.* Plane liberos, cum beneficio inventarii, ſuccedentes, licitari poſſe, tradit *Barth. c. l. p. 407.*

9. Jus primæ licitationis (b) mulier conſequitur, licet ſine curatore licitata fuerit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 36. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 19. p. 729.* diſſentit *Suendend. diſſert. de licitat. §. 13.* Et pater per filium, ad licitandum ſine legitimatione admiſſum, jus primi licitatoris conſequitur, *Rivin. c. l. en. 38.*

10. Ad effectum conſequendi juris primæ licitationis (c) valida eſt licitatio, quæ poſt proclamationem

(b) Sed jus primæ licitaturæ hodie ſublatum eſt, per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 16.*

(c) De quo hodie non eſt laborandum, cum ſublatum ſit per *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* quippe qua modus licitationis, qui hactenus obtinuit, abolitus, inque ejus locum hic venditionis publicæ ſurrogatus eſt modus. *Primo* judex in programmate ſubhaſtationis præfigit terminum venditionis judicialis, *ibid. §. 12.* durante quo liberum cuilibet eſt, oretenus vel per literas, easque ſive patentes, ſive conſignatas in judicio, ubi proceſſus ſubhaſtationis pendet, pro fundo ſubhaſtato licitari, *ibid. §. 14.* *Deinde* in termino, literis conſignatis apertis, regiſtratisque & prælectis licitis, adhuc ante meridiem, hora decima, fundus cum ſupremo licito in loco judicii palam pro-

Digitized by Google

nem peractam, licet ante reditum atque relationem nuntii, facta eſt, modo poſt proclamationem facta doceatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 4. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. § 14. p. 718. & œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 3. not. 7. p. 1153.* quod quandoque fit juramento, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 42.*

11. Quodſi duo uno momento licitentur, ambo jus primæ licitationis conſequuntur, ita tamen, ut, ſi nolint eo communiter uti, res ſorti ſit committenda, *Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 433.*

12. Duobus pluribuſve licitatoribus concurrentibus, &, dum unus licitari incipit: ich N. entbiethe auf ꝛc. alter ſummam ſtatim exprimit, e. g. 1000. Thl. auf Titii Hauß biethe ich, hic priori præferendus videtur,

proclamatur. Quodſi vero uſque ad horam undecimam nemo majus pretium obtulerit, fundus cum eodem licito, ſive vero, cum illud ante horam undecimam alio licito ſuperatum fuerit, cum ſupremo licito, quod interea factum eſt, iterum proclamatur; adeo ut, ſimul ac hora duodecima per ultimum campanæ pulſum finita fuerit, illi, qui interea in loco judicii palam plurimum licitatus eſt, vel, eo deficiente, qui antea ſupremum licitum habuit, cedat fundus ſubhaſtatus, *ibid. §. 15.* Quod ſi *porro,* in termino licitationis, unus ſaltem ſeſe offerat emtor, ſive ille ſit creditor, ſive extraneus, judicis eſt, fundum æquo pretio illi vendere, imo *denique*, ſi nullus plane appareat licitator, creditoribus, prævia taxatione, prout bonum æquumque viſum fuerit, in ſolutum dare. Quibus quidem duobus caſibus integrum eſt debitori, intra 6. menſes fundum reluere, vel pinguiorem emtorem offerre, ita tamen, ut ſolutio vel depoſitio judicialis ante lapſum illius termini reapſe fiat, & prior emtor optionem habeat, an fundum retinere, & ſuperlicitum novi emtoris ſolvere, aut illum, perditis meliorationum expenſis, cedere velit, *ibid. §. 19.*

Digitized by Google

detur, quia, ſumma nominata, demum perfecta licitatio eſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. a. p. 405.* add. *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 6. p. 1176.*

13. Quin & literis facta valet licitatio, ad effectum conſequendi jus primæ licitaturæ præ alio, qui oretenus licitatus eſt, ſi ante hujus licitationem, poſt proclamationem, jam dum fuerint judici oblatæ ſeu inſinuatæ, utut nondum apertæ, nec regiſtratura notatæ, *Philipp. de ſubhaſtat. c. 3. comm. 14. n. 22. ſeq. Barth. c. l.*

14. Et in dubio majorem ſummam licitanti jus primæ licitaturæ tribuendum eſſe, reſponderunt Scabini Lipſienſes, teſte *Barth. c. l.* Imo pro primo licitatore haberi, qui plus licitatur, quamvis tempore poſterior exiſtat, modo is, qui prior licitatus eſt, ſtatim ante ſpecialem ſubhaſtationem ſe ad tantundem, quod poſterior licitatus eſt, non offerat; alioquin in pari cauſa temporis rationem omnino ineundam eſſe, docet *Berger. c. l. p. 1176 ſeq.* ubi quoque: idem dixerim de eo caſu, ſicubi judex, rejecto priore eoque minore licito, poſterius, idque pinguius clanculum receperit, cum eodemque, inſcio primo licitatore, ad ſubhaſtationem ſpecialem proruperit.

15. Quæritur, utrum is, qui actuario porrigit literas extra locum judicii, jus primi licitatoris conſequatur? Affirmatur, propterea, quod licitatio eſt e numero actuum jurisdictionis voluntariæ, cujuſmodi ad locum judicii minus adſtrictos eſſe, conſtat, *Berger. c. l. p. 1180. & p. 2. ſupplem. tit. 39. §. 22. p. 734. ſeq.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 4. n. 3.* Quanquam vero *Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 7. n. 33. 34. & 35.* contendit, licitationem fieri oportere in loco ſubhaſtationi deſtinato, coram magiſtratu competente, atque

que in præſentia notarii cauſæ, non alterius: tamen mox ſe ipſum explicat, ſubjecto Scabinorum Lipſienſium præjudicio *n.36.* ubi in facto præſtruitur, ſtatim a momento factæ proclamationis actuarium judicii aditum, eidemque literas licitatorias præſentatas eſſe, ut indicet, verba, quæ modo dixit, non captanda, ſed cum primis de ea licitatione, quæ fit ore, intelligenda eſſe, *Berger. c. l.*

16. Aſt ſi in proclamatione expreſſa mentio fit, quod licitatores in loco judicii nomina ſua profiteri debeant, is, qui in ſcriptis coram domino jurisdictionis extra locum judicii primum licitatus eſt, præferri haud poteſt illi, qui primus, in loco judicii conſueto, pro re ſubhaſtata certum obtulit pretium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 41.* confer. vero *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 22. p. 735.*

17. Sicuti jus primæ licitationis in heredem profertur, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 6. p. 1183.* ita etiam valide cedi poteſt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 185. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. c. p. 410.* Is vero, qui jus licitationis alteri, titulo quantumvis oneroſo, cedit, ad præſtandam evictionem non obligatur, *Berger. lib. 2. R. 54. n. 5.*

18. Secundus licitator jure primæ licitationis gaudet, quando primus deficit, & ſuo juri renunciat, *Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 14. n. 39. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 184.* confer. vero *Berger. c. l.*

19. Quando primus licitator ob deficientem cautionem plane non admiſſus, ſubſequenti jus primæ licitationis competit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 39.*

20. Jus primi licitatoris licitatione ſecundi, qui plus eſt licitatus, ſiquidem hic deinceps licitationi renunciat, quod re adhuc integra, ſcilicet ante licitatio-

nis

Digitized by Google

nis admiſſionem & acceptationem facere poteſt, non expirat, nec neceſſe eſt, ut ab eodem novum programma proponatur, *Berger. p. 1. R. 134. & E. D. F. tit. 39. obſ. 9. n. 3. p. 1129.*

21. Licitator, durante adhuc ſubhaſtationis tempore, pœnitere ac licitationem revocare poteſt: aliud vero dicendum, ſi tempus ſubhaſtationis jam ſit effluxum, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 45. Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm 16 n. 97. ſeq.* add. *Titius obſervat. ad Lauterb. tit. de in diem addict.* Idque uſu ſervari teſtatur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 15. p. 720.* Aſt ſubhaſtationibus publicis pactum addictionis in diem tacite in eſſe, adeoque pœnitentiæ locum non relinqui, ſi nemo, qui plus licitetur, adſit, tradunt, *Schilter. ex. 30. §. 50. ſeq. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de in diem addict. ad verba: tacita eſt, Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 353. Horn. cl. 13. R. 13. p. 983.*

22. Imo hodie licitator, in foro ſaxonico, cum jactura decimæ partis liciti, ſubhaſtatione jam finita, quin etiam poſt adjudicationem, ſi forſan reſiduum diſtinctis terminis ſit ſolvendum, recedere & pœnitere poteſt. *O. P. S. R. tit. 39. §. 16. & 17.* add. loc. *adjudicatio th. 6. lit. V.*

23. Quin eo ipſo, quo alius licitator majus obtulit pretium, primus licitationem ſuam revocaſſe cenſetur, adeoque, ſi ultimus aufugiat, vel inidoneus exiſtat, primus neutiquam cogi poterit, ut eo pretio, quod primo obtulit, res ſubhaſtatas ſibi emtas habeat, *Carpz. c. l. n. 4. Moller. ad p. 1. c. 32. n. 8. ſeq. Philipp. c. l. n. 108. ſeq. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 11. p. 543.* diſſentiunt *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 178. Schilter. c. l. Berger. c. l. & E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 3. p. 1147.* putantes

Digitized by Google

tes primum licitatorem non ſtatim per oblationem majoris liciti, ſed per ejuſdem demum admiſſionem, liberari.

24. Si quis, facta ſubhaſtatione, offerat plus juſto pretio, non ut emat, ſed ut alios inducat ad pluris emendum, crimine ſtellionatus tenetur, & extra ordinem puniri poteſt, *arg. l. 3. §. ſi quis impoſturam. de crimin. ſtellion. Berlich. p. 1. concl. 81. n. 179. Philipp. de Subhaſt. c. 4. comm. 1. n. 9.*

25. Si ultimus licitator pœnitet, bona non ſtatim ſunt adjudicanda præcedenti licitatori, ſed cum ejus licito, quia ſubhaſtatio per ultimam licitationem interrupta erat, denuo ſunt ſubhaſtanda, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 40.*

26. Poſterior licitatio Collegiis Wittebergenſibus cum effectu proclamationis, Facultati autem Lipſienſi ſimpliciter & citra proclamationem dicitur admiſſa & acceptata, teſte *Bergero E. D. F. c. l. p. 1159. & p. 1. ſupplem. tit. 39. §. 9. p. 385.* Judex vero ſecundum licitatorem, niſi ſufficiens & liquida recuſationis cauſa adſit, admittere debet, *Berger. c. l. p. 1157.*

27. Ultima quoque die, durante adhuc ſubhaſtationis tempore, licitator majus offerens pretium admittitur, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 40.* Et primus licitator etiam poſtremo ſubhaſtationis momento ad tantundem ſe offerre (d) poteſt, *Carpz. d. c. d. 42. Berger. c. l. not. 6. p. 1173.*

28. Licitatio oportet eſſe certa ac pura, ita quidem ut conditionatæ omnino nulla habenda ſit ratio, *Suendend. ad Fibig. p. 1011. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 8. not. 1. p. 1120. Philipp. ad dec. 71. obſ. 1. n. 8. ſeq.* v. c. ut licitator debitum de pretio deducat; idque ſecundum

(d) Vid. quæ dicta ſunt *hic adth. 10. lit. c.*

dum *dec. 71. ibique Philipp.* itemque: ut pretium exſolvat in adjudicatione demum, aut tum, poſtquam ſententia, decretumve, quibus creditores locari, pretiumque in ſingulos diſtribui ordine ſolent, in rem judicatam transſiiſſet, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 118. & p. 1121. Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 12. n. 53. ſeq. Mernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 253.* confer. loc. *adjudicatio. th. 7. 8.*

29. Sed licitatio loco conditionatæ non habetur, quæ modum tandummodo & rationem ſolutionis definit, *Berger. p. 1. R. 170. n. 3.* Imo conditionatam licitationem, ſi poſtea purificetur, jus primæ licitationis conferre, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 51.*

30. Jure Civili pecunia, quæ in ſubhaſtatione offertur, debet eſſe præſens, baar Geld, *l. 15. §. 7. de re judic. l. 5. §. 1. de jur. fiſc. l. 5. C. ubi cauſ. fiſc.* Jus Saxonicum autem in venditionibus ſub haſta pecuniam, diſtinctis terminis ſolvendam admittit, *conſtit. 32. p. 1. ibique Moller. n. 3. & 11. Horn. cl. 13. R. 3. & 4.* Præſens tamen pecunia præfertur pretio diſtinctis terminis ſolvendo, niſi hoc, interuſurio deducto, illam in quantitate ſuperet, *Carpz. ad d. c. 32. d. 41.* Salvo tamen judicis arbitrio, ſi de fraudulente licitatoris conſilio ſuſpicio oriatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 57.*

31. Liberum eſt debitori & creditoribus bona ſubhaſtata minus pretium offerenti vendere, modo alteri licitatori, majus pretium offerenti, ex ſubhaſtatione jus perfectum nondum ſit acquiſitum, *Carpz. d. c. 32. d. 43.*

32. Omne commodum & periculum ſtatim a licitatione in licitatorem tranſit, adeoque licitator, pendente conditione, i. e. antequam pinguior ſeſe obtulerit, fructus, ex re illa perceptos, revocabiliter ſuos facit,

Digitized by Google

cit, eidemque res petit, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 9. not. 9. p. 1190.* Sed commodum & periculum ab eo demum tempore, quo ſubhaſtio fuerit finita, von der Zeit, da er ſein Licitation - Recht erſtanden, ad licitatorem pertinere, tradit, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 46. 47. 48. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 349.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. b p. 408.* Eandemque ſententiam in foro obtinere, teſtatur ipſe *Berger. c. l.* adeoque, ſi licitator, pendente ſubhaſtatione, adminiſtraverit prædium, de fructibus perceptis, ad tempus uſque finitæ ſubhaſtationis, reddere rationes tenetur, tametſi melior conditio non ſit allata, *Barth. c. l.*

33. Aſt damnum particulare, ſeu deterioratio fundi pertinet ad licitatorem, etiamſi ſubhaſtationis tempus nondum ſit effluxum, *arg. l. 8. pr. tit. de peric. & commod. rei vendit. Carpz. d. c. d. 49.*

34. Licitator fundum ſubhaſtatum poſſidens a præſtatione tributorum & collectarum ſe liberare nequit ex eo, quod fundus ſibi nondum judicialiter ſit adjudicatus, *Carpz. d. c. d. 50.* Ab eo vero tempore, quo ſubhaſtatio fuerit finita, onera realia ſequi licitatorem, in Collegio Facultatis Wittebergenſis pronunciatum eſt, teſte *Bergero. c. l. p. 1191.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 349.*

35. Pertinentia licitatori cum ipſo fundo adjudicandæ ſunt, licet nulla earum in ſubhaſtatione mentio facta ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 79. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 23. p. 736.* non item inventarium, *Berger. c. l. p. 741.*

LIQUIDUM.

1. Circa id, ut debitum dicatur liquidum, non tantum inſpicitur, an ſtatim probare, ſed etiam an ſine lon-

longis ambagibus conſequi liceat, *l. fin. §. 1. C. de compenſat. Mev. p. 8. dec. 259. n. 1.*

LITERÆ INVESTITURÆ.

1. Quando plures proferuntur literæ inveſtituræ, eæque inter ſe non concordant, tum antiquior & prima, neglecta poſteriore, eſt inſpicienda, *Schulz. ſynops. jur. feud. c. 3. n. 6.* niſi aperte de animo recedendi a prioribus placitis conſtet, *Roſenthal. de feud. c. 6. n. 69.*

2. Ex literis inveſtiturarum probatio contra tertium deſumi nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 84. Horn. cl. 16 R. 39. p. 1315. b.* adeoque exinde nec contra tertium executive agi poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 91.*

LITERÆ MORATORIÆ SEU QUINQUENNALES.

Vid. loc. *moratorium.*

LITERARUM COMPARATIO.

Vid. loc. *inſtrumentorum recognitio. th. 42. 49. ſeq.*

LITERATI.

1. Doctores, Profeſſores, Advocati, aliique Literati, opifices, ſtrepitu ſuam artem exercentes, prohibere poſſunt, ne ædes juxta domus ſuas emant vel conducant, *arg. l. un. C. de ſtud. liber. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 4. n. 8. Carpz. p. 2. c. 37. d. 23.* Idque etiam ad ſtudioſos extendit *Bartol. in l. 1. ſolut. matrim.*

2. Sed hoc ita, niſi opifices emendo vel conducendo prævenerint Literatus & Doctores, qui alibi etiam commode habitare poſſunt, *Menoch. de A. J. Q. caſ. 237. n. 4. Carpz. d. def. n. 8.* add. *Finckelth. obſ. 64.*

ut itaque viri docti habeant jus impediendi, non expellendi, *Berger. E. D. F. tit.* 45. *obſ.* 4. *not.* 4. *p.* 1506. ubi præjudicium. Sed *Menoch. c. l. n.* 23. & 26. admonet, fabrum, quamvis doctorem prævenerit, expelli poſſe, ſiquidem vel alibi doctor habitare non poſſit, vel faber alibi commode commorari queat.

LITIGANTES. LITIGARE.

1. In foro Saxonico litigatores jura ſua non mutuis ſcriptis, ſed viva voce (a) proponere debent, non modo ante litis conteſtationem, *Conſtit. Elect. Sax.* 1. *p.* 1. *ibique Carpz. d.* 1. ſed etiam poſt litis conteſtationem, *Conſtit. Elect. Sax.* 9. *p.* 1. *ibique Carpz. d.* 1. *Barth. hodeg. for. c.* 1. §. 4. *lit. b. p.* 23. Nec jura ex charta dictare & notario prælegere licet, *Carpz d. c.* 1. *d.* 2. *Berlich. p.* 1. *concl.* 13. *n.* 16. Idque etiam in concurſu creditorum aliisque cauſis ſummariis obtinet, *Carpz. d. c.* 1. *d.* 4.

2. Libellus antea, in ſcriptis oblatus, viva voce, von Mund aus in die Feder, repetendus eſt, vel de verbo ad verbum, ut in Curia Provinciali Sax. Lipſienſi moris eſt, *Carpz. proc. tit.* 6. *art.* 1. *n.* 15. *Barth. c. l.* vel relative tantum: man wolle ſeine übergebene Klage von Wort zu Wort wiederhohlet haben, und der Antwort gewärtig ſeyn, ut in aliis inferioribus judiciis fieri ſolet, *Carpz. d. c.* 1. *d.* 3. *Barth. c. l.* & *lit. b. Wernher. ſel. obſ. for. p.* 5. *obſ.* 143. ubi etiam: verum, ut id præciſe hoc modo fiat, nulla lex neque etiam conſuetudo exigit: ſed poteſt actor, ſi velit, totum libellum repe-

(a) At enim vero in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 3. §. 3. advocatis, qui in loco judicii non habitant, conceſſum eſt, ut, ſi primam ad acta dictitaverint poſitionem, reliquas judici in ſcriptis ad acta transmittere poſſint.

repetere, & in calamum dictare; modo non ſit libellus novus, & a priori diverſus.

3. Partium conventione fieri poteſt, ut non viva voce, ſed mutuis ſcriptis in cauſa judiciali procedatur, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 5. Berlich. p. 1. concl. 13. n. 23* licet diſſentiant *Moller. ad d. c. 1. n. 2. ſrum. lib. 2. dec. 11.* Aſt in proceſſu criminali ordinario ſemper viva voce eſt agendum, etiamſi partes aliter convenerint, *Carpz. d. c. d. 6.*

4. Si quæ controverſiæ, vel in litis-conteſtatione, vel poſt eam, incidant, non delata juramenta vel probationes, ſed exceptiones peremtorias, vel exhibita aut producta literaria documenta, vel confeſſiones in actis factas, & ſic merita ipſius cauſæ concernentes, & litigantes juri ſuo eo plenius deducendo aliquando plus temporis a judice (b) ſibi dari petant, duo menſes ſingulis ſunt concedendi, quibus alternis duabus vicibus jus ſuum in ſcriptis proponentes judicis cognitioni ſe ſubmittant, *Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 1. ibique Carpz. d. 2.*

5. Etſi quidem litigantibus ſeptiduum in ſuperioribus judiciis in foro Saxonico ad procedendum induldum ſit, *Mandat. Elect. Sax. de die 11. April. an. 1670. Barth. bodeg. for. c. 1. §. 12. lit. b. p. 44.* in inferioribus judiciis (c) tamen ordinatim non valere debere, variis

 riis

(b) Confer. vero *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 3. §. 3.* ubi: Dem Judici aber unbenommen / in wichtigen Sachen, ſolches allenfalls biß auf 14. Tage, oder in ſehr weitläufftigen auf 3. Wochen, weiter aber nicht, zuerſtrecken.

(c) Imo etiam in judiciis inferioribus obſervatur ſeptiduum, ſi poſitiones in termino abſolvi haud potuerint, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 3. §. 3.*

riis Reſcriptis Electoralibus probant *Berger. E. D. F. tit.3. obſ.5. not. 1. p. 53. Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 57.* Quandoquidem *Reſolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *§.32.* non tam ſeptiduum præcipitur, ſed id ſolum traditur, actuarios in cauſis prolixioribus connivere non debere advocatis, ut ultra ſeptiduum ad ſummum poſitiones ipſis permittant, *Barth. c. l. Berger. c. l. p. 54. Rivin. c. l.* confer. vero *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 171.* Multo minus igitur prorogari (d) ſeptiduum, nequidem conſenſu judicis, a partibus poſſe, probat *Berger. c. l. not. 4. p. 54.* add. *Rivin. c. l. en. 53.* quin potius loco ſeptidui certum aliquem ad inrotulandum acto præfigendum inferiora judicia jubentur, *Barth. c. l.*

6. Hinc pro cautela commendat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 8. th. 1. not. 5. p. 957.* ut actor contumaciam accuſet rei, qui coram judicio inferiore conventus, & vi rei judicatæ ſub comminatione, v. c. confeſſi & convicti citatus, in termino quidem comparet, ſed non reſpondet, quamvis ſeptiduum ſibi reſervarit: namque ejuſmodi reus, elapſo die termini, intra ſeptiduum non admittitur ad reſpondendum ſed v. c. pro confeſſo & convicto habetur, atque adeo, ſecundum petitionem actoris condemnatur.

7. Et periculoſum eſt, eo caſu, ubi litis conteſtatio ſub comminatione injuncta, primo termini die, ea omiſſa, ſeptiduum ſibi, ſub eventuali appellatione, refer-

(d) Partibus quidem integrum non eſt, ſeptiduum per compromiſſum extendere, a judice vero in cauſis arduis ad quatuordecim uſque dies, imo in cauſis valde prolixis ad tres ſeptimanas, non autem ulterius dilatari illud poteſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 3. §. 3.*

Digitized by Google

ſervare. Licet enim multi in ea ſunt ſententia, quod pœna contumaciæ tali caſu, rejecta licet appellatione, ceſſare debeat, atque in ſecunda poſitione adhuc litiscontestationi locum eſſe, reſpondit ordo Wittebergenſis an. 1713. huic tamen ſententiæ omnino fidere haud licet: tum quod ſeptiduum in inferioribus judiciis permitti non ſoleat; tum quod rejectio appellationis ſatis indicet, eandem frivole interpoſitam fuiſſe, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 357.*

8. Septiduum in ſcriptis reſervari nequit; inde cum ſtatim in termino accuſaretur contumacia rei, qui in literis ſe declaraverat, quod intra ſeptiduum recognoſcere vellet, non expectato hoc, documenta pro recognitis habebantur a Scabinis Lipſienſibus Anno 1692. teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 52.*

9. Septiduum ita eſt capiendum, ut integrum non modo ſit uni parti, abſolvere poſitionem, ſed & alteri ad eandem reſpondere, *Berger. E. D. F. tit. 3. obſ. 5. not. 5. p. 55.* Septiduum enim utrique parti eſt commune, ac proinde inter eas, juxta *Mandata Electoral. d. 25. April. 1672. & 15. April. 1696.* dividendum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 54.* ubi etiam: quod Supr. Appell. judic. cum reus die quinto, poſtquam actor jamjam accuſaverat ipſius contumaciam, paulo poſt poſitionem ſuam ad acta dictaret, pronunciaverit: daß Bekl. nunmehro pro confeſſis & convictis &c.

10. Quod ſi actor non in termino, ſed tertio demum die provocat, terminus pro circumducto habetur, *Rivin. c. l. p. 393.*

11. Septiduum in iis judiciis & cauſis, quibus obtinet, computandum eſt a die termini, excluſis feriis, *Mandat. Elect. Sax. d. 11. April. an. 1670. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 12. lit. b. p. 45.*

Digitized by Google

12. Septiduum, in foro Saxonico ad procedendum indultum, pertinet ſolum ad cauſas prolixiores, veluti litis conteſtationes difficiliores, appellationes, concurſus creditorum: non vero ad alias exigui laboris veluti, quæ in præparatoriis conſiſtunt, ut ſunt: ſatisdatio, guaranda, & regulariter proſecutio leuterationis, ſecundum memoratum Mandatum, *Berger. E. D. F. tit. 3. obſ. 5. p. 52.*

13. Ultra quadruplicam litigantes, jura ſua proponentes, audiendi non ſunt, *Conſtit. Elect. Sax. 1. p. 1. ibique Carpz. d. 7.* & ſi quid novi in quadruplica a reo proponatur, in judicando non attendi debet, *d. c. 1. ibique Carpz. d. 8.*

14. Non audiendi ſunt litigantes de re modici præjudicii, quin potius de judicio repellendi, *Carpz. d. c. d. 9.*

15. Litigantes etiam in ſuperioribus judiciis, veluti curiis provincialibus, cauſas ſuas proponere poſſunt, nec aliquid advocatis ordinariis ſolvere tenentur, *Reſolut. Grav. tit.* von *Juſtitien*=Sachen, §. 50.

16. Cum improbe litigantes non tantum in expenſas, ſed etiam in pœnam aliam juxtim condemnari æquum ſit, tum non eſt id æquius, quam adverſus illos, qui contra liquida credita diſputant, ea aut negando, aut ineptis exceptionibus differendo, atque ita creditorem vexando, *Mev. p. 2. dec. 209.*

LITIGIOSUM.

Vid. loc. *Res litigioſa.*

LITIS CONSORTES.

1. Quando ex pluribus litis conſortibus unus litem deſerit, tenetur ad expenſas reliquis pro rata reſtitu-

ſtituendas, quamvis hi, ſe ipſum indemnem ſervaturos eſſe, promiſerint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 408.*

2 Si plures litis conſortes, ex quibus unus tantum rite citatus eſt, in termino omnes emaneant, ille ſolus adverſario expenſas termini in ſolidum reſtituere tenetur, *Berger, p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 10. §. 4. p. 301. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 331.*

3. Quando conſors litis pro ſe & cum cautione rati pro abſentibus jusjurandum ſuper articulis probatorialibus in termino defert, atque adverſarius ad hos reſpondet, abſentes expenſas termini refundere haud tenentur. Licet enim cautio rati tali caſu non ſufficit, ſed ſpeciali mandato opus eſt, ut jurisjurandi delatio ſubſiſtat: propterea tamen illi, qui abſentes ſunt, ad ſumtuum reſtitutionem non tenentur. Cum enim adverſarius ad articulos, ſuper quibus juramentum delatum eſt, reſpondit, nullo novo termino, ſed tantum exhibitione ſpecialis mandati opus eſt, quæ & extra terminum, imo etiam in termino, ad jurandum definito, fieri poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 426.*

4. Si plures ſint rei, communicatio plurium uno documenti exemplarium ſub pœna deſertionis non requiritur, ſed ſufficit, unum exemplar judici offerri, ita tamen, ut judicem oporteat idem illud deſcribendum toties, quot ſunt perſonæ, iiſdemque ſigillatim tranſmittendum curare. Namque hoc neglecto, dabitur reis exceptio non communicati inſtrumenti, hoc ſcilicet effectu, ne prius illi teneantur ad recognoſcendum, quam tranſmiſſo inſtrumenti exemplo, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 24. §. 1. p. 314.*

Digitized by Google

5. Conſortis confeſſio in cauſa dividua non pr judicat, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. p. 39.*

6. Si plures ſunt litis conſortes, non una tame omnium intentio, illi, ut communem conſtituant pr curatorem, ad quem omnes citationes dirigendæ, a ſtringi haud poſſunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 6* Sed conſortibus pluribus, ut procuratorem commu nen conſtituant, etiam ex officio, (a) injungi poſſe tradit. *Mev. p. 2. dec. 342. & p. 4. dec. 63.*

7. Conſors litis cum actore non tantum ratæ ſua nomine ſeorſim tranſigere, *Mev. p. 8. dec. 328. n. 1.* ſed & ceſſionem ratarum, quibus ceteri conſortes actori tenentur, impetrare poteſt, modo ne ceterorum fuerit in eadem cauſa advocatus, *Berger. p. 2. R. 288. th. 3. p. 529.* Plane conſortem cauſæ, invito altero conſorte, cum ejus interſit, a lite diſcedere non poſſe, nedum contra conventionem, tradit *Mev. p. 8. dec. 215.*

8. Conſors unus poſt tranſactionem ceterorum conſortum non communem cauſam ultra agere, ſed pro ſuo tantum intereſſe experiri poteſt; quo circa aliter petens audiendus non eſt, *Mev. p. 8. dec. 328.*

9. Plures litis conſortes, collectivo nomine agentes, nomina ſpeciatim edere tenentur; uti & conventi ſpeciatim nominandi, *Mev. p. 4. dec. 62.*

10. Non debet jus unius conſortis per alterius factum vel colluſionem corrumpi, *l. 9. de liberal. cauſ. Mev. p. 3. dec. 285. n. 3.*

LITIS

(a) Id quod præcipitur in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 3.* add. loc. *citatio th. 31. lit. K.*

LITIS CONTESTATIO.

1. Generalis litis conteſtatio in foro Saxonico non ſufficit, ſed reus ad omnia & ſingula (a) libelli capita in ſpecie reſpondere debet. *Conſtit. Elect. Sax. 10. p. 1. ibique Carpz. d. 1. Rivin. ad O. P. S. tit. 16. en. 7.*

2. Non ſolum ſpecifica, ſed & clara atque aperta eſſe debet litis conteſtatio, affirmativa vel negativa, (b) ſine ambagius & appendice, & exceptiones ad finem perductæ litis conteſtationi ſunt ſubjungendæ, *Carpz. d. c. d. 2. Rivin. c. l. en 9.*

3. Vitioſa eſt litis conteſtatio, quæ ita membratim fit, ut in ſingulis partibus plenus & perfectus haberi ſenſus nequeat. *Rivin. c. l. en. 8.*

4. Parte licet non petente ex officio judex litis conteſtationem generalem, & obſcuram rejicere debet, *Carpz. d. c. d. 3.*

5. Reo, cum proteſtatione, & pro informando tantum judice litem conteſtanti, alia litis conteſtatio, eaque pura cum comminatione & expenſis eſt imponenda, *Berger. E. D. F. tit. 16. obſ. 4. not. 2. p. 481.*

6. Non importat veram & legitimam litis conteſtationem reſponſio rei, per verba: er ſtelle es dahin. *Carpz dec. 40.* ideoque melior litis conteſtatio injungitur, *Rivin. c. l. en. 10.*

7. Litis conteſtatio ſolennis neceſſaria non eſt in cauſis ſummariis, ſed ſufficit qualis qualis reſponſio, *Carpz. d. c. d. 8.* nec in executivis, ubi ſufficit

(a) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 1.* ubi: auf jeden beſonders ſub pœna confeſſi & convicti geſchehen.

(b) Advocatus, qui contra manifeſtam veritatem litem negative conteſtatur, pœnam 5. aut plurium thalerorum incurrit, imo pro re nata, a praxi plane ſuſpenditur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 2.*

Digitized by Google

cit inſtrumentum guarentigionatum a reo recognoſci, vel jurato negari, *Carpz p. 1. c. 10. d. 10.* niſi actor, cum producto inſtrumento, libellum ſuper certis quibuſdam circumſtantiis exhibuerit, *Carpz. d. c. d 11.*

8. Contumacia ejus, qui primo in termino generaliter ſaltem vel obſcure (c) litem conteſtatur, non niſi refuſione expenſarum coercenda eſt, *O. P. S. tit. 16. Carpz. d. c. d. 12.* Imo, ſi parum aut nihil malitiæ imputari poteſt reo, quod non ſpecialius aut verbis apertioribus litem conteſtatus fuerit, abſque condemnatione in expenſas, ſaltem cum comminatione ei injungitur melior litis conteſtatio, *Carpz. d. c. d. 13.*

9. Conſiſtente reo in generali vel obſcura litis conteſtatione etiam in termino ſequenti, una cum refuſione expenſarum, ſub pœna confeſſi, denuo ei injungitur legitima conteſtatio, *Carpz. d. c. d. 14.*

10. Reus, cui litis conteſtatio ſub pœna confeſſi & convicti injuncta eſt, hanc non niſi ratione illius circumſtantiæ, (d) in qua ſententiæ non paruit, vel plane non, vel minus recte litem conteſtando, incurrit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 97. & p. 3. obſ. 104.* diſſentiunt, & pœnæ confeſſi & convicti, ratione totius libelli, locum

(c) Litem ſi reus aut plane non, aut non rite conteſtatus fuerit, ſtatim adverſus ipſum in contumatiam pronunciatur, advocatus ipſius vero non ſolum ad reſtitutionem expenſarum, ſed quoque ad mulctam 5. aut plurium thalerorum, ex propriis ſolvendorum, condemnatur juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 2.*

(d) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi: jedoch wenn nur bey einem oder dem andern Puncte oder Umſtande etwas verſehen worden, der Beklagte nicht wegen der gantzen Klage, ſondern nur wegen deſſen, worauf er nicht gehörig geantwortet, pro confeſſo gehalten werden.

Digitized by Google

locum eſſe volunt, *Martin. ad O. P. S. tit. 16. Rivin. ibid. en. 11. Berger. E. D. F. tit. 16. obſ. 3. p. 478.* niſi libellus plura & diverſa contineat capita: tunc enim reus quoad illud ſaltem, in quo litis conteſtatio vitioſa, confeſſus ac convictus judicatur, teſte *Rivin. c. l. en. 11. & Berger. c. l.*

11. Litis conteſtatio regulariter non habet locum in ultima (e) poſitione, *Carpz. p. 1. c. 10. d 15. Rivin. ad O. P. S. tit. 16. en. 15.* ubi tamen teſtatur, non una vice litis conteſtationem de cetero legitime factam in ultima poſitione, pro accelerando proceſſu, & ne per interlocutoriam ſententiam novus produceretur terminus, admiſſam fuiſſe.

12. Nec in ſecunda poſitione attenditur litis conteſtatio, quæ facta poſt terminum inrotulationis, contradicente actore, *Rivin. c. l. en. 16.*

13. Contradicente quamvis actore, litis conteſtatio in proſecutione leuterationis contra ſententiam, qua illa cum reſtitutione expenſarum injuncta, interpoſita admittitur, *Rivin. c. l. en. 18.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 16. obſ. 4. p. 480.* ubi: ſi reus in ipſa leuterationis proſecutione ſimul eventualiter recognoſcat, aut reſpondeat, aut litem conteſtetur, actori, ea de cauſa non citato, liberum eſt, reum admittere velit, nec ne, niſi reus citationi ad proſequendam leuterationem ſimul die Einlaſſung auf beklagtens eventual litis conteſtation inſerendam curaverit.

14. In ſcriptis non admittitur litis conteſtatio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 16. en. 6.* ſed litis conteſtatio in ſcriptis exhibita pro non facta habetur, & reus veluti con-

(e) Sed in prima aut minimum in ſecunda poſitione fieri debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 1.*

Digitized by Google

contumax condemnari debet, etſi actuarius eandem ſua manu deſcriptam ad acta retulerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 444.* Eandem tamen admitti, ſi actuarius atteſtatur, eam ex ore rei dictitantis ob impedimenta ad acta ſcribi non potuiſſe, putat *Rivin. c. l.*

15. Plures litis conſortes conteſtationi litis ab uno factæ, bene adhærere poſſunt, *O. P. S. tit. 16.* dummodo expreſſe dixerint, ſe per hoc litem eodem modo, quo a conſorte eſt conteſtata, cum omnibus clauſulis & qualitatibus conteſtatam habere velle, *Carpz. p. 1. c. 10. d. 17.*

16. Vitia litis conteſtationis, quæ ſpecifice ab actore allegari debent, *Carpz. lib. 3. R. 32.* add. *Rivin. c. l. en. 22.* in ultima (f) quoque poſitione corrigere licet, *Rivin. c. l. en. 17.*

17. Extra proceſſum executivum, licet reus fateatur debitum, vel litem affirmative conteſtetur, exceptiones autem annectat, ſuper hac confeſſione qualificata non ſtatim ſolutio injungenda, ſed aut exceptionum annexarum probatio, aut juramenti præſtatio, *Rivin. c. l. tit. 16. en. 20.*

18. Procurator quidem ſine ſpeciali mandato, ejuſdemque exemplo, curator mulieris, etiam affirmative litem conteſtari poteſt; non vero ſemel a ſe, vel perſona principali, factam litis conteſtationem negativam revocare, atque adeo nec ea, quæ in litis conteſtatione ſemel negata ſunt, deinceps in articulis probatoriis affirmare; quod quidem procedit, etiamſi affirmativa litis conteſtatio mandato fuerit expreſſa, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 483. Berger. E. D. F. tit. 16. obſ. 1. not. 4. p. 463. ſeq.* Ubi vero demum ſubjicit: imo,

(f) Quod & permittitur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 1.*

Digitized by Google

imo, re curatius cogitata, dicendum videtur, litis conteſtationis, mandato indefinite poſitæ, vocabulo negativam, non affirmativam, indicari, add. *Barth. hodeg for. c 1. §. 28. lit. e. p. 95.*

19. Reo litis conteſtatio vitioſa prodeſſe nequit adeoque, ſi de ipſius præjudicio agitur, lis tali caſu pro conteſtata habetur. Unde tunc actio ſit ad heredes tranſitoria, nec exceptiones dilatoriæ amplius locum inveniunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 145. n. 4. 5.*

LITIS DENUNCIATIO.

1. Locum habet litis denunciatio non ſolum in emtione venditione, ſed & in aliis contractibus, *l. 29. C. de evict. l. ult. de condict. cauſ. dat. l. 9. locat. O. P. S. tit. 14. §. 1. Carpz. p. 1. c. 3. d. 25.* in permutatione, *l. 1. §. 1. de rer. permut. l. 1. C. eod.* conſtitutione dotis *l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act. junct. l. 1. C. de jur. dot.* datione in ſolutum, *l. 4. C. de evict. l. ult. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. 24. de pignor. act.* diviſione. *l. 7. C. comm. utr. judic.* de quibus aliiſque caſibus ſcripſit *Berlich. p. 1. concl. 24. n. 48. ſeq.*

2. Litis denunciatio locum non habet in transactione, *l. 33. C. de transact. Hartm. Piſtor. obſ. 227. n. 1. ſeq. Caballin. de evict. §. 4. n. 46.* (qui caſus 51. recenſet, ubi litis denunciatio non admittitur) ſi ſcilicet transactionis nomine nihil datum, ſed, re controverſa apud poſſeſſorem dimiſſa, a lite tantummodo diſceſſum fuit, *d. l. 33.* ſecus vero, ſi transactionis nomine aliquid datum, *Hartm. Piſtor. c. l. n. 4. Carpz. d. c. d. 26.*

3. Nec litis denunciatio admittitur in donatione, niſi expreſſe id fuerit actum, vel donatio fuerit remuneratoria, *Berlich. d. concluſ. 24. n. 72,* nec, ſi manifeſte con-

conſtet, denunciantem frivole conveniri, *Carpz. p. 1. c. 3. d. 27.* nec in poſſeſſorio (a) ſummariiſſimo, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de evict. ad verba: nec caſu, & E. D. F. tit. 14. obſ. 2. not. 6. p. 441.* nec in injuriis, aliiſque delictis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 6.*

4. Quando pupillus adverſus negotium, cum tertio geſtum, ſe in integrum reſtitui petit, hic regulariter tutori ejus fruſtra litem denunciat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 10.*

5. Inter tutores litis denunciatio fieri nequit, niſi tutela inter ipſos diviſa fuit, *Rivin. c. l. en. 7.*

6. Cum dominus directus non obſtrictus ſit, ad præſtandum evictionem, ratione earum partium, quæ in literis inveſtituræ ſunt denominatæ, hinc ipſi lis denunciari nequit, *Rivin. c. l. en. 5.*

7. Litis denunciatio admittitur contra venditorem, qui rem liberam expreſſe promiſit, licet emtor ſciverit, eam liberam non eſſe, *Rivin. c. l. en. 3.*

8. Quando manifeſtum eſt, ad evictionem præſtandam non teneri litis denunciatum, denuncians ſtatim repelli debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 376.*

9. Non ſolum reus, ſed etiam actor litem auctori denunciare poteſt, veluti cum nomen alicui, ſive extraneo, ſive coheredi, ceditur, atque debitor, ceſſus nomen diffiteatur, *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 1. not. 4. p. 435.*

10. Actori a reo lis denunciari nequit, evictionis tamen exceptionem urgere haud prohibetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 23.*

11. Li-

(a) Litis denunciatio nec in poſſeſſorio ſummariiſſimo, nec in mandato rei illicitæ locum habet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 14. §. 1.*

11. Litis denunciatio gradatim, atque adeo proximo auctori fieri debet, *Berger. c. l. not. 5. Rivin. c. l. en. 1.* niſi remotior in locum proximioris ſucceſſerit, ſive per ceſſionem, ſive aliter, *Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 28.* Unde monet *Rivin. c. l. en. 2.* conſultum eſſe litis denuncianti, ut, ſi is, cui lis denuncianda, ſit pauper, ejus vero autores locupletes, ſibi contra hos evictionis jus cedere curet, quo ex jure ceſſo litem denunciare queat.

12. Litis denunciationis effectus eſt regreſſus contra denunciatum, *l. 23. C. de evict. O. P. S. tit 14. §. 1. Mynſinger. centur. 3. obſ. 24. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 251. n. 1.* qui denuncianti, ſi cauſa cadat, damna & intereſſe, omnesque expenſas refundere tenetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 13.* Si vero emtor, compenſatis expenſis, ſit abſolutus, non (b) tenetur venditor ad impenſas ei refundendas, *Huber. prælect. ad ff. tit. de evict. §. 17.*

13. Litis denunciatione ergo omiſſa, nullus reo datur regreſſus (c) adverſus ſuum autorem, *l. 53. de evict. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 33. def. 2. n. 6. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 251. n. 4.* niſi 1) pacto ſit remiſſa litis denunciatio, *l. 63. pr. de evict. Berger. œcon jur. lib. 3. tit. 8. th. 5. not. 12. p. 751.* 2) jus evincentis notorium ſit, vel probari queat, *l. 22. C. de evict. Carpz. p. 1. c. 3. d. 24. Brunnem. proc. civ. c. 11. n. 11. Berger. c. l.* modo

(I)

(b) Limitationem vide *infra ad th. 18. lit. f.*

(c) Imo litis denunciatione juſto tempore non facta, de quo vid. *infra ad th. 27. lit. k.* ea non ſolum in litis progreſſu amplius non admittitur, ſed quoque reus præcluditur regreſſu adverſus ſuum autorem, niſi jus evincentis fuerit notorium, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 14. §. 2.*

Digitized by Google

modo probatio aliunde, quam per ſententiam priorem condemnatoriam, fieri poſſit, *Fanzk. ad ff. tit. de evict. n. 669.* ſed con fer. *Huber. c. l. §. 15.*

14. Litis denunciatio eſt facienda, etſi venditor litem emtori motam ſciverit, *Brunnem. ad l. 7. C. de evict. n. 2 Huber. c. l. §. 14.* niſi venditor juraverit defendere emtorem in cauſa evictionis, *Caballin. de evict. §. 3. n. 46. Carpz. lib. 3. R. 16. n. 4.* vel ſua ſponte compareat, litique aſſiſtat, *Caballin. d. §. 3. n. 44. Carpz. c. l. n. 5. Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 17.*

15. Litis denunciatio in illis cauſis, ubi quis, omiſſa etiam denunciatione, regreſſum ſalvum habet ſupervacanea & fere impropria eſt, *Ziegl. ad O. P. S. tit. 14. verb.* oder ſonſten.

16. Facta denunciatione litis, venditor emtori litigandi præciſe ad aſſiſtendum tenetur, (d) adeo quidem, ut non liberetur ab aſſiſtentia venditor, quamvis, re per ſententiam evicta, intereſſe præſtare velit, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 40.*

7. Verum enim vero venditorem, cui lis ab emtore denunciata eſt, defendere eum haud (e) teneri, cum id non in detrimentum denunciantis, ſed ſolius denunciati cedat; & ſi legitime citatus non compareat, vel citra animum defendendi veniat, tum, antegreſſa contumaciæ accuſatione, non reſponſionem ad litis denunciationem, ſed de eo ſolo, utrum ſufficienter ac legitime facta ſit denunciatio, ſententiam ferri: Dieweil Beklagter Titio litem denunciiret, ſo hat es dabey ſein Bewenden, tradunt *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 2. p. 436. & Reſolut. Lauterb. tit. de evict. ad verba: debet venire auctor. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 251.* &

(d) Imo non tenetur, *Ord. Proc. Sax Rec. tit. 14. §. 1.*
(e) In quod comprobat, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

& in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Rivin. ad O. P. S. tit.
14. en. 14. compara *Huber. prælect. ad ff. tit. de evict.*
§. 17.

18. Plane ſi auctor expreſſis promiſit (f) verbis
defenſionem, in ejus arbitrio non eſt, an litis denun-
cianti aſſiſtere velit, ſed ad interveniendum pro eo
condemnari poteſt, *Rivin. c. l. en. 15. Wernher. d. obſ.*
251. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de evict. ad verba : de-
bet venire auctor. Huber. c. l. §. 18. confer. vero *Berger.*
œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 5. not. 17. p. 752.

19. Et lite, non incidenter, ſed ſeparato proceſ-
ſu denunciata, is, cui lis eſt denunciata, ad reſponden-
dum ita tenetur, ut, re deinceps evicta, id, quod inter-
eſt, reo præſtare debeat, *Berger. E. D F. c. l.*

20. Non ſolum enim incidenter, ſed etiam ſe-
parata actione lis denunciari poteſt, quoties v. g. ſci-
ens rem alienam ignoranti vendidit, *l. 30. §. 1. de act.*
emt. vel, ſi conventum, ut emtor, quæſtione mota, re-
cuperet pretium, re licet nondum evicta, *l. 12. C. de*
evict. vel, ſi in ipſo limine contractus immineat evi-
ctio, *l. 24. C. eod. Rivin. c. l. en. 16.* add. *Berger. œcon.*
jur. lib. 3. tit. 8. th. 5. not. 13. p. 751. Sed diſtinctionem
litis denunciationis in incidentem & ſeparatam juri ci-
vili minus convenire, & ſolo uſu invaluiſſe, tradit
Berger. E. D F. tit. 14. obſ. 1. not. 6. p. 435. add. *Huber.*
c. l. §. 17.

21. Reus quamvis autorem ad ſe defendendum
& interveniendum regulariter compellere nequeat,
ab

(I) 2

(f) Imo ne hoc quidem caſu denunciatus denuncianti
aſſiſtere cogitur, ei autem tunc, licet vel maxime in
cauſa principali victoriam obtinuerit, litis impenſas
refundere tenetur, *Ord. Proc. Sax. c. l.*

Digitized by Google

ab eodem tamen in proceſſu principali editionem (g) documentorum per compulſoriales, vel requiſitoriales petere poteſt, *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 2. not. 2. p. 439. & œcon. jur. lib. 4. tit. 20. th. 1. not. 3. p. 1027.*

22. Per litis denunciationem reus conventus a proceſſu non liberatur, ſed nihilominus condemnari poteſt; etſi denunciatus litem ſponte in ſe (h) ſuſcipiat, & denunciantis dimiſſionem ex lite petat, niſi id fiat actore conſentiente, *l. 2. C. ubi in rem act. Berlich. p. 1. concl. 24. n. 11. Carpz. lib. 3. R. 20. Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 84. Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 19.* Et executio non fit in bona litis denunciati, ſed denunciantis, (i) *Rivin. c. l. en. 20.*

23. Reus, ſiquidem in primo termino litem denunciat, non condemnatur in expenſas, propterea, quod non fuerit litem conteſtatus, *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 1. not. 2. p. 433.* diſſentit *Martin. ad O. P. S. tit. 14. §. 1. n. 118.* add. *Rivin. c. l. en. 12.*

24. Quando litis denuncians, pro fundamento litis denunciationis, utitur documento guarentigiato, litis denunciatus contra id non admittitur exceptionibus turbidis, & quæ ſunt altioris indaginis, adeoque nec juramenti delatione, *Rivin. c. l. en. 10.*

25. Litis denunciatio extrajudicialis, niſi id intra partes expreſſe conventum, nullum effectum habet; nec ſufficiunt literæ privatæ: ſed in judicio fieri debet, & requiritur, copiam libelli, citationis, aliorumque actorum litis denunciato transmitti, *O. P. S. tit. 14. §. 1. ibique Martin. n. 17. ſeq. & Rivin. en. 8. Carpz. lib. 3. R. 19. & dec. 112. Stryck. introduct. ad prax. for. c. 13. §. 11.*

(g) Quod comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 14. §. 1.*
(h) Id quod etiam comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(i) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

§. 11. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 5. not. 10 p. 751.* Plane, extra Saxoniam Electoralem, litis denunciationem etiam privatis literis fieri poſſe, contendit *Wernher, ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 14.*

26. Nec ſufficit incidenter factam eſſe litis denunciationem in poſitione, ſed ſeparatim petendum a judice, ut ea transmittatur autori una cum copiis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 9.*

27. In quacunque Judicii parte (k) lis denunciari poteſt, etiam poſt injunctam probationem, modo ea nondum publicata, *l. 29. § ult. de evict. O. P. S. tit. 14. §. 1. Carpz. p. 1. c. 3. d. 29. Rivin. c. l. en. 11.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de evict. §. 13. Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 1. not. 7 p. 435.* non etiam poſt definitivam ſententiam, niſi forte per leuterationem a viribus rei judicatæ ſuſpenſa fuerit, *Rivin. c. l.*

28. Jure civili etiam in inſtantia appellationis, modo interea non perierint venditori probationes,

(I) 3 *Sichard.*

(*k*) Sed hodie reus litis denunciationem, ſi ea uti velit, ſub pœna amiſſionis, ad minimum intra octiduum, ante terminum, additis ſimul rationibus, quare autori ſuo litem denunciare poſſit, inſtituere tenetur, ut illud adverſario notificari, novusque terminus, integrum ſpatium Saxonicum continens, a judice præfigi queat. Ad quem terminum non ſolum litigantes, ſed & litis denunciatus, communicatis in copia & licis denunciatione & libello, antea judici exhibito, rite citandi ſunt, adeo ut & reus & denunciatus in propria perſona, niſi pœnam 5. thalerorum incurrere malint, comparere teneantur, quo ad evitandum duplicem proceſſum amicabilis tractatus a judice tentari poſſit. Emanente vero denunciato, pœna quidem ab eo exigenda, cauſa vero propterea ſuſpendenda non eſt, ſed ſuper litis denunciatione, prout alias fieri conſuevit, pronunciatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 14. §. 1.*

Digitized by Google

Sichard. ad l. 1. C. ubi in rem act. n. 7. Zigler. ad O. P. S. tit. 14. lis denunciari poteſt, *Berger. c. l.* add. *Franzk. ad ff. tit. de evict. n. 704. Stryck. introd. ad prax. for. c. 13. §. 6.* Quod vero jure Canonico & Saxonico Electorali periculoſum eſt; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 252.*

29. Si legatum evincatur, lis heredi ſtatim ante litis conteſtationem denunciari debet, *l. 29. §. 3. de legat. 3. Stryck. ad Lauterb. tit. de evict. verb. legatis. Wernher. d. obſ. 252. n. 2.*

30. Semel facta auctori litis denunciatione incidenti, ſuper eaque lata ſententia, ulteriores citationes ejuſdem auctoris non ſunt neceſſariæ, *Berger. E. D. F. tit. obſ. 2 not. 1. p. 436.*

31. Sententia abſolutoria, a denunciante obtenta, etiam denunciato prodeſt & vice verſa, *Carpz. lib. 3. R. 17.*

32. Litis denunciatio, nullo diſcrimine, ſive facta fuerit incidenter, ſive principaliter, effectum habet juriſdictionis prorogativum, ita ut utrobique litis denunciatus in foro cauſæ principalis jus pati debeat; quamvis alioquin ibidem nequeat conveniri, aut ſit perſona privilegiaria, *l. 49. de judic. Berger. c. l. not. 4. p. 440.* add. *Gail. lib. 1. obſ. 37. n. 7. Carpz. p. 1. c. 3. d. 28. & lib. 3. R. 20. n. 12. ſeq,* confer. vero *Huber. prælect. ad ff. tit. de evict. §. 20.*

33. Differentia litis denunciationis incidentis & principalis in eo ſupereſt, quod ſtatim, atque in cauſa principali ſuper evictione res cœpit eſſe judicata, contra eum, cui lis eſt denunciata ſeparatim, ſine novo proceſſu, executio ad præſtandum id, quod intereſt, fieri poſſit: cum e contrario is, cui lis eſt denunciata incidenter, nulla differentia, utrum comparue-

rit,

Digitized by Google

rit, nec ne, finita cauſa principali, evictionis nomine ad intereſſe conveniri debeat, *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 2. not. 5. p. 440.*

LITIS PENDENTIA. PRÆVENTIO.

1. Olim exceptio litis pendentiæ non oriebatur, niſi litis conteſtatio facta eſſet, *arg. l. 30. de judic.* ſed hodie, quoad exceptionem præventionis & litis pendentiæ hactenus nihil intereſt, & utraque per inſinuationem citationis fundata eſſe intelligitur, *Clem. 2. ut lit. pend. nih. innov. lic. Gail. lib. 1. obſ. 77. n. 18. Franzk. ad ff. tit. de judic. n. 50. & ſeq. Werüher ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 361.* tam reſpectu actoris, ne in foro Saxonico, quoad cauſam connexam, ante litem finitam a reo reconveniatur, quam reſpectu rei, ne coram alio judice pulſetur judicio, *Carpz. lib. 2. R. 47. n. 1.* modo citatio ſit valida & legitima, *Carpz. d. R. 47. n. 2.*

2. Citationi circumductæ effectus litis pendentiæ ac præventionis non tribuitur, veluti ſi in termino actor pariter ac reus non compareant, aut reus tantummodo emaneat, ejus contumacia vero ab actore comparente non accuſata, *Carpz. d. R. 47. n. 5. ſeq. Rivin. ſpecim. except. for. c. 4. n. 5.* Nam, ſi alterutra tantum pars contumax extiterit, ſuperque ejus contumacia, ad accuſationem partis præſentis, ſententia fuerit lata, utique inducitur litis pendentia ac præventio, *Carpz. lib. 2. R 48 Rivin. c. l. n. 6.*

3. Si reus citatus juriſdictioni judicis citantis non ſit ſubjectus, ullam præventionem metuere non habet; idque multo minus, ſi, propter exceptionem incompetentiæ oppoſitam, ab inſtantia jam fuerit abſolutus, *Carpz. p. 1. c. 7. d. 21. Rivin c. l. n. 18.* Nam ex citatione judicis non competentis non inducitur præ-

Digitized by Google

ventio, *Zanger. de except. p. 2. c. 3. n. 5. & 12. Mev. p. 6. dec. 6. n. 8.*

4. Non inducitur litis pèndentia & præventio, per ſolam libelli oblationem, *Carpz. lib. 2. R. 46. Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 200.* nec per ſolam proteſtationem in ſcriptis factam, quamvis adverſarius ad eandem reſponderit, *Wernber. c. l.* nec quando a judice in ſententia proceſſus litigatoribus fuerit reſervatus hiſce forſan verbis: Es ſoll bey dem Vertrag verbleiben, biß durch ordentliches Recht ein anders ausgeführet, *Carpz. p. 1. c. 7. d. 26.*

5. Nec, obſtat litis pendentis exceptio, quando libello ob ineptitudinem rejecto, novus in alio proponitur judicio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 21. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 8. p. 1772.*

6. Per ſupplicationem ſeu libellum Imperatori aut cameræ imperiali oblatum præventionem ac litis pendentiam induci, tradit, *Carpz. lib. 2. R. 49.* Id tamen ad principes imperii non eſſe extendendum, putat *idem d. lib. 2. R. 50. & p. 1. c. 7. d. 22. Mev. p. 1. dec. 233. n. 2.* Sed per oblationem libelli ſupplicis, ſummum principi factam, litis pendentiam & præventionem, induci, indiſtincte negant, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 4. §. 3. p. 14. Wernber. ſupplem. nov. ad ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 145. not. 100.*

7. Per nudum principis reſcriptum non inducitur litis pendentia & præventio, *Carpz. lib. 2. R. 46. n. 23. Mev. p. 1. dec. 233. n. 5.* utique vero per monitorium a principe vel ejus Cancellaria impetratum, vel ex curiis provincialibus Saxonicis emiſſum, *Carpz. d. R. 46. n. 25. Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 268.* Sane hoc, quod ad curias provinciales, ita in Saxonica invaluiſſe, & im-

Digitized by Google

& immemoriali præſcriptione introductum eſſe, non diffitetur *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 4 §. 6. n. 23. p. 1758. in fin.* utut ipſe, ſecundum juris relugas aliud dicendum eſſe, exiſtemet, add. *ejuſd. œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 3. not. 2. p. 995.* Monitoria (a) autem inferiorum judicum vim præventionis non habent, *Berger. œcon. jur. c. l. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 6. obſ. 268.*

8. De arreſto quæritur, an per ejus impetrationem inducatur litis prudentia? Negativam tuentur *Berlich. p. 1. dec. 119. Salgad. in labyrinth. credit. p. 1. c. 17. n. 18. & 42.* Econtra *Mev. p. 4. dec. 348.* diſtinguit, an pro ſecuritate ſaltem crediti, an etiam pro perſecutione ſui juris arreſtum ſit impoſitum; priori modo, ſi arreſtans non hoc intendat, ut in illo foro, ubi impetravit, ageret, ſed ut creditum modo ſuum ſalvum conſervet, non fieri litem pendentem; poſteriori autem caſu, ſi arreſtum proſequi, & jus ſuum perſequi cogitet, arreſtum operari litis pendentiam. add. *Suendend. ad Fibig. p. 323. & 1190.* Sed quotidianam fori obſervantiam docere, non obſtante litis pendentia, in foro Saxonico indiſtincte coram diverſis licere judiciis, non tantum impetrare arreſta, ſed & eadem præſcripto modo proſequi, nec parere præventionem, teſtatur *Rivin. ſpecim. except. for. c. 4. n. 15.*

9. In provocatione ex *lege diffamari* citatio non operatur præventionem & litis pendentiam, *Suendend. ad Fibig. p. 1565. Rivin. c. l. n. 7. Mev. p. 1. dec. 198. p. 3. dec. 350.* Idem juris eſſe quoad provocationem *ex le-*

(I) 5 *ge:*

(a) Plane monitoria, rite inſinuata, abſque diſcrimine effectum litis pendentiæ & præventionis habent, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 7. in fin.*

Digitized by Google

ge: *ſi contendat*, docent *Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 208. Lauterb. de remedio legis: ſi contendat. c. 8. §. 66. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 3. not. 1. p. 994.* diſſentit *Suendend. ad Fibig. p. 1591.* confer. omnino *Rivin. c. l. n. 8. ſeq. Berger. dec. 481.*

10. Etiamſi in cauſſa poſſeſſoria eccleſiaſtica lis cœpta ſit coram judicio ſeculari: actori tamen, qui inde proſiliit ad eccleſiaſticum, objici non poteſt exceptio litis pendentis: ſecus eſt dicendum de cauſis politicis, ſi quidem earum nomine contra clericum in rem agatur: tum enim forum eccleſiaſticum domicilii, & ſpeciale rei ſitæ concurrunt elective; igitur locus erit præventioni, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 8. p. 944.*

11. Præventio uti præoccupat forum, *Gail. lib. 1. obſ. 29. n. 5.* ita meliorem facit conditionem præoccupantis, etſi vel uno momento prior ſit, *Mev. p. 6. dec. 6. n. 2.*

12. Duobus ſimul actiones ſuas proponentibus, præventio decernenda eſt ſorte, *l. 14. de judic. Specular. lib. 2. p. 1. tit. de petit. & poſſeſſ. §. ſciendum igitur eſt. n. 2.* in foro Saxonico vero arbitrio judicis, *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 385. Carpz. p. 1. c. 7. d. 23.*

13. Litis pendentis exceptio eſt illorum propria, qui ſunt in lite: nam extra hanc aliis, quibus non eſt communis, nec proficit, nec obſtat litis pendentis exceptio, *Lancellott. de attentat. p. 2. c. 4. limit. 2. n. 3. ſeq. Mev. p. 7. dec. 22. n. 3.*

14. Exceptio litis pendentiæ non juvat tertium, adeo ut nec fidejuſſor debitoris, ubi hujus res deveniunt ſub concurſum, ea ſe tueri queat, *Paul de Caſtro. vol. 1. conſil. 87. n. 2.* Eadem ratio eſt pignorum, quæ non ſunt

Digitized by Google

ſunt amplius in bonis debitoris: nam ſi quid a tertio poſſidetur, in quo quis hypothecam habet, non poteſt ille ſe tueri concurſus pendentia, *Mev. d. dec. 22. n. 2.*

15. Litis pendentis exceptio etiam in proceſſu executivo locum habet, niſi quis ei renunciaverit, aut ex ſtatuto vel conſuetudine aliud receptum, *Mev. p. 3. dec. 105.*

16. Quod dicitur, pendente lite nihil innovandum eſſe, *l. 1. C. ut pend. lit.* ad ipſos litigantes, non vero ad tertium pertinet, cui judex in iis, quæ ad ipſum ſpectant, providere non modo non prohibetur, ſed etiam debet, *Mev. p. 7. dec. 408.* litis pendentia enim afficit tantum litigantes, non tertium, *Lancellot. de attentat. p. 1. c. 3. n. 5.*

17. Lite pendente non licet ad ſuperiorem ſupplicare, ac, quod liti adverſatur, impetrare, *l. 2. l. 3. C. ut pend. lit. Mev. p. 1. dec. 96. n. 1. & dec. 180.* Excipitur, ſi jure potiri non licet apud inferiorem. *Mev. p. 1. dec. 195. & p. 2. dec. 154.*

LITIS REASSUMTIO.

Vid. loc. *reaſſumtio proceſſus.*

LITIS RENUNCIATIO.

1. Renunciatio proceſſus ſpeciale mandatum requirit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 50.*

2. Licet pater liberos habeat in poteſtate, ſi tamen ipſis tutor eſt conſtitutus, hujus conſenſus ad renunciationem litis requiritur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 15.* Quod ſi vero inter ſe diſſentiant pater & tutor, illum ſine legitimatione nihilominus admittendum eſſe, ſtatuerunt Scabini Jenenſes: ſed aliud placuit Faſultati Juridicæ Hallenſi, teſte *Rivin. c. l.*

3. Li-

Digitized by Google

3 Liti renunciare licet, invita etiam adverſa parte, *Mev. p. 6. dec. 259. n. 3.* & poſt concluſionem in cauſa, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 53.*

4. Non tamen a judice acceptanda eſt litis renunciatio, niſi audita altera parte, cujus intereſſe poteſt, a lite non diſcedi, *Mev. d. dec. 259. n. 5.* confer. *Wernher. d. obſ. 9. n. 2.*

LOCATIO CONDUCTIO.

1. Quamvis vix eſt, ut locatio conductio, ab initio ſtatim, tacito utriusque conſenſu contrahatur: quia ſubſtantiale contractus, ſcil. determinatio certæ mercedis deficit, *§. 1. J. de locat. conduct. l. 22. de præſcript. verb.* Attamen, ſi ejuſmodi res ſit, quæ certa mercede locari ſolet, ad eandem quis occupat, utique locatio conductio ſtatim ab initio tacite contrahi intelligitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 68. Hopp. ad §. 1. J. de locat. & conduct.* vid. omnino *Berger. Reſolut. Lauterb. tit locat. conduct. ad verba: tacito utriuſque conſenſu* diſſentit *Bachov. ad Treutler. vol. 1. Diſp. 29. th. 1. lit. c.*

2. Locatio conductio tam jure communi, *l. 10. l. 29. l. 34. C. de locat.* quam Saxonico heredes obligat, Land-R. *lib. 1. art. 19. Conſtit. Elect. Sax. 37. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* etiam in beneficiis eccleſiaſticis, *Carpz. lib. 5. R. 16.* niſi pacto, ſtatuto aut conſuetudine aliud ſit receptum, *Moller. ad d. c. 37. n. 3.*

3. Locatio defuncti non obligat eos, qui proprie heredes non ſunt; hinc, matrimonio morte diſſoluto, mulier non tenetur ſtare locationi, per maritum defunctum, in fundo dotali factæ, *l. 25. §. ult. ſolut. matrim. d. c. 37. ibique Carpz. d. 2.* etſi mariti heres ſit facta, *Berger. lib. 2. R. 19. th. 3.* Conductor tamen mariti he-

Digitized by Google

heredes ad intereſſe convenire poteſt, *d. l. 25. §. ult. Carpz. d. c. d. 3.* Sed confer. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. locat. cond. qu. 10.* ubi: Si præter locatoris voluntatem res in ſingularem ſucceſſorem translata ſit ex juris neceſſitate, tum locator regulariter tantum debet remittere mercedem temporis futuri, ſi vero conductori ignoranti qualitatem celaverit, ad intereſſe tenetur.

4. Pariter in caſu converſo, ſi mulier fundum locaverit, eumque poſtea in dotem dederit, nec maritus hac locatione, per uxorem ante dotis conſtitutionem, facta tenetur, *Berlich. p. 2. concluſ. 45. n. 14. Carpz. p. 2 c. 37. d. 2. n. 9.*

5. Succeſſor ſingularis, veluti emtor, vel alius, non tenetur ſtare contractu locationis venditoris, niſi in contractu emtionis aliter conventum, *l. 25. §. 1. de locat. l. 9. C. eod. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 19. n. 2. Carpz. d. c. d. 4. n. 1. ſoq.* Sed conductor fundi emtori ejus cedere tenetur, quamvis jam tempore emtionis in ipſo prædio conſtitutus fuerit; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 470.* diſſentit *Zollius in diſſert. ad l. 9. C. locat. conduct. th. 10.* Locator tamen, qui ante finitam locationem fundum locatum vendit, conductori ad intereſſe tenetur, *l. 30. l. 33. l. 34. §. 4. locat. Berlich. d. concluſ. 45. n. 10. Carpz. d. c. d 5. & lib. 4. R. 17.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 360. n. 6.*

6 Quodſi vero conductor in inſtrumento locationis ſibi conſtitui curet hypothecam in re conducta, uſque ad finitum locationis tempus, non poteſt ab emtore ſuperveniente, utpote qui tantum jus perſonale habet, expelli, *A. Fab. d. def. 19. n. 3. Carpz. def. 4. n. 5. Schliter. ex. 31. th. 24.*

7. Sed

Digitized by Google

7. Sed per hanc cautionem nondum conductori ſatis conſuli, quippe quæ hunc tantum effectum habeat, ut is rem ſibi locatam atque oppignoratam tamdiu retinere queat, donec ipſi intuitu ejus, quod intereſt, ſatisfactum fuerit; adeoque hoc præſtito eum cedere teneri, tradunt *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 29. th. 8. Franzk. ad ff. h. t. n. 239. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 227.*

8. Igitur ut conductor pleniſſime tutus reddatur, cum hypothecæ conſtitutione conjungendum eſſe pactum de non alienando, docent *Barbos. ad l. 9. C. loc. n. 16. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 9. § 16. Wernher. d. obſ. 227. n. 6.* Quodſi vero locator conductori tantum promiſerit, quod rem alienare nolit, conductor adhuc emtori cedere tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 360.*

9. Interdictum unde vi competit locatori adverſus colonum, qui emtorem, fundum ingredi volentem, citra juſtam cauſam haud admiſit; non autem colono contra emtorem, qui ſine vi poſſeſſionem apprehendit, *l. 12. l. 18. de vi & vi armat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 3.*

10. Locator conductorem ante finitum conductionis tempus expellere non poteſt, *l. 3. C. de locat.* niſi 1) locator propriis uſibus domum neceſſariam eſſe probaverit, vel 2) res refectione indigeat, vel 3) conductor in re locata male verſatus fuerit, *d. l. 3. C. de locat. A. Fab. in Cod. lib 4. tit. 41. def. 49. Carpz. p. 2. c. 37. d. 6. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 9. §. 17.* Neceſſitas vero illa ex poſtfacto ſuperveniſſe neceſſe eſt: nam, ſi jam ſuperat tempore locationis contractæ neutiquam locationem diſſolvere poterit, *A. Fab. d. tit.*

Digitized by Google

tit. 41. *def.* 51. *n.* 3. *Carpz. d. def.* 6. *n.* 6. 7. Et hæc non ſolum in domo, ſed & in fundo, aliaqua re locata obtinent, *Carpz. d. def.* 6. *n.* 11. diſſentit *Sichard. ad l.* 3. *C. de locat. n.* 6.

11. Quodſi locator, vel ſaltem tutor, res minoris locans, beneficio *legis* 3. *C. de locat.* renunciaverit, vel convenerit de non expellendo conductorem propter uſus proprios, conductor expelli non poteſt, *Sichard. in l.* 3. *C. de locat. n.* 7. *Carpz. p.* 2. *c.* 37. *d.* 7. Sed vix hæc renunciatio hunc habebit effectum, ut etiam ad caſum, ſi conductor re abutatur, extendi poſſit, *Stryck. c. l.*

12. Conductor quoque ante tempus expelli poteſt, cui res ad plures annos locata, ſi toto biennio non ſolverit mercedem, *d. l.* 3. *C. de locat. l.* 54. §. 1. *eod. Hopp. ad verba: locati actio. pr. J. de locat. conduct. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. locat. cond. qu.* 6.

13. Locator conductorem, cedere nolentem, privata autoritate expellere non poteſt, ſed cauſæ cognitione, adeoque magiſtratus autoritate opus eſt, *A. Fab. in Cod. lib.* 4. *tit.* 41. *def.* 11. *Carpz. p.* 2. *c.* 37. *d.* 6. *n.* 12. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 136.

14. Jura conductori interdictum unde vi, ex juſta & probabili cauſa, concedunt, *l.* 12. *de vi & vi armat. Wernher. ſel. obſ. for. p.* 3. *obſ.* 228. *n.* 3. *p.* 590. & contra magiſtratum etiam, cum quo contraxit, actione de ſpolio uti poteſt, *Wernher. de obſ.* 228.

15. Locator, finito contractus tempore, eidem conductori rem porro locare non tenetur, etſi, hoc ex odio fieri, probari queat, *Wernher. ſel. obſ. for. to. obſ.* 331.

16. In

Digitized by Google

16. In locatione prædiorum & jurium publicorum ſeu fiſcalium primus conductor, ſi offerat tantum, quantum novus, præfertur aliis conductoribus, *l. 11. §. 1. de public. & vectig. l. 4. & l. ult. C. de locat. præd. civit. Carpz. p. 2. c. 37. d. 8.* idque ipſum ad prædia civitatum extendi ſolet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 403.* non item ad prædia privata, *l. 32. C. de locat. Carpz. d. def. 8. n. 1. 2.* nec ad bona eccleſiaſtica, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 305. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 105. Berger. E. D. F. tit. 40. obſ. 5. not. 1. p. 1274. & lib. 2. R. 159.* diſſentit *Gratian. diſcept. for. c. 357. n. 42.*

17. Conductor rerum atque bonorum civitatis jus protimiſeos, qua gaudet, non amittit, etſi ſciens, contractum cum alio celebrari, ad idem ſe ante hujus perfectionem non obtulerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 330.*

18. Conductor prædii ruſtici, finito conductionis tempore remanens in prædio, reconduxiſſe quidem videtur, eadem penſione, iiſdemque, quibus antea, conditionibus, *l. 13. §. 11. l. 14. locat. Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 28.* verum non in totidem annos, ſi forte prior in plures annos facta, fuerat, ſed regulariter tantum ad annum, *d. l. 13. §. ult. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 45. n. 2. Carpz. p. 2. c. 37. d. 9. n. 2. 3. Stryck. uſ. mod. tit. locat. §. 72. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 16.* etiamſi contractus in ſcriptis celebratus, *Stryck. c. l.*

19. Ad annum ſaltem tacita relocatio in prædiis ruſticis fieri intelligitur, ſi quotannis eadem fructuum perceptio eſt, e. g. in locatis hortis, pratis, paſcuis & ſimilibus. Quod ſi vero prædiorum locatorum ratio ita ſe habeat, ut quovis biennio vel triennio demum fructus inde percipiantur, tunc in tot annos relocatio

tio facta præſumitur, e. g. in agris, quorum tertia pars ex more regionis ſingulis annis inculta relinquitur, ut pateat paſcuis pecorum. E contra, ſi agrorum fructus quotannis idem ſit, quod contingit in agris, qui hortorum jure gaudent, etiam ad annum relocatio tacite facta præſumitur, vid. omnino *Stryck. c. l. §. 73.* add. *Brunnem. ad l. 13. locat. n. 16. Franzk. ad ff. tit. locat. n. 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 136. n. 2. 3.*

20. In prædiis urbanis, ſi, certo tempore conductioni haud præfinito, ſed mercede, juxta annum, menſemve quidem determinata, liberum tamen ſit, quouſque habitare conductor velit, ita, ut pro rata temporis, quo inhabitat, mercedem ſolvat, tacita quoque reconductio, prout quisque ulterius habitaverit, cenſetur facta, ac ratione hujus temporis ad mercedem obligatur, *l. 13. §. fin. locat. Struv. ex. 24. th. 7.*

21. Certo licet in contractu definito **locationis** tempore, ſi conductor eo elapſo, in re conducta permanſerit, reconductio tacite facta cenſetur, pro eo tantum tempore, quo habitavit, *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 5. tit. 15. n. 3. Carpz. d. def. 9. n. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 16. n. 2. Stryck. uſ. mod. tit. locat. §. 68.* ubi quidem fatetur, hanc ſententiam eſſe communem: putat tamen, probabiliorem ſibi videri illam ſententiam, verba d. legis: *prout quisque habitaverit*, intelligenda eſſe de tempore, quo quis habitare ſolitus eſt, vel quo moris eſt in illo loco habitare; ut hinc, ſi ſtudioſus poſt finitam locationem aliquot ſeptimanis (nam, ſi aliquot diebus tantum ibi ſubſtiterit, inde non præſumenda eſt reconductio, quamvis hic multum judicis arbitrio relinquendum) in muſeo conducto remanſerit, reconductio facta cenſebitur ad anni quadrantem, quia hoc tempus ordinarium eſt conducendi

Digitized by Google

di muſea in academiis, Add. *Hopp. ad pr. J. de locat. cond. Berger. lib. 2. R. 280. p. 503.*

22. Locationis in ſcriptis contractæ tacitam reconductionem nullam eſſe poſſe, propter verba finalia *l. 13. locat. cond* putant *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 48. Carpz. p. 2 c. 37. d. 9. n. 9. 10. Schilter. ex. 13. th. 11.* Sed inter locationem ſcriptam & non ſcriptam ratione reconductionis tacitæ diſcrimen non eſſe, volunt *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. locat. ad verba: ubi cum aliis dictum. Stryck. c. l. §. 71.* Imo ſi certum tempus conductionis in ſcriptis, ut inde melius de eo conſtet, comprehenſum ſit, ad idem tempus conductionem ex integro cœptam videri, tradit *Struv. ex 24. th. 7. Wernher. d. obſ. 16. n. 3. & p. 7. obſ. 136. n. 4. p. 268.*

23. Si conventum, ut alter alteri ante ſemeſtre ſpatium renunciet, & hoc omittatur, tunc reconductio facta cenſetur ad minimum quoad ſemeſtre, vel etiam ad integrum annum, *Stryck. c. l. §. 69.* add. *Pacion. de locat. conduct. c. 64. n. 121. ſeq.* add. *Mev. p. 3. dec. 61.* Quod ſi vero renunciatio ſemel facta, tunc ceſſat tacita relocatio, *Stryck. c. l.*

24. Quando convenit, ut locatio prædii, ad tempus facta, tacite renovata cenſeri debeat, ſi ante illius lapſum neuter contradixerit, hoc non tantum in prima, ſed & ulteriori renovatione valet, *Wernher. d. p. 7. obſ. 136.*

25. Abſentem, quamdiu de jure vivus præſumitur, neque ejus mors probari poteſt, cenſeri locationem prædii ſui, antea ad certum tempus factam, tacite prorogare eousque, donec eidem renuncietur, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 20. not. 4. p. 681. & lib. 2. R. 67.*

26.

Digitized by Google

26. Locatione conductione contracta ad certum tempus, poſt hoc tacito conſenſu contrahentium inter eosdem, qui contraxerunt, non alios renovata intelligitur, *Mev. p. 6. dec. 179. n. 3.* add. *Berger. lib. 2. R. 19. th. 2.*

27. Jus ſublocandi conductori competit, ſi ſubconductor æque ſit idoneus, nec incommodum ab eo ſuſtineat locator, *l. 7. locat. cond.* add. *l. 6. C. eod. Franzk. ad ff. tit. locat. n. 56. Stryck. uſ. mod. tit. locat. §. 74.* niſi in contractu pactum ſit adjectum de re non ſublocanda, niſi conſenſu locatoris, quamvis & hoc caſu juſta cauſa denegandi conſenſum requiratur, *Pacion. de locat. c. 32. n. 4. Stryck c. l.*

28. Conductori facultatem ſibi ſocium aſſumendi, tam ab initio quam poſt contractam locationem, etiamſi prohibita ſit ex ſpeciali pacto ſublocatio, concedunt *Pacion. d. c. 32. n. 20. Marta in tr. de clauſul. p. 1. claus. 216.* Sed jus aſſumendi ſocium conductori non competere, niſi integræ ædes vel prædium aliquod in contractum vererint; adeoque in academiis conductorem muſei ſocium ſibi aſſumere non poſſe, inſcio & invito hoſpite, niſi mores academiarum reſiſterent, ubi vix ſine contubernali eſſe ſoleat ſtudioſus, tradit *Stryck. c. l.*

29. Conductor, ante tempus finitum, a conductione juſta ex cauſa recedens, non ſolvit integram penſionem, ſed pro rata temporis remiſſio fieri debet: ſecus ſi abſque juſta & ſufficiente cauſa a conductione receſſerit, *l. 27. §. ult. l. 19. §. 6. l. 25. §. 2. locat. conduct. Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 6. Carpz. p. 2. c. 37. d. 10.*

30. Juſtæ cauſæ ſunt: ſi obſcurantur lumina habitationis; ſi locator oſtia & feneſtras nimium cor-

Digitized by Google

ruptas non reſtituat, *l. 25. §. 2. locat. cond. Carpz. d. def. 10. n. 2.* juſtus metus periculi, licet in eventu non veri, *l. 27 §. 1. eod. ibique Godofred.* impetus hoſtium, peſtis diuturna, *Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 7. Brunnem. ad. d. l. 27. n. 7.* ſpectrorum comparitio & tumultus, *Godofred. ad d. l. 27. lit. l. Covarruv. l. 4. var. reſolut. c. 6.*

31. Non ad caſum, ſed ad cuſtodiam tantum conductorem contractus obligat, ac proinde transfert in eum periculum cuſtodiæ, vel ex culpa proveniens, non periculum caſus, *l. 21. C. de jur. dot. l. 52. & 3. pro ſoc. l. 80. §. 3. de contrah. emt. Rauchb. p. 2. qu. 29. n. 22. Carpz. d. c. d. 16. n. 6.* niſi conductor caſum fortuitum in ſe recepit, *l. 9. §. 2. locat. cond. l. 8. C. eod. Carpz. d. c. d. 17. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 9. §. 26.* tunc enim illius eſt periculum, licet caſus ſit inſolitus, *Carpz. d. def. 17. n. 5. Berger. p. 2. R. 216.* diſſentiunt *Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 18. Rauchb. p. 2. qu. 2. n. 29.* confer. *Stryck. c. l. §. 26.* niſi ſit inſolitiſſimus, *Carpz. p. 2. c. 26. d. 8. in fin. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 98.*

32. Ut maxime ergo conductor animalia æſtimata acceperit, attamen ſi caſu & morte ſine culpa conductoris ea perierint, locatori periiſſe videntur, non conductori, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 9. n. 4. Carpz. p. 2. c. 37. d. 16.* ſi ſcil. plura pecora caſibus inſolitis perierint, veluti: ſi lues in pecora ſæviat, ac multa extinguat: alioquin ſi unum vel aliud pecus moriatur, conductor prædii non excuſabitur, quo minus inventarium ſupplere teneatur, *Rauchb. p. 2. qu. 29. n. 48. Carpz. d. c. d. 18.*

33. Plane, ſi conductor caſus fortuitos in ſe recepit, caſus pecorum æſtimatorum præſtare tenetur, ſive morte perierint, ſive ab hoſte ablata fuerint,

Rauchb.

Digitized by Google

Rauchb. c. l. Carpz. d. c. d. 17. Et pecora ferrea non locatori ſed conductori moriuntur, *Carpz. d. c. d. 19. Weſenbec. in l. 8. n. 5. C. de pact.*

34. Remiſſio mercedis ex cauſa ſterilitatis, vi tempeſtatis calamitoſæ provenientis, peti non poteſt, niſi conductor læſus ſit ultra dimidium finita locatione, *l. 25. §. 6. locat. l. 8. C. eod. Carpz. p. 2. c. 37. d. 11. Brunnem. ad l. 25. locat. n. 16.* ita ut facta locatione in plures annos, quod priorum ubertati defuit, ſequentium annorum fertilitate compenſetur: eſt enim unica & individua omnium annorum locatio, diſtinctas habens præſtationes; quare non niſi finita locatione, omnibusque annis præteritis, de remiſſione mercedis eſt tractandum, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 3. Cail. lib. 2. obſ. 23. n. 12. Carpz. d. def. 11. n. 5. 6. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 23. not. 5. p. 687.* Et connumerantur penſio, ſemen & expenſæ, poſtea numeratur pretium fructuum perceptorum, ut ſic appareat, an læſio magna ſit, an non, *Brunnem. ad. l. 8. C. locat.* valor enim fructuum ſimul conſiderandus, qui ſolet tempore ſterilitatis augeri, *Brunnem. ad l. 15. locat. n. 15.* confer. omnino *Mev. p. 9. dec. 145.* ubi ſolicite inquiritur, quænam expenſæ in computationem non veniant, v. g. ſemen, quippe cujus damnum ad colonum pertineat, *l. 15. §. 2. & 7. locat.* add. *Struv. ex. 24. th. 16.*

35. Verum illam ſententiam, quod remiſſio mercedis peti non poſſit, niſi conductor læſus ſit ultra dimidium, nec rationi, nec legitibus convenire; ſed quanta debeat eſſe læſio, ut exoneratio ſeu remiſſio mercedis ſit concedenda, & quousque mercedem remitti oporteat, ex æquo & bono, ratione circumſtantiarum, & juxta boni viri, talium rerum notitiam ha-

Digitized by Google

bentis, arbitrium, judicem æſtimari debere, adeo, ut conductor exonerationem mercedis pro rata conſequatur, nihil vero præſtet mercedis nomine, ſi plane nullos, ob caſus fortuitos, perceperit fructus, tradit *Struv. ex. 24. th. 16.* confer. *Mev. p. 9. dec. 144. Franzk. ad ff. tit. locat. n. 106. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 133. ſeq.* Imo ipſe *Carpz. d. def. 11. n. 3.* ait, quod non ſemper reſpiciendum ſit ad læſionem ultra dimidium, ſed quandoque, circa æſtimationem magnæ ſterilitatis, communis & circumcolentium opinio conſiderari debeat, add. *Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 1.*

36. Quod ſi ſterilitas ex qualitate agri contingat, ut, ſi forte ſit frigidus vel ſabuloſus, exoneratio penſionis peti non poteſt, *Lauterb. colleg. tit. locat. §. 83. Stryck. uſ. mod. tit. locat. §. 79.* Nec conductor remiſſionem impetrat, ſi agrum, ut decet, non coluerit, licet eo anno ſterilitas ſecuta ſit, *Lauterb. c. l. §. 85.* item, ſi valor frumenti ſaltem ſit diminutus, *Brunnem. ad l. 15. tit. locat. n. 9.*

37. Facta remiſſione ex cauſa ſterilitatis primo anno, ſi ubertas poſtea contingat, integra penſio etiam pro anno ſterili exigi poteſt: quia quod ſterilitas abſtulit, ubertas reſtituit, *l. 15. §. Papinianus. locat. Carpz. p. 2 c. 37. d. 12. Harprecht. in pr. n. 81. J. de locat. & conduct.* niſi de facienda in ſingulos annos remiſſione convenerit, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 3. Carpz. d. c. d. 13. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 9. §. 25.*

38. Non ſola ſterilitas remiſſioni cauſam præbet, ſed &, ſi aliunde res conducta caſum adverſum paſſa ſit, veluti ex incurſione hoſtium, vi majore fluminis, graculorum &c. aut ſi quid ſimile acciderit, dam-

Digitized by Google

damnum domini eſt ſeu locatoris, non coloni, ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes fundi præſtare cogatur, *Gail. lib. 2. obſ. 23. n. 2. & 3.* Ex æquo & bono igitur penſionis remiſſio fieri debet, licet conductor expreſſe de hac ſibi non proſpexerit, *l. 15. §. 2. & 7. l. 25. §. 6. locat. l. 8. C. eod. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. cent. 1. caſ. 76. & 77. Carpz. d. c. d. 14.*

39. Si conductor in ſe recepit periculum caſuum omnium fortuitorum, audiendus non eſt, ſi poſtea remiſſionem mercedis petat ob cauſam ſterilitatis, hoſtilitatis, peſtis emergendis, aliumque ob caſum fortuitum, qui ſupervenit, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 2. n. 2. & def. 53. n. 1. Carpz. d. c. d. 17. n. 2.*

40. Periculum fructuum jam perceptorum ad conductorem pertinet, iisque perditis, remiſſio penſionis peti non poteſt, *Carpz. p. 2. c. 37. d. 20. Brunnem. ad l. 15. locat. Struv. ex. 24. th. 17.* Percepti autem dicuntur fructus, quam primum ſunt collecti, & in horreo reconditi, non autem, ſi tantum a ſolo ſunt ſeparati; dummodo non ſteterit, per conductorem, quo minus eos colligeret ſuo tempore, *A. Fab. d. tit. 41. def. 21. Carpz. d. def. 20. n. 8. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 414. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* diſſentiunt *Franzk. ad ff. tit. locat. n. 150. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 23. not. 5. p. 687.* putantes, locatorem teneri ad remittendam conductori mercedem, ſi damnum caſu contigerit circa fructus, nondum trituratos, quamvis illi a ſolo ſeparati, collecti, in horreumque convecti ſint.

41. Multo minus conductor, qui tempore lo-

cationis conductionis pecora ſua, aliasve res proprias perdidit, aliudve damnum ſenſit, reſtitutionem a locatore petere, vel remiſſionem penſionis impetrare valet, *l. 6. C. de pignor. act. Carpz. d. c. d. 21.*

42. Conductor de levi tantummodo culpa, non etiam de leviſſima tenetur, *Harprecht. in §. conductor autem. 5. n. 8. J. de locat. & conduct. Carpz. p. 2. c. 37. d. 24.*

43. A locatore culpa conductoris eſt probanda, ſi damnum in ædicus conductis per ignem fuerit datum, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 200.*

44. Si in tributa & collectas aliquid impendendum fuerit conductori, hoc juſte repetit a locatore, *Klock. de contribut. c. 11. n. 169. & ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. locat. cond. §. 78.* Quorſum etiam ſumtus in hoſpitationem militum impenſi pertinent, *Carpz. d. c. d. 15. Tabor. de metat. p. 2. c. 3. th. 17. ſeq.* Quodſi vero collecta perſonis impoſita fuerit, e. g. capitatio, das Kopff-Geld, hujus nomine nulla datur repetitio, *Stryck. c. l.* Nec repetuntur onera fructuum, quæ ipſe conductor ferre tenetur, veluti ſunt decimæ, *c. 24. X. de decim. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 165. n. 3.* Quod ſi vero locator eas reticuerit, contra illum eo nomine conductori dabitur regreſſus, *Wernher. d. obſ. 165.*

45. Conductor repetit a locatore expenſas neceſſarias & utiles, in rem locatam factas, *l. 9. §. 1. l. 19. §. 5. l. 55. § 1. l. 60. §. 8. l. 61. pr. locat. cond. Cujac. lib. 4. obſ. 10.* etiam eas, que fructuum colligendorum cauſa ſunt factæ, modo perpetuam rei utilitatem præſtent, *Carpz. d. c. d. 26. Fachin. lib. 1. controv. 85.* non autem uſuras impenſarum, *Carpz. d. c. d. 27.* Et colonus, qui

qui ſe fundum ſuis impenſis arboribus conſiturum promiſit, eas repetendi jus habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 296.*

46. Colonus parte fundi a ſe meliorata libere, ſine augmento mercedis, utitur, quamvis locator expreſſa conventione ad expenſas melioralionis eidem reſtiduendas ſe obligaverit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 491,* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 23. not. 2. p. 686. Stryck. uſ. mod. tit. locat. cond. §. 80.*

47. Conductor in re locatori reſtituenda, contumax non illam tantum, ſed & præterea ejus æſtimationem præſtare tenetur, *l. 34. C. de locat. cond. Wernher. ſel. obſ. for. p. obſ. 23.*

48, Conductor prædii, qui ſimul cum inventario certam quantitatem frumenti, nondum e ſpicis excuſſi, conſecutus eſt, non tenetur, finita locatione, tantundem reſtituere, ſi illud, quod reſtituit, melius frumentum fuerit eo, quod accepit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 89.*

49. Colonus adverſus locatorem, qui penſionem ab ipſo petit, cauſam proprietatis fruſtra allegat, *l. 25. C. de locat. cond.* niſi fortaſſis in continenti oſtendere poſſit, quod tempore conductionis ignoraverit, rem jure proprietatis ad ſe ſpectare, aut quod poſtea dominium adeptus fuerit, *l. 9. §. ult. locat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 387.*

50. Re duobus locata, ille eſt præferendus, cui res primo tradita, non autem ille, cui res primum locata, *arg. l. 15. C. de R. V. Zoeſ. ad ff. tit. locat. n. 6.* Alii vero *d. l. 15.* ad locationem conductionem extendi poſſe negant, adeoque priorem ſemper præferendum eſſe, licet poſteriori res ſit tradita, volunt, vid. *Scheffer. lib. 2. qu. 8. Horn. cl. u. R. 69. p. 719. b.*

(K) 5 LOCA-

Digitized by Google

LOCATIO CONDUCTIO OPERARUM.

1. Aliqui diverſitatem hic conſtituunt inter locationem *operis & operæ*, ut hic quidem eadem obtineant, quæ in locatione rerum: in locatione operis vero invertendas eſſe actiones dicunt. Qui enim opus faciendum locat, ille mercedem ſolvit, qui vero opus faciendum conducit, mercedem accipit, ut eapropter hoc caſu actio conducti detur ad ſolvendam mercedem, quum alias actio locati eo tendat, vid. *Franzk. ad ff. tit. locat. n. 78.*

2. Sed hic revera tantum luſum circa vocem eſſe, & vocem conductionis improprie ſummi pro redemtione operis, vor die Ubernehmung eines gewiſſen Wercks oder Gebäudes, pro qua redemtione mercedem nondum accipi, ſed pro opera illa, quam in opus illud impendere quis vel ipſe, vel per alios ad hoc ſubconductos debet; unde revera locatorem operæ manere & alterum conducere operam ipſius ad negotium illud perficiendum, ut ſic in effectu juris res eodem redeat, docet *Stryck. in uſ. mod. tit. locat. §. 2.*

3. Si pro opera non merces, ſed alia res, ſive ſit fungibilis, ſive non, datur vel promittitur, hic contractus degenerat in contractum innominatum: *do, ut facias.* Caveat ergo hic ſibi locator operæ, ne ſit contentus, ſi ſibi pro opera alia res promittatur, propter facultatem poenitendi, quæ in contractibus innominatis ſemper ſecundum principia juris Romani ſalva eſt, ſed potius de certa mercede conveniat ab initio, ubi non nocebit, ſi pro eadem aliam rem æſtimato acceperit, *Stryck. de inveſtig. act. ſect. 1. membr. 6. §. 50.*

4. Si quis operam alienam conduxerit, actione conducti contra locatorem experitur, ut operas fideliter

liter expediat, vel intereſſe, quod generale eſt in omni obligatione ad factum, præſtet; a qua actione ſe non liberabit locator, utut caſu fortuito impeditus ſit, quo minus faceret. Nam in obligatione facti caſus nocet facienti. Ex æquitate tamen non intereſſe petitur, ſed tantum merces hoc caſu reſtituitur, vel conductor a neceſſitate præſtandi mercedem liberatur, *l. 15. §. 6. locat. Stryck. c. l. §. 51.* Quod ſi vero ipſe locator in culpa eſſet, quo minus operas præſtaret, ad omne id, quod conductoris inter eſt, obligatur, *Stryck. c. l.*

5. Locatori operæ competit actio locati contra conductorem, ut mercedem promiſſam exſolvat, non tantum ſi opus illud factum, ſed & ſi per conductorem ſteterit, quo minus fieret, *l. 19. §. 9. l. 38. pr. locat. Stryck. c. l. §. 52.*

6. Si quis opus perficiendum per averſionem in ſe recepit, pretium operæ ante opus perfectum de jure exigere nequit, niſi aliud conventum; imo periculum operis interim ſuſtinet artifex, donec opus approbatum, niſi penitus vi majori perierit. ſi vero per ſingulos dies quis pretium pactus eſt, per ſingulos quoque dies pretium exigere poteſt, *l. 51. §. 1. locat. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 6. n. 16. ſeq. Stryck. c. l.*

7. Qui indefinite & ſine temporis mentione operas promiſit, quandocunque renunciare, & vice verſa ab altero pro lubitu dimitti poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p 31 obſ. 133.*

8. Quando quis operas alteri ad annum locavit, tacita earum reconductio ad idem tempus facta intelligitur, adeoque eadem merces, quæ in priorem annum

num promiſſa erat, pro altero anno debetur, *Mev. p. 7. dec. 8. Berger. œcon. jur lib. 3. tit. 5. th. 20. not. 2. p. 680. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 2.*

LUDUS.

1. Nemo ad ea ſolvenda, quæ ludo perdita ſunt cogi poteſt, *l. 1. & 3. C. de aleat. Rec. Imper. de an. 1570. §. 211.* **Weichb.** *art. 101. Coler. p. 1. dec. 173. n. 8. Carpz. lib. 6. R. 96. n. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 100. n. 3.*

2. Imo victus & heres ejus ludo perditum & ſolutum condicere poteſt, non tantum ab ipſo victore, ſed & ejus heredibus, *l. 2. C. de aleat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 7. not. 4. p. 812. Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 2.* Etſi victus pecuniam repetere negligat, id facere poteſt, vel ejus pater, vel magiſtratus civitatis, vel tandem fiſcus, *d. l. 2. Stryck. c. l.*

2. Aſt moribus pecuniam ludo perditam & jam ſolutam non poſſe repeti, niſi fraus in ludendo intervenerit, vel quis alterum ſollicite ad ludendum incitaverit, vel non tam pecunia, quam veſtis aut ſuppellex in ſolutum data, vel in magnum familiæ diſpendium ingens pecuniæ vis perdita ſit, tradunt *Coler. p. 1. dec. 173. n. 7. Carpz. pract. crim. qu. 134. n. 26. Grœneweg. de leg. abrog. ad pr. tit. de aleat. Brunnem. ad l. 1. de aleat. n. 10.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit 6. en. 12.* Hoc ſuppoſito, magiſtratui tamen vel fiſco ſalvam manere repetitionem perditi, putat *Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 4.*

4. Nec hos mores aliter excuſari poſſe, quam ſi inter illas perſonas exerceatur ludus, quæ donandi licentiam habent, hoc eſt, quæ ſui juris & liberam bonorum adminiſtrationem habent, & non plus ludo perda-

Digitized by Google

perdatur, quam quantum donando in alium transferri poterat; adeoque nullum juvenem, qui parentes vel curatores habet, ludo quicquam, exponere poſſe; pariter, ſi ultra 1000. thaleros quid perditum ſit, hoc repeti poſſe, cum nec ulterius ipſe citra judicialem inſinuationem donare poſſit; imo liberos revocare poſſe, ſi tantum a parentibus ludo amiſſum, ut legitima ipſis ſalva non ſit, docet *Stryck. c. l. §. 6.* add. *Farinac. qu. 109. n. 187. Huber. prælect. ad ff. tit. de aleat. §. 5.*

5. E contra pecuniam, ludendo perditam & ſolutam, etiam hodie regulariter condici & repeti poſſe, contendunt & præjudiciis comprobant *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 214. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 7. not. 4. p. 812. & p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 11. p. 55. ſeq. Horn. cl. 11. R. 100. p. 777.* niſi quod *jure Saxonico Elect.* cum in *Ord. Pol. tit 8.* ad certum modum reſtricta ſit ludendi licentia, pro diverſitate perſonarum, non niſi id, quod ultra quantitatem permiſſam ludendo perditum ac ſolutum condici queat, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 7. p. 813. Wernher. d. obſ. 214. n. 12. 13.*

6. Denegatur colluſori, receptatori aut cauponi, imo & cuivis tertio repetitio pecuniæ, ad ludendum mutuo datæ, *Berlich. dec. 66. Brunnem. ad l. 8. pro emtor. n. 3. Struv. ex. 15. th. 57. Berger. œcon. c. l. not. 4. p. 812.* Sed quoad tertium dubium movet *Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 10.* imo expreſſe diſſentit *Carpz. pract. crim. qu. 134. n. 27.*

7. Haud raro evenire ſolet, ut luſores pallium aliquod improbatæ obligationi circumdent, & chirographum ſibi, velut ex mutuo illa deſcenderet, dari curent; quo caſu quæritur, utrum exceptio ludi cum effectu

effectu opponi queat? Et quidem jure Romano expeditum eſt, ejusmodi chirographum a poſſeſſore per condictionem repeti poſſe, *l. 1. C. de aleat.* atque adeo multo magis exceptioni locum fore, *l. 156. §. 1. de R. J. Stryck. c. l. §. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 402. n. 1. 2.*

8. Aſt apud Saxones exceptio pecuniæ ludo deperditæ, contra inſtrumentum guarentigionatum oppoſita, in reconventionem rejicitur, niſi in continenti ſit liquida, *Wernher. de obſ. 402. Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 7.* multo minus effectum juris cambialis ſuſpendere poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 100. Stryck. c. l. §. 8.*

9. Conſulere tamen ſibi poteſt reus, ſi non tam exceptionem ludi, quam pecuniæ non numeratæ objiciat contra chirographum, *Wernher. d. obſ. 402. n. 4. Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 11. p. 55.*

10. Quid, ſi ſuper pecunia, quam quis ex ludo debet, tranſactum ſit, an tunc valide petatur? ita putat *Stryck. c. l. §. 9.* ex ea ratione, quia pecunia non amplius ex ludo, ſed ex tranſactione & nova obligatione petitur: diſſentit vero *Berger. c. l. p. 59. & Carpz. pract. crim. qu. 134. n. 24.*

11. Qui alium ad ludendum compulit, pecunia mulctatur, vel in vincula publica conjicitur, *l. 1. in fin. de aleat. Huber. prælect. ad ff. tit. de aleat. §. 3.* Nec venia digni, qui, licet ab initio ad luſum non coegerint, victi tamen dimittere nolunt, *l. 2. pr. eod. Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 2.*

12. In Saxonia per *conſtitut. Elector.* pœna arbitraria luſoribus imminet, & hoſpes, qui ædes ſuas luſoribus præbet, quavis vice in 20. thaleros condemnandus, aut carceri mancipandus, *Carpz. d. qu.*

134.

Digitized by Google

134. n. 18. & *ſeq.* eamque pœnam adhuc hodie obtinere comprobat præjudicium, quod habet *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 214. n. 15.* Imo &, qui in luſu doloſe egit, alioſque decepit, quamvis inde nihil lucratus fuerit, relegatione puniri poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſpr. crim. obſ. 56.* add. *Wernber. c. l.*

13. Receptatori luſorum nulla datur actio, ſi injuriam vel damnum a luſoribus paſſus eſt, *l. 1. pr. de aleat. Huper. c. l. §. 2.* Idque in foro adhuc obtinere, teſtis eſt *Hahn. ad Weſenbec. tit. de aleat. n. 2.* Quod quidem παράδοξον & παράνομον vocat *Wiſſenbach. ad ff. tit. eod.* quia iſto modo invitarentur homines ad damna & injurias inferendas. Verum ſalva res eſt, utut enim cauponi vel receptatori denegetur actio, utpote qua indignus eſt, dum in re illicita verſatur, interim tamen magiſtratui manus non ligantur, quo minus in talia delicta inquirere, & luſores damnum inferentes una cum receptatore punire poſſit, *Schilter. ex. 21. th. 23. Huber. c. l. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 11. Berger. Reſol. Lauterb. tit. de aleat.*

M.

MAGIÆ CRIMEN.

1. Jure civili certa hujus criminis pœna non eſt definita: ultimum tamen ejus eſſe ſupplicium, imo etiam ignis, conſtat ex *l. 3. l. 5. §. fin. l. 6. C. de malefic. & mathem. l. 3. §. 52. l. 13. ad. leg. Cornel. de ſicar.* vid. *Carpz. pract. crim. qu. 49. n. 1. ſeq.*

2. Jure imperii magi atque venefici flammis ſunt concremandi, quando magicis artibus ſuis damnum fecerint: alioquin autem eorum pœna eſt arbitraria, *Conſtit. Crimin. Carol. art. 109.* quæ quoque ad ignem extendi poteſt, veluti, ſi pactum cum diabolo inie-

Digitized by Google

inierint ſagæ, & ſi ſimul venere nefanda cum dæmone uſæ fuerint, *Theodoric. in colleg. crimen. diſp. 7. th. 6. lit. c. Carpz. c. l. n. 7. 8.* ubi etiam, quod ab hoc intellectu non diſcrepet jus Saxonioum commune in Land-R. *lib. 2. art. 13.* add. *Coler. p. 1. dec. 180. n. 6. Berger. p. 1. ſupplem. ad Juriſpr. crimin. obſ. 37.*

3. Jure Saxonico Electorali expeditum eſt, pœnam magiæ, inito cum diabolo pactum expreſſo, eſſe ignem, quamvis damnum datum non ſit, *Conſtit. Elect. Sax. 2. p. 4. Carpz. pract. crim. qu. 49. n. 13. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 13. p. 838.*

4. Eodemque jure ignis ſupplicium infligendum eſt maleficis ac lamiis, quæ cum diabolo concombunt, ac nefandiſſimam libidinem exercent, licet expreſſis verbis diabolo ſe non obſtrinxerint, *Carpz. c. l. n. 29. & 45. & p. 4. c. 2. d. 3.* Ad quam pœnam vero deveniri non poteſt, niſi de corpore delicti vel præſumtionibus ſaltem veroſimilibus conſtet, *Carpz. d. c. d. 5. & pract. crim. d. qu. 49. n. 56. ſeq.* ubi quædam indicia refert, quæ examinat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 4. n. 56. ſeq.* add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſprud. crimin. obſ. 136. 138. & 151.* Quæ tamen commixtio ſatanica diſſolvit matrimonium, ſi forte contingat, ſagam haud mortis ſupplicio puniri, *Carpz. d. c. d. 4.*

5. Si magi, nondum accuſati vel incarcerati, veram agant pœnitentiam, a fœdere cum diabolo inito recedendo, pœna ignis ordinaria mitigari, in ejuſque locum pœna gladii ſubſtitui poteſt, *Moller. ad c. 2. p. 4. n. 26. Carpz. pract. crim. c. l. n. 77. ſeq.*

6. Magi, qui, abſque expreſſo pacto cum diabolo inito, damni quid inferunt, gladio puniuntur, ſive damnum ſit leve, ſive ingens, *Conſtit. Elect. Sax. 2. p. 4.*

idque

Digitized by Google

idque etiam obtinet jure civili, *Carpz. pract. crimin. qu. 50. n. 5.* Neque ab eo diſcrepare *Ordin. Carol. art.* 109. & Land = R. *lib. 2. art. 13.* putat *Carpz. c. l. n. 7. 8.* Neque refert; an hominibus aut jumentis nocitum fuerit; an interfecti aut doloribus ſaltem affecti fuerint, *Berlich. p. 4. concluſ. 5. n. 51. Carpz. c. l. n. 23. ſeq.* Eademque pœna afficiuntur, quorum juſſu & inſtinctu hoc malum perficitur, *Carpz. c. l. n. 32. ſeq.*

7. Imo gladio plectuntur, qui nec fœdus cum diabolo pangunt, nec cuiquam nocent, & damna inferunt, ſed ſolummodo arte diabolica divinare conantur, in criſtallo, in ſpeculo vel vitro polito dæmonem interrogantes, de rebus furto amiſſis, & aliis conſulentibus reſpondentes, aut alias colloquia miſcentes cum diabolo, vel quid commercii cum illo habentes, *l. 5. C. de malefic. & mathem. Conſtit. Elect. Sax. 2. p. 4. Carpz. pract. crim. qu. 50. n. 37. ſeq.*

8. Qui nec cum diabolo fœdus contrahunt, nec magicis artibus hominibus aut jumentis nocent, nec etiam cum diabolo converſantur, loquuntur, aut commercii quid expreſſe habent, ſed ſolum ſuperſtitioſis remediis, veluti characteribus, imagunculis, ſigillis, ligaturis, chryſtallis, ſpeculis, cribro, ſcypho, conceptis verbis ignotis, quibus ſæpiſſime immiſcetur nomen S. S. Trinitatis & benedictio divina, amuletis ſuperſtitioſis de collo ſuſpenſis, morbos ſuperphyſicos curant, vel maleficia & faſcinationes depellunt vel impediunt, quandoque etiam res furto amiſſas & perditas recuperant, & furem, qui abſtulit, ſignificant, pœna arbitraria, puta, carceris, relegationis & ad ſummum fuſtigationis plectuntur, *Carpz. c. l. n. 49. ſeq.* ita quidem, ut ſacerdotum admonitionem antecedere oporteat, *Carpz. c. l. n. 54. Berger. œcon. jur. lib.*

Digitized by Google

l.b.3. tit. 11. th. 13. not. 3. p. 838. Quemadmodum quoque illi, qui conſulunt magos atque ſortilegos, arbitrarie puniuntur, *Berlich. p. 4. concluſ. 5. n. 49. Carpz. c. l. n. 62. ſeq. Berger. jurisprud. crimin. p. 129. & p. 2. ſupplem. obſ. 137.*

9. Cum iis, qui, ſe cum diabolo conſueviſſe, ajunt, caute procedendum, iique cum miniſtris verbi divini, tum medicis committendi ſunt: confeſſioni enim ſagarum de concubitu cum diabolo non ſtatim credendum, *Horn. cl. 15. R. 26. & 27. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 13. not. 2. p. 838.*

10. Eorum, qui magiæ accuſantur, animi & corporis conſtitutio a peritis medicis & chirurgis inquirenda eſt, *Horn. cl. 15. R. 27. p. 1064. b. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 4. n. 72.*

11. In univerſum circa hoc negotium monet *Beyer. delineat. jur. crim. ad art. 44. poſ. 19. ſeq.* diſcernendam eſſe magiam naturalem a ſupernaturali; illam, ſi aliis noceat, etiam illicitam eſſe, ſed non ultimo ſupplicio expiandam; neque per ſævos cruciatus atque tormenta indagandam.

MAGISTER POSTARUM.

Vid. loc. *poſtarum magiſter.*

MAGISTRATUS.

1. Magiſtratus pro ſe ſemper habet præſumtionem, quod recte & juſta ratione motus, neutiquam vero injuriarum cauſa, fecerit ea, quæ fecit, *Harprecht. ad §. non ſolum. 11. n. 63. J. de injur. Carpz. lib. 2. R. 64. n. 1. ſeq.* modo cum cauſæ cognitione, & juris ordine ſervato, rite & legitime procedat: alias hiſce neglectis validiſſima contra ipſum eſt præſumtio, quod inique & injurioſe fecerit, *Harprecht. c. l.*

2. Non

2. Non tenetur magiſtratus ad intereſſe, aut actione injuriarum, ex facto ſuo, circa juſtitiæ adminiſtrationem, ſi vel nullum probari queat partis intereſſe, vel judex ad mandatum principis proceſſerit, *Carpz. d. R. 64.*

3. In dubio magiſtratui obtemperandum eſt, nec ſcrupuloſe in juſtitiam juſſus inquirendum, *c. 4. c. 23. qu. 1. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 26. §. 3.*

4. Magiſtratus autoritas omnem fraudis & læſionis præſumtionem tollit, ac defectum, quo alias negotium laborat, ſupplet, *l. 19. C. de teſtam. l. 17. C. de pact. c. 16. §. ult. X. de ſent. & rejud. Gail. lib. 2. obſ. 1. n. 10.*

5. Magiſtratus civitatum jus fiſci non habent, *Stryck. uſ. mod. tit. de jur. fiſc. §. 3.* Aſt in Saxonia magiſtratus, qui merum imperium habet, jure fiſci gaudet, *Beſold. theſaur. pract. voc.* Erbloſe-Güther, *in fin. Stryck. c. l.* §. 4. non quidem generaliter, ut vulgo efferri ſolet, ſed certo tantum modo: cum non niſi aliqua fiſci jura, ac inter illa inprimis jus bona vacantia occupandi mero imperio cohæreant. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 53.*

6. Magiſtratus pecuniam hereditariam, quæ intra quadraginta & plures annos extracta non eſt, ſibi vindicare non poteſt, *Wernher ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 213.*

7. Deficiente lege ſuperioris circa pondera & menſuras, de illis ipſis ſtatuere poteſt magiſtratus, ſalva tamen ſummi magiſtratus autoritate, *Dinner. de pret. rer. juſt. qu. 3. n. 6. Horn. de confirm. ſtatut. municip. th. 23.*

8. Menſura autem a principe conſtituta & ſancita, ad magiſtratum pertinet, eam conſervare, & ne

fraus aliqua committatur, ſedulo diſpicere, *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 45. §. 12.*

9. Magiſtratus rebus ad annonam pertinentibus certum pretium ſtatuere poteſt, *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 46. Dinner. c. l. qu. 4.* &, licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales condere valet ordinationes, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 2.* cum jus politiæ etiam illis magiſtratibus, qui jurisdictionem non habent, competit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 178.*

10. Magiſtratus ordinationes de rebus ad politiam pertinentibus, ſuo arbitrio, non auditis ſubditis, mutare poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 390.*

11. Magiſtratibus municipalibus, nec non nobilibus permiſſum eſt, ut leges veſtiarias, vel antiquas recognoſcant, atque emendent, vel novas etiam ferant, *Ord. Polit. Elect. Sax. de an. 1661. tit. 22. §. 2. & 3. Berger. p. 1. R. 266.*

12. Magiſtratus ſubditorum in urbe liberos ad operas, ipſi præ extraneo locandas, cogere nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 193.*

13. Magiſtratui vel domino terrarum non eſt jus cogendi ſubditos, ut fruges & victualia ipſi, non aliis, pro pretio, utut æquo, vendant, niſi id exigat civium vel propria indigentia. Secuti enim in civitate magiſtratui integrum eſt, civibus exportationem prohibere, quando cives indigent: ſic etiam domino terræ, qui jurisdictionem habet, propter ſuam indigentiam permittendum, ut ſubditos ad venditionem ſibi faciendam compellat, modo tunc æquum pretium ſolvat, vid. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 585. Mev. p. 2. dec. 279.*

14. Quisque magiſtratus, etiam municipalis, bona patrimonialia & ſibi propria, cum excluſione civi-

civium, poſſidere poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 134.*

15. Magiſtratus oppidanus de propriis & civitatis bonis regulariter ad reddendas Cameræ Principis rationes non tenetur, niſi conſuetudo ibidem probata obtineat, aut civitas de mala adminiſtratione apud principem conqueratur, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 11. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F centur. 3. conſil. 96 p. 1526.* magiſtratus enim malæ adminiſtrationis a civibus accuſari poteſt, *Berger c. l. centur. 2. conſil. 80. p. 1276.*

16. Magiſtratus ab adminiſtratoribus rerum collegii cujuſdam in civitate rationes exigere nequit: nam rationes reddi non debent, niſi dominis, ſeu ad quos res adminiſtratæ pertinent, quorum vicem magiſtratus non ſuſtinet. Tantum huic erit inſpectio, ſi aut ſuper rationibus inter collegas ſit diſcordia, ideo interponenda jurisdictio; aut ſi rei publicæ, ob abuſum facultatum collegii; aut aliorum, quibus inde reditus debentur, at non præſtantur, intereſt, recte adminiſtrari aut diſpenſari, *Mev. p. 7. dec. 177.*

17. Membra magiſtratus in rebus, ad officium pertinentibus, ſi fines officii ſui non excedant, ex ærario publico ſunt defendenda, *Horn. cl. 2. R. 28. n. 1.*

18 Magiſtratus juſte civem cogit, ut deſolata in urbe vel reædificet, vel reædificaturo vendat, *Mev. p. 8. dec. 239.*

MAJESTATIS LÆSÆ CRIMEN.

Vid. loc. *læſæ majeſtatis crimen.*

MANDATUM CUM VEL SINE CLAUSULA.

1. Madatum *cum clauſula* eſt, cui annexa clauſula juſtificatoria, ſive quo reo facultas opponendi exceptiones ſuas reſervatur; mandatum *ſine clauſula* vero

Digitized by Google

vero eſt, quo ſimpliciter aliquid, vel cum, vel ſine pœna, injungitur, ſine ulla facultate jus ſuum in contrarium deducendi, & interdum ſubjicitur clauſula *paritoria*, ut ſcil. reus in certo ipſi ſimul præfixo termino doceat, quomodo huic mandato paruerit, *Stryck. uſ. mod. tit. de interdict. §. 3.*

2. Mandatum *ſine clauſula*, quod reſpuit omnes exceptiones, præter exceptionem ſub & obreptionis, *Gail. lib. 1. obſ. 14. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 6. not. 4. p. 1180.* juxta *Ord. Camer. p. 2. tit. 23.* non decernitur, niſi in quatuor caſibus: 1) ſi factum tale ſit, quod omni jure, vel de conſuetudine prohibitum, & ita comparatum, ut nullo jure juſtificari queat, *Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 5. & obſ. 13. n. 3.* confer. omnino *Mindan. lib. 2. de mandat. c. 11. n. 2. ſeq.* v. g. contra prohibitionem permiſſæ negotiationis, *Mev. p. 6. dec. 156. Stryk. c. l.* 2) ſi factum tale ſit, ut irreparabile damnum inferat, *Stryck. c. l. Berger. c. l.* 3) ſi factum ad publicam perniciem tendat, *Stryck. c. l.* 4) ſi cauſa moram non ferat, v. g. ſi metus armorum præſentiſſimus adſit, ſi alimenta denegentur, ſi quis in carcere cum fame, ſqualore, & inedia, cum ſalutis, ſanitatis ac vitæ diſcrimine detineatur, &c. *Stryck. c. l.*

3. Pro relaxando captivo decernuntur mandata *cum clauſula*, etſi cauſa adhuc dubia ſit, *Mev. p. 1. dec. 2.* non item *ſine clauſula*, *Mev. p. 1. dec. 1.* niſi incarceratus ſtatim doceat vel innocentiam ſuam, & carcerationis, ob indicia ſeu nulla ſ. incongrua, injuſtitiam; vel carceris ſqualorem, &c. *Mindan. lib. 2. de mandat. c. 55. n. 9.*

4. Quodſi fiunt pignorationes ſine juſta cauſa, aut

Digitized by Google

aut pro hac ſuſceptæ modum exceſſerint, per mandatum *ſine clauſula* caſſantur & prohibentur, nec eſt locus appellationi: a mandatis enim ſine clauſula regulariter non appellatur, *Mev. p. 1. dec. 34. n. 19. ſeq. & p. 7. dec. 21. Gail. de pignor. obſ. 13. n. 2. ſeq.* niſi exiſtat caſus, in quo mandatum *ſine clauſula* locum non habeat, *Mev. p. 1. dec. 26.*

5. Mandata *ſine clauſula* etiam ſuper inſtrumentis privatis decernuntur, quatenus iſtorum ſenſus eſt manifeſtus, *Mev. p. 3. dec. 179.* vid. omnino *Mindan. de mandat. lib. 6. c. 20.*

6. Non decernuntur mandata *ſine clauſula*, niſi cum certum eſt jus petentis, *Mev. p. 2. dec. 57. n. 3.*

7. Mandata poſt cauſæ cognitionem decreta vires rei judicatæ accipere moris atque rationis eſſe, ſed ita demum, niſi contra ea exceptiones non injuſtæ proferantur, *Mev. p. 8. dec. 227. n. 1. 2.* per has enim mandatorum vis ſuſpenditur, &, licet *ſine clauſula* ſint, in ſimplicem citationem reſolvuntur, *Gail. lib. 1. obſ. 71. n. 2. Mev. c. l. n. 3.*

MANDATUM EXTRAJUDICIALE.

1. Mandatum generale ad alienandum non ſufficit: quia alienatio eſt actus magni præjudicii; atqui ejuſmodi actus ſine ſpeciali mandato expediri haud queunt, *l. 27. de minor. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 242.*

2. Mandatum generale *cum libera*, in negotiis axtrajudicialibus, omnes actus, qui alioqui ſpeciali opus habent mandato, complectitur, *Berger. dec. 254.* Plane clauſulam *cum libera*, etiam in mandatis extrajudicialibus ſuperfluam eſſe, nullumque effectum habere,

Digitized by Google

bere, adeoque nihil intereſſe, utrum univerſorum bonorum adminiſtratio alicui mandata ſit, an vero mandata ſit *cum libera?* ac proinde adminiſtratorem non magis poſteriori, quam priori caſu alienare poſſe, pro ſuo arbitrio, abſque urgente neceſſitate vel utilitate, latius demonſtrat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 216. & in ſupplem. ad eand. obſ.* add. *Vinn. ſel. quæſt. lib. 1. c. 9. Huber. prælect. ad J. tit. de rer. diviſ. §. 56.* diſſentiunt *Hilliger. in Donell. lib. 18. c. 12. Brunnem. ad l. 58. de procurat. Struv. ex. 8. th. 25. Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 5. not. 1. p. 259.*

3. Mandans ſibi directo, ex contractu mandatarii, & actionem & obligationem non acquirit, *§. 5. J. per quas perſon. cuiq. acquir. l. 38. §. 17. l. 126. §. 2. de V. O.* adeo ut, ſi mandans ex contractu mandatarii agere vellet, actiones prius a mandatario mandanti cedendæ eſſent, ut ita utilibus actionibus experiri poſſet, *l. 8. §. 5. l. 43. l. 45. §. 5. mandat.* Verum hodie dominum ex contractu ſui procuratoris directo ſine ulla ceſſione agere poſſe, docent *Groenweg. de leg. abrog. ad l. 49. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Schilter. ex. 27. th. 4. Stryck uſ. mod. tit. mandat. §. 6.*

4. Mandatarius fines mandati excedens mandantem non obligat, *l. 4. l. 5. pr. l. 12. mandat. l. 10. C. de procurat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 197.* Mandatarius tamen utrique, & mandanti, & illi, cum quo contraxit, ad omne intereſſe tenetur, *l. 41. mandat. Carpz. p. 2. c. 20. d. 11. & 12.*

5. Eum, cui mandatum eſt, ut, nundinis Lipſienſibus inſtantibus, Titio ſolveret 100. conſueto ſolutionis tempore, zur gewöhnlichen Zahlungs-Zeit, ex mandato teneri, ſi antea, noch vor der Zahl-Woche, ſolvat

ſolvat Titio, deinceps foro cedenti, contra *Carpzovium dec. 132.* docent *Schilter. ex. 28. th. 83. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 37. not. 1. p. 710.*

6. Mandatarius mandanti reſtituere debet accepta ex mandato, licet occaſione mandati ad eum tantum pervenerint; etiam contra voluntatem mandantis, v. g. ſi ſine uſuris credere debuiſſet, uſuras vero acceperit, has reſtituere debet, *l. 10. §. 3. & 8. mandat. ibique Brunnem. n. 11.*

7. Ille, qui ſibimet ipſi debitorem obligatum habet, &, mandato meo meum debitum ab eodem recipit, mihi tenetur, ſiquidem mandantis credito ſuum anteferre velit, modo, diſſimulato ſuo credito, mei ſuſceperit exactionem, *Berger. c. l. not. 2.*

8. Mandatarius, qui receptam, mandantis nomine, ſive ſortem, ſive uſuram, in ſuam convertit utilitatem, ad maximas, i. e. centeſimas uſuras tenetur, *l. 38. de negot. geſt. Berger. c. l. not. 5. p. 711.* ſed id ipſum hodie nuſquam ſervari, cum *Huber. prælect. ad ff. tit. de uſur. §. 20.* docet ipſe *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. mandat. qu. 4.*

9. Ille, cui a mandante pecunia transmiſſa culpa mandatarii, ut puta, tabellarii, periit, etiam actionem contra tabellarium habet, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 6.*

10. Mandatarius extrajudicialis alium ſubſtituere poteſt, *l. 8. §. 3. mandat. Mev. p. 5. dec. 176. n. 4. Stryck. uſ. mod. tit. mandat. §. 12.* modo æque habilem ſubſtituat, *Wiſſenb. ad ff. diſp. 22. n. 15.* niſi certæ perſonæ induſtria ſit electa, *Gail. lib. 1. obſ. 97. n. 6. Stryck. c. l. §. 13.* vel negotia ſint ardua, quæ ſingularem induſtriam & præcautionem requirunt, *Mev. d. dec. 176. n. 5. Lauterb. colleg. tit. mandat. §. 7.* vel mandatum re-

Digitized by Google

reſpiciat operas alicujus ſingulares artificiales & ingenioſas, *l. 31. de ſolut. ibique Brunnem. n. 1.* vel procurator ad alienandum ſit datus, *Lauterb. de procurat. ſubſtit. c. 3. §. 5. in fin. Stryck. c. l. §. 15.* vel denique mandatarius ſit univerſalis, *Stryck. c. l. §. 16.*

11. Mandatum quidem regulariter eſt gratuitum, honorarium tamen admittit, *l. 6. pr. l. 7. mandat.* quod, ſi pacto determinatum, peti poteſt, *Stryck. c. l. §. 18.* Si vero incertum promiſſum ſit, veluti, ſi dixerit: Ich will ihm vor ſeine Mühe einen guten Recompens geben, actio deficit, *l. 56. & pen. mandat. Stryck. c. l.* niſi mandatarius ſit perſona, quæ non ſolet ſine honorario operas gratis præſtare, ubi ſunt procuratores judiciales, advocati, *Franzk. ad ff. tit. mandat. n. 37. ſeq. Lauterb. colleg. tit. mandat. §. 15.*

12. Sumtus, bona fide facti, mandatario ſunt reſtituendi, ſive negotium plane non, *l. 56. §. ult. mandat.* ſive infeliciter, *l. 4. C. eod.* finitum ſit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 37. not. 7. p. 711.* ſive etiam mandatarius ſalarium acceperit, *l. 10. §. 9. mandat. Berger. c. l.*

13. Reſtituendum eſt mandatario omne damnum, quod ex re mandata ſentit, accedente mandantis culpa etiam leviſſima, *l. 61. §. 5. de furt. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 27. th. 7.*

14. Ad caſum fortuitum præſtandum mandans non tenetur, *l. 26. §. 6. mandat. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. mandat. qu. 5.* niſi quis res neceſſarias ad iter, quas alias ſecum non ſumſiſſet, in itinere perdiderit, *Brunnem. ad l. 26. mandat. n. 8.* confer. *Carpz. p. 2. c. 20. d. 14.* diſſentit. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 50. ſeq.*

15. Solvitur mandatum renunciatione mandantis, etiam re non amplius integra, ſi mandans indemni-

demnitatem illorum, quæ jam inchoata ſunt, præſtare poſſit & velit, *l. 15. mandat. Struv. ex. 22. th. 17.*

16. Nec minus mandatarius mandato tempeſtive, i. e. quamdiu mandanti integrum eſt, negotium per alios expedire, vel ex juſta cauſa, v. c. ob valetudinem, renunciare valet, *l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. mandat. Struv. c. l. §. 18. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 38. p. 712.* Ad intereſſe autem tenetur, ſi ſuſceptum negotium plane deſeruerit, vel non legitime impleverit, *§. 11. J. mandat. l. 6. §. 1. eod.* vel doloſe aut intempeſtive renunciaverit, *l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. mandat. Struv. c. l.*

17. Alterutrius quoque morte ſolvitur mandatum, re ſcil. adhuc integra, *§. 10. J. mandat. l. 26. pr. l. 27. §. 3. eod.* adeo ut mandatarius, ſi poſt mortem mandantis integrum mandatum exequatur, actionem non habeat contra heredes, *Struv. c. l. §. 14.* niſi mortem mandantis ignoraverit, *Struv. c. l.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. h. p. 32.* Similiter etiam, mortuo mandatario, ejus heres, re integra, neque tenetur, neque poteſt mandatum exequi, *§. 10. J. mandat. l. 27. §. 3. eod. Struv. c. l. §. 14.* Re autem non amplius integra, heredes, cum mandantis ad indemnitatem, tum mandatarii ad perficienda ea, quæ inchoata ſunt, tenentur, *Struv. c. l. §. 16. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 38. p. 712.*

18. add. loc. *nuncius. th. 1. 2.*

MANDATUM JUDICIALE.

1. In omnibus omnino judiciis legitimatio debet præcedere, nec admittitur procurator abſque mandato, in quo judicium ſubſtantiatur, ut loquitur *Bald. in l. exigendi 12. C. de procurat. n. 4. Zanger. de except. p. 2. c. 7. n. 2. ſeq.* etiamſi cautionem rati offerat, *O. P. S. tit. 7. §. 1. ibique Philipp. conſid. 1.* Quando

do enim ad judicii validitatem multum refert, ut mandatum procuratorium ſit certum, utique de eo ante omnia plena fide conſtare debet, *Mev. p. 2. de* . *155 n. 1.* & judex atque litigantes de procuratorii certitudine ſolliciti eſſe debent, ne judicium ſit inane & eluſorium *Vaſqu. controv. illuſtr. 16.*

2. Jure Saxonico Electorali legitimatio actoris, ante emiſſam citationem, ad acta danda eſt, ſub pœna 5. Imperialium, *Reſolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen, *§. 17. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 9. th. 2. not. 2. p. 964.* Idque etiam ad cautionem de rato extendendum eſſe, docet *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 1. p. 219.*

3. Quodſi procurator habeat mandatum, ſed mancum, mutilum vel aliter inſufficiens, admittitur cum cautione rati, modo eam ſtatim in termino præſtet, *O. P. S. c. l. §.* da auch *Carpz. p. 1. c. 1. d. 29. n. 6. 7.* & qualitas cauſæ non deſideret ſpeciale mandatum, *Carpz. proc. tit. 5. art. 6. n. 57. ſeq. & lib. 3. R. 8. Brunnem. ad l. 1. C. de procurat.*

4. Actor, a tutoribus vel curatoribus conſtitutus, actorium quidem, ſed non tutorium vel curatorium exhibens, etiam admittitur cum cautione rati, *Berlich. p. 1. concluſ. 14. n. 58.*

5. Alieno & defenſorio nomine, ad agendum vel excipiendum, abſque mandato, ſub cautione tamen rati admittuntur conſanguinei, & quidem in linea recta in infinitum, *l. 35. de procurat. jung. l. 51. l. 220. de V. S.* in linea collaterali, jure civili, uſque ad ſecundum gradum, *d. l. 35.* Saxonico autem jure uſque ad tertium, computationis civilis, incluſive, *O. P. S. tit. 7. §.* Wir laſſen, *rc.* Quod vero non extenditur ad illegitime natos, *Carpz. proc. tit. 5.*

art.

art. 6. n. 1. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 7. p. 965.

6. Deinde, abſque mandato, cum cautione rati admittuntur affines, æque ac conſanguinei, jure ſcil. civili, *d. l. 35 Franzk. ad ff. tit. de procurat. n. 10,* at Saxonico jure, duntaxat ſocer & gener, *O. P. S. c. l. Carpz. c. l. n. 42. ſeq.* add. *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 1. not. 5. p. 222.* (ubi hoc extendit (a) ad vitricum & privignum) etiamſi affinitas ſit ſoluta, (b) *Carpz. c. l. n. 47. Berger. œcon. jur. c. l.* diſſentiunt *Berlich. p. 1. concl. 14. n. 49. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 381.* confer. *Ziegler. ad O. P. S tit. 7 verb.* der Schwäher vor ſeinen Eydam.

7. Porro cum cautione rati admittitur maritus pro uxore, *l. 21. C. de procurat. O. P. S. tit. 7. §.* Wir laſſen. *Carpz. proc. tit. 5. art. 6. n. 30. ſeq. Berger. œcon. jur. c. l* & quidem in receptitiis tantum: nam in paraphernalibus nequidem opus habet illa cautione, *l. ult. C. de pact. convent.* multo minus in dotalibus, utpote quorum dominus eſt, *l. 9. C. de R. V. Stryck. uſ. mod. tit. de procurat. §. 44.* Aſt in foro Saxonico indiſtincte cautionem de rato, (c) præſtare tenetur, niſi curatorium exhibere poſſit, *Carpz. c. l. n. 31. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 18. lit. b. p. 90.* Maritum tamen, pro uxore agen-

(a) Quod comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit 7. §. 3.*

(b) Plané durante affinitatis vinculo tantummodo admittuntur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(c) Plane hodie maritus, abſque cautione rati, quoad actus, ſpeciale mandatum haud exigentes, pro uxore in judicio comparere vel actorem conſtituere poteſt, indiſcriminatim, ſive cauſa concernat bona dotalia, ſive paraphernalia, ſive receptitia, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 1.*

Digitized by Google

gentem, mandatarium (d) conſtituere, eidemque poteſtatem, cautionem de rato præſtandi, dare poſſe, negat *Berger. dec. 262.*

8. Denique cum cautione rati admittitur litis conſors pro litis conſorte, *O. P. S. c. l. Carpz. c. l. n. 49. ſeq. Berger. c. l.* adeoque & ille, qui intuitu alterius litigantium intervenit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 261.*

9. Quid, ſi litis conſors, pro quo quis cum cautione rati in judicio comparere velit, ſit pupillus, minor aut mulier? Sane (e) pro illis neminem cum cautione rati admitti, imo nequidem avum maternum, præjudiciis comprobat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 14.* add. *Horn. cl. 12. R. 75.* diſſentiunt *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 353. Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 1 not. 5. p. 222. & p. 2. ſupplem. tit. 7. §. 2. p. 268. nec non lib. 2. R. 105.*

10. Maritus curatorio nomine uxoris agens, vel cum cautione rati eam defendens, cum eadem pro litis conſortibus non admittitur, *Rivin. c. l. en. 15.* ergo nec alius curator feminæ, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 21.*

11. Saltem perſonæ maſculini ſexus, non etiam feminæ, (f) admittuntur in judicio cum cautione rati pro aliis, quamvis ſint litis conſortes, adeoque nec ſoror pro ſorore, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 7.* nec mater pro liberis, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 135. Berger. dec.*

(d) *Vid. hic annotata ſub lit. e.*

(e) Plane, qui defenſorio nomine cum cautione rati pro aliis in judicio admittuntur, illi in eadem qualitate comparere poſſunt, etiamſi defenſurus ſit impubes, minor, aut mulier, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. § 3.*

(f) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. § 3.*

Digitized by Google

dec.264. ſive cum curatore, ſive per actorem compareat, & quamvis liberi ſint litis conſortes: diſſentit tamen Facultas juridica Hallenſis, teſte *Rivin. c. l. en. 8.* Nec mater admittitur pro filio, etiamſi habeat mandatum, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. d. p. 93.*

12. Plane matrem in judicio pro liberis admitti, vel exhibito mandato, vel præſtita cautione de rato; imo matrem viduam, quando cum liberis in communione bonorum remaneat, ſuo & liberorum nomine agere, & debitum petere poſſe, tradit *Mev. p. 8. dec. 448.*

13. Præſumtum mandatum, ſeu comparitio defenſorio nomine pro aliis, cum cautione rati, procedit ſaltem in cauſis, (g) quæ generali mandato contentæ ſuut, non quæ ſpeciale requirunt. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 8. p. 966.* add. *Rivin. c. l. en. 16.* ubi monet, in arbitrio tamen ejus eſſe, cui cavetur, an cautionem rati acceptare velit pro litis conſorte, ſuper actu ſpeciale mandatum requirente, an eam recuſare.

14. In actione injuriarum movenda nemo regulariter cum cautione rati pro actore admittitur; nequidem pater nomine filiæ emancipatæ, nec maritus nomine uxoris; nec filius nomine matris: niſi fortaſſe de injuria ad animum revocata ac voluntate principalis conſtet; ut: ſi uxor propria manu ſubſcripſerit libellum; vel petierit, ſibi maritum in ſpecie ad actionem injuriarum conſtitui curatorem. *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 10. & 11.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 243. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 26. lit. b. p. 91.*

15. Pa-

(g) Id quod comprobatur etiam *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 3.*

15. Patientia ſcientis & non contradicentis in judiciis, qua eum, qui cauſam alienam agit, pro mandato eſt, & licet fas ſit parti & judici expreſſum adhuc mandatum ab hoc exigere: tamen, ſi id factum non ſit, haud eo minus conſiſtit judicium, cui contradicere permittendus non eſt, qui tamdiu ſiluit, & ſuo nomine alium litigare paſſus eſt, *Mev. p. 2. dec. 159.* confer. vero *Berger. p. 1. ſupplem. ad* E. D. F. *tit.* 7. §. 7. *p.* 122. *Stryck. uſ. mod. tit. de procurat.* §. 28.

16. Dominus geſta procuratoris ſui, non ſufficiens mandatum habentis, ante ſententiam definitivam indiſtincte rata habere (h) poteſt, ſive adverſarius de inſufficienti mandato exceperit, ſive minus, O. *P. S. tit.* 7. §. Trüge ſichs auch zu. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ.* 257. *n.* 1. add. *Rota Genuenſ. dec.* 175. *n.* 14. Ubi vero ſententia definitiva in cauſa lata eſt, refert utrum ratihabitio fiat ante contradictionem adverſarii, ejuſque de inſufficienti mandato exceptionem, an poſt eam: ſi illud, valet ratihabitio, ſeu tempeſtive facta; ſin autem hoc, ratihabitio non amplius admittitur, *Wernher. c. l. n.* 4. 5. Quod etiam ad ſententiam interlocutoriam mixtam profert *Berger. p. 1. ſupplem. ad* E. D. F. *tit.* 7. §. 7. *p.* 122.

17. Actor reuſve poſſunt etiam poſt ſententiam definitivam facta procuratoris illegitimati ratihabere, ſiqui-

(h) Quæ in *Ord. Proc. Sax. Vet. c.* 5. de ratihabitione memorato modo diſpoſita ſunt, in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 7. §. 7. ad eum reſtringuntur caſum, quando defectum legitimationis neque pars adverſa, neque judex attenderit: lata vero jam, ob deficientem legitimationem, in contumaciam ſententia, aut accuſata ad minimum illius, qui per procuratorem, non ſufficienter legitimatum, comparuit, contumacia, ratihabitio locum amplius non habet, cumprimis ſi fatale quoddam neglectum ſit.

Digitized by Google

ſiquidem pars adverſa non impugnet totum proceſſum, ſed ſolum urgeat deſertionem fatalis, *Berger. c. l. p. 121.* qui *ibid. p. 123.* comprobat ſententiam, qua ſuſtinetur, ratificationem factorum illegitimati procuratoris, nullo caſuum diſcrimine, atque adeo etiam poſt ſententiam definitivam, fieri poſſe, propter *l. 56. de judic.* quam ſententiam defendunt *Ummius ad proc. diſp. 3. th. 6. n. 32. Gail. lib. 1. obſ. 47. n. 4.* Sed jure civili verius eſſe, poſt latam ſententiam falſi procuratoris geſta domino non aliter, niſi in ſuum præjudicium, rata haberi poſſe, oſtendit *Franzk. in tit. de procurat. n. 28.*

18. Ei, qui adverſarii mandatarium ſine mandato in judicio admittit, deinde vero, cum viderit, ſententiam contra ſe latam eſſe, exceptionem illegitimationis urgere vult, jusjurandum malitiæ deferendum eſt, ſe eandem exceptionem dolo malo hucuſque non omiſiſſe, *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 7. p. 272. & part. 1. ſupplem. tit. 7. §. 7. p. 123.*

19. Si, priori mandato non exiſtente ſufficiente ſeu legitimo, ad exceptionem adverſarii, aliud plenius offeratur, non eſt neceſſe, ut ante acta in hoc ſint ratificata: ſiquidem ſubſequens mandatum procuratorium eam ratificationem anteactorum, quamvis tacitam, jam continet, *Mev. p. 2. dec. 32.*

20. Pro mandato non ſufficit productio inſtrumenti, etſi e manibus ejus, cujus eſt, acceptum doceatur: licet enim exinde aliqua præſumtio mandari oritur, mandatum tamen ſufficienter non probat, nec pro eo aliter ſufficit, quam ſi adverſa pars exhibitione contenta eſt, *Mev. p. 3. dec. 23.* quandoquidem conſenſus partis ſupplet defectus mandati, *Bartol. in l. fin. de procurat.* Si igitur adverſa pars de eo excipiat, melior legi-

Digitized by Google

legitimatio injungenda eſt, modo ſine magna difficultate fieri poſſit: alias, qui producit, cautione de rato ſufficienti præſtita, ad agendum admitti poteſt, *Mev. d. dec. 23. n. 6. 7.*

21. Literæ mandantis abſentis non ſupplent defectum mandati, vel ſunt loco mandati, ut maxime da voluntate mandantis conſtet exinde: niſi omnia legitimi mandati requiſita contineant, *Carpz. proc. tit. 5. art. 1. n. 59. ſeq.*

22. Nomini conſtituentis jure imperii, & quidem *Receſſ. de an. 1654. §. 99.* ac Saxonico Electorali, juxta *mandatum de an. 1655.* adjicienda eſt *clauſula heredum* (i) hac formula: Vor mich meine Erben und Erbnehmen, invita jurisprudentia Romana, ad vitandam videlicet ſolennem proceſſus reaſſumtionem, continuandamque cœptam litem, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de procurat. ad verba: nomen conſtituentis Stryck. uſ. mod. tit. de procurat. §. 29.* adeo ut hic defectus non ſuppleatur per cautionem de rato, *Berger. c. l.*

23. Latina *heredum clauſula* in mandatis non ſufficit, *Menck. diſp. ad O. P. S. tit. 7. §. 3.* ſed præciſe requiritur, ut ſub formula: Erben (k), vel etiam: Erben und Erbnehmen, concipiatur. Nam etſi communiter per Erben heredes ſui, per Erbnehmen vero extranei, (ſed per Erbnehmen heredes Prætorios, ſive bonorum poſſeſſores intelligit *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*) ſubintelligantur, atque hinc in utroque man-

(*i*) Sed hodie clauſula heredum plane omitti poteſt, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 1.*

(*k*) Imo hodie expreſſio: Erben und Erbnehmen, non requiritur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

mandatum extenſum velint, nec in deſcendentes, auf Leibes-Erben, directum admittatur, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 24.* nihilominus tamen, quia vocabulum: *heredum*, etiam extraneos comprehendit, *l. 138. de V. S.* diverſimode pronunciare ſolet, & quandoque, ſolo heredum, Erben, vocabulo expreſſo, melior legitimatio injungitur, interdum etiam mentio vocis: Erbnehmen, mandato inſeri jubetur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. a.*

24. Requiritur autem hoc formale potiſſimum in mandatis, ad actus proceſſuales, ſeu contentioſæ jurisdictionis exercendos, datis, non autem voluntariæ jurisdictionis, veluti ad acceptationem judicialis donationis, confirmationis hypothecæ vel traditionis prædii, in Lehn und Würden zu reichen 2c. 2c. *Barth. c. l.* item, ſi mandatum ad unicum ſaltem terminum procuratori ſit datum, *Rivin. c. l. en. 27.*

25. Cauſam, ad quam procurator judicialis conſtituitur, generatim in mandato exprimi ſufficit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 36.* Non vero ſufficiunt verba nimis vaga & generalia, ut, quale negotium mandatum ſit, haudquaquam inde appareat; qualia ſunt: Vollmacht, die Sache zu treiben, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 386.*

26. Clauſulam *rati* in mandato neceſſariam haud eſſe, propter *l. 6. de condict. indeb.* ſtatuunt *Rauchb. p. 1. qu. 2. n. 5. ſeq. Schultz. pro judic. p. 1. c. 11. n. 42.* Sed ſententiam contrariam hodie in praxi eſſe receptam & clauſulam *rati* expreſſe inſeri debere mandato procuratorio, tradit *Carpz. proc. tit. 5. art. 1. n. 79. & lib. 3. R. 10.* add. *Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 11. §. 5.* Eam neceſſariam eſſe jure, non

 qui-

Digitized by Google

quidem *civili*, ſed *ſaxonico* (l) putat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 1. p. 963.*

27. Clauſula *indemnitatis* in mandato abundans eſt: nam vi mandati jam tum ipſe principalis ad indemnitatem obligatur, *Stryck. c. l. §. 6.* Nec neceſſaria eſt clauſula *hypothecationis* bonorum, *Carpz. proc. c. l. n. 81. Barth. hodeg for. c. 1. §. 28. lit. k. p. 100.* diſſentit *Brunnem. proc. civ. c. 1. n. 76.* confer. *Stryck. c. l. §. 7.*

28. Clauſula: *cum libera*, non eſt neceſſaria ad mandatum, *Carpz. lib. 3. R. 10. & in proc. tit. 5. art. 1. n. 85* Eam tamen utiliter apponi ad hoc, ut via excluſioni unius vel alterius articuli, expreſſe haud nominati, præcidatur, cum *Weſenbec. in parat. ff. tit. de procurat. n. 7.* tradit *Carpz. proc. c. l. n. 83. ſeq.* Imo procurator *cum libera* omnia illa expedire poteſt, quæ ſpeciale mandatum exigunt, *juxta c. 4. de procurat. in 6 Covarruv. lib. 1. reſolut. 6. n. 3.* Quam ſententiam praxin Germaniæ ubique locorum recepiſſe, tradit *Stryck. uſ. mod. tit. de procurat. §. 34.* Aſt eam ſententiam, quoad mandatum judiciale, in foro non attendi, atque hujus clauſulæ, quoad actus ſpeciali mandato indigentes, nullam plane rationem (m) haberi, docet *Berger. dec. 254.* quod ipſe non negat *Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 11. §. 3. 4.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 35. not. 1. p. 709. & p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 7. §. 4. p. 105.*

29. Sty-

(*l*) Plane hodie mandatum propterea impugnari non poteſt, quod in eo deficiat clauſula rati, grati, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 1.*

(*m*) Vid. vero loc. *mandatum generale, ſpeciale. th. 2. lit. a.*

Digitized by Google

29. Stylum omnium judiciorum expreſſionem anni & diei in fine mandati neceſſario exigere, tradit *Stryck. uſ. mod. tit. de procurat. §. 35.* Sed hoc ubique non ſemper præciſe obſervatum eſſe, meminit *Carpz. proc. tit 5. art. 1. n. 109.* nec in foro præciſe exigi, docet *Langius in proc. c. 15. §. 29.* add. *Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 2. ſect. 4. §. 11.*

30. Sufficere, mandatum ſigillo mandantis eſſe corroboratum, etſi non ſit ſubſcriptum, putat *Mev. p. 2. dec. 60.* Aſt illud non eſt admittendum, cum ſigillorum privatorum autoritas tanta non ſit, quam publicorum, quæ ſola ſufficere ſolent, *Carpz. c. l. n. 104. Stryk. de cautel. contract. ſect. 2. c. 11. §. 9.* add. *Berlich. p. 1. concl. 14. n. 83. ſeq.*

31. In praxi receptum eſſe, quod ſola ſubſcriptio mandati non ſufficiat, niſi acceſſerit ſigillum, teſtantur *Ruland. de commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 8. n. 7. Stryck. uſ. mod. tit. de procurat. §. 36.* Sed in Saxonia quidem ad ſubſiſtentiam mandati, præter ſubſcriptionem, exigitur quoque ſubſigillatio (n) mandantis, *O. P. S. tit. 7. §.* da auch. *Carpz. proc. c. l. n. 90.* quem defectum non ſupplet cautio rati, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 1. p. 964.* extra Saxoniam vero Sigillum non requiri, ſed ſufficere ſolam ſubſcriptionem, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 244. & ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add. *Mev. c. l.*

32. Non qualecunque ſigillum ſufficit, ſed id proprium, non alienum, neque tale, quod repræſentat ſaltem literas initiales, artificioſe coherentes, einen

(n) Aſt ſubſignationis neceſſitas, aſſervata ſolummodo ſubſcriptione, remiſſa eſt in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 1.*

Digitized by Google

einen verzogenen Nahmen, (o) eſſe oportet, *Mandat. Elect. Sax. de die 15 April. an. 1696. § 4. Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 196. Berger. dec. 255.* Plane Sigillum alienum ſufficere, ſi addatur: In Mangelung meines Pettſchafftes habe ich Titii Inſiegel hiebey gedruckt, putat *Stryck. de cautel. contract. c. l.* add. *Ruland. c. l. lit. f. Carpz. dec. 27.*

33. Conſueta tamen mercatorum ſigilla, quibus in ſocietate utuntur, Handels-Signete, admittuntur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 21.* nec non annulli ſigillaritii, qui inſignia familiæ præ ſe ferunt, quamvis literæ nominis initiales non ſunt inſculptæ, ſufficiunt, *Rivin. c. l. Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 2. p. 257.*

34. Subſiſtit mandatum a mandante ſolummodo ſubſcriptum, ſi ob defectum ſigilli id ſigillare non potuerit, modo in ſubſcriptione propria mandantis manu adjecta ſint verba: In Mangelung meines Pettſchaffts: namque in extenſione chartæ blancæ eadem extare non ſufficit, *Berger. c. l. Rivin. c. l. en. 19. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 244 n. 2. 3.*

35. Quamvis mandati ſigillatio per rem judicatam injuncta ſit, ſufficit tamen illius loco conſueta formula, In Mangelung meines Pettſchaffts, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 25.*

36. Improbatur mandatum, ſi ſub eo mandans prænomen aut cognomen ſuum literis ſaltem initialibus indigitat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 22.*

37. Vitioſa eſt mandati ſubſcriptio, ſi ſocius nomen ſocii ſimul ſubſcribat: ſed ab utroque manu propria fieri debet, *Rivin. c. l. en. 20.*

38. Quod-

(o) Cujusmodi vero ſigillum hodie ſufficit? imo nulla plane ſubſignatione opus eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. § 1.*

Digitized by Google

18. Quodſi ex plauſibili ratione dubitetur, an ſubſcriptio ab ipſo principali ſit facta, & ſigillum alienum ab ipſo appoſitum, adverſario urgente, demonſtratio injungitur, *Rivin. c. l. en. 18.* add. *Mev. p. 2. dec. 60.*

39. Qui ſcribere neſcit, vel coram judice (p) procuratorem conſtituat, vel extra judicium requirat notarium, per eumque nomen ſuum ſubſcribendum curet, *O. P. S. tit. 7. §.* da auch. *Carpz. p. 1. c. 1. d. 27. n. 5. & lib. 3. R. 6. n. 3. 4.*

40. Notarius in ſubſcriptione non ſolum duos teſtes adhibere, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 23. Barth. hodeg. for. c. l. §. 28. lit. r. p. 102. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 1. p. 964.* ſed & ſuum ſigillum apponere debet, *Martin. ad O. P. S. tit. 7. §. 3. n. 37.* Plane valere mandatum a notario, absque teſtibus, (q) ſubſcriptum, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 11. & in ſupplem. nov. ad. eand. obſ.* add. *Ziegler. ad O. P. S. tit. 7. verb.* durch einen *Notarien.*

41. Optimum evitandarum litium ſuper validitate mandati remedium eſt, ut procurator ad acta conſtituatur, ſcil. ut mandans in judicio dicat, ſe hunc velle procuratorem ſuum conſtitutum, & petat, ut hoc actis inſeratur, v. g. er wolle hiermit gegenwärtigen

(p) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 1.* ubi: diejenigen, ſo des Schreibens unerfahren, vor dem Richter, wo die Sache anhängig, oder auch vor einem andern Gerichte ſich wegen ihrer Gevollmächtigten erklähren und darüber eine Regiſtratur verfertigen laſſen.

(q) Sed juxta *Ord. Proc. Sax. Rec tit. 7. §. 1.* duo teſtes ſunt adhibendi, dum ibi diſponitur: oder auch von einem Notario und zweyen Zeugen ein Atteſtat darüber unter die Vollmacht ausſtellen laſſen.

Digitized by Google

Titium in dieſer Sache zu ſeinem Procuratore, cum omnibus clauſulis & promiſſione de rato, beſtellet haben, mit Bitte, ſolches dem Protocoll zu inſeriren. Quo facto nullo ulterius mandato ad illam cauſam peragendam opus habet, ſed omnia, quæ ad proceſſum ſpectant, libere peragere poteſt, *Carpz. proc. tit. 5. art. 1. n. 115. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 11. §. 11.*

42. Mandatum tacite revocatur per mandatum poſterius, *l. 31. §. ult. de procurat. c. pen. X. eod. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 64.* etſi mandatarius revocationis ignarus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 488.*

43. Nec minus mandatum tacite revocaur, ſi ipſe Mandans (r) aliquid in judicio geſſerit, nullo diſcrimine, ore, an ſcripto id fecerit, *c. 8. de procurat. in 6. Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 4. p. 241. & p. 2. ſupplem. tit. 7. §. 7. p. 272. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 57.* Idemque (s) obtinere in procuratore, ex poteſtate ſibi conceſſa, ſubſtituente, ejusdemque ſubſtituto, itemque curatore, ab eoque conſtituto actore; amplius in actore ex eadem poteſtate ſubſtituente, ejusque ſubſtituto, *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 4. not. 1. p. 242.* confer. *Rivin. c. l. en. 58. 59.*

44. Quoniam in ipſo textu habetur *d. cap. 8.* limi-

(r) Sed hodie in foro Saxonico mandatum, propter intromiſſionem principalis, pro tacite revocato non habetur, *O. P. S. tit. 7. §. 5.*

(s) Imo hodie in non obtinet: nam etſi procurator ſubſtituens aliquid in judicio peregerit, tamen ſubſtitutio non cenſetur revocata, *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

limitatio, procuratorem non cénſeri revocatum, ſi ex conjecturis appareat, principalem ad cauſam ipſam veniſſe, ſine animo revocandi: hinc, ſi quis exceptionem tacite revocati mandati frivole objicit, non ſolum in expenſas termini recte condemnatur, ſed præterea periclitatur circa ea, quæ ipſi ratione proceſſus expedienda incumbunt, *Riviu. ad O. P. S. tit. 7. en. 60.*

45. Non enim deficiunt caſus excepti: quippe mandatum non cenſetur tacite revocatum, 1) ſi quis in caſum abſentiæ conſtitutus ſit procurator, *c. 8. de procur. in 6. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de procurat. ad verbum, ſinitur.* 2) ſi mandans procuratori adſiſtat, *l. 69. de procurat. d. c. 8. de procurat. in 6. Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 4. not. 2. p. 242.* 3) ſi dominus, cum ipſe aliquid gerit, proteſtetur, ſe, ſalvo incolumique mandato, genere, *d c. 8. Berger. E. D. F. c. l. p. 244.* vel ſi ejuſmodi clauſulam generalem: *ne, ſicubi deinceps ipſe quid geſturus ſit, hoc mandato officiat,* eidem inſerendum curet, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. o. p. 101.* 4) Si circumſtantiæ, ſive a natura actus, ſive aliunde, incidentes, perſuadeant, geſtum non eſſe animo revocandi mandati, *d. c. 8. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.* veluti ſi mandens in ſcriptis tractet talem actum, quem mandatarius ſine novo ſpeciali mandato expedire haud poterat, *Rivin. c. l. en. 61.* ſi dominus agat, quod per procuratorem expediri nequit, ut puta, jure Saxonico, præſtet juramentum, vel procurator, valetudine, abſentia, aliisque de cauſis impediatur, *d. c. 8. Berger. E. D. F. c. l.* add. *Rivin. c. l. en. 62.* Porro ſi mandans in literis ſe referat ad procuratorem, eumque ſuum mandatarium nominet, *Barth. hodeg. for. c. l.* item ſi procurator in literis manu ſua nomen

Digitized by Google

mandantis ſubſcripſerit, *Barth. c. l.* denique ſi principalis prorogationem termini ſaltem petat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 106.*

46. Extra quos caſus, dum ſubſiſtitur in regula, conſequitur, mandantem negotium, ab ejuſmodi procuratore tacite revocato deinceps geſtum, re non integra, in præjudicium adverſæ partis, ratihabere non poſſe; & eadem ratione, qua mandatum præſumitur revocaſſe, quicquid deinceps geſſerit procurator, id ex defectu mandati impugnare valet, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de procurat. ad. verb. finitur.*

47. Si duæ pluresve cauſæ uni mandato ſint inſertæ, & mandans, circa alteram tantum cauſam, ipſe aliquid in judicio expediat, tum mandatum ſolum, quod ad hanc, non quod ad reliquas cauſas, tacite revocatum cenſetur, quia tot putantur eſſe libelli & mandata, quod capita, *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 4. not. 2. p. 245.*

48. Quamvis ex officio nobili judicem, parte adverſa etiam non excipiente, pro revocato declarare tale procuratorium debere, ſtatuat, *Berger. d. obſ. 4. p. 242.* quia tamen meris conjecturis & præſumtionibus tacita hæc revocatio nititur, principalem ad purgatorium, pro elidenda conjectura revocationis, quodque non revocandi animo aliquid egerit, admittendum eſſe, putat *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. o. p. 101.*

49. Plane non cenſeri debere tacite revocatum mandatum, ſi principalis aliquid in ſcriptis ipſe proponat aut petat; imo in univerſum hodie uſum *c. 8. de procurat. in 6.* in Saxonia Elect. (t) exiguum eſſe, con-

(t) De quo hodie eo minus dubitandum eſt, cum in *Ord. Proc.*

contrario uſu pene obrutum, tradit *Wernber. in ſupplem. nov. ad ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 106.*

50 Procurator hodie regulariter nec ante nec poſt litem conteſtatam (u) invito domino, mandato renunciare poteſt, niſi acceſſerit cauſæ cognitio, antegreſſa citatione, ad videndum ſe exonerari, *clem. 1. de procurat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 5. not. 1. p. 974. Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 345.* add. *Gail. lib. 1. obſ. 46. n. 2. ſeq.*

51. At domino (x) hodie licet, non minus poſt, quam ante litem conteſtatam mandatum revocare, atque adeo etiam tranſigere, modo is curet, ut revocatio ad notitiam judicis, adverſarii & ipſiusmet procuratoris perveniat, atque huic, ſalarii & expenſarum nomine ſatisfaciat, *c. 4, 13. X. de procurat. Berger. c. l.* confer. vero *Chriſtoph. Henric. de Berger. dec. 263. Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 42.* qui propter *l. 16.* &

Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 5. expreſſe diſpoſitum, quod *c. 8. de procurat. in 6.* attendi non debeat.

(u) Juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 4.* procuratori non licet, abſque ſufficienti, & judici probata cauſa, mandato, renunciare, ſed, non obſtante renunciatione, ei citationes inſinuari poſſunt, adeo ut jura principalis ſui obſervare teneatur, ſub pœna reſtitutionis omnis damni, ſuſpenſionis que a praxi pro re nata, aliave. E contra ipſi pro ſingulis terminis, von Termin zu Termin, ante finitam cauſam, promeritæ ſportulæ ſub pœna executionis ſunt exſolvendæ.

(x) Imo hodie dominus, qui jurisdictioni judicis non ſubeſt, ante conſtitutionem novi procuratoris, abſque ſufficienti, & judici probata cauſa, mandatum revocare non poteſt, & ſi hoc de facto præſumpſerit, nihilominus procuratori citationes inſinuari queunt, qui quoque jura principalis ſui ſub pœna *ad th. 50. lit. 5.* memorata obſervare tenetur. *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

& 17. de procurat. negant, dominum hodie poſt litem conteſtatam, invito adverſario, abſque prævia cauſæ cognitione, revocare, aliumque procuratorem conſtituere poſſe. Add. *Carpz. dec. 45.*

52. Si reus axcipiat, mandatarii principalem vita eſſe defunctum, deſuper juramentum deferre poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit 7. en. 29.*

MANDATUM GENERALE SPECIALE.

1. Mandatum procuratorium generale ad litigandum, ab actore vel reo datum, in quovis judicii actu ſufficiens non eſt: ſed multi dantur actus, qui ſpeciali indigent mandato, adeoque ſigillatim ſunt exprimendi, *Carpz. proc. tit. 5. art. 2. n. 1. Stryck. introd. ad prax. for. c. 10. §. 3. & 4* quosque recenſet *Mozz. de contract. tit. de mandat. rubrica : de diviſ. mandat. n. 11. ſeq. Speculat. lib. 1. part. 3. tit. de procurat. n. 4. ſeq.*

2. Inter actus, qui ſpeciali mandato egent, conſtituendum eſt diſcrimen. Namque eorum alii ſunt diſtincti, & diverſi plane generis; alii vero ita invicem connexi, ut alter altero, ex conjecturata mandantis voluntate, antecedenter vel conſequenter contineatur. In prioris generis actibus ab altero ad alterum non valet conſequentia, etiamſi caſibus quibusdam, qui ſpeciali egent mandato, expreſſis, clauſula generalis: da er eines mehrern als hierin begriffen, benöthiget ꝛc. ſubjecta fuerit, non obſtante *capitulo 4. de procurat. in 6.* utpote quod in foro, præſertim Saxonico, (a) exulat, *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 5. p. 252.*

3. Sic.

(a) Aſt illud capitulum in forum revocatum eſt per *Ord. Proc.*

3. Sic. v. c. mandatum deferendi jusjurandum non complectitur poteſtatem referendi, *Berger. c. l. p. 253. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. n. p. 100.* Nec procurator, cui poteſtas deferendi aut acceptandi juramentum data eſt, delationem ejus ſemel factam revocare, aliamque probandi viam eligere poteſt; cum ad revocandam juramenti delationem ſpeciali mandato opus eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 147.* At in poſterioris generis actibus valet extenſio ab uno expreſſo ad alterum non expreſſum, ita, ut v. c. is, cui data eſt poteſtas jusjurandum acceptandi, etiam facultatem ſe ad idem offerendi habere intelligatur. *Berger. c. l. Barth. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 89. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 127. n. 1.*

4. Speciale mandatum requiritur in cauſis magni præjudicii, *c. 81. de R. J. in 6. Carpz. lib. 3. R. 11. n. 8. Wernher. ſel obſ. for. p. 5. obſ. 105. n. 1.* veluti ad reaſſumtionem proceſſus, *Gail. lib 1. obſ. 109. n. 6. Carpz.*

Proc. Sax. Rec. tit. 7. § 4. ita ut, expreſſis quibusdam actibus, ſpeciale mandatum exigentibus, ſufficiat, clauſulam generalem: daß der Gevollmächtigte alle actus, die ein Special-Mandat erfordern, oder der Principal ſelbſt verrichten möchte oder könte, expediren ſolle, ſubjici, ad hunc effectum, ut procurator ejusmodi actus, ſpeciali mandato egentes, quotum aliqui *ibi* commemorantur, expedire poſſit: exceptis his: die Macht über die Haupt-Sache zu tranſigiren, liti & cauſæ zu renunciiren, juramenta zu remittiren, oder pro præſtitis, documenta pro editis & recognitis zu halten, copias pro originalibus zu recognoſciren, Gelder, auſſer was die Unkoſten betrifft, einzuheben, und darüber zu quittiren; quippe quos procurator expedire non poteſt, niſi in mandato, ſigillatim ſint expreſſi, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

Carpz. proc. tit. 5. art. 2. n. 14. Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 128. ad renunciationem proceſſus, *Carpz. c. l. n. 24.* ad mutationem libelli, *Berger. dec. 302.* ad recognitionem documentorum, *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 18. Carpz. c. l. n. 29. 38.* ut procuratoris permiſſu documenta pro editis habeantur, *Carpz. c. l. n. 33.* ad præſtationem cautionis de rato, *Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 38.* ad petitionem reſtitutionis in integrum, *Carpz. c. l. n. 47.* ad poteſtatem compromittendi & tranſigendi, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 13. p. 967.* ad reſignationem judicialem, *Berger. p. 1. R. 217.* ad delationem, relationem & acceptationem juramenti, *Carpz. proc. tit. 5. art. 2. n. 47. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 85.* ad hoc, ut quis advocatum ex pluribus eligere queat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 425.*

5. Porro ſpeciale mandatum requiritur ad remiſſionem juramenti, *Berlich. p. 1. concluſ. 44. n. 18. Ruland. de commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 11.* ad ſubſtitutionem, vid. loc. *procurator. th. 4. ſeq.* ad impetrandam executionem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 48.* ad juſtificationem appellationis, *Berger. dec. 259.* Nec is, cui in mandato conceſſa eſt poteſtas coram judicio appellationis agendi & excipiendi, etiam poteſtatem habet, appellationem juſtificandi, *Berger. c. l.*

6. Deinde ſpeciale mandatum exigitur ad petitionem quartæ dilationis, *Berger. dec. 338.* Aſt ad primam, atque ſecundum, ſeu, incluſa legali, ſecundam & tertiam dilationem petendam ſpeciali mandato opus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 223.*

7. Procurator, qui abſque ſpeciali mandato tranſegit, ipſe de invaliditate actus excipere nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 49.*

8. Man-

8. Mandatum ſpeciale haud requritur ad productionem documentorum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 105.* ad probationem expediendam, *Rivin. ad Q. P. S. tit. 20. en. 41. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 9. & p. 6. obſ. 424.* ad litis conteſtationem, *Carpz. proc. tit. 5. art. 2. n. 50.* confer. vero loc. *litis conteſtatio th. 18.* ad præſtationem guarandæ, *Carpz. c. l. n. 53. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 7. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* diſſendit *Beyer. ad ff. tit. de procurat. poſit. 56. lit. c.* ad præſtationem cautionis pro reconventione & expenſis, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 101.* ad arreſti renovationem, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 46.*

9. Voluntas & intentio mandantis imprimis inſpici & attendi debet, ne forſan mandatarius, extendens blanquetum, præter ſcientiam mandantis ſpeciales actus inſeruiſſe cenſeatur. Quod quidem non præſumitur, licet chartam blancam ſimpliciter a mandante ſubſcriptam & ſigillatam extenderit. Secus vero res ſe habet, ſi blanqueti ſubſcriptio à mandante ſit reſtricta ad procedendum, zum Verfahren, quam reſtrictionem parum juvabit extenſio, contra verba mandantis expreſſa, ad ſpecialem aliquem articulum a mandatario facta, *Carpz. c. l. n. 6. 7.* Quando enim ſubſcriptio diverſa eſt a contentis in inſtrumento, vel cum iiſdem pugnat, ſubſcriptionis potius, quam contentorum ab aliis in inſtrumento poſitorum, ratio eſt habenda, quippe quia voluntas ex ſubſcriptione apparet, *l. 14. C. ſi cert. pet. l. ſi non ſubſcripſiſti: C. de adminiſtrat. tutor. l. 6. C. de fidej. Carpz. c. l. n. 8.*

10. Pro cautela commendat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 3. p. 946.* ut mandans in charta blanca, immediate ſupra ſubſcriptionem nominis ponat

Digitized by Google

nat verba: Blanquet zur Vollmacht, wie obſtehet, quibus quidem verbis occurratur cum falſæ extenſioni, tum diſputationibus partium, utrum ſubſcriptio reſpondeat extenſioni.

II. Sæpe numero diſquiritur: utrum defectus ſcripti ſpecialis mandati ſuppleri poſſit jurejurando mandantis. Quid enim, ſi principalis verbo mandaſſet procuratori, ut ſeſe, ipſius nomine, intra octiduum ad jurandum offerret? æquum, juſtumque eſt, tum principalem admitti ad jusjurandum, eodemque mandatum verbale, deficiente ſcripto ſpeciali, confirmari, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 7. §. 8. p. 273.*

MARITUS.

1. Maritus, vendens bona uxoris immobilia, conſentiente licet ea, pretium tamen vel fundum pro hoc ſuo nomine comparatum, defuncta uxore non lucratur, ſed ejus heredibus ad reſtitutionem vel intereſſe tenetur, *l. 12. C. de jur. dot. Coler. p. 2. dec. 286. n. 8. Carpz. p. 3. c. 23. d. 30.*

2. Lucratur vero maritus pretium ex alienatione bonorum uxoris immobilium redactum, ſi peculiaris curator alienationi fuerit adhibitus, licet cauſæ cognitio & decretum magiſtratus non acceſſerit, ceu contra *Berlich. p. 3. concluſ. 29. n. 91.* ubi hoc requirit, notat *Carpz. d. c. d. 31.* add. *Wernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 436. n. 3. 4.*

3. Prædium, ex pecunia dotali nomine mariti comparatum, ipſius lucro cedit, defuncta uxore, per *l. 32. de jur. dot. l. 12. C. eod. Carpz. d. c. d. 28. Coler. p. 1. dec. 57. n. 39.*

4. Nomi-

4. Nomine autem uxoris ex pecunia dotali emtum prædium, defuncta ea non ad maritum, ſed uxoris heredes pertinet, *Carpz. d. c. d. 29. Berlich. d. concluſ. 29. n. 30.*

5. Maritus uxoris paraphernalia, ſine hujus conſenſu, valide locat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 206.*

6. Proventus, ex fodina cœrulei coloris dotali a marito percepti, eidem jure dominii irrevocabiliter cedunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 28.* Secus eſt in proventibus metallicis, qui ad fructus haud pertinent, adeoque percepti non aliter, quam defuncta uxore, lucro mariti cedunt: quo vero prædefuncto, uxor ſuperſtes omne illud; quod de proventibus metallicis ſupereſt, non minus conſequitur, quam reliqua bona marito illata, *Conſtit. Elect. Sax. 25. p. 3. ibique Carpz. d. 2. 3.*

7. Jure civili marito in bonis paraphernalibus uxoris uſusfructus haud competit, ſed ſaltem adminiſtratio, *l. 9. §. 3. de jur. dot. l. 8. & ult. C. de pact. convent. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. p. 123.* idque etiamnum hodie in foro communi obtinet, niſi aliter convenerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 136.* confer. vero *Schilter. ex. 36. §. 77.*

8. Jure vero Saxonico maritus uſumfructum omnium bonorum uxoris ſuæ, tam paraphernalium, quam dotalium ad vitæ ſuæ tempus habet, **Landr.** *lib. 1. art. 31. & 45. Coler. p. 1. dec. 18. Rauchb. p. 1. qu. 2. n. 45.*

9. Si mulier ipſamet, vivente marito, bonis ſuis utatur fruatur, ac per id uſumfructum marito debitum intercipiat, defuncto eo, tenetur heredibus ad redditionem rationum & reſtitutionem fructuum, *Carpz. p. 3. c. 25. d. 6. n. 7.*

10. Niſi 1) maritus uſumfructum ei remiſerit ac donaverit, *Carpz. lib5. R. 64.* vel 2) maritus in pactis dotalibus fructuum perceptioni renunciaverit, *Carpz. p. 3. c. 25. d. 13.*

11. Quando in pactis dotalibus femina libere diſponendi facultatem de certis bonis ſtipulata eſt, maritus juri uſusfructus in iisdem renunciaſſe cenſetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 354.*

12. Quæ, conſtante matrimonio, opera licet & induſtria uxoris, acquiſita ſunt, regulariter ad ſolum maritum pertinent, *Heig. p. 1. qu. 30. n. 11. Carpz. d. c. 25. d. 8. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 23.* etiam de jure Saxonico, *Carpz. d. c. d. 9.*

13. Et hoc obtinere, licet uxor ſit mercatrix, putat *Carpz. d. c. d. 10.* Sed lucrum, quod uxor ex operis artificialibus, quæ ſeorſim, nullo reſpectu ad perſonam mariti habito, ſuſcipiuntur, puta ſi uxor ſit obſtetrix, netrix, mercatrix, & quidem talis, quæ aliam plane, quam maritus, mercaturam exercet, capit, uxori, non marito, etiam in Saxonia cedere, tradunt *Stryck. diſſert. de oper. uxor. c. 4. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 33. p. 206. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 236.*

14. Non poſſunt heredes mariti a vidua, conſtante matrimonio, acquiſita petere, ſi maritus ipſemet adhuc vivus hæc acquiſita uxori expreſſe donaverit, vel ſciens eadem exigere neglexerit. Nec enim maritus in fructibus uxoris ullum jus habet, ſi eos percipere noluerit, ad inſtar uſufructuarii, qui ſola perceptione fructus lucratur, quin potius uxori fructus relinquens horum lucro renunciare videtur, *Carpz. p. 3. c. 25. d. 12.*

15. Honoraria uxori, intuitu licet operarum a marito

marito præſtitarum, data lucro tamen mariti non cedunt, ſed, defuncto marito, viduæ ſuperſtiti relinquenda ſunt, *Carpz. d. c. d. 14.*

16. Omnia mariti prædefuncti eſſe reputantur, quæ ſunt in ejus domo, *Peck. de teſtam. conjug. lib. 2. c. 1. n. 1.* Nihilque mulieris in domo mariti eſſe creditur, niſi quod illatum docetur, *l. 51. ubi gloſſ. & Dd. de donat. int. vir. & uxor. Mev. p. 5. dec. 359. n. 13.*

17. Ubi maritus novus a conjuge in bona defuncti ſuperinducitur, nec inventarium legitime confectum eſt, omnia ejus domus, quæ cum priore marito fuit communis, eſſe cenſentur, donec vitricus, ea vel uxoris peculiaria, ideo cum liberis dividenda eſſe, aut etiam ſua eſſe doceat, *Mev. d. dec. 359. n. 9. ſeq.*

18. Bona immobilia, quæ uxor, conſtante matrimonio, comparavit, in dubio pecunia mariti comparata eſſe præſumuntur, *Menoch. lib. 3. præſumt. 51. n. 1. Heig. p. 1. qu. 29. n. 14. Carpz. p. 3. c. 25. d. 11.* Ut itaque marito, uxore defuncta, non quidem ipſa immobilia, ſed pretium ſaltem numeratum, tanquam ſuum, repetere liceat, niſi demonſtretur, quod uxor propriam pecuniam conſenſu mariti in emtionem rei immobilis erogaverit, *Carpz. d. def. 11.*

19. Maritus repetere poteſt ſumtus, vivente uxore, in ædes ipſius factos, *l. 78. §. pen. de jur. dot. l. 1. §. 2. & 3. de impenſ. in res dot. fact. l. 5. eod.* etſi lucretur mobilia, *Hartm. Piſtor. obſ. 57. Carpz. d. c. 25. d. 18.* non item impenſas fructuum, *l. fin. de impenſ. in res dot. fact.* nec eas, quæ in tutelam rei dotalis factæ ſunt, *l. pen. eod. l. 28. §. 1. de donat. inter vir. & uxor.* confer. omnino *Mev. p. 8. dec. 254.*

20. Uſu fori Saxonici, maritus in judicio non poteſt, nequidem una cum uxore, actum, qui ſpeciale man-

mandatum (a) requirit, expedire, ſed, ſi uxor alium curatorem non habeat, maritus ex officio curator conſtitui ſolet, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 8. en. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 323.* diſſentiunt *Rauchb. p. 1. qu. 2. in fin. Ziegler. ad* O. P. S. *tit. 8. verb.* Gerichtlich beſtätiget. confer. *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 5. not. 1. p. 298.*

21. Ex quo illud etiam ſequitur, quod uxor cum marito, qui ejus curator haud eſt, actorem, vel procuratorem potius, ad negotia judicialia conſtituere haud (b) poſſit, *Rivin. c. l. en. 11. Wernher. c. l. n. 9.* confer. omnino *Berger. c. l. p. 299.* Plane mandatum, quod ab uxore & marito ſubſcriptum eſt, vi ſua gaudere, licet maritus curator ad litem datus non ſit, nec cautionem rati præſtiterit, reſpondit Facult. Wittenbergenſis, teſte *Horn. cl. 11. R. 75. n. 1. p. 727.*

22. Maritum, ceu legitimum adminiſtratorem bonorum paraphernalium ſuæ uxoris, nomine ejus, ſine ulteriori legitimatione, (c) in judicio quidem agere, non tamen actus præjudiciales, ſpeciale, (d) mandatum requirentes, peragere, veluti, ſi ad condemnationem venerit, pecunias ab uxoris debitoribus ſolvendas accipere, eosque ab obligatione liberare poſſe, tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. b. p. 90.* add. *Wernher.*

(a) Imo hodie uxor majorennis, una cum marito, in judicio etiam actus, qui ſpeciale mandatum requirunt, expedire, vel ad eos expediendos actorem conſtituere poteſt. Quodſi vero curatorem in genere conſtitutum habeat, abſque eo illud non procedit, ita tamen, ut, ſi monente judice vel adverſario, negaverit, ſe habere curatorem, actus, ſola mariti aſſiſtentia peracti, conſiſtant, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 1.*

(b) Imo poteſt, vid. *annot. ad. th. 20. lit. a.*

(c) Vid. loc. *mandatum judiciale, th. 7. lit. c.*

(d) Quos tamen hodie una cum uxore peragere poteſt, vid. *hic. th. 20. lit. a.*

Digitized by Google

ber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 258. Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 6. not. 5. p. 304. niſi uxor conſentiat, *Wernher. c. l.* confer. omnino *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 14.* Imo nequidem apocham ab uxore ipſa cum marito ſubſcriptam ſufficere,, niſi maritus ſimul uxori curator conſtitutus ſit, putat *Barth. c. l.*

23. Maritus, vi præſtitæ cautionis de rato, nomine uxoris, valide haud tranſigit, etſi judicialis autoritas acceſſerit; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 358.* confer. vero *Mev. p. 4. dec. 32.* nec tenetur ad id, quod intereſt, *Wernher. d. p. 6. obſ. 359.*

24. Maritus impenſas, durante uxoris morbo, in medicamenta factas ſolus ſolvere tenetur, *arg. l. 22. §. 8. ſolut. matrim. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 142.*

25. Facta licet ſeparatione quoad thorum & menſam, maritus nihilominus uſumfructum in bonis uxoris retinet, *Carpz. p. 3. c. 26. d. 18.*

26. Durante lite ſuper matrimonio, vel annullando, vel diſſolvendo, maritus uxorem altere tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 81.*

27. Facta licet ſeparatione quoad thorum & menſam, maritus tamen alimenta uxori præſtare tenetur, *Carpz. c. l. & jurisprud. eccleſ. lib. 2. d. 213.* niſi uxori reſtituat bona illata, eaque ad alimentationem ſufficiat, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. d. 214.* vel uxor propria ſua culpa a marito abeſſet, *Balduin. in l. quod in uxorem. C. de negot. geſt. Carpz. d. def. 213. n. 8.* & cauſam ſeparationi quoad thorum & menſam dederit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 47. n. 7. Beyer. in add. ad Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 214.*

28. Maritus ab uxore, quam adulterii ream egit, actione injuriarum conveniri nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 376.*

Digitized by Google

29. Copula carnalis cum uxore recens ducta, quam maritus ab alio imprægnatam eſſe, ſaltem ſuſpicatur, vim tacitæ remiſſionis habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 46* add. *p. 9. obſ. 76.*

30. Sola inculpatio feminæ ſolutæ, quæ a marito ſe imprægnatam dicit, ſufficiens inquiſitioni contra hunc inſtituendæ, aut purgatorio eidem dictando indicium non præbet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 117. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

31. Si uxor propter adulterium fuſtigata atque relegata ſit, maritus non niſi prævio proceſſu novas nuptias contrahere poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 12.* diſſentit *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 3. d. 69.*

32. Maritus adulterum impune occidere poteſt, *l. 28. pr. ad L. Jul. de adulter.* modo 1) delinquentes in ipſa turpitudine deprehendantur, *l. 23. pr. l. 29. pr. eod. &* 2) adulter vilis conditionis ſit, *l. 2. pr. eod.* atque 3) occiſio in continenti fiat, *l. 23. §. 4. l. 25. eod.* Quæ perimendi adulterum poteſtas quodammodo laxior facta eſt per *nov. 117. c. 15.* ut maritus, qui ſuſpicatus, aliquem velle uxoris ſuæ caſtitati illudere, tres conteſtationes ſcriptas, teſtimonia trium virorum fide dignorum habentes, eidem inſinuari curavit, poſſit eum, cum uxore ſua converſantem, a ſe deprehenſum, ſive in ſua, ſive uxoris, ſive adulteri domo, vel in popinis, aut ſuburbanis, impune interficere. Si vero forte unum ex requiſitis, lege definitis, in hujusmodi occiſione adulteri privata neglectum fuerit, extra ordinem pœna, pro varietate circumſtantiarum, dictatur, *l. 1. §. 5. ad L. Cornel. de ſicar. l. 4. C. ad L. Jul. de adulter. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 183.*

33. Maritus, poſt mortem uxoris, jus retentionis

nis in bonis ejus habet, donec ipſi intuitu eorum, quæ ex pactis dotalibus, licet non pure, ſed in diem, debentur, ſatisfactum ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 277.*

34. Maritus, qui dotem ex pactis dotalibus lucratur, creditoribus hereditariis reſpondere non tenetur, ſed perinde, ut alius creditor, ſpectatur; &, ſicubi alii creditores concurrant, neque omnibus ex defunctæ uxoris bonis ſatisfieri queat, prioritatis, quam vocant, quæſtionem cum illis diſceptare debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 189.* add. *Mev. ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 242.*

35. add. loc. *uxor.*

MARITI SUCCESSIO.

Vid. loc. *ſucceſſio conjugum.*

MATER.

1. Mater, licet bona liberorum, ceu tutrix, adminiſtret, eorundem tamen uſum fructum non habet, *Carpz. p. 2. c. 10. d. 13. & lib. 6. R. 70. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 141. n. 2.* diſſentit *Weſenbec. in parat. ff. tit. de tutor. n. 5. Berlich. p. 2. concl. 12. n. 11. Richter. p. 1. dec. 18.* In Electoratu Saxoniæ *Carpzovii* ſententia confirmata eſt *dec. nov. 61.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 19. not. 3. p. 319.*

2. Cum teſtamento maritus uxori adminiſtrationem bonorum, liberis competentium, dederit: eidem etiam uſusfructus relictus eſſe non videtur, niſi, verbo adminiſtrationis, ipſemet uſusfructus a teſtatore indicatus eſſe, oſtendatur, *Berger. c. l.*

3. Mater, etſi uſumfructum bonorum communem retineat, regulariter tamen alienare & oppignorare

rare non debet, *Mev. p. 8. dec. 452. n. 2.* add *Berger. p. 1. R. 299.*

4. Mater & avia in dubio, pietatis intuitu, aluiſſe videntur filium, & perinde non repetunt ab ipſo filio, quod in cauſam alimentorum impenderunt, *l. 34. de negot. geſt. l. 11. C. eod. ibique Salycet. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 88. num. 20. Carpz. p. 2. c. 10. d. 22.*

5. Repetere tamen poſſunt alimenta, ſi ſtatim in principio fuerint proteſtatæ, alere ſe filium repetendi, non donandi animo, *l. 34. de negot. geſt. ubi Bartol. Surd. de aliment. tit. 6. qu. 8. n. 67. ſeq. Carpz. d. def. 22. n. 4. ſeq.* vel ſi alimenta filio præſtita in libro rationum conſignaverint, *d. l. 34. Surd. c. l. n. 76. Carpz. d. c. d. 23.*

6. Poteſt quoque mater vel avia ab eo, ad quem onus alendi ſpectat, puta a patre, ejuſve heredibus alimenta filio præſtita repetere, *Salyc. in l. alimenta. 11. n. 5. C. de negot. geſt. Surd. de aliment. tit. 6. qu. 8. n. 5. Carpz. d. c. d. 24.*

7. Mater, quæ bona filii adminiſtrat, ex his eum aluiſſe, ſumtusque in ſtudia præſtitiſſe, præſumitur, *Carpz. d. c. d. 28. Wernher. ſel. obſ. for p. 5. obſ. 42.* Sed matrem de ſuis quidem bonis filiam aluiſſe, ex paternis vero eam dotaſſe; & nuptias apparaſſe, præſumi, notat *Berger. æcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 3. p. 124.*

8. Per jura fere mundi incumbit matri viduæ, ad ſecundas nuptias tranſeunti, ut inventarium, vel loco ejus deſignationem bonorum conficiat, quæ continere debet omnia illa, quæ tempore mortis ad eam pervenerunt, aut alibi exiſtere ſcivit, *Moller. part. 3. conſtit. 33. n. 6. Mev. p. 9. dec. 37. n. 1.*

9. Ma-

Digitized by Google

9. Mater filium abſentem in cauſa criminali vel matrimoniali defendere poteſt, *Mev. p. 3. dec. 300.*

MATER TUTRIX.

1. Mater & avia tutrices eſſe poſſunt filiorum & nepotum, tam jure civili, *nov. 118. c. 5. auth. matri. C. quando mulier. tutel. offic. fung. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 21. def. 1.* quam jure Saxonico, Land-R. *lib. 1. art. 11. ubi gloſſ. Carpz. p. 2. c. 11. d. 11.* quamvis 1) ſint creditrices aut debitrices liberorum, *nov. 94. c. 1.* vel 2) pater prohibuerit, eas tutrices eſſe, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 3. p. 164.* vel 3) liberi ſint naturales, ac hodie ſpurii, *Berger. c. l.*

2. Mater, in ſuſcipienda tutela, præfertur agnatis & cognatis & dativis tutoribus, *nov. 118. c. 5. Berger. c. l. Carpz. d. def. 11. n. 3. & 15.* non etiam teſtamentariis, *nov. 118. c. 5. Carpz. c. l. n. 15. Berger. c. l.* nec avo paterno *Carpz. d. c. d. 13. Berger. c. l.* diſſentit *Bartol. in auth. matri. C. quando mulier tut. offic.*

3. Mater non tantum in bonis allodialibus, ſed & feudalibus liberorum tutrix eſſe poteſt, *Habn. ad Weſenbec. tit. de tutel. n. 5. Hopp. ad verba: agnati non ſunt. §. 1. J. de legit. agnat. tut. Berger. lib. 2. R. 41. th. 6. 7.* quanquam in foro Saxonico ei adjungendus eſt curator feudalis, *Berger. c. l. & E. D. F. tit. 9. obſ. 1. p. 308. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 65.* add. *Carpz. lib. 5. R. 80. Horn. juriſprud. feud. c. 6. §. 16.* Plane in bonis feudalibus matrem eſſe repellendam a tutela, cenſet, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 11. n. 14.*

4. Matri tutrici adjungitur proximus agnatus in tutelæ adminiſtratione, *Zobel.* in Land-R. *lib. 1. art. 23. lit. b.* licet hoc non tam ſtricte ubique locorum obſervetur, ſed ſupplet quandoque hujus defectum autori-

Digitized by Google

toritas curatoris matri in litem dati, *Carpz. d. def. 11. n. 12.*

5. Mater & avia, ad tutelam liberorum adſpirantes, renuntiare tenentur ſecundis nuptiis, & SCto Vellejano, *auth. matri & aviæ. C. quand. mul. tut. offic. nov. 118. c. 5.* ſine tamen juramento, *nov. 94. c. 2. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 3. p. 164.* quod in Saxonia in viridi adhuc eſt obſervantia, *Carpz. d. c. u. d. 14.* Aſt alibi renunciatio futurarum nuptiarum fere exolevit; *Brunnem. ad d. auth. matri & aviæ. n. 5. Hopp. ad verba: agnati non ſunt. J. de legit. agnat. tut. in uſ. hod.* Renunciatio vero SCti Vellejani non ab initio exigi ſolet, ſed quoties uſu venit, ut mater pro pupillis intercedere debet, *Huber. prælect. ad J. tit. de legit. parent. tut. §. 3. Hopp. c. l.*

6. Mater, quæ contra renunciationem ad ſecunda vota convolavit, non manet tutrix, ſed ſtatim a tutela repellitur, *auth. ſacramentum. C. quand. mul. tut. offic. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 21. def. 2. n. 10. Carpz. juriſprud. conſiſt. lib. 2. d. f. 171. n. 13.* Imo, contractis novis nuptiis expirat tutela, licet iis non renunciaverit, *Sand. lib. 2. tit. 9. def. 3. Hopp. c. l.* etſi liberi conſenſerint, nec eam recipit, ſecundo marito defuncto, *Huber. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 3. p. 165.* niſi res adhuc integra cognoſcatur, i. e. nondum alius liberis conſtitutus fuerit tutor, *Berger. c. l.*

7. Mater, ſive ab initio tutrix liberorum eſſe nolit, ſive, ſuſcepta tutela, tranſeat ad ſecunda vota, petere debet liberis tutores; quibus non petitis, in negligentiæ ſuæ pœnam, liberorum ſucceſſione privatur, *l. 2. §. 23. ad SCt. Tertull. l. 3. l. 6. C. eod. auth. iiſdem pœnis. C. de ſecund. nupt. Modeſt. Piſtor. p. 2. qu. 57. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18. def. 2. n. 3. Carpz. p. 2.*

15. 8. Ut

8. Ut vero hanc pœnam privationis incurrat mater, hæc requiſita concurrere oportet: 1) ut intra annum tutorem petere neglexerit, *§. 6. J. de SCt. Tertull. l. 10. C. de legit. hered.* 2) ut liberi in pupillari ætate mortui fuerint, *d. §. 6. J. SCt. Tertull. l. 3. C. eod. l. 10. C. de legit. hered. l. 6. C. qui pet. tut. A. Fab. d. def. 2. n. 2.* 3) ut matri non præferantur alii in tutela, *Bald. in l. 3. C. ad SCt. Tertull.* 4) ut mater ſit conſtituta in ætate majorenni. *l. 2. C. ſi adverſ. delict.* 5) ut pupillo expediat dari tutorem, nec aliqua juſta cauſa excuſari poſſit mater, *Schneidew. ad J. tit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. de ſucceſſ. aſcend. limit. 4. vid. Carpz. d. def. 15. n. 6. ſeq.*

9. Quando mater & avia, tutrices, ad nova vota tranſeunt, non tantum repelluntur a tutela, ſed etiam, ad majorem ſecuritatem, bona ipſarum, ac novorum maritorum, donec rationes redditæ ſint, tacite pupillis obligantur, *l. 6. C. in quib. cauſ. pign. tac. nov. 94. c. 2. Hopp. ad verba: agnati non ſunt. §. 1. J. de legit. agnat. tutel. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 3. p. 165.*

10. Mater filiorum tutrix, cui alius adjunctus eſt contutor, abſque eo, nomine pupilli, valide non contrahit, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 12.*

11. Mater etiam curatrix, quoad ætatem, non item quoad ſexum, eſſe poteſt, *Berger. E. D. F. tit. 9. obſ. 1. not. 3. p. 312.* confer. *Huber. prælect. ad ff. tit. de legit. tut. §. 2.*

12. add. loc. *tutela th. 36.*

MATRIMONIUM.

1. Adulter adulteram, ſoluto matrimonio, uxorem ducere non poteſt, jure civili, *l. 13. de his, quæ ut indign. nov. 134. c. 12.* Sed jure Canonico, quod hodie ſer-

ſervatur, tale matrimonium non improbatur, modo non ſpes conjugii fuerit facta tempore adulterii, aut machinati fuerint in conjugis innocentis necem, *c. 2. c. 31. qu. 1. & c. 6. X. de eo, qui dux. Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 14. & 15. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 16. ibique Stryck. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 48.* Et fieri poteſt, ut adultero cum adultera matrimonium contrahere concedatur, viva etiam uxore, *Beyer. in addit. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 15.*

2. Matrimonium cum infideli eſt prohibitum, *l. 6. C. de jud. & cœlic.* contractum tamen non diſſolvitur, *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 8. verb. cum infideli contractum. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. p. 98.* Unde tale matrimonium eſt diſpenſabile, *Brunnem. d. §. 8.*

3. Matrimonium cum hæretico contractum non eſt irritum, *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 8. Berger. c. l.* re vero integra non eſt concedendum, niſi ſpes ſit converſionis, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 6. n. 21.* imo niſi prius noſtram religionem amplectatur, *Beyer. in addit. ad Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 6.*

4. Matrimonium inter perſonas, diverſis religionibus, veluti Lutheranæ & Catholicæ, addictas, ſimpliciter non eſt prohibitum, modo 1) ſpes ſit converſionis in perſona pontificiæ religionis, nec ullum ex hoc conjugio metuendum periculum lutherano conjugi; 2) modo conveniant de liberis procreatis in vera lutherana religione educandis, præſtita deſuper cautione, *Carpz. d. def. 6. ibique Beyer. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. p. 98.* (add. *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 8. verb. cum hæretica.* ubi impro-

probit pactum, ut filii religionem patris, filiæ vero matris ſequantur) alias vero matrimonium non eſſe permittendum, cenſet *Carpz. d. def. 6. n. 28.*

5. Matrimonium vel ſaltem ſponſalia, inter perſonas diverſæ religionis ſemel contracta, non ſunt diſſolvenda, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 7.* etſi magiſtratus, ex recepta conſuetudine, in ea non conſenſerit, *Carpz. c. l. def. 8.*

6. Bene quidem faciunt nobiles, ſi a matrimonio cum plebejis abſtineant, ac conjuges nobilitate pares ſibi eligant, *Carpz. c. l. def. 9.* non prohibentur tamen eum plebejis perſonis matrimonium contrahere, quippe quod jure inter eos ſubſiſtit, *Carpz. c. l. def. 10.* Et mulier plebeja, ſi nubat viro nobili, ipſa fit nobilis, ac liberi ex eo matrimonio procreati vere habentur nobiles, *Carpz. c. l. def. 11. Hæpinger. de jur. inſign. c. 7. n. 54.* niſi forte ſpeciali ſtatuto proviſum, ut ad dignitatem quandam adſpirans, etiam nobilitatem majorum maternorum doceat, ubi quidem verus nobilis manebit ex plebeja natus, utut dignitatis illius particeps non fiat, der zu Schild und Helm Ritter- und Stifft-mäßig gebohren, uti vocantur in *Capit. Leopold. art. 40. Stryck. uſ. mod. tit. de ſenat. §. 7.*

7. Matrimonium principis cum virgine nobili nihil domus ſplendori detrahit, eosdemque effectus cum matrimonio, ubi par utriuſque conditionis eſt, regulariter habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 466.* add. *Myler. ab Ehrenb. gamolog. c. 5. n. 24. Horn. jurisprud. feud. c. 6. §. 10.*

8. Si autem homo infimæ conditionis ſe nobilem doloſe ſimulaverit, adeoque dolus cauſam matrimonio dederit, matrimonium eſt nullum; unde, cum aliquando actrix de nullitate matrimonii quæreretur, & fun-

Digitized by Google

& fundamentum actionis in dolo, ob ſimulatam nobilitatem & dignitatem militarem, Cornet-Charge, conſtitueret, delatum reo ſuper his circumſtantiis jusjurandum dictitatum eſſe, teſtatur *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. p. 104.* Sed illegitimam nativitatem, in contrahendo matrimonio, diſſimulatam, non eſſe legitimam ejus annullandi cauſam, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 43.*

9. Tutor prohibetur ducere uxorem pupillam, ante redditas ſcil. rationes, *l. 59. l. 64. §. 1. l. 66. de rit. nupt. Berger. c. l. th. 5. p. 98.*

10. Viro Sexagenario vel decrepitæ feminæ nuptias, præſertim cum juvencula, vel juvene, contrahere diſſuadendum, haud tamen ejuſmodi conjugium prohibendum, multo minus contractum jam diſſolvendum, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def.* add. *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 2. verb. diſſuadendum.* Ob nimiam tamen diſparitatem ætatis ſponſalia reſciſſa fuiſſe, teſtatur *Nicol. de repeud. & divort. p. 1. ſ. 2. n. 81. & Beyer. in addit. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 15.*

11. Non permittendum eſt hermaphroditis matrimonium contrahere, priusquam ex inſpectione de ſexu potiori conſtet, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 16. ibique Beyer.*

12. Matrimonium cum impotente, licet altera pars, vitii gnara, conſentiat, permitti haud debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 39.* Imo, ſi ex poſtfacto impotentia liquido ſe prodat, matrimonium pro nullo declarari, & ejuſmodi conjuges putativi a ſe invicem diſcedere debent, utut, cognito vitio, una vivere, & mutuum adjutorium ſibi præſtare velint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 102.* add. *Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17.*

Digitized by Google

17. §. 2. ibique Stryck. verb. ſcienter. Plane, quod de ſenibus dictum, idem de aliis impotentibus aſſerendum, qui caſu quodam tales facti, tradit *Stryck. c. l. verb. diſſuadendum. ubi præjudicium.*

13. Ob impotentiam, ſi de ea ab initio non ſtatim liquido appareat, tum demum eſt diſſolvendum matrimonium, ſi conjuges per triennium copulæ carnali operam dederint, nec tamen opus matrimoniale perficere potuerint, *c. 5. X. de frigid. & malef. ibique Gonzalez Tellez.* Si vero de impotentia medicorum judicio, ex ſignis externis, iiſdemque indubitatis, conſtet, neque ullo remedio eandem tolli poſſe, certum ſit, ſine mora ſententiam nullitatis declaratoriam ferri oportet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 52. n. 10. Stryck. ad Brunnem. c. l. verb. immedicabile.*

14. Quamvis jus canonicum *c. l.* abſolutam impotentiam ad effectum dirimendi conſortii conjugalis exigat: uſu fori tamen memorata diſpoſitio ad impotentiam reſpectivam quoque, v. g. ſi quis reſpectu unius quidem feminæ friget, cum aliis autem non alienam a ſe venerem experitur, extenſa eſt, *Nicol. de repud. & divort. c. 2. n. 25. 26. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 392. & p. 3. obſ. 174.*

15. Non vero, triennio elapſo, ſimplici conjugum aſſertioni, de conatu intra tantum tempus inutili, fides habenda, ſed, ut idem uterque, mediante juramento, confirment, requiritur, *c. 5. X. de frigid. & malef. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 392. n. 2. & p. 3. obſ. 56. n. 14.* Imo ne hoc quidem ſufficit, ſed ſimul ſeptima manus, ut in *d. cap.* dicitur, propinquorum, una jurantium, adhiberi debet, *Wernher. d. obſ. 56. n. 15.* quod juramentum propinquorum aliquando exactum fuiſ-

ſe,

Digitized by Google

ſe, liquet ex reſcripto, quod recitat *Dedekenn. vol. 3. p. 351. n. 6.*

16. Quid, ſi mulier conjugem impotentem eſſe, nec ſe ab illo cognoſci potuiſſe unquam, contendit, cum ille ex adverſo hoc neget, ſeque unam cum ea carnem factam eſſe, conſtanter aſſerat? Reſp. ſi mulier ſtatim in ipſa novitate poſt menſem aut duos, a tempore nuptiarum, de impotentia viri queſta eſt, præſumtio aliqua veritatis pro illa militat, quæ tamen ſola ne tum quidem ſufficit, ſed impotentia recto judicio probari debet; cujus locum, adminiculis forte ex ætate, aliisque circumſtantiis accedentibus, juramentum mulieris quandoque ſuſtinere poteſt; ſi vero mulier poſt ſemeſtre ſpatium, vel annum aut longius tempus ſe conqueratur, plane repellenda, nulloque modo ei fides habenda eſt, *c. 1. X. de frigid. & malef. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 56. n. 19. ſeq.* Quod quidem obtinet, ſi ſigna externa deficiant, ex quibus de impotentia conſtare queat, *Wernher. c. l. n. 20.*

17. Conſanguinitas, in linea collaterali, impedimento eſt nuptiis jure *divino*, uſque ad ſecundum gradum, incluſive, computando canonice, in linea in æquali, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 1. p. 99.* jure *civili*, uſque ad eundem gradum *Berger. c. l.* jure *canonico* uſque ad quartum gradum, incluſive, computando canonice, *c. 8. X. de conſangu. & affinit. Berger. c. l.* jure *Saxonico Electorali*, uſque ad tertium gradum, incluſive, computando canonice, in linea in æquali, *Berger. c. l.* denique *Marchico*, ad tertium gradum, incluſive, computando canonice, etiam in linea æquali, *Berger. c. l.* Excipe, niſi alteruter conjungendorum ſuſtineat reſpectum parentelæ: nam tum nuptiæ omni jure in infinitum ſunt prohibitæ, *Berger. c. l.*

Nec

Digitized by Google

Nec intereſt, 1) conſanguinitas ab uno tantum latere, an ab utroque ſit contracta, 2) fuerit legitima & naturalis ſimul, an naturalis tantum, *Berger. c. l.*

18. Affinitas in linea recta omni jure impedit nuptias, & jure *civili*, etiam in ſecundo affinitatis genere, *l. 15. de rit. nupt.* jure *canonico* in tertio quoque affinitatis genere; ita tamen ut prohibitio utriuſque juris, in ſecundo & tertio genere affinitatis, ſit diſpenſabilis, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 2. p. 99.* add. *Beuſt. de matrim. cap. 53.* Aſt matrimonium, in linea recta ſecundi generis affinitatis, etiam jure divino tacite prohiberi, adeoque diſpenſationi principis locum non eſſe, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 124.*

19. Affinitas in linea collaterali impedimento eſt nuptiis, jure *divino*, uſque ad ſecundum gradum, incluſive, computando canonice, in linea inæquali, *Berger. c. l.* jure *civili*, uſque ad ſecundum gradum, incluſive, computando civiliter, non ulterius, *Berger. c. l. p. 100.* jure *canonico*, uſque ad quartum gradum, incluſive, computando canonice, *c. 8. X. de conſangu. & affinit. Berger. c. l. jure Saxonico Electorali*, uſque ad tertium gradum, incluſive, computando canonice, in linea inæquali, *Berger. c. l.* denique *Marchico*, uſque ad tertium gradum, incluſive, computando canonice, in linea etiam æquali, *Berger. c. l.* Excipe, niſi alteruter conjungendorum reſpectum parentis ſuſtineat: nam tum nuptiæ omni jure, excepto civili, ſunt prohibitæ, *Berger. c. l.*

20. Secundum & tertium genus affinitatis nuptiis impedimento non eſt, *c. 8. X. de conſangu. & affinit. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 2. p. 100* Ex quo conſequitur, omni jure nuptias cum prædefunctæ uxoris fratris vidua permiſſas eſſe, *Berger. c. l.* excepto

pto jure Saxonico, quoad interpretationem uſualem, *Berger. c. l.* quæ etiam ad territorium Luſatienſe prorogatur; *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in addit. ad tit. 3. §. 3. p. 1844.*

21. Nihil intereſt affinitas ſit naturalis & legitima ſimul, an naturalis tantum, itemque ex uno, an ex utroque latere contracta, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 101. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 111.* Ea vero, quæ oritur ex ſponſalibus, eſt imperfecta, atque adeo parum attenditur, *Berger. c. l.* Quamvis, ſi qua ſuſpicio concubitus antegreſſi emergat, eadem jurejurando purganda ſit, *Berger. c. l.*

22. Sic ei, qui de adulterio vel ſtupro cum muliere ſuſpectus eſt, matrimonium cum illius filia non aliter, quam prævio juramento purgatorio, permittitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 45.* Et ei, qui de ſtupro cum ſponſæ matris ſorore ſuſpectus eſt, matrimonii conſummatio prius non permittitur, quam is juramentum purgatorium præſtiterit, *Wernher. in ſupplem. ad p. 1. obſ. 45.*

23. Non tantum illæ perſonæ, quæ *c. 18. Levit.* expreſſæ, prohibitæ ſunt, matrimonium inire, ſed & aliæ in ſimili gradu, v. g. uxoris ſororis filia, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 76. n. 4. & def. 92. n. 8. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 26. ibique. Stryck. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 278. Berger. Reſolut.- Lauterb. tit. de rit. nupt. qu. 5.* diſſentiunt, & perſonas ſaltem ibi expreſſas, non vero in ſimili gradu conſtitutas, prohiberi matrimonium contrahère, ſtatuunt *Luther. in tom. 2. oper. germ. jen. fol. 252. Fichard. tom. 2. conſil. 68. Petr. Weſenb. conſil. 23. Mauſer. ad §. ergo non omnes. J. de nupt. Harprecht. ad §. fratris. J. de*

J. de nupt. add. *Stryck. de diſſenſ. ſponſal. ſect. 5. §. 20. & 21.*

24. Quicunque gradus, ſive expreſſe, ſive tacite, & per neceſſariam conſecutionem, jure divino *Levit. 18.* ſunt prohibiti, illi non ſunt diſpenſabiles, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. d. 109. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 25. ibique Stryck. verb. diſpenſari poteſt. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 2. p. 101.* Liberiores hic ſunt pontificii, teſte *Carpz. c. l. n. 1. Myler. ab* Ehrenbach. *gamolog. perſon. illuſtr. c. 8. n. 2.*

25. Matrimonia *Levit. 18.* prohibita ſunt abſolute nulla, adeoque contracta & conſummata per copulam ſacerdotalem, aut carnalem ſunt diſſolvenda, *Berger. c. l. & Reſolut. Lauterb. tit. de rit. nupt. qu. 5. Stryck. de diſſens. ſponſal. ſect. 5. §. 14. 18. & 22. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 27. ibique Stryck.* in caſu quoque ignorantiæ, *Berger. c. l.* diſſentiunt, & matrimonia contra illam prohibitionem non permittenda quidem, conſummata vero, excepto matrimonio inter aſcendentes & deſcendentes, ac in gradu primo lineæ æqualis contractu, reſcindenda non eſſe, ſtatuunt *Beuſt. de ſponſal. & matrim. c. 52. Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 99.* ubi ſubjungit, quod tamen pœna arbitraria delinquentibus ſit injungenda.

26. Matrimonium cum defunctæ uxoris ſororis vel fratris filia nequidem per diſpenſationem principis contrahi poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 278. & p. 3. obſ. 103. nec non in ſupplem. nov. ad d. p. 3. obſ. 103.* add. *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 92.* adeoque contractum iterum eſt dirimendum, *Berger. p. 1. R. 236.* imo non eſt dirimendum, *Carpz. c. l. def. 99. Stryck. de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 5. §. 27.* atque eſt diſpenſabile, *Stryck. de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 5. §. 21.*

Digitized by Google

27. Diſpenſatio principis circa matrimonium cum defuncti fratris vidua locum non habet, quamvis commixtio ſanguinis & ſeminis haud intervenerit: cum ſufficiat ſola copula carnalis, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 20.*

28. Diſpenſatio circa matrimonium cum ejus feminæ, quam quis a ſe vitiatam faſſus eſt, ſorore locum non habet, licet confeſſionem revocaverit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 31.*

29. Princeps valide diſpenſat de illis gradibus, qui ſolo jure humano prohibentur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 2. p. 101.* imo de iis etiam, qui jure divino vetantur; quod quidem ad effectus civiles, ut puta ſucceſſionis feudalis, in ſui ipſiusmet tamen tantummodo præjudicium, non etiam tertii, v. c. agnatorum, aut ſimultanee inveſtitorum, utpote qui in prædicta ſucceſſione anteferuntur filio, ex tali matrimonio nato; non item quod ad effectus naturales, i. e. ne ejusdem perſonæ ſeparentur, ut ipſis communio ſacræ cœnæ permittatur, *Berger. c. l. & lib. 2. R. 62.*

30. Cum inter utriusque conjugis conſanguineos proprie nulla ſit affinitas: conſequitur, patrem meum poſſe filiam uxoris meæ ducere, *l. ult. §. 14. de gardib. Berger. œcon. jur. c. l. p. 102.* add. *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 106.* ubi plura ejusmodi exempla adducit, monet tamen, quod ejusmodi matrimonia ſint diſſuadenda. *jung. def. 104.*

31. Licitum eſt matrimonium inter comprivignos, etiam absque diſpenſatione, *Carpz. c. l. def. 105. ibique Beyer. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 23.* etiamſi adſit frater communis, *Stryck. ad d. §. 23. verb.*

de

de matrimonio comprivignorum. diſſentit *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 5. not. 3. p. 103.*

32. Matrimonium poſterius, nondum finito priori, eſt nullum, adeoque conjugi priori reverſo, cedere debet poſterior, *c. 19. X. de ſponſal. Fin keltb. obſ. III. n. 8. & 9. Stryk. de diſſenſ. ſponſal. ſect. 5. § 30.*

33. Maritus tamen prior reverſus non tenetur recipere uxorem alii junctam, ſi culpa uxoris intervenerit, forte, quod nondum rite de morte mariti informata ad ſecunda ſtatim vota convolaverit, *Stryck. c. l. §. 31.* Quo vero caſu maritus ſecundus tenetur retinere uxorem, *Stryck. c. l.*

34. Quodſi vero uxori nulla poſſit imputari culpa, veluti, ſi bona fide, & autoritate conſiſtorii poſterius matrimonium contraxit, maritum priorem cogi ad recipiendam uxorem, modo, ſimul ac de vita prioris mariti edocta a poſterioris conſortio conjugali abſtinuerit, quod facere tenetur, *c. 2. X. de ſec. nupt.* tradit *Stryck. c. l. §. 33.* confer. vero *Bruckner. dec. matrim. c. 27. n. 12. Rittersbus. ad nov. p. 4. c. 10. n. 8. Nicol. de repud. & divort. p. 2. c. 1. n. 52.*

35. Mors conjugis abſentis ſi nullo modo probari poteſt, ſuperſtes ad vota ſecunda non admittitur, antequam, prævia citatione ac proceſſu deſertionis finito, matrimonium prius per ſententiam fuerit diſſolutum, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 170.*

36. Novum matrimonium ante declarationem judicis contrahi non poteſt, etiamſi adulterium, a conjuge commiſſum, notorium ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 124.* add. *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 19.* diſſentit, & tali caſu, non expectata judicis ſententia, divortium fieri, atque ad novas nuptias licite tranſiri poſſe, putat *Huber. prælect. ad ff. tit. de divort. §. 14.*

Digitized by Google

37. Matrimonio pro nullo declarato, mutua reſtitutio ejus, quod utraque pars ſibi invicem dedit, fieri debet, *Nicol. de repud. & divort. c. 2. n. 27. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 392. n. 4. p. 746.*

38. Matrimonium ſubſequens purgat omnem maculam fornicationis, *Carpz. lib. 6. R. 98. n. 8.* non ſolum quoad liberos, ſed etiam quoad ipſos parentes, *Lupus de matrim. p. 2. n. 29. 34. ſeq.*

39. Matrimonium mitigat pœnam ſtupri, *Carpz. p. 4. c. 22. d. 12.* Unde pœna ob ſtuprum non prius dictanda eſt, quam paſſus matrimonialis finitus ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 48. n. 2.*

MEDICUS.

1. Si ægrotus medico vendat, metu concuſſionis id feciſſe præſumitur & hinc contractus reſcinditur, etiamſi non appareat enormis læſio, per *l. 9. C. de profeſſ. & med. & l. 3. de extraord. cognit. Pinell. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. R. 2. c. 2. n. 33. Coſtall. ad l. medicum. quod met. cauſ.* Verum vix ex illis textibus elici poterit, medicum cum ægroto plane contrahere non poſſe; in *l. 3.* compulſio expreſſa adeſt, quæ facta per adverſa medicamenta; & *l. 9.* donationem tantum ab ægroto in medicum collatam inhibet, ut hinc alia ſit ratio in contractu oneroſo. Conſultius tamen eſt medico, ut cum ægroto contracturus expectet, donec ad ſanitatem reverſus fuerit, vel etiam adhibeat teſtes, qui de libera voluntate ægroti teſtari poſſint, *Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 8. §. 5.*

2. Pactio ægroti cum medico de ſalute invalida eſt, *l. 9. C. de profeſſ. & med.* ubi medicis permittitur, ea accipere, quæ ſani offerunt pro obſequiis, non ea, quæ periclitantes pro ſalute promittunt, *Brunnem. ad l. 3. de extraord. cognit. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7.* obſ.

Digitized by Google

obſ. 213. Aſt pactum de certo honorario præſtando, poſt recuperatam valetudinem, initum, valet, *Wernher. c. l. n. 4.*

3. Nec medico atteſtanti, niſi jurato, creditur, *Carpz. pract. crimin. qu. 26. n. 39. Horn. cl. 16. R. 8. p. 1234. b.*

4. Sententia, ex medicorum relatione lata, retractari poteſt ex meliori judicio peritorum, *Stryck. de jur. ſenſ. diſſert. 1. c. 3. n. 16.*

MELANCHOLIA. MELANCHOLICUS.

1. Si melancholiæ tanta eſt vehementia, ut omnem rationis uſum impediat, omnino curatore opus eſt, ſi contractus ſubſiſtere debeat, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 1. c. 2. §. 11.*

2. Melancholia in delictis mitigat pœnam, *Carpz. pract. crimin. qu. 145. n. 53. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 129. & œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 12. not. 15. p. 837.* Imo melancholicus, ſi plane extra ſe poſitus deprehendatur, ab omni pœna immunis eſſe debet, *Stryck. uſ. mod. tit. de privat. delict. §. 13.*

MELIORATIONES.

1. Vox: *meliorationum*, in ſententia uſurpata, latius intelligenda eſt, & non ſolum ad eas impenſas pertinet, quæ adhuc extant, atque utilitatem, in ſenſus incurrentem, poſt ſe relinquunt, ſed quoque omnia, quæ in utilitatem fundi, quocunque modo, redundant, veluti, onera exſoluta, ſuo ambitu complectitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 335.*

2. Meliorationes commodiſſime oculari inſpectione æſtimantur à rerum æſtimandarum peritis, *Tuſch. pract. concl. lit. m. concl. 183. n. 5. Berlich. p. 1. concl. 65. n. 135. Stryck. de jur. ſenſ. diſſert. 1. c. 1. n. 75.* add. *ejusd. uſ. mod. tit. locat. conduct. §. 37.*

Digitized by Google

3. Meliorationes, in rem alienam factæ, quæ impenſas ſuperant, non juxta præſentem earum æſtimationem, ſed quatenus impenſæ revera factæ, reſtitui debent, *l. 38. de R. V. Sande lib. 3. tit. 15. def. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 297.*

4. Uſuræ meliorationum non prius debentur, quam ab eo tempore, quo hæ ad liquidum perductæ ſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 122.*

MELIORATIONES FEUDI.

Vid. loc. *feudi meliorationes.*

MENSORES AGRORUM.

1. Menſores agrorum, limitumque terminatores regulariter jurati eſſe debent, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 9.* quod tamen vix neceſſarium videtur in exploratore per virgulam mercurialem, *Rivin. c. l.*

2. Qui per menſorum, falſum modum ſeu menſuram, renunciantem læſus eſt, contra eum agere poteſt, ut intereſſe refundat, *l. 1. pr. ſi menſor falſ. mod. dix. Stryck. uſ. mod. eod. tit. §. 1.*

3. Nihil autem intereſt, an dolo, an culpa falſum modum renunciaverit, quod ad culpam latam reſtringitur in *d. l. pr.* a levi ergo abſolvitur, *Hilliger. in Donell. lib. 16. c. 7. lit. g.* imo hodie ad levem culpam præſtandam obligatur, *Oettinger. de limitib. c. 16. Stryck. c. l. §. 2.*

4. Utut autem agrimenſor citra culpam falſum modum dixerit: attamen læſus damni reparationem conſequi poteſt, ſi per alios agrimenſores falſum modum oſtendat, licet jam ſententia ſuper priori menſura ſit lata, *Berlich. p. 1. concl. 47. n. 30. ſeq. Stryck. c. l. §. 2.*

5. Nec intereſt his caſibus, an ipſe menſor renunciaverit, an alium ad menſurandum ſubſtituerit, *l. 2.*

Digitized by Google

l. 2. §. 1. ſi menſor falſ. mod. dix. Stryck. c. l. §. 3. add. *Myler. ab Ehrenbach. in metrolog. c. 13. §. 12. ſeq.*

6. Actionem contra heredem quidem denegat Prætor in *l. 3. §. pen. eod.* Aſt hodie etiam heres menſoris conveniri poteſt, *Brunnem. ad d. l. 3. n. 4. Stryck. c. l. §. 4.*

7. Duobus agrimenſoribus adhibitis, contra ſingulos in ſolidum agi poteſt, ſi ambo doloſe falſam menſuram referant, *d. l. 3. pr. Bargal. de dolo lib. 6. reg. 5. n. 1.* adeo ut hic beneficio diviſionis locus non detur, *Myler. in metrolog. c. 13. §. 20. n. 2.* Aſt hodie non denegandum ipſis eſſe beneficium diviſionis, tradit *Stryck. c. l.*

MENTE CAPTUS.

1. In alienandis bonis immobilibus eorum, qui mente capti ſunt, cauſa neceſſaria atque decretum requiritur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 93.*

2. Mente captus excuſatur a pœna, *Damhouder. prax. rer. crim. c. 84. n. 6. Carpz. pract. crimin. qu. 145. n. 2.* interim tamen, ne ulterius noceat, cuſtodiendus eſt a cognatis in carceribus, ac etiam, ſi opus fuerit, juxta gradum furoris, in vinculis atque compedibus, *Stryck. uſ. mod. tit. de privat. delict. §. 13.*

MERCATOR. MERCATURA. MERCES.

1. Mercatores regulariter eodem cum aliis jure utuntur, niſi lege, ſtatuto, aut conſuetudine indubia aliud introductum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 64.*

2. Inter mercatores apices juris non ſpectantur, ſed tantum, quod bonæ fidei convenit, & ex hac ſola agitur, *Gail. lib. 2. obſ. 27. n. 27. Mev. p. 5. dec. 174. n. 5.*

3. Mercatores peregrinantes miſerabilibus per-

Digitized by Google

ſonis comparantur, *Marquard. de jur. mercat. lib. 2. c. 3. n. 95.*

4. Mutatio nominis in mercatore ſuſpecta eſt, & intentionis fraudulentæ indicium, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 63.*

5. A mercaturæ genere nemo poteſt excludi, ſine certo jure prohibendi, *Mev. p. 5. dec. 168.*

6. Mercatores alicujus urbis, in nullo collegio exiſtentes, ſed ſigillatim conſiderati, non poſſunt, ad probandam certi juris præſcriptionem, tempus anteceſſorum ſuorum allegare, quandoquidem illi nec pro heredibus, nec pro ſucceſſoribus ſingularibus habentur, atque adeo juſtus titulus ſucceſſionis deeſt, *Berger. lib. 2. R. 65.*

MERCATORUM LIBRI.

Vid. loc. *liber mercatorius.*

MERCENARII.

1. Mercenarios, das Geſinde, moderate caſtigare licet, idque propter indolem domeſticæ diſciplinæ, cui ſe per locationem ſubjecit ſervus, *Hopp. ad §. 2. J. de his, qui ſui vel alien. jur. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 2. p. 92.*

2. Jus domeſticæ animadverſionis adſtrictum eſt ad delicta, (ſive fiant committendo ſive omittendo) 1) levia, 2) ejusmodi, quæ miniſterium attingunt. Ceteroquin in delictis 1) gravioribus, 2) extra miniſterium admiſſis, idem jus exulat, quandoquidem tum coercitio potius ad judicem competentem eſt referenda, *Berger. c. l. not. 3.*

3. Sine delicto autem vel ultra ejus merita iniqua erit omnis caſtigatio, & in ſævitiam degenerabit, *Hopp. c. l.* Quam ob rem injuriarum aliquando condem-

demnatam fuiſſe feminam, quæ ancillam honeſtam, & tale quid non merentem, vocaverat meretricem, teſtatur *Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 10. n. 16.*

4. Mercenarius, fuga ſe ſervitio ſurripiens, nihil a domino impetrare debet, ſed ad eum reverti, & convenienter reſignare, atque e ſervitio diſcedere jubendus eſt, niſi juſta fugiendi cauſa demonſtrabitur, *Mev. p. 4. dec. 18.* Quodſi vero ſævitiam domini metuat, cautionem de non offendendo ab ipſo exigere poteſt, *Mev. p. 4. dec. 19.* add. *Hopp. c. l.*

5. add. loc. *caſtigatio domeſtica. tb. 3. ſeq.*

METATA.

1. Metata ſua natura onera realia ſeu patrimonialia ſunt, *l. 3. §. 14. l. fin. §. pen. & ult. de muner. & honor. l. 3. C. de muner. patrim. Mev. p. 2. dec. 90. n. 6.* adeoque ad locatorem pertinent, *Franzk. ad. ff. tit. locat. n. 92. ſeq. Carpz. p. 2. c. 37. d. 15. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 9. §. 23.* ſi ſcilicet publica autoritate metata indicuntur: ſi vero miles, dum tranſit loca, in iis pro quiete temporaria velut in diverſório hoſpitium ad unum vel alterum diem capit, vel per invaſiones hoſtiles ædes occupantur, hoc pro caſu fortuito reputandum, adeoque damnum eſt conductoris, *Mev. d. dec. 90, Stryck. c. l.*

2. In eo caſu, ubi metatorum damna & impendia domino fundi imputantur, non poteſt conductor ab illo repetere amplius quam pro onere metatorum ex decreto publico debetur, ut nec damna, quæ rebus ipſius intulit miles, *Mev. d. dec. 90. n. 10. 11.*

3. Metata ſunt onera civium, *tot. tit. C. de Salgam. Mev. p 3. dec. 62.* a quibus nemo eorum excuſatur, *l. ſunt munera. de vacat. & excuſat. muner. A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 29. def. 26. Mev. d. dec. 62. n. 5.*

4. Ab

4. Ab hoſpitatura militum eximuntur advocati, *l. 5. §. 2. C. de advocat. diverſ. judic. Tabor. de metat. p. 3. ſect. 2. c. 2 art. 2. §. 4. Stryck. uſ. mod. tit. de poſtul. §. 12, & tit. de jure immunit. §. 5.* Quæ immunitas ad illas tantum ædes pertinet, quas inhabitat advocatus; *Klock. de contribut. c. 17. n. 207.*

METUS.

1. Obligatio metu contracta nec hodie eſt ipſo jure nulla, ſed reſtitutione prætoris diſſolvenda, *Gail. lib. 2. obſ. 93. n. 4. Stryck. uſ. mod. tit. quod met. cauſ. §. 2.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. quod met. cauſ. qu. un. & tit. de contrah. emt. qu. 18.*

2. Quo prætor ſuccurrat metum paſſo, requiritur, ut ſit 1) incuſſus vi compulſiva, eaque injuſta, *l. 3. §. 1. quod met. cauſ.* & atroci, *l. 7. & 9. C. de his, quæ vi, met. cauſ.* 2) præſens, *d. l. 9.* 3) juſtus paſſive, qui juſte a conſtanti viro recipitur, *l. 6. quod met. cauſ.* ſive in ſe ſive in liberis, *l. 8. §. ult. eod. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 9. p. 891.* vid. omnino *Tuſch. pract. concl lit. m. concl. 287.*

3. Non ſufficit ergo ad reſtitutionem metus vani hominis, cujusmodi eſt metus infamiæ verbalis, vexationis, *l. 7. pr. quod met. cauſ. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15 th. 9. not. 1. p. 892.* aut dignitatis, *l. 6. C. de his, quæ vi, met. cauſ. Berger. c. l.* ſcilicet nudæ: ex adverſo dignitas, cum poteſtate conjuncta, refertur inter juſtas metus cauſas, *l. pen. C. eod.* quæ etiam pertinet ad perpetuos magiſtratus *Berger. c. l.* & imperii principes, *Berger. c. l.* Nec ſufficit metus reverentialis, *l. 22. de rit. nupt.* quanquam alioquin ejusmodi metu geſtum officio judicis reſcindi poteſt, *Hillig. ad. Donell. lib. 15. c. 38. lit. m. Berger. c. l.* Nec ſufficiunt minæ,

l. 9.

Digitized by Google

l. 9. C. de his, quæ vi, met. cauſ. nec ſuſpicio mali inferendi, *l. 9. pr. quod met. cauſ. Stryck. uſ. mod. tit. quod met. cauſ. §. 12.*

4. Ceterum, ſi quid ex vano & levi metu factum ſit, illi hodie ſaltem officio judicis ſuccurrendum eſſe, putat *Weſenbec. in paratit. quod met. cauſ. n. 3. ibique Hahn.* diſſentit *Bachov. ad Weſenbec. d. l. Stryck. c. l.*

5. Quod promiſſum eſt metu executionis judicialis, ut injuſte factum, exceptione metus non eliditur, *Mev. p. 2. dec. 42. & p. 5. dec. 273. Stryck. c. l. §. 10.*

6. Quod ſi maritus deprehenſum in adulterio armis mortem minitantibus adegerit ad certæ pecuniæ promiſſionem, an hic exceptione metus ſe tueri poſſit? Affirmant *A. Fab. rational. ad l. 7. §. 1. quod met. cauſ. Wiſſenb. tit. eod. th. 14.* negat *Stryck. c. l. §. 11.*

7. Ad concuſſionem non requiritur, ut metus vel vitæ, vel dolorum corporalium injiciatur, ſed ſufficit metus pecuniæ extorquendæ, aut accuſationis, aut amittendæ fidei, ita ut exceptio: quod metus cauſa, ſimiliter poſſit opponi, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 5. not. 2. p. 809.*

8. Dum prætor concedit illis, qui per metum re ſua privati, actionem in quadruplum contra contumacem, vel reſtituere nolentem, ita ut quadrupletur omne, quodcunque reſtitui oportuit, *l. 14. §. 1. quod met. cauſ. Stryck. c. l. §. 3. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 9. not. 3. & 5. p. 892. ſeq.* hanc actionem in quadruplum, ut reliquas omnes, quæ ultra ſimplum dantur, hodie abrogatas eſſe aſſerunt *Mornac. ad l. 14. tit. quod met. cauſ. Wiſſenb. ad ff. tit. quod met. cauſ. th. 24. Gudelin. de jur. noviſſ. lib. 3. c. 12.* Sed adhuc hodie in quadruplum agi poſſe, docent *Brunnem.*

ad

Digitized by Google

ad l. 9. d. tit. n. 20. Stryck. c. l. Berger. d. not. 3. p. 893. ubi præjudicium.

9. Intra annum utilem, ſeu quadriennium continuum, quamvis, annum utilem, cujus mentio fit in *l. 14. §. 1. tit. quod met. cauſ.* hodie per *l. ult. C. de temp. in integr. reſtit.* in quadriennium continuum mutatum eſſe, negat *Struv. tit. quod met. cauſ. th. 22.* agi poteſt, *Sichard. ad l. 4. C. tit. de his, quæ vi, met. cauſ. Brunnem. ad d. l. ult. C. de temp. in integr. reſtit. Stryck. c. l. §. 4.* Poſt quadriennium vero ſimpli perſecutio per 30. annos ſalva manet, *Stryck. c. l.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 9. not. 4. p. 893.*

10. Actio de metu eſt in rem ſcripta, *l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. quod met. cauſ.* & hinc contra heredem non datur, niſi quatenus ad ipſum pervenit; quod ſi vero ſemel pervenerit, ad ulteriores heredes tranſit, licet ad eos nihil pervenerit, *l. 17. quod met. cauſ. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 10.*

11. Actio doli & actio: quod metus cauſa, quod ad rem concurrunt elective, ita tamen, ut, altera inſtituta & finita, alteri adhuc locus detur, *Hillig. ad Donell. lib. 15. c. 40. lit. x. Berger. c. l. not. 7. p. 894.*

12. Exceptio metus per replicationem metus eliditur, *l. 12. §. 1. quod. met. cauſ.* Aſt exceptio doli non eliditur per replicationem doli, *l. 4. §. 13. de dol. mal. & met. except. Stryck. uſ. mod. tit. de dol. mal. & met. except. §. 1.*

13. Purgatur vitium metus, ſolutione ejus, quod promiſſum eſt, ſpontanea, eaque ex intervallo facto, *l. 2. C. de his, quæ vi met. cauſ. Berger. c. l. not. 8.*

MILES. MILITIA.

1. Miles pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus

tus decedere poteſt, *l. 6. de teſtam. milit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 5. not. 5. p. 353.*

2. Miles in codicillis liberos pariter ac parentes legitima privare poteſt, modo expreſſe velit: velle autem tum videtur, cum iisdem codicillis omnia bona extraneo relinquit, ut nihil ſuperſit, unde ab inteſtato legitima exſolvi poſſit, *Berger. c. l. p. 354.*

3. Teſtamentum militis, jure, ſive militari, ſive communi conditum, per quærelam inofficioſi teſtamenti non poteſt impugnari, *l. 9. C. de teſtam. milit. Brunnem. conſil. 11. Schilter. ex. 38. th. 114. Berger. c. l. p. 353.*

4. Miles res ab ejus adminiſtratore pecunia militis emtas utiliter vindicare poteſt, *l. 8. C. de R. V. ibique Brunnem. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. in quib. cauſ. pig. &c. qu. 3.*

5. Milites, ſine diſcrimine cauſarum, civiles ſint, an criminales, coram magiſtratu militari ſortiuntur forum, *l. 9. de cuſtod. reor. l. 6. C. de jurisdict. omn. jud. Mev. p. 8. dec. 481. Huber. prælect. ad ff. lib. 5. tit. 1. §. 67. Krauſ. proc. judic. lib. 2. c. 9. § 1.* In communibus tamen delictis commune quoque forum, ſi ab ordinariis judicibus deprehendantur, ſortiuntur, *Sandius lib. 1. tit. 1. def. 4. Huber. c. l. Krauſ. c. l. Carpz. p. 4. c. 9. d. 11.* Nec magiſtratus, ut remittat reum ad forum militare, tenetur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 200.*

6. Et milites in cauſis communibus ſequi forum ordinarium, etiam in Electoratu Saxonico, ita ut præfecti militares ſuperiorum ordinum, Ober-Officiers biß auf die Leutenants und Fähndriche incluſive, pro Schrifftſaſſiis habeantur, atque adeo immedia-

tum

tam coram cancellaria principis, ejusdemque curiis provincialibus ſortiantur inſtantiam, tradit *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de judic. ad verbum. milites. & E. D. F. tit. 4. obſ. 11. p. 106. & tit. 40. obſ. 7. not. 5. th. 7. p. 1319. nec non œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 6. p. 942.* Imo illos coram commiſſione regiminis comparere cogi, quamvis alibi bona immobilia poſſideant, præjudicio comprobat *Berger. œcon. jur. c. l.* (quo quidem caſu alias domicilii forum retinent, juxta *l. 23. §. 1. ad municip. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*) Neque intereſſe, utrum illi actu militent, an ad juſſum principis parati ſint, ſo Warte-Gelder bekommen, putat *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l. & œcon. jur. c. l.*

7. Verum uſu Germaniæ eo deventum eſſe, ut in omnibus delictis ad legionem ſuam, ſeu judicem militarem remittantur milites, teſtantur *Brunnem. ad l. 6. C. de jurisdict. omn. jud. Stryck. uſ. mod. tit. de judic. §. 30. Behaimb. in milit. delinqu. obſ. 74. Ludovic.* Einleit. zum Kriegs-*Proc. c. 3. §. 11.* Et milites in cauſa civili, eaque perſonali, non niſi coram foro militari conveniri poſſe, ex obſervantia fori teſtatur *Ludovic. c. l. §. 6.* add. *Mev. p. 4. dec. 273. n. 1. 2. & p. 8. dec. 481.* nam in cauſa reali eos in foro rei ſitæ conveniri poſſe, nullum eſt dubium, *Beier. jur. milit. prudent. lib. 4. tit. 1. th. 4. n. 1327. Ludovic. c. l. §. 7.* Idque omne in Saxonia ita obſervari debere, *peculiari mandato de die 22. decembr. 1718. §. 9.* ſancitum eſt, quod extat in *Codice Auguſteo. vol. 1. p. 1198. ſeq.* add. omnino *mandat. de die 1. Mart. 1697. §. 2.* quod itidem exſtat in *Cod. Auguſt. vol. 1. p. 2071. ſeq.*

8. Milites, qui plane dimiſſi ſunt, ſubjiciuntur magiſtratui loci, ubi deinceps commorantur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 6. p. 942.* & poſt fini-

Digitized by Google

finitam militiam in pristinam conditionem redeunt, ac, ubi domicilium habent, vel contrahunt, vel delinquunt, forum ſortiuntur, *Mev. p. 3. dec. 72. n. 2. & p. 4. dec. 273.* Id enim circa privilegia militaria communiter ſervatur, ut iis gaudeant tantum, qui actu militant, *Mev d. dec. 72. n. 3. Vivius dec. 254.* Et veterani milites dimiſſi, poſtquam aliud vitæ genus elegerunt, ex præſenti conditione æſtimari, & ita communibus oneribus ſubjici ſolent: intuitu pœnarum autem ipſis infligendarum adhuc quadantenus eorum ratio haberi ſolet, præſertim ſi antea in dignitate aliqua militari conſtituti fuerint, teſte *Stryck. uſ. mod. tit. de veteran. §. un.* add. *Brunnem. ad l. 2. eod. tit. Schilter. ex. 50. §. 16.*

9 Hoc quidem hodie in Saxonia ita ſeſe habet, quoad milites gregarios & præfectos inferiorum ordinum, Unter-Officiers, nec non eos, qui in ſervitiis dimiſſorum præfectorum ſuperioris ordinis exiſtunt, imo & ipſos præfectos ſuperioris ordinis, inhoneſte tamen & cum infamia dimiſſos, juxta *memoratum mandatum de an. 1718. §. 8.* Illi vero præfecti ſuperiorum ordinum, qui honeſte ſunt dimiſſi, cum uxoribus & liberis, pro Schrifftſaſſiis habentur, ita tamen, ut in cauſis civilibus & delictis levioribus magiſtratus loci, ubi commorantur, contrahunt vel delinquunt, vi commiſſionis generalis, ſecundum certam præſcriptam formam, jurisdictionem in eos exercere poſſint, vid. *laudat. mandat. §. 1. 2. 3.* Aſt in ejusmodi ſuperiorum ordinum præfectos, eorumque uxores & liberos, propter delicta graviora, quæ ultimo ſupplicio, pœna corporis afflictiva aut infamiæ vindicantur, inquirere prohibentur magiſtratus civiles, juſſi, in ejusmodi caſibus cauſam illico ad Supremum campi

(P) mare-

mareſchallum, vel, in ejus abſentia, ad ſupremum copiarum præfectum, cui imperium concreditum eſt, den commandirenden-General, referre, ejusmodi tamen delinquentes, ſi de fuga ſint ſuſpecti, aut alias periculum in mora, comprehendere, & in honeſta cuſtodia detinere, vid. *memorat. mandat.* §. *5. 6. in Cod. Auguſt. vol. 1. p. 1199.*

10. Forum militare ad cauſas militum matrimoniales non eſt producendum, verum prædictæ cauſæ coram conſiſtorio eccleſiaſtico, expediendæ ſunt, *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 29. §. 35. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 6. p. 25.* confer. *Stryck. uſ. mod. tit. de re milit. §. 2. Mev. p. 1. dec. 252.* Quid in praxi obtineat, exſertim proſecutus ſum in *tract. pecul.* **Von Ehe und Schwängerungs Sachen der Soldaten**, *cap. 8.* ad quem B. L. remitto.

11. Militum fora ſunt improrogabilia, adeo, ut nec contra eos ab incompetente judice lata ſententia rei judicatæ vires conſequatur, nec executioni demandari queat, quin vetitum illud examen appellatur, & actor amiſſione juris agendi, judex vero in cauſa militari, ad eum non pertinente, cognoſcens capitali animadverſione punitur, *l. 5. C. de jurisdict. omn. jud. Barth. hodeg. for. c. 1. ʃʃ. 3. lit. b. p. 8.*

12. Milites ob debita non poſſe arreſtari, quod dicitur, ad eorum perſonas tantum pertinet, *Mev. p. 9. dec. 21. n. 1.* nam eorum bona arreſtis ſunt obnoxia, *Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 137.* Nec tantum a magiſtro militum, ſed etiam ab aliis judicibus, arreſta adverſus illa imponi poſſe, tradit *Mev. d. dec. 21. n. 2. 3.*

13. Miles, qui in præſidiis eſt, cereviſiæ, tabaci & aliorum comeſtibilium venditionem uſurpare non poteſt, *Mev. p. 3. dec. 184.*

MIL-

Digitized by Google

MILLIARE.

1. Quando in jure provinciali aut ſtatutario milliaris mentio fit, ejus quantitas ex vulgari geometrarum calculo æſtimanda, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 201. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

2. add. loc. *cereviſiarium jus. th. 11. 12.*

MINISTER ECCLESIÆ.

1. Miniſter eccleſiæ non poteſt a parochianis operas ad agros ſuos pro mercede colendos exigere, niſi operas ſuas aliis locare velint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 96. confer.* vero *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 355.*

2. Miniſter eccleſiæ, non niſi ob gravem cauſam, ab officio removeri debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 399.* add. *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 3. def. 109.*

3. Removeri non poſſunt miniſtri eccleſiæ ab officio a patrono vel magiſtratu politico, ſed pertinet hoc jus remotionis vel depoſitionis ad ſola conſiſtoria eccleſiaſtica, *Carpz. d. lib. 3. def. 110.* Niſi forte aliud expreſſe conſtitutum, aut per conſuetudinem introductum ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 44. n. 4.* Sic, in Marchia & Pomerania hoc obtinuiſſe patronos, ut & jus removendi vocatum paſtorem habeant, teſtantur *Steph. de jur. patron. p. 1. c. 28. n. 4. Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 8. §. 30.*

4. Prudenter & circumſpecte agere debent verbi divini miniſtri, ſi in ſpecialia parochianorum ſuorum delicta inquirant, ne hi periculum famæ hac via incurrant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 186.*

MINITATIO. MINITATOR.

1. Quoties quis alicui, ſive privato ſive univerſitati, verbis nudis incendium, vel ſimile malum minatur,

Digitized by Google

natur, e. g. ratione privati; er wolle ihm einen rothen Hahn aufs Hauß ſetzen, item, er wolle ihn erſchieſſen; quod ad univerſitatem: er wolle das Dorff anſtecken, und in die Aſche legen, item, er wolle die Brunnen vergifften, toties punitur extra ordinem, *Berger. jurispr. crimin. p. 116.* confer. *Carpz. pract. crimin. qu. 37. n. 66. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. de extraord. crimin. §. 16.*

2. Quoties autem quis tale malum minatur, accedente facto, puta emiſſione literarum diffidatoriarum vel appenſione ſignorum diffidatoriorum & hoſtilium, toties, ſi minetur uni privato, ut puta per literas, itidem extra ordinem, gravius tamen, quam priore caſu, punitur, *Berger. c. l.* confer. *Carpz. c. l. n. 68. ſeq.* ſin autem univerſitati, ſive *directe* puta literas vel ſigna hoſtilia ac diffidatoria, ut ſcopas, titiones, vel carbones, papyrum cum pulvere tormentario, aut ſimilia, vulgo Brand-Zeichen, publice affigendo, ſive *oblique* & per conſecutionem, puta inimico ſuo, uni ex populo, tale quid minitando, toties abſens banno, præſens vero gladio plectitur, *conſtit. crimin. art. 128. Rec. Imper. de an. 1521. & 1555. Conſtit. Elect. Sax. 14. p. 4. Berger. c. l.* add. *Carpz. c. l. n. 9. ſeq. Stryck. c. l. §. 15.*

3. Ejuſmodi diffidatores gladio puniuntur, etiamſi nihil damni ab ipſis datum ſit; imo quamvis nequidem propoſitum atque animum nocendi habuerint, *d. conſtit. Elect. Sax. 14. ibique Carpz. d. 3. Berger. jurisprud. crimin. p. 118. & p. 2. ſupplem. obſ. 127.* & diffidatio ſub conditione ſit facta, ut puta: Woferne man ſich mit ihm nicht vertragen, den Gefangenen loß geben würde, ꝛc. *Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 4. ibique Carpz. d. 1.*

4. Hanc

Digitized by Google

4. Hanc diffidationis pœnam quoque incurrit ille, qui, per literas diffidatorias vel affixionem ſignorum inflammationis, non ſuo, ſed alterius nomine, aut ad alterius mandatum alicui minatur malum, *Carpz. pract. crimin. qu. 37. n. 40. ſeq.*

5. Sola conceptio vel ſcriptio literarum diffidatoriarum, ſine ulteriori facto, jure communi coercetur etiam gladio, *Rec. Imper. de an. 1590.* §. dergleichen. *Berger. juriſpr. crim. p. 117.* jure vero Saxonico fuſtigatione, niſi præterea in executione literarum illarum principali diffidatori auxilium præſtiterit, *Conſtit. Elect. Sax. 14. p. 4. ibique Carpzov. d. 4. & 5.*

6. Si diffidator, pœnitentia ductus, literas diffidatorias vel ſigna inflammationis affixa revocet, antequam damni quid ab ipſo datum fuerit, vel fuſtigatione vel relegatione puniri debet, *Coler. p. 2. dec 232. n. 2. Carpz. pract. crim. qu. 35. n. 37. ſeq. Berger. c. l. p. 118.*

7. Quoties quis nudis verbis ſive privato, ſive communitati, aut ipſo facto privato alicui minatur, toties *præter pœnam extraordinariam* in carcere detinendus eſt, donec idoneam cautionem de non offendendo, præſtiderit, *Berger. c. l. p. 117.* Sed confer. *Carpz. p. 4. c. 15. d. 5.* ubi: Non certe putandum eſt, minitatorem omnem effugere pœnam, ſed tamdiu in carcere detinetur, donec ſufficientem præſtiterit cautionem, de non offendendo, *quæ ipſi pœnæ loco eſt*, & minitatum ſecurum reddit.

8. Judex ex officio cautionem minitatori injungere valet, parte adverſa licet non petente, *Carpz. d. c. d. 6. n. 3.* modo 1) reus ſit confeſſus vel convictus per duos teſtes, 2) verba ſint vere minitatoria: ambigua enim, quæ in bonum ſenſum de vindicta juris explica-

 plica-

Digitized by Google

plicari poſſunt, non ſufficiunt, e. c. ich will mich an dir rächen, ich will es eyfferen, ich will dirs gedencken, *Berger. jurispr. crim. p. 117.* add. *Carpz. d. c. d. 9.*

9. Quæ cautio ſufficiens erit & idonea, pro ratione minarum & qualitate perſonarum judex arbitrabitur, *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. c. 140.* Hoc certum eſt, quod cautio de non offendendo neceſſario per fidejuſſores vel per pignora præſtari debeat, *l. 6. §. 2. de offic. præſ. Carpz. d. def. 6. n. 6.*

10. Si minitator fidejuſſores vel pignora non habeat, adeoque nec cautionem præſtare queat, ad relegationem deveniendum eſſe, putat *Farinac. part. 3. oper. crimin. qu. 107. n. 41.* imo juratoriam cautionem hoc caſu admittit *Berlich. p. 4. concl. 22. n. 10.* Sed, in defectu pignorum & fidejuſſorum, minitatorem in carcere detinendum eſſe, niſi ipſemet minitatus cautioni juratoriæ fidere velit, cum *Moller. lib. 3. ſemeſtr. 29. n. 9.* exiſtimat *Carpz. d. c. d. 8.*

11. Minitatori incarcerato, ſi non habeat is, unde ſe alat, a minitato alimenta ſunt præſtanda, ſi vero nec hic incarceratum exhibere valeat, judici incumbit, ex fiſco incarceratum ſuſtentare, *ord. crim. art. 176. Carpz. d. c. d. 10.*

12. Non inepte quoque a muliere, incendium aliaque hoſtilia minitante, cautio de non offendendo petitur, *Carpz. d. c. d. 7.*

MINOR. PUPILLUS.

1. Si tutor de pecunia pupilli rem aliquam emerit, ſuo licet nomine, in commodum tamen & utilitatem pupilli emere, adeoque pupillo acquirere voluiſſe præſumitur, cui & propterea dominium & rei vindicatio competit, *l. 2. l. 8. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut. vel jur. l. 3. C. arbitr. tut. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 7. n. 3.*

Carpz.

Carpz. p. 2. c. 11. d. 21. n. 5. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. in quib. cauſ. pign. qu. 3. perinde ſicut & minor rem emtam a curatore utili vindicatione petere valet, *Sichard. ad. l. 12. C. de jur. dot. n. 7. Carpz. c. l. n. 6.* confer. vero. *A. Fab. lib. 5. conject. c. 19.* niſi pupillus vel minor uſuras centeſimas exigere malit, *l. 3. C. arbitr. tut. Schilter. ex. 37. §. 105. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 12. p. 194.*

2. Aſt, ſi pater, ceu legitimus bonorum filii adventitiorum adminiſtrator, pecunia filii, rem aliquam ſuo nomine, quod in dubio præſumitur, *l. 4. de ſolut. Bartol. in l. Imperator. 70. §. ſi centum. 1. de legat. 2.* emerit, nihil inde filio acquiſitum videtur, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 7. n. 14.* cum regulariter res emta pecunia aliena ejus fiat, qui eam ſuo nomine emit, *l. 5. §. 17. de trib. act. l. 3. C. pro ſoc. l. 4. C. comm. utriuſque jud.* nec domino pecuniæ quicquam inde acquiratur, *l. 1. l. pen. C. ſi quis alter. vel ſibi. l. 6. C. de R. V. Carpz. d. def. 21. n. 1. ſeq.*

3. Nomen ſeu debitum pecunia minoris ſeu pupilli factum, ad ipſum pertinet, eoque nomine debitorem convenire poteſt, licet tutor vel curator fuerit creditor nominatus in chirographo, *l. 9. §. 8. de R. C. l. 46. §. 2. de adminiſtr. tut. Carpz. p. 2. c. 11. d. 38. Berger. œcon. jur. c. l.*

4. Minor nomina illa, quæ jam eo tempore, quo tutor vel curator adminiſtrationem bonorum ſuſcepit, contracta fuerunt, agnoſcere tenetur, uſque eo, ut periculum horum ad tutorem ſive curatorem, finita tutela, non pertineat, *l. 37. l. 46. de adminiſtr. & peric. tut.* idque non ſolum procedit in nominibus paternis, *l. 2. C. arbitr. tut.* ſed & in iis nominibus, quæ ab anteceſſore contracta is, qui in tutela vel cura ipſi ſuccedit,

Digitized by Google

ſuſcipit: quamvis enim ſucceſſor nomina ab anteceſſore contracta ſuſcipere cogatur, periculum tamen in ſe transferre non tenetur, *l. 35. de adminiſtr. tut. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 49. n. 7. Carpz. d. c. d. 24. n. 1. ſeq.* niſi ea tempore ſuſceptæ adminiſtrationis idonea extiterint, cujus probatio incumbit pupillo, *Carpz. d. c. d. 26. n. 4.* per hoc autem, quod tempore oportuno non exegerit, minus idonea facta fuerint, vel in exigendo culpam commiſerit, *Carpz. d. c. d. 25.*

5. Finita tutela vel cura, minor nomina etiam ab ipſo tutore vel curatore contracta agnoſcere tenetur, nec horum periculum ad tutorem vel curatorem pertinet, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 49. n. 16. Carpz. d. c. d. 24. n. 6. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 9. p. 194.* niſi tutoris vel curatoris culpa in exigendo vel contrahendo nomina inidonea facta fuerint, *l. 2. C. arbitr. tut. Carpz. d. c. d. 25. Horn. cl. 4. ſent. 1.*

6. Differt culpa in contrahendo commiſſa ab ea, quæ in exigendo committitur. Tutor enim vel curator ante omnia probare debet, ſe debitam diligentiam in contrahendo præſtitiſſe, *l. 1. §. 11. de magiſtr. conven. l. 50. de adminiſtrat. tutor. Carpz. d. c. d. 26. n. 1. ſeq.* Se deinde pupillus vel minor alleget, debitum ob negligentiam tutoris vel curatoris in non exigendo commiſſam deterius & inidoneum eſſe factum, tum ipſemet pupillus vel minor id probare tenetur, *Carpz. d. def. 26. n. 5. ſeq. Berger. c. l.*

7. Si pupillus vel minor, finita tutela vel cura, jam major factus, uſuras pecuniæ a tutore vel curatore mutuo datæ exegerit, & ſic nomen approbaverit, ſibi præjudicavit, & periculum nominis in ſe ſuſcepit, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 49. n. 26. ſeq. Carpz. d. c. d. 27.*

8. In

Digitized by Google

8 In alienandis rebus pupilli vel minoris immobilibus, præter autoritatem tutoris vel conſenſum curatoris, requiritur, 1) juſta alienandi cauſa, veluti æs alienum, 2) cauſæ cognitio, 3) decretum judicis domicilii aut rei ſitæ, utrum tutor vel curator elegerit, *l. 22. C. de adminiſtrat. tut. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 37. def. 1. Carpz. p. 2. c. 11. d. 28. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. p. 196.* 4) ex conſuetudine fori ſubhaſtatio, *Carpz. lib. 5. R. 72. n. 5. & dec. 195. Philipp. de ſubhaſt. c. 2. com. 2. n. 23. ſeq. Berger. c. l. p. 197. & E. D. F. tit. 39. obſ. 7. not. 6. p. 1116. & p. 2. ſupplem. tit. eod. §. 6. p. 651.* adeo ut abſque vitio nullitatis omitti nequeat, *Horn. cl. 12. ſent. 28. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 210. & p. 2. obſ. 415. Berger. dec. 484.* quam tamen non ad convalidandum contractum ipſo jure, ſed ſaltem ad excludendam reſtitutionem in integrum neceſſariam eſſe, exiſtimat *Poſtius de ſubhaſtat. inſpect. 4. n. 35.* confer. omnino *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reb. cor. qui ſub tut. ad verba: decretum judicis.*

9. Hæ ſolennitates requiruntur quoque in alienatione rerum mobilium, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut ſunt gemmæ, veſtes pretioſæ, aurum & argentum, aliaque pretioſa, *l. 22. C. de adminiſtr. tut. Carpz. p. 2. c. 14. d. 69.* quippe quæ immobilibus æquiparantur, *Rauchb. p. 1. qu. 26. n. 34. 35.*

10. Æs alienum non eſt unica cauſa alienationis bonorum immobilium, ſed admittuntur quoque aliæ æque graves & prægnantes, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 28. n. 5. Müller. ad Struv. ex. 31. th. 84.* cujuſmodi eſt, ſi ex omiſſione, alienationis præſens damnum immineat, *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. n. 129. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 412. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F.*

Digitized by Google

tit. 39. §. 26. p. 747. & ſumtus ſtudiorum, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reb. eor. qui ſub tut. qu. un.*

11. Ex adverſo ſola utilitas, etiamſi ſit magna, non ſufficit, *l. 5. §. 14. l. 13. pr. de reb. eor. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reb. eor. qui ſub. tut. ad verba: non etiam ſufficit cauſa utilis. Huber. prælect. ad ff. tit. eod.* §. 4. confer. tamen *Mont. de tut. c. 33. n. 450. Graenew. de leg. abrog. ad d. l. 13.* Nec ſufficit loco ædium venditarum, alias, easque magis pupillo minorive utiles comparatas eſſe, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. p. 197.* add. *Huber. c. l.*

12. Licet decretum regulariter præcedere debeat: attamen convaleſcit alienatio per magiſtratus confirmationem ſubſequentem, *Brunnem. ad l. 10. de reb. eor. qui ſub tut. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l. ad verba: decretum judicis, Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 255.* diſſentiunt *Carpz. lib. 5. R. 68. Lincker. anal. ad Struv. tit. de reb. eor. qui ſub tutel. voc. interpoſitum.*

13. In feudis alienandis, vel renunciatione ſimultaneæ inveſtituræ, inſuper requiritur conſenſus domini directi, ejuſque decretum, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. p. 197.*

14. Requiſita alienationis immobilium, quæ ad pupillos minoresve pertinent, neceſſaria haud ſunt, quando reſcriptum principis intervenit, quippe quod omnes ſolennitates ſupplet: modo vera alienationis cauſa principi in libello ſupplici aperta fuit; alias enim reſcriptum foret ſubreptitium, quod nullum effectum habet, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de reb. eor. qui ſub tut. voc. decretum. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 164. Berger. c. l. p. 198.*

15. Subhaſtatio neceſſaria quoque eſt tum, cum res

res venditur cum pacto retrovenditionis, *Berger. c. l. p. 197.*

16. Requiſita alienationis commemorata neceſſaria non ſunt, ſi alienatio ſit facta ex pacto auctoris, v. c de retrovendendo, *l. 1. C. quand. decret. opus non eſt*, vel permiſſu defuncti, *l. 1. §. 2. l. ult. de reb. eor. qui ſub tut. Berger. c. l. p. 198. Struv. ex. 31. th. 87.*

17. Et alienatio, ſine ſolennibus facta, valida eſt, ſi res communis fuerit, & major ad diviſionem provocaverit, *l. 1. §. 2. de reb. eor. qui ſub tut. l. pen. C. quand. decret. non eſt opus. Struv. c. l. Berger. c. l.* Itaque, ſi vidua prædium hereditarium, in quo cum liberis minorennibus concurrit, ſimul alienat, & ex pretio inde redacto portionem ipſi ex ſtatuto debitam accipit, alienatio eſt valida, licet non intervenerit decretum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 248.* add. *id. p. 3. obſ. 180. & Berger. p. 1. R. 61.* Et quod ſubhaſtatione aliisve ſolennibus opus haud ſit, quando majorennis minorem ad diviſionem provocat, ſæpius reſpondit ordo Wittembergenſis, teſte *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 248.* Plane decretum & ſubhaſtationem prætermitti non poſſe, monet *Berger. dec. 484.*

18. Provocatio majoris ad diviſionem, quæ inter cauſas neceſſarias refertur, tum locum non habet, cum provocans non ſolum ex diſpoſitione paterna, ſed etiam ex pacto ſubſecuto ad communionem prædii eſt obligatus, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 4. p. 200.*

19. Abſque debitis ſolennitatibus alienata a minore, quando ad majorennem ætatem pervenerit, vindicari poſſunt, nec opus eſt reſtitutione in integrum, quia contractus eſt ipſo jure nullus, *l. 2. C. de præd. minor.*

Digitized by Google

nor. ſin. decret. non alienand. Meier. Colleg. Argent. tit. de reb. eor. qui ſub tut. n. 11. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 5. p. 201. & minor bonorum alienatorum dominus manet, *l. 15. & 16. C. eod. Carpz. p. 2. c. 11. d. 29. n. 1. ſeq.* ut itaque ipſi bona cum omni cauſa & fructibus ſint reſtituenda, *d. l. 16. C. de præd. minor. ſine decret. non alien. Carpz. d. def. n. 11. 12.* ita tamen, ut minor vindicans emtori debeat reſtituere pretium ſolutum una cum melioratione & uſuris pecuniæ, ſi ea in utilitatem ipſius ceſſit, *l. 14. l. 16. C. de præd. minor. ſine decret. non alien. Carpz. d. def. n. 6.* modo emtor ſit in bona fide, *l. 10. de præd. & alien. reb. minor. Berger. c. l.* nam malæ fidei emtor pretium perdit, *arg. l. 10. C. de reb. eor. qui. Berger. c. l.* Non autem ſufficit, pecuniam ad minorem perveniſſe, niſi etiam inde locupletior factus ſit, *l. 27. §. 1. de minor. l. 13. de reb. eor. qui ſub tut. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 38. n. 35.* Unde emtori onus probandi incumbit, verſum fuiſſe pretium in rem minoris, *l. 16. C. de præd. minor. Carpz. d. def. n. 9.* niſi minor cum curatoris autoritate contraxerit, *Carpz. c. l.*

20. Si vero minor, poſt majorem ætatem, per quinquennium tacuerit, alienatio, ob defectum decreti, aliorumque requiſitorum, nulla per curſum illius temporis corroboratur, non ſecus, ac ſi ab initio res rite alienata fuiſſet, *l. ult. C. ſi maj. fact. alienat. fact. ſin. decret. rat. hab. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. def. 2. n. 1. Carpz. p. 2. c. 11. d. 29. n. 1. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 5.* modo minor alienationem jam tum ſciverit, cum major factus eſt: alioqui non niſi a die ſcientiæ quinquennium illud computabitur, *A. Fab. d. def. 2. n. 3. Carpz. d. def. 29. n. 8.* Imo huic nullitati non, niſi decem vel viginti annis, præſcribitur, ſi alie-

lienatio titulo lucrativo, puta donatione, & rerum quidem immobilium, ſit facta, *d. l. ult. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th 11. p. 198.* Oportet vero donatarium in bona fide eſſe conſtitutum, *l. ult. C. ſi quis ignorans rem min. eſſe, ſine decret. alienav. l. 2. C. ſi maj. fact. Berger. c. l.*

21. Nihil autem, quod ad hanc ratihabitionem tacitam, intereſſe, alienatio facta fuerit 1) a pupillo, minoreve, cum autoritate tutoris, curatorisve conſenſu, 2) a tutore curatoreve, præſente & volente pupillo, minoreve, 3) a minore ſolo poſt impetratam ætatis veniam, etiamſi minor, qui veniam ætatis impetravit, quoad alienationem immobilium jura majorennium non habeat, *l. 2. §. 1. C. de his, qui ven. ætat.* niſi hoc nominatim a principe conceſſum ſit, *arg. l. 2. C. quand. decret. non eſt op. Sweder. introd. in jus public. part. ſpec. ſect. 1. c. 15. §. 6.* 4) a pupillo minoreve ſolis ſine tutore, aut curatore; imo 5) a ſolo tutore curatoreve, inſcio pupillo aut minore, tradit *Berger. c. l. p. 198. ſeq.* add. *Schulteſ. qu. 16. Lauterb. diſſert. de l. ult. C. ſi maj. fact. alien. fact. poſit. 17.*

22. Plane diſtinguendum eſt inter nullitatem circa *ſolennia negotii*, ut eſt decretum magiſtratus, defectus conſenſus tutoris, curatoriſve, itemque ſubhaſtatio in alienatione rerum immobilium; & nullitatem circa *ejuſdem ſubſtantiam*, ut eſt ipſiusmet pupilli, minorisve conſenſus: alteri præſcribitur quinque, ſi titulus *onerosſus*, aut 10. vel viginti, ſi titulus *lucrativus*; alteri autem demum 30. annis, & jure Saxonico cum additamento ſex ſeptimanarum & trium dierum præſcribitur, *Brunnem. ad l. ult. C. ſi maj. fact. n. 3. & 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 5.* add. *Berger. c. l.*

23. Hinc

23. Hinc licet alienatio bonorum immobilium, quæ ad pupillos, minoresve pertinent, per lapſum quinquennii a majorennitate convaleſcit, quamvis ſine juſta & neceſſaria cauſa facta ſit, *Wernher. d. obſ. 5.* Attamen alienatio, nomine pupilli minorisve, a ſolo tutore, curatoreve, facta, non valet, neque etiam, elapſo poſt majorennitatem quinquennio, corroboratur, *Berger. part. 2. R. 61. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 482. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* idque multo minus, ſi alienatio a ſolo tutore, curatoreve, proprio nomine facta ſit, *Lauterb. c. l. poſit. 18. Berger. œcon. jur. c. l. p. 199.*

24. Alienatio rei immobilis, ad minorem ſpectantis, quoque confirmatur; quando major factus pretium accepit, aliudve ultro fecit, quo priorem contractum valere præſupponit, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 31.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 6. p. 201.* confer. vero *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. def. 1. n. 3.*

25. Omnis querela, etiam extra judicium, coram amicis, vel vicinis facta, imo omnis contrariæ voluntatis declaratio interrumpit quinquennii, decennii vel vicennii ſilentium, & impedit tacitam ratificationem, *l. ult. C. ſi maj. fact. alien. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 8. p. 201.*

26. Si minori, vindicanti prædium ſuum, reus opponat exceptionem factæ venditionis, hic venditionem omniaque requiſita, ad alienationem bonorum minoris neceſſaria, probare debet. Aſt ſi minor vindicans ex hoc capite alienationem impugnet, quod debita requiſita non fuerint obſervata, eamque qualitatem alienationis & defectum requiſitorum libello ſuo inſerat, ipſi, reo negante, incumbit pro-

probatio, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 37. def. 2. Carpz. d. c. d. 32.*

27. Minor, non ſolum in caſu factæ alienationis, ob defectum requiſitorum ſolennium, adverſus poſſeſſorem experiri, & bona alienata rei vindicatione repetere poteſt, ſed & eo caſu, quo juris autoritas alienationi non reſiſtit, ipſi læſo per in integrum reſtitutionem ſuccurritur, licet decretum judicis & autoritas curatoris intervenerit, *l. 2. l. 12. C. de præd. minor. l. ult. & t. t. C. ſi tut. vel curat. interv. l. ult. C. ſi. adv. rem judic. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. def. 2. n. 6.* Nam pupillus & minor, quamvis alter cum autoritate tutoris, alter cum conſenſu curatoris, contraxerint, probata læſione, in integrum reſtitui poſſunt, *l. 3. C. ſi tut. vel curat. interv. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 1. p. 200.* Utroque tamen caſu minori, ejusque heredibus competit electio, an tutores vel curatores propter malam adminiſtrationem convenire, an vero in integrum reſtitui, & bona injuſt. alienata revocare velint, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 12. n. 7. Carpz. d. c. d. 34. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem ad p. 1. obſ. 264.* confer. vero *A. Fab. in rational. ad l. 13. de minor.*

28. Pupilli & minores ex facto tutoris curatoriſve conveniri poſſunt, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 12. p. 195.* Et quidem ex mutuo, tutori, curatorive, nomine eorum dato, finita tutela curare tenentur, *l. 3. C. quand. ex. fact. Berger. c. l.* modo demonſtretur, 1) pecuniam in utilitatem eorum verſam eſſe, *d. l. 3. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 11. th. 15. lit. a. Berger. c. l.* imo 2) pecuniam pupillarem tum defuiſſe, juxta *Berger. c. l.* add. *ejusd. Reſolut. Lauterb. tit. quand. ex fact. tut.* ubi: neceſſe quoque

eſt

Digitized by Google

eſt, ut creditor probet neceſſitatem mutui accipiendi, ſeu tutori curatorive opus fuiſſe pecunia mutuo ſumta. add. loc. *pupillus. th. 11. 12. 13. & 14.*

29. Sed minorem, qui, ſive ſolus, ſive autoritate curatoris, mutuo accepit pecuniam, reſtitutionem in integrum petentem ante omnia probare debere læſionem, hacque probata, ac impetrata reſtitutione, creditorem repetentem pecuniam, teneri probare eam verſam in utilitatem pupilli, tradunt *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 38. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 21. def. 1. Carpz. p. 2. c. 11. d. 44.*

30. Plane ſecundum *Gomezium in reſolut. tit. 2. c. 14. n. 2.* diſtinguendum eſſe inter mutuum non-uſurarium & uſurarium: contra utrumque minorem per modum non minus actionis quam exceptionis reſtitui in integrum, hac tamen differentia, ut adverſus alterum minor debeat probare læſionem, pro altero autem creditor ſubire cogatur onus probandi in rem verſionem, putat *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 8. p. 36.* add. *Odd. de reſtitut. in integr. qu. 58. art. 5.* Unde conſequitur, minorem, ex inſtrumento mutui uſurarii conventum executive, ſe exceptione deficientis in rem verſionis ita tueri poſſe, ut onus probandi in actorem conjiciatur, *Berger. c. l. & p. 2. ſupplem. in additam. ad tit. 5. §. 3. p. 1777.* qui quidem ipſe *prior. l. p. 34.* ſuppeditat, minorem ex inſtrumento, a ſe ſolo ſubſcripto, executive conveniri poſſe, rejecta in reconventionem exceptione minorennitatis, in contrarium vero reſpondiſſe Scabinatum Lipſienſem, ipſe quoque teſtatur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 2. p. 1774.*

31. Debitor, pupillo vel minori abſque tutoris vel curatoris autoritate vel conſenſu ſolvens, liberationem

tionem non conſequitur, *l. 15. de ſolut. Carpz. d. c. d. 45. n. 1.* niſi pecunia ſoluta adhuc extet, quin potius in utilitatem pupilli vel minoris converſa: quippe quo caſu adverſus minorem vel pupillum exceptio doli datur debitori, *§. pen. J. quib. alien. lic. l. 47. de ſolut. Carpz. d. c. d. 47. n. 1. 2. 5.*

32. Quid, ſi cum tutoris autoritate ſolutio pupillo facta fuerit? Liberari debitorem, colligitur *ex §. 2. J. quib. alien. lic. & l. 7. §. 2. de minor.* Reſtitutio tamen in integrum, pecunia ob facilitatem ætatis deperdita vel male conſumta, pupillo haud denegabitur, *l. 46. §. 5. de adminiſtrat. tutor. l. 1. C. ſi adv. ſolut. Carpz. d. def. 45. n. 3. 4. & def. 47. n. 6. 7. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de ſolut. qu. 3.*

33. Liberatur vero pleniſſime debitor, ſi ſolverit, præcedente judicis decreto, præſente tutore vel curatore: nam autoritas magiſtratus excludit reſtitutionem in integrum, *l. 7. §. 2. de minor. l. 25. C. de adminiſtr. tut. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 21. def. 2. n. 1. Carpz. p. 2. c. 11. d. 46. n. 1. ſeq.* Sola vero judicialis quietatio, abſque decreto & juſſu præcedente, neutiquam liberabit debitorem, *Gutierez. de tutel. & cur. p. 2. c. 22. n. 4. Carpz. d. def. 46.*

34. Per ſtatutum, quo minorum nomina omnibus aliis creditoribus præferuntur, non præjudicatur privilegio tacitæ hypothecæ & juri prælationis mulieribus ratione dotis competenti, *dec. Elect. Sax. nov. 5. ibique Philipp. obſ. 5.* Aſt pupillus antefertur tutoris uxori, ob receptam utriuſque ab eo pecuniam ex diviſione hereditatis, ex ea ratione, quod pupillo tacita competat hypotheca in bonis tutoris, ſtatim a die tutelæ, uxori vero ratione paraphernalium eadem conſti-

ſtituitur, ex eo die, quo illata ſunt, *Berger. c. l. not. 3. p. 1494.*

35. Negotium ipſo jure nullum juramento minoris confirmatur; nec reſtitutio hoc caſu locum habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 217. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Bachov. ad Treutler. vol. 1 diſp. 11. th. 9. lit. c. Brunnem. ad auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.* diſſentiunt *A. Fab. dec. 39. error. pragm. 2. ſeq. & dec. 41. error. pragm. 4. ſeq. Hunn. in reſolut. ad Treutler. vol. 1. diſp. 11. th. 9. qu. 68.*

36. Ad excludendum beneficium reſtitutionis in integrum, ſufficit minoris juramentum, ſcripto comprehenſum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 80.*

37. Etiam minoribus, qui curatores conſtitutos jam habent, curator ad certum actum ab iſto judice, coram quo actus peragendus, valide conſtituitur, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 179.*

38. Minor in cauſis matrimonialibus ſine curatore ſtare poteſt in judicio, *c. 3. de judic. in 6. Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 4. not. 3.* adeoque etiam ſine curatore procuratorem conſtituere, *c. 14. X. de reſtitut. ſpoliat. Berger. c. l.*

39. add. loc. *reſtitutio in integrum.*

MINORENNITAS.

1. Minorennitatis exceptio ceſſare videtur in doctore juris legitime promoto: huic enim in ipſa juris ſcientia læſo non ſuccurritur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 70.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 15. not. 4. p. 901.*

2. Regulariter & ordinatim pro minorennitate præſumitur, eoque is, qui majorem ætatem allegat, illius probandæ onus ſubire tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 53. n. 2.*

3. Qu

3. Qui vero minorennitatem atque adeo inhabilitatem alteri objicit, eandem probare debet, *Wernber. d. obſ. 53.* confer. vero *Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 2.* ubi: minorennitatis exceptione oppoſita, aut majorennitas, quæ non præſumitur, probanda, aut per curatorem jura proponenda.

MINUTA. PUNCTATION.

1. Minuta præparatoria non inducit contractum, ſed tantum voluntatem contrahendi: & illa voluntas, ad effectum non perducta, non poteſt dici contractus celebratus, ergo nec orta actio, *Cravett. conſil. 231. n. 3. Müller. diſp. de minut. c. 6. th. 3.*

2. Si confecta fuerit ſcriptura, quæ non apparet diſpoſitiva, ſed potius præparativa, & ut vulgo dicitur minuta, ſcripturæ authenticæ faciendæ, ex qua arguitur, quod partes voluerint contrahere in ſcriptis, eſt potius imperfectio quam perfectio contractus, *Rota p. 6. dec. 199. n. 8. & dec. 264. n. 13. Müller. d. diſput. c. 2. th. 3.*

3. Etſi in ſcripturam eſſent redacta, hoc eſt minuta confecta, de quibus inter partes actum, ſimulque facta horum ſubſcriptio: tamen ad docendam perfectionem non ſufficit, ubi ex tenore colligitur, conventa potius reſpicere ulterius adhuc tranſigenda, quam ut iis ſtare debeat, *Mev. p. 7. dec. 203. Müller. d. diſp. c. 2. §. 5.*

4. Minuta perfecta autem & abſoluta probat obligationem, & accenſetur inſtrumentis guarentigionatis, ſi ſcilicet certum, purum ac indubitatum contineat debitum, atque ſubſcriptione & ſigillis contrahentium ſit munita, *Müller. d. diſp. c. 6. th. 78. 9.* Imo minutæ perfectæ ſtandum eſt, quando ſcripturæ

Digitized by Google

exemplaria diſcordant, *Decius in l. ſi librarius. de R J. n. 8. Müller. c. l. th. 6.*

5. In minuta nihil debet ex facti neceſſariis circumſtantiis eſſe omiſſum, ſed quæ ad cauſam pertinent, veluti negotii circumſtantiæ, modus conventionis, renunciationes jurium, ceteraque, quæ vel partibus prodeſſe vel præjudicare poſſent, accurate ſunt inſerenda, *Müller. d. diſp. de minut.* c. 2. §. 2.

6. Quando inſtrumentum ſolenne ex minuta levari debet, partibus aut iis, quorum intereſt, tradendum, caute agendum eſt, nec quicquam vel addendum vel adimendum, imprimis quod attinet ſubſtantialia, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 187. n. 2. Müller. d. diſp. c. 6. §. 1.*

MOBILIA.

Vid. loc. *bona mobilia.*

MOLENDINUM.

1. Molendina hodie juribus regalibus annumerari, adeoque ſine conceſſione principis exſtrui non poſſe, docent, *Knipſchild. de jurib. civit. imper. lib. 5. c. 26. n. 35. Stypman. de jur. marit. part. 2. c. 5. n. 174. Stryck. uſ. mod. tit. ne quid in flum. public. §. 4. ſeq.* Et in hiſce provinciis uſu obtinuiſſe, ut nemini, etiam in ſolo proprio, abſque ſpeciali magiſtratus conceſſione, molam exſtruere liceret, teſtatur *Carpz. p. 2. c. 4. d. 10. n. 2.*

2. Et hinc privatis, absque ſpeciali conceſſione, molendinorum veterum formam mutare, & v. g. ex molendino frumentario molendinum ad polienda arma facere, item augmentum aliquod addere, v. g. noch ein neu Rad anhängen, vel einen neuen Gang bau-

bauen, non licere, argumentantur *Carpz. d. def. n. 4. Stryck. c. l. §. 6.*

3. Ex his porro ſequi, quod quilibet privatus, qui facultatem exſtruendi molendina ſibi competere adſerit, illud probare teneatur, vel ex literis inveſtituræ, vel ex alia gratioſa principis indulgentia, vel ex immemoriali præſcriptione, putat *Stryck. c. l. §. 10.*

4. Verum, absque ſuperioris licentia, non ſolum in fundo proprio, adeoque & in flumine privato, ſed quoque in flumine publico molendinum ædificare libere, jure dominii, quod quis in fundo adjacente & ripa ſibi aſſerit, ſtatuunt *Schrader. de feud. part. 6. c. 6. n. 115. Ziegler. de jur. Maj. lib. 2. c. 15. §. 32. 36. & 38. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 382. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* ubi præjudicia. add. *Hahn. ad Weſenbec. tit. ne quid in flum. public. Mev. p. 9. dec. 72.* etiam in Saxonia *conſtit. inedit. de an. 1572. rubr.* ob eine neue Wind- oder Waſſer-Mühle an die Oerter möge gebauet werden, da zuvor keine geweſen. *Ziegler. c. l. §. 44. ſeq. Wernher. cc. ll. Horn. cl. 5. R. 2.*

5. Hinc molendinum, quod quis habet, immutare, atque ex frumentario olearium, & vice verſa, facere, nec non molam quadrigam augere, & quintam ſuperaddere rotam molarem non prohiberi, docet *Ziegler. c. l. §. 40.* add. *Schrader. de feud. c. l.*

6. Exſtruere vel mutare licet molendinum, modo 1) non fiat ad alterius æmulationem, *Gail. lib. 2. obſ. 69. n. 18. 26. 27. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 15. §. 42.* 2) uſus fluminis publicus non fiat deterior, *Ziegler. c. l. §. 41.* confer. *Stryck. uſ. mod. tit. ne quid in flum. public. §. 13.* & juxta *conſtit. inedit.* aquæ curſus ductusve

Digitized by Google

ve non augeatur, nec minuatur, und doch alſo, daß er das Waſſer und aquæductum nicht ſchmählere, vermindere, oder verderbe, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 5. not. 2. p. 214.* adeoque molendinum vicinum non vitietur, *Horn. cl. 5. R. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 382.* add. *Ziegler. c. l. §. 39.*

7. Ceterum diſtinguendum eſſe inter flumen publicum & privatum; & ad flumen publicum licere molendinum exſtruere, quamdiu & quouſque princeps, tanquam dominus fluminis publici, non contradicat, notat *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 46. §. 1. p. 950. ſeq.* confer. *Ziegler. c. l. §. 33. 34. 35.* ubi: quodſi principis interſit, molendinum non ædificari, dum vel propriis molendinis damnum infertur, ſi ædificetur, vel alias reditus publici intercludantur, non poteſt nec debet tale aliquod exſtrui ſine permiſſione principis. Tamdiu autem contradicere poteſt princeps, quamdiu conceſſio uſus vel expreſſa, per literas inveſtituræ, vel tacita per præſcriptionem immemorialem doceri non queat, *Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 46. p. 1814.*

8. Igitur principi quidem jus prohibendi, ex dominio fluminis publici, conceditur; privato autem denegatur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 46. §. 1. p. 951.* licet inferiore, vel ſuperiore fluminis parte molendinum jam habeat, & ædificatione molendini novi damnum patiatur, *Cail. lib. 2. obſ. 69. n. 27. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 15. §. 39.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 5. not. 2. p. 214.* vid. & ſupra *th. 6.*

9. Si ad rivum vel aquam privatam cuilibet jus eſt molendinum ædificandi, vel eo ſic utendi, etſi alteri eam, quam diutiſſime habuit, commoditatem auferret; Inde licet ſuperiori domino aquam retinere & in

Digitized by Google

neceſſe eſt, ut factum aliquod intercedat, ex quo & in ſuos uſus inſumere, vel etiam alias in fundum ſuum avertere, etſi inde damnum ſentiat inferius molendinum, cujus domino nihil juris eſt in illam aquam, quam ſuperior præoccupavit, *Mev. p. 4. dec. 39. n. 4. 5. 6. Berger. p. 2. ſupplem. ad E.D. F. tit. 46. §. 1. p. 953. ſeq.* ſed conf. *Stryck. uſ. mod. tit. ne quid in flum. publc. §. 13.*

10. Sed hoc limitatur, niſi 1) ſolum æmulandi ſtudium, quod tamen non præſumitur, ſubeſſe animadvertatur, 2) obſtet lex, aut præſcriptio, aut pactum, aut denique ipſamet natura initi contractus, *Berger. c. l. p. 955.* quorſum pertinet, cum quis utriuſque molendini dominus retento ſuperiori, inferius locet. Hoc enim locationis conductionis contractu domino reſtringitur facultas aquæ decurſum minuendi, reſtringendi, mutandi, quandoquidem locator tenetur ad præſtandum, ut re locata frui liceat, *Mev. d. dec. 39. n. 9. ſeq. Berger. c. l.* Non vero tenetur locator facere, ut melior fiat aquæ uſus, nedum, ſi quid aut ex conſuetudine fiat, veluti ſi æſtivo tempore, ut fieri ſolet, aqua non ſuppetat, aut ex vitio ipſius rei damni reparationi obnoxius ſit, *Mev. d. dec. n. 11. & dec. 40.*

11. Et in Saxonia Electorali dominus molendini inferioris, non poteſt quidem vicino in ſuperiore fluminis privati parte ædificationem molendini prohibere, valet tamen impedire, ne curſus aquæ minuatur vel mutetur, *conſtit. inedit. de an. 1572. rubr.* ob eine neue Wind- oder Waſſer-Mühle an die Oerter möge gebauet werden, da zuvor keine geweſen? *Berger. c. l. p. 956.*

12. Ut præſcriptioni locus detur, non ſufficit, aquam ex ſuperiori prædio in inferius tempore legitimo fluxiſſe, ad uſum molendini inferioris; verum neceſ-

Digitized by Google

præſcriptio initium capere cognoſcatur, utputa: cum ſuperior ad prohibitionem, ab inferiori factam, per tempus legitimum acquievit, *Born. diſſert. de eo, quod juſt. eſt circa molend. c. 5. §. 3. Berger. c. l. p. 955.*

13. Dominus molendini, qui, in utilitatem vicinorum molitorum, molam frumenti in molam pannorum aut olei, Walck- oder Oel-Mühle, ſe converſurum eſſe promiſit, juri habendi molendinum frumentarium renunciaſſe non cenſetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. cent. 1. conſil. 77. p. 844.*

14. Lege aut conſuetudine introduci poſſe, ne quis pro lubitu molendinum ædificare poſſit, nullum eſt dubium, *Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 15. §. 43. Mev. p. 9. dec. 72.* Quo poſito, non poterit quiſquam niſi ex privilegio molendinum exſtruere, *Ziegler. c. l.* Et tum quidem ſi civile tantum commodum ſuperiori molendino ablatum dicatur, nulla hic naſci poterit prohibitio, quo minus alter ædificet, *Ziegler. c. l.* Sed, ſi ex reſtagnatione damnum ſuperiori accidat, prohibitio facilius locum habet, *A. Fab. in Cod. tit. de ſervit. & aqu. def. 5. Ziegler. c. l.* confer. omnino *Stryck. uſ. mod. tit. ne quid in flum. public. §. 11.* ubi quærit, an, ſi princeps uni conceſſit jus exſtruendi molendinum, illud etiam alteri in vicinia concedere queat? quod affirmat, ſi molendini antiquioris dominus illud poſſideat *ex mera principis gratia*, negat vero, ſi poſſideat *titulo feudi & inveſtituræ*, vid. *Born. diſp. de eo, quod juſt. eſt circa molend. c. 2. §. 11.*

15. Jus prohibendi exſtructionem novi molendini locum invenit, ſi molendinum antiquius eſt bannarium, *Stryck. c. l. §. 12.* de quo ex profeſſo conſulendus *Hering. in tract. de molend. qu. 11. Müller. diſp. de molend. in genere & in ſpecie de bannariis.*

16. Co-

Digitized by Google

16. Cogi nequeunt ſubditi, ut certo aliquo utantur molendino, niſi illud ſpecialiter ſit privilegiatum, vel jus cogendi præſcriptione fuerit acquiſitum, ſi ſcil. prohibitioni, ne alibi molant, cives ac incolæ per 30. annorum, anni & diei ſpatium acquieverint, & ad certum aliquod molendinum ſemper aceeſſerint, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 9. & lib. 1. R. 43. Wernher. obſ. pract. verb.* Mühlen. *Mev. p. 1. dec. 60.*

17. Domino præcipienti ſubditis ſuis, ne alibi, quam in ſuo molendino, molant, tertius, in cujus præjudicium facta eſt prohibitio, contradicere, eamque impedire poteſt, *Carpz. d. c. d. 11.*

18. Pactum, ut ſubditi molendino domini præciſe utantur, ad id, quod tempore conventionis habuit, reſtringi debet. Quando igitur dominus, poſt tempus contractus ſibi novum molendinum, forte pneumaticum, comparat, ſubditos, vi talis pacti, ut eo etiam utantur, adigere nequit, ſed his, ſi molendini, quod dominus tempore contractus habuit, uſus deficiat, ad quodvis aliud molendinum ire liberum erit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 151.*

19. Ordinatio *molinaris de an. 1651.* quæ continetur *Codice Auguſteo vol. 2. p. 699.* ad omnia molendina non pertinet, , ſed ad ea duntaxat, quæ in flumine Unſtrutæ exiſtunt; ut itaque pœna, quæ *ibidem* in novatores arboris molinariæ, des Fachbaums, ſtatuta eſt, ad ceteros molitores nequeat proferri, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 5. not. 3. p. 214.*

20. Ille, in cujus fundo olim molendinum fuit, non tenetur, ut idem illud denuo exſtruat, vel fundum alienet, niſi neceſſitas vel utilitas publica idem illud expoſcant, *Berger. c. l. not. 4. p. 215.*

Digitized by Google

21. Molendini locatoris eſt impenſa pro lapide morali, niſi aliud conſuetudine ſervetur, vel pacto ſit conventum, *Mev. p. 4. dec. 41.*

22. Molendina ripis inædificata immobilia ſunt, *Carpz. p. 3. c. 24. d. 8. n. 1.* ut & pneumatica, ſive alata, *Hahn ad Weſenbec. tit. de rer. diviſ. verb. per interpretationem. Brunnem. ad l. 60. de A. R. D. n. 3.* quamvis ea mobilibus annumeret *Carpz. d. def. 8. n. 5.* Molendina quoque navalia ad immobilia referunt *Struv. ſynt. jur. feud. c. 6. aph. 11. n. 6. Svendend. ad Eckold. tit. de rer. diviſ. §. 17. Berger. E. D. F. tit. 46. obſ. 2. not. 1. p. 1601.* mobilibus vero annumerant *Carpz. d. def. 8. n. 3. 4. Strauch. diſp. 7. §. 1.*

MONETA.

1. Si abuſu commerciorum, temporumque licentia moneta pluris æſtimetur, quam edicto monetali conſtitutum, creditor, cui certus florenorum numerus debetur, non cogitur monetam, ſive argenteam, ſive auream, accipere ſupra eam æſtimationem, quæ publica autoritate eſt conſtituta, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 1. n. 7.*

2. Unde invalida eſt depoſitio pecuniæ, facta ſecundum valorem, in ductum commerciorum abuſu, contra principis edictum, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 39. Carpz. d. c. d. 2.*

3. Verum ſi, principe patiente, nec coercente magiſtratu, monetæ valor vulgo major ſit, quam edicti forma patiatur, procul dubio non tam valor inſpici debebit, qui edicto conſtitutus eſt, quam qui communi hominum uſu & commercio frequentatur, *A. Fab. d. tit 29. def. 11. Carpz. d. def. 1. n. 4.*

4. Creditor nunquam tenetur recipere ſolutionem in pecunia reprobata, licet ei æſtimatio pecuniæ reprobatæ, quæ fuit tempore contractus, recte ſolvatur, *Boer. dec. 327. n. 17. Carpz. d. c. d. 3. n. 3.*

5

Digitized by Google

5. Mutata pecuniæ bonitate intrinſeca, ſolutio fieri debet, ſecundum æſtimationem & rationem antiquæ monetæ, quæ fuit tempore contractus, ita ut, aucta moneta, debitor additamentum detrahere, eadem vero materia diminuta, illud ſupplere teneatur, *Conſtit. Elect. Sax. 28. p. 2. ibique Carpz. d. 4. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 25. n. 6. Berlich. p. 2. concl. 35. n. 37.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reb. credit. verbo: qualitate. & E. D. F. tit. 50. obſ. 3. p. 1661.*

6. Eodem modo, extrinſeca pecuniæ bonitate, quæ in valore, conſiſtit, mutata, ſolutio ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda eſt, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 5.* confer. vero *Mynſinger. cent. 4. obſ. 1. Berlich. p. 2. concl. 36. n. 5.*

7. Non ſolum in mutuo, ſed & in venditione, aliisque contractibus, circa ſolutionem monetæ, ejusve valorem, ad tempus contractus, non deſtinatæ ſolutionis, eſt reſpiciendum, *Carpz. d. c. d. 6. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 169. n. 1. & p. 9. obſ. 152. nec non ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 169. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 50. §. 2. & 3. p. 980. ſeq.* etiamſi ſolutio promiſſa in moneta currente, an gangbarer unverruffener Müntze, *Berlich. p. 2. concl. 35. n. 40. ſeq. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de reb. credit. verb. qualitate*, veluti in retrovenditione, niſi inter partes aliud conventum, *Berger. dec. 145.* in annuis præſtationibus, *Carpz. d. c. d. 9.* quod quidem non extenditur ad canonem annuum, qui pro emphyteuticario fundo pendi ſolet, ut plurimum in pecunia numerata, *Carpz. d. def. 9. n. 5.*

8. Sic quoque liberi, poſt mortem patris, dotem, aliave accepta conferre tenentur ſecundum valorem monetæ, qui fuit tempore ſubſidii præſtiti, dotiſve datæ, *Carpz. d. c. d. 7.* Et legatum in ea moneta boni-

Digitized by Google

bonitate ſolvendum eſt, quæ fuit tempore conditi teſtamenti, *Carpz. d. c. d. 8. A. Fab. in Cod. lib 8. tit. 29. def. 15. & def. 44. Gail. lib. 2. obſ. 73. n. 4.*

9. Moram in ſolvendo committens ob id non cogitur ſolvere in meliore moneta, quam quæ fuit tempore debiti contracti; damnum vero exinde obtingens creditori reſarcire tenetur debitor, *Conſtit. Elect. Sax. 28. p. 2. ibique Carpz. d. 15.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 42.*

10. Nec uſurarum præſtatio admittitur, ſecundum alium monetæ valorem, quam qui fuit tempore contractus, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 14. & lib. 5. R. 93. n. 31. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. g. p.* 484. niſi creditor uſuras, easque ſive numero ſive ſubſtantia, i. e. bonitate, minores, per certos annos, triennium ſcil. ſciens acceperit: tum enim, ſalva tamen integraque ſortis petitione, is non ſolum in præteritum, ſed & in futurum ſibi præjudicat, ut majores, promiſſas licet, petere nequeat, *Berger. E. D. F. tit. 50. obſ. 3. not. 3. p. 1665. ſeqq.* add. *Brunnem. ad l. 5. C. de uſur. n. 4.*

11. Diverſum autem eſſe putatur in annuis reditibus & præſtationibus, ut poſt *Salicet. in l. 5. C. de uſur.* tradit *Sichard. in Cod. ibid. n. 3.* Ejuſmodi reditus ſunt mercis loco, induunt naturam ſortis & pariunt uſuras. Quamobrem is, qui tales reditus in moneta viliori per triennium aut ultra recepit, ſibi non præjudicat, quo minus futuras præſtationes in moneta, quæ fuit tempore contractus, exigere queat, quamvis præteritorum nomine nihil petere poſſit, *Berger. c. l. p. 1667. ſeq.* confer. vero *Carpz. p. 2. c. 2. d. 5.*

12. Quod autem ſpeciatim ad annuos reditus, piæ cauſæ debitos, diſtinguendum eſt, utrum illi in viliore moneta, quam qua ſunt conſtituti, ultra 44. an-

Digitized by Google

annos ſoluti a debitore, atque à creditore recepti fuerint, nec ne. Priore caſu non ſolum jus petendi reſidui, ſed & exactio futurarum præſtationum, ſecundum monetam, tempore contractus uſitatam, exulat; poſteriore autem juri petendi futuros reditus ſecundum monetam, quæ fuit tempore contractus, locus eſt, vid. *Berger. c. l. p. 1668.*

13. Imperialis, ſecundum modum *Zinnenſem*, nach dem Zinniſchen Fuß, cuſus, minor eſt Joachimico quinque groſſis; contra vero, modo *Lipſienſi*, nach dem Leipziger Fuß, æſtimatus, Zinnenſi levior eſt tribus groſſis, atque adeo Joachimico tenuior octo groſſis. Quamobrem concors eſt Collegiorum, inprimis Saxonicorum Electoralium ſententia: debitorem, qui centum imperiales ante *27. Aug. ſtyl. vet. 1667.* quo cudi cœpit moneta ſecundum modum *Zinnenſem*, mutuatus ſit, ad reſtituendos centum & viginti imperiales cum viginti groſſis, ſecundum modum *Zinnenſem*; vel centum triginta tres imperiales cum octo groſſis, ſecundum modum *Lipſienſem*, teneri; itemque eum, qui centum imperiales ante $\frac{16}{26}$ *Januar. 1690.* quo *Lipſienſis* modus cœptus eſt, crediderit, ſecundum modum, antea receptum, *Zinnenſem*, centum & duodecim imperiales cum duodecim groſſis, ſecundum Lipſienſem repeti poſſe, *Berger. F. D. F. tit. 50. obſ. 3. not. 2. p. 1665. & p. 2. ſupplem. tit. eod. §. 4. p. 987. Barth. hodeg. for. c 3. §. 2. lit. k. p. 485.*

14. Diſcrimen modorum, *Zinnenſis* & *Lipſienſis*, quoque extra Saxoniam Electoralem, regiones item Brandenburgicas & Luneburgicas, aliis in locis, adeoque in utraque etiam Luſatia, uſu receptum eſt, *Berger. F. D. F. tit. 50. obſ. 3. not. 4. p. 1675.*

15. Nullam ſupereſſe petitionem augmenti me-

monetalis, poſt ſolutionem abſque proteſtatione acceptam, tradit *Carpz. p. 2. c. 28. d. 10.* confer. tamen præjudicia apud *Barth. in hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. f. p. 480.*

16. Reſtitutio pecuniæ, ad certum annum per ſententiam adſtricta, fieri poteſt etiam in moneta, ſequentibus annis cuſa, modo idem monetæ modus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 169.*

17. Auri vel argenti pondere licet promiſſo, pecunia tamen numerata ſolvi poteſt, *Thoming. qu. 19. n. 8. ſeq. Carpz. p. 2. c. 29. d. 1.* diſſentit *Möller. lib. 5. ſemeſtr. 81.*

18. Solutio in alia moneta, quam quæ mutuo data eſt, fieri poteſt, modo ejusdem bonitatis atque valoris ſit moneta, ita ut creditor ex ſolutione damnum non ſit paſſurus, *l. 99. de ſolut. l. 1. §. 135. de aur. & argent. legat. Zanger. de except. p. 3. c. 1. n. 160. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 209. n. 1. 2. & p. 8. obſ. 417.* Ergo pro aureis vel thaleris mutuo acceptis alia moneta numerata exſolvi poteſt; & pro argento recte ſolvitur aurum, *l. 9. l. 35. de aur. & argent. legat. l. 1. C. de argent. pret. Carpz. d. c. 29. d. 2. Wernher. d. obſ. 417. n. 5.* confer. vero *ipſe Wernher. p. 6. obſ. 366.*

19. Creditor in ſolutionem ſummæ alicujus notabilis, de minuta pecunia ultra 25. florenos, accipere haud cogitur, *Rec. Imper. de an. 1559. Carpz. d. c. d. 3. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 9. Wernher. d. obſ. 20. 9. n. 4.*

20. Quænam vero moneta minutior cenſeri debeat in *cit. edict.* definitum eſt, ea nempe, quæ quinque crucigeris minor. Quod deinceps in *Rec. Imper. de an. 1576. §. 76.* ita declaratum, ut creditor non teneatur ultra 25. florenos recipere, an halben Batzen, oder andern kleinen Sorten. Aliter res determinata *Ord. Camb. Lipſ. §. 22. ibi:* kleinen Scheide-

Müns

Münzen, welche an Werth, unter einem Käy-ſer-Groſchen ſeyn. Sicuti vero *Ord. illa Camb.* jus locale continet, ita regulariter in ipſa etiam Saxonia juxta memoratum *Rec. Imp.* pronunciandum venit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 209. n. 5. ſeq.* Ergo in ſolutionem creditor accipere tenetur $\frac{1}{12}$ th. juxta reſponſum Wittebergenſe, quod habet *Wernher. c. l.* quam tamen ſortem ad minutam monetam retulerunt Scabini Lipſienſes apud *Barth. in hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. f. p. 483. ſeq.*

21. Promiſſa ſolutione in certa ſpecie monetæ, puta thaleris, aureis, debitor eam præciſe ſolvere tenetur; nec ſolutione alterius monetæ vel pecuniæ numeratæ liberatur, *Carpz. p. 2. c. 29. d. 4. Berlich. p. 2. concl. 36. n. 25.* Idemque præſtandum, licet de promiſſione ex verbis ſolummodo relativis, appareat, *Cravett. conſil 47. n. 4. Carpz. d. c. d. 5. & lib. 5. R. 95.*

22. Aureis vel thaleris, ſub certa æſtimatione mutuo datis, ſolutio in currente moneta fieri poteſt, *Gail. lib. 2. obſ. 73. n. 9. Carpz. d. c. d. 6. n. 1.* niſi uſuræ per tempus longiſſimum fuerint ſolutæ in integris thaleris vel aureis, *Cothmann. vol. 1. R. 34. n. 318. & 321. Carpz. d. def. n. 5. 6.*

23. Æſtimatio, demonſtrationis cauſa adjecta, non facit, ut ſolutio, in aureis vel thaleris promiſſa, fieri debeat in moneta currente, *Budel. de monet. lib. 2. c. 4. n. 13. ſeq. Carpz. p. 2. c. 29. d. 7. 8. 9.*

24. Si dubium, de qua moneta ſenſerint contrahentes, præſumendum eſt, illos de ea ſenſiſſe, quæ in loco contractus in uſu eſt, *Barbat. lib. 2. conſil. 15. Budel. de monet. lib. 2. c. 21. n. 6. Horn. cl. 16. R. 13. p. 1248. b. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 50. §. 2. p. 980. & §. 4. p. 984.*

25. Con-

Digitized by Google

25. Conventio in mutuo non valet, ut debitor pro communi accepta pecunia thaleros vel ducatos reſtituat: hoc enim ſub pœna amittendæ totius ſortis prohibitum *mandat. Elect. Sax. de an. 1625. tit.* **von Wucherlichen** *Contracten. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. f. p. 479.* add. *Carpz. lib. 5. R. 9.*

26. Sub appellatione monetæ iis in locis, ubi plures monetæ uno nomine continentur, veluti ſunt aurei Ungarici & Rhenani, Sexagenæ novæ 60. groſſorum & antiquæ 20. groſſorum &c. intelligitur moneta ea, quæ ex conſuetudine loci communiter frequentatur, quæque altera eſt uſitatior; at ſi de eo non conſtat, in dubio pro moneta minori concludendum; ideoque partes de aureis Rhenanis, non Ungaricis, vel de Sexagenis antiquis, non novis ſenſiſſe intelligitur, *Kopp. qu. 26. n. 9. Carpz. p. 2. c. 29. d. 10.*

27. Quicunque ex materia vitioſa falſam monetam cudit, eamque ſimul fallendi animo exponit ac ſpargit, flammarum exuſtionibus mancipari debet, *Carpz. pract. crim. qu. 42. n. 31. ſeq. Berger. jurispr. crimin. p. 73.* Nihilque intereſt, ſuperioris, an inferioris principis moneta adulterata, aut ejus nomine falſa cuſa ſit, *Weſenbec. conſil. 46. Carpz. c. l. n. 35. ſeq. Berger. c. l. p. 74.* Nec refert, ſpecies majoris monetæ fabricatæ ſint, an minoris valoris, *Carpz. c. l. n. 45. ſeq. Berger. c. l.* quanquam, ex benigniori uſuque recepta ſententia, reus, qui ſemel aut bis monetam minutiorem fabricavit, non niſi arbitrarie puniatur, *Carpz. c. l. n. 60. ſeq. Berger. c. l.* Denique prædicta pœna obtinet non ſolum in iis, qui propriis manibus monetam falſam cudunt, ſed & in iis, qui aliis cudentibus & falſificantibus auxilium & opem præſtant, *Carpz. c. l. n. 66. ſeq.*

28. Si

28. Si quis non imperatoris aut ſtatuum imperii, ſed extranei cujuſdam principis, qui ſtatus imperii non eſt, veluti regis Daniæ monetam falſificaverit, eamque ex vitioſa materia formaverit, non igne, ſed gladio punitur, *Carpz. pract. crimin. qu. 42. n. 71. ſeq. Berger. jurispr. crimin. p. 74.* Cujusmodi mitigatio pœnæ etiam obtinet, ſi cauſa quædam ſubſit, ex qua, reum cudendo & expendendo falſam monetam non tam perverſo & protervo animo deliquiſſe, conjecturari poteſt, *Carpz. c. l. n. 85.* item, ſi falſus monetarius ſit minorennis, *Carpz. c. l. n. 89.*

29. Neque ille, qui groſſos argenteos, æreosve auro tingit, cooperit, ac poſtea deauratos pro ducatis expendit, igne, ſed arbitrarie puniendus eſt, *Carpz. c. l. n. 82. Berger. c. l. p. 75.*

30. Qui falſam monetam cudit quidem, ſed non expendit, tantum gladio punitur, *Carpz. c. l. n. 91. Berger. c. l. p. 73.* Qui vero monetam falſam non fabricavit, ſed ſaltem expendit, fuſtigatur, *Carpz. c. l. n. 91. Berger. c. l. & p. 2. ſupplem. obſ. 57.* in Saxonia Electorali ſcil. nam, alibi pœnam gladii dictari, & cadaver poſtea comburi, teſtatur *Stryck. in uſ. mod. tit. de leg. Cornel. de falſ. §. 5.* niſi vel falſam monetam ignoraverit, vel ludendi tantum cauſa erogaverit: altero enim caſu abſolvitur; altero autem mitius punitur, *Carpz. c. l. n. 108. ſeq. Berger. c. l.*

31. Reum, qui dixit, ſe nummos non animo cudendi monetam, ſed ludendi quaſi cauſa formaſſe, nec ſe quicquam ex iis nummis expendiſſe, neque expendere voluiſſe, ad juramentum purgatorium, admiſiſſe Scabinos Wittembergenſes, teſtatur *Berger, p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 60.*

Digitized by Google

32. Si quis falſam monetam ratione formæ, hoc eſt, monetam probæ ſpeciei ac juſti ponderis, privato tamen auſu, abſque privilegio impetrato, cudit, pœna tantum arbitraria, veluti carceris, relegationis, fuſtigationis, aut mulcta pecuniaria obtinet, pro qualitate facti & conditione perſonarum. Neque diſtingitur, an privatus aliquis, an vero princeps, civitas aliuſve ſtatus imperii, autoritate & privilegio deſtitutus, monetam fabricare audeat, *Carpz. pract. crimin. qu. 43. n. 1. ſeq. Berger. jurispr. crimin. p. 75. Stryck. uſ. mod. tit. de leg. Cornel. de falſ. §. 4.*

33. Si quis monetæ juſti valoris & ponderis, circumcidendo, radendo, aut nova aliqua ante quid detraxit & ademit, pœna pecuniaria vel carceris obtinet, *Ordin. Carol. art. 111. Carpz. c. l. n. 31. ſeq. Stryck. c. l. §. 6. Berger. c. l. p. 76.* Nec obſtat, ſi quis dicat, pondus monetæ exceſſivum fuiſſe, ſeque monetam ad juſtum pondus reduxiſſe, *Stryck. c. l. Carpz. c. l. n. 33.*

34. Vi *edicti monetalis*, quod ſub Ferdinando I. *an. 1559.* prodiit, reſolutio & granalatio monetæ, quod ad privatos, vetita eſt, ſub pœna ignis: quæ tamen non facile obſervari ſolet, *Berger. jurispr. crimin. p. 77. Carpz. pract. crimin. qu. 43. n. 51.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 12. lit. c. p. 909.*

35. Etſi vero, quod de prohibita reſolutione monetæ & granalatione illius dictum, de bona ſaltem exaudiendum ſit: non tamen extraneam, in territorio eo non valentem, ſine conſenſu illius territorii domini, ubi reſoluturus degit, diſſolvere, nec ſibi diſſolutam reſervare, ſed domino territorii, jus monetandi habenti, eam offerre vendendam debere, ſtatuit, *Rhetius jur. publ. lib. 2. tit. 16. §. 15. Pfenning de rei nummar. mutat. lib. 2. c. 3. n. 57. Stryck. uſ. mod.*

Digitized by Google

mod. tit. de leg. Cornel. de falſ. §. *6.* confer. *Barth. c. l. p. 913.*

36. Plane reprobam, ſeu abrogatam monetam, verruffene Müntze, etiam ſine præſcitu vel conſenſu principis, vel domini territorii, liquefacere vel diſſolvere licere, reſpondit Facultas Hallenſis, teſte *Barth. in hodeg. for. c. 6.* §. *12. lit. c. p. 913.* add. *Anth. Matthias de crimin. tit. de falſ. c. 4. n. 4.* Aliter vero reſponderunt Scabini Lipſienſis, & reum in confiſcationem pretii ex reſoluta moneta reprobata redacti condemnarunt, teſte *eod. Barth. c. l. p. 915.*

37. Nec aurifabris indiſtincte, ex defectu auri vel argenti infecti, ad exercendum artem ſuam, frangere monetas validas conceſſum, ſed conſenſu demum dominorum territorialium ſuorum id facere poſſunt, *Ordinat. monet. Fernand.* §. *174. Barth. c. l. p. 913. Stryck. uſ. mod. tit. de leg. Cornel. de falſ.* §. *6. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 49.* §. *51.*

38. Cognitionem de crimine falſæ monetæ, non ad principem ipſum, ſed ad magiſtratum inferiorem, merum imperium exercentem, pertinere, reſpondiſſe Domin. Hallenſes teſtatur, *Stryck. c. l.* §. 7.

39. Locatio juris cudendæ monetæ prohibita eſt, *edict. monet. Ferdin. de an. 1559.* §. Ferner als ſich. quæ tamen prohibitio hodie non obſervatur, *Stryck. uſ. mod. tit. de locat. conduct.* §. *97.*

40. add. loc. *creditor. th. 15.*

MONITORIUM.

1. Monitoria curiarum non habent vim conſtituendæ competentiæ fori in petitorio, ob ejus cum poſſeſſorio connexitatem, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in addit. ad tit. 4.* §. *6. th. 26. p. 1759.*

(R) 2 2. Moni-

2. Monitoria vi perpetuandi actiones non gaudent, *Berger. dec. 290.*

MONOPOLIUM.

1. Monopolia referuntur ad res odioſas & reipublicæ nocivas, adeo, ut nemo monopolarum malitiam ſuam præſcriptionis involucro tegere poſſit, quia contra utilitatem publicam nulla præſcriptio currit, *Stryck. uſ. mod. tit. de extraord. crimin. §. 8. Mev. p. 7. dec. 267.*

2. Ad monopolium hi tres caſus pertinent: 1) quando quis certum mercaturæ genus, e. g. piſcium, librorum etc. ſibi ſoli arrogat, ut talia ſolus poſſit vendere; 2) quando nonnulli, illicitis habetis conventionibus, conjurant, aut paciſcuntur, ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis non minoris, quam inter ſe ſtatuerint, venundentur; 3) quando artifices vel ergolabi, aliorumque diverſorum operum profeſſores pacta inter ſe componunt, ne quis artifex, quod alteri commiſſum eſt opus, conſummet, atque expediat, aut injunctam alteri ſollicitudinem alter intercipiat, *l. un. C. de monopol. Stryck. c. l.* add. *Menoch. A. J. Q. caſ. 569.*

3 Pœna monopolii eſt confiſcationis bonorum & perpetui exilii in primo & ſecundo caſu: in tertio autem caſu 40. librarum auri, *d. l. un. C. de monop.* hodie vero ubivis arbitraria, *Stryck. c. l.*

4. A principe impetrari debet jus monopolii exercendi, cum officialis aliquis aut poteſtas inferior concedere id minime queat, *Petr. Anton. de Petra de poteſt. princ. c. 13. n. 10. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 47. §. 2.* quamvis monopolium nequidem concedi debeat a ſummo principe, ſecundum *l. un. C. de monopol. Mev. p. 7. dec. 267. n. 1.*

5. Pu-

Digitized by Google

5. Publica autoritate monopolia interdum licite conſtitui poſſunt, puta ob publicam utilitatem, ut ſi reſpublica mercibus indigeat, nec ſit, qui, ob ingentem laborem, aut impenſas majores, aut pericula, eas transportare velit, tunc enim permiſſum erit, conſideratis circumſtantiis, & taxato modico pretio, tale privilegium uni vel paucis concedere, *Brunnem. ad l. un. C. de monopol. Stryck. uſ. mod. tit. de extraord. crimin.* §. 8. add. *Ziegler. c. l. §. 3. ſeq. Carpz. lib. 1. R. 42. n. 3. ſeq. & dec. 3.*

6. Ita, ſi unus, duo, treſve mercatores, aut artifices toti ſufficiant civitati, plures autem ſibimet ipſis damno ſint, ne omnes eſuriant, & multitudine civitati noceatur, poterit princeps uni illi, aut duobus, aut tribus totum commercium committere, *Ziegler. c. l. §. 3.*

7. Sic etiam inventoribus rei alicujus novæ & artis, bono publico proficuæ, concedi poteſt, remunerationis gratia, ad aliquod tempus, ejus artis exercitium, excluſis aliis, qui eam æque bene profiteri poſſent. Qua ratione etiam typographis, vel bibliopolis indulgeri ſolent privilegia, ut intra certum tempus ſoli libros vendant, quos typis excuderunt, vel impenſis ſuis excudi curarunt, *Scacc. de commerc. §. 1. qu. 7. part. 3. limit. 10. n. 16. Mev. p. 3. dec. 70. Ziegler. c. l.*

8. Intereſt reipublicæ, præter pharmacopœos, nullos alios admitti, qui medicamenta vendant, tum ut inſtructa magis ſint pharmacopolia, & ne egeant, qui illis præficiuntur, tum quia periculoſum nimis eſt, ab aliis, rerum iſtarum minus gnaris atque peritis medicamenta accipere, *Ziegler. c. l. §. 4.*

Digitized by Google

MONSTRUM. OSTENDUM.

1. Monſtrum differt ab oſtento: illud eſt, quod contra formam humani generis procreatum eſt, *l. 14. de ſtat. homin*, vel omnino, vel in parte ſubſtantiali, puta capite, veluti, ſi habeat caput vitulinum, equinum, aut ſimile, *l. 135. de V. S. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. not. 2. p. 40.* hoc vero, quod a natura hominis aberrat, vel ratione vocis, puta quod habeat vocem caninam &c. vel ratione membrorum, quod pedes habeat caprinos, tres manus, vel pedes, *l. 38. de V. S. Berger. c. l.*

2. In dubio oſtenda potius, quam monſtra, eſſe, præſumuntur, atque adeo ſacro baptiſmatis lavacro abluuntur, *Berger. c. l.* confer. *Zach. quæſt. medic. legal. lib. 7. tit. 1. qu. 91. n. 9.*

4. Monſtra liberorum nomine non veniunt, *l. 14. de ſtat. homin.* & inde ſucceſſionis commoda non transferunt, juxta *l. 3. C. de poſtbum. hered. Stryck. uſ. mod. tit. de ſtat. homin. §. 15.*

3. Monſtra hodie magiſtratuum conſenſu occidi ſolere, tradit *Græneweg. ad tit. de ſtat. homin.* confer. *Berger. jurispr. crimin. p. 97. Huber. prælect. ad ff. tit. de ſtat. homin. §. 7.* ubi quoque: niſi rationis in eo appareant indicia. Sed monſtra non eſſe occidenda, niſi ex beſtiali coitu ſint procreata, putat *Stryck. c. l.* Imo occidentem monſtrum, ut homicidam, eſſe puniendum, cenſet *Mornac. ad l. 14. de ſtat. homin.* de quo tamen dubitat *Stryck. c. l.* in caſu, ſi quis aliorum opinionem ſecutus crediderit, occiſionem eſſe licitam.

MORATORIA DILATIO.

1. Dilatio moratoria, non decoctoribus, ſed illis tantum concedi ſolet, qui, abſque ſua culpa, naufragio, incendio, aut alio quocunque caſu eo redacti ſunt,

Digitized by Google

ſunt, ut exinde ſolutionis faciendæ impoſſibilitas reſultet, *Hering. de fidejuſſ. c. 22. n. 39. ſeq. Carpz. p. 2. c. 30. d. 46. n. 7. Philipp. ad dec. 30. obſ. 1. n. 5.* add. omnino *Donell. lib. 22. c. 9. lit. b. ſeq. ibique Hilliger.*

2. Non aliter tamen dilatio moratoria conceditur, quam ſi fidejuſſio idonea ſuper ſolutione præbeatur, *l. 4. C. de prec. imper. offer. Donell. c. l. lit. n. Carpz. in Aſyl. debit. th. 61.* Sed ita ſi creditores petant, neque enim princeps proprio motu exigit cautionem, *Gail. lib. 2. obſ. 46. n. 4.* Aſt hodie fidejuſſionem non requiri, tradit *Zanger. de except. p. 2. c. 12. n. 4.* ac quovis caſu ſufficere juratoriam, refert *A. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. def. 21. n. 4.* vid. omnino *Hilliger. in Donell. lib. 22. c. 9. lit. n.*

3. Dilatione moratoria durante, uſuras non deberi, tradit *Carpz. d. def. 46. n. 6.* cum *Moller. lib. 4. ſemeſtr. 7.* diſſentiunt *Heig. ad. §. ſi quis debitori. 13. n. 6. J. de legat. A. Fab. in Cod. d. tit. 9. def. 8. Brunnemann. ad l. 2. C. de precib. imper. offer.* quorum opinio confirmata eſt *dec. Elect. Sax. nov. 30.* quippe qua diſpoſitum, ut uſuræ durantibus quinquennalibus currant, ita tamen ut earum, perinde ac ſortis, exactio ſuſpendatur, &, ſi debitor, finitis induciis & petita executione, in continenti probare poſſit, ſe, durante induciarum tempore, nihil fructuum ex bonis ſuis percepiſſe, aut percipere potuiſſe, ab earum præſtatione demum liberari poſſit, vid. *Philipp. ad d. dec. obſ. 1. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 8. not. 2. p. 765.*

4. Debitor exceptione dilationis moratoriæ ſe tueri non poteſt, ſi creditor æque inops vel pauperior, *A. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. def. 20. n. 7.* ſi mercenarius vel operarius, qui ex mercede operæ ſuæ ſe ſuosque

ſuſtentat, *Moller. lib. 4. ſemeſtr. 6. n. 2. Rivin. ſpecim. except. for. c. 37. n. 4. Carpz. p. 1. c. 28. d. 34. n. 1.*

5. Deinde ceſſat hæc exceptio, ſi creditor ſit fiſcus vel princeps, *A. Fab. in Cod. d. def. 20. n. 9.* confer. vero *Hilliger. ad Donell. lib. 22. c. 9. lit. m.* vel eccleſia aut alia pia cauſa, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 203. n. 20.* confer. *Hilliger. c. l.* vel pupillus aut minor, *A. Fab. c. l. n. 10. Carpz. aſyl. debit. c. 4. th. 61. n. 49. 50.* confer. vero *Menoch. c. l. n. 23. Hilliger. c. l.* in debitis alimentorum, *Nic. de Paſſeribus de ſcript. priv. lib. 3. qu. 5. n. 64. Rivin. c. l. n. 5.* & quoad dotis ſolutionem, *Mev. p. 8. dec. 83. n. 2.*

6. Ceſſat porro hæc exceptio, ſi debitum ſit juratum, vel ei expreſſe renunciatum, aut etiam poſt impetrationem reſcripti moratorii contractum, *Beſold. in theſaur. pract. verb. Quinquennel. Lauterb. de reſcript. morat. c. 5. th. 33. Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 6. not. 3. p. 408.* niſi princeps in reſcripto expreſſerit, quod, non obſtante renunciatione aut juramento, literarum moratoriarum tenor obſervari debeat, *Beſold. c. l. Lauterb. c. l. §. 34.*

7. Denique ceſſat exceptio moratorii, ſi debitum ſit ex cauſa delicti, feudale, emphyteuticarium; ſi petatur penſio pretiumve, rerum locatarum, ac venditarum, quarum fructus adhuc percipit debitor; ſi repetatur depoſitum, commodatum, precarium, pignus; ſi vindicetur merx de recenti a debitore doloſe emta; item ſi agatur de pretio comeſtibilium in foro emtarum, *Lauterb. d. diſp. c. 6. per tot. Rivin. c. l. n. 8. Hilliger c. l.* Pari modo illud beneficium exulat, quoties literæ cambiales, vel aliæ quæcunque obligationes in bianco di depoſiti Lipſiæ conſtituto, ſolutis 16. groſſis, fuerint ad fidem actorum relatæ, & peculiari

liari quodam ſigno impreſſæ, geſtempelt, vid. *mandat. El. Sax. de an. 1702. Berger. c. l.*

8. Debitor, in cauſa cambiali, moratorio ſe contra citationem & neceſſitatem comparendi tueri non poterit, multo minus judex denegare citationem jure poteſt, quin comparere potius & recognoſcere literas cambiales tenetur, tametſi executio poſt decurſum uſque moratorii differatur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 25. lit. a. p. 763.* add. *Lange iſag. proc. c. 50. n. 9.* Quin non comparentem debitorem pro compeſcenda contumacia per apparitores in judicium duci poſſe & debere, putat *Barth. c. l.*

9. Si debitor ſub induciis facultates ſuas in præjudicium aut incommodum creditorum imminuere, aut res oppignoratas alienare tentet, recte creditor, non obſtante exceptione moratoria, pretium arreſtari, aut venditionem rei ſibi obnoxiæ impediri curat, etiamſi aliter debitor cavere velit, *l. 6. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. Mev. p. 6. dec. 366.*

10. Debitor, qui impetravit reſcriptum moratorium, adverſus ſuos debitores experiri non prohibetur: cum ejuſmodi reſcriptum alioqui vi deſtitueretur, utpote quod eo collineat, ut impetrans debitor vires colligat, atque adeo, exactis debitis, ſolvendo exiſtat. Niſi tamen prædictum reſcriptum ſub- & obreptitie impetratum eſſe, probent impetrantis debitores, *Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 6. not. 3. p. 409. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 159.* diſſentiunt *Berlich. p. 3. concl. 51. n. 9. Carpz. p. 3. c. 38. d. 1. n. 17.*

11. Dilatio quinquennalis, a majore parte creditorum debitori conceſſa, impedit etiam hypothecarios & arreſtantes, haud conſentientes, quo minus durante dilatione debitorem moleſtare queant, *Carpz. p.*

2. c. 22. d. 29. ſecus eſt in creditoribus cambialibus, vid. *part. prior. loc. creditor. th. 5. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 52. §. 1. p. 656.*

MORGENGABA.

1. Morgengaba proprie vocatur illa donatio vel largitas ſponſalitia, quæ uxori non ex diſpoſitione juris Saxonici debetur, ſed ex liberalitate ſponſi proficiſcitur in compenſationem delibatæ virginitatis, *Carpz. p. 3. c. 33. d. 20. n. 1. Struv. ſyntagm. jur. feud. c. 9. th. 4. n. 8. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 8. §. 42.*

2. Hæc morgengaba pleno jure in uxorem tranſit, adeo ut de illa, tanquam de re propria, libere diſponere, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 44. n. 11.* imo etiam, vivo marito, teſtari poſſit, *Myler. ab Ehrenb. gamol. c. 18. §. 2.* nec, præmortua uxore, eadem ad maritum revertatur, *Myler. d. c. 18. n. 4. Stryck. c. l. n. 43.* add. *Carpz. c. l. n. 3.*

3. Hujusmodi donum regulariter viduæ non debetur: cum in illa virginitatis flos, qui decerpi poſſit, non detur, *Beſold. theſaur. pract. voc. morgengaba. Myler. ab Ehrenb. c. l. c. 16. n. 4.* niſi viduæ morgengaba ſpeciatim ſit promiſſa, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 327.*

4. Quantitas morgengabæ in arbitrio mariti conſiſtit, *Molin. de juſtit. & jur. tract. 2. diſp. 431. n. 12.* Et morgengaba, non promiſſa, non debetur, & a marito non conſtituta, ab heredibus peti nequit, *Coccej. jur. publ. prudent. c. 28. n. 8. Stryck de cautel. contract. ſect. 3. c. 8. §. 42.* quamvis, morgengabam, etiam non promiſſam, virgini ſponſæ deberi, putat *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 7. def. 1. n. 9.*

5. Adhuc alia eſt ſpecies morgengabæ, ſive largitatis ſponſalitiæ, quæ uxori nobili ex bonis mariti de-

defuncti debetur, jure Saxonico, Land=R. *lib. 1. art. 24. Carpz. p. 3. c. 33. d. 20. n. 4.* & conſiſtit in pecudibus femellis cujuscunque generis, Land=R. *c. l. Carpz. d. def. n. 5. ſeq.* adque debetur ex omnibus defuncti prædiis, etiam conductitiis, *Carpz. d. c. d. 23. 24. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 44. not. 2. p. 469. Horn. cl. 8. R. 10.* & locatis. *Horn. cl. 8. R. 30. p. 506. a.* Deſignationem hujus morgengabæ exhibet *Struv. ad A. Matth. de ſucceſſ. p. 412.*

6. Non etiam pecudes maſculini ſexus ad morgengabam pertinent, niſi poſt mortem mariti ante triceſimum vel diviſionem fuerint procreatæ, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 43. n. 3. Carpz. d. c. d. 21. 22.*

7. Vidua, ſi vel maxime dotem haud intulerit, vel etiam eam repetat, ac propterea dotalitium haud conſequatur, morgengabam tamen & comeſtibilia recte petit, *Carpz. lib. 6. R. 58. n. fin. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 418.*

MORS MORTUUS.

1. Duobus ſimul mortuis, præſumitur is, qui debilior eſt, prius deceſſiſſe, *arg. l. 9. §. 1. l. 22. l. 23. de reb. dub.* Cui conſectarium eſt, viro & muliere inſimul mortuis, præſumi prius defunctam mulierem, utpote debiliorem, per *l. 9. § 3. de reb. dub. Carpz. p. 3. c. 17. d. 12.* ſed confer. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 10. c. 4. §. 1. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 30. not. 2. p. 418.* ubi quoque perſonæ, quæ eodem caſu, v. g. naufragii, perierunt, præſumuntur commortuæ eſſe, juxta *l. 16. & 18. de reb. dub.*

2. Si non conſtet, quiſnam debilior fuerit, maſculis nimirum duobus ſimul mortuis, ſive cognatis, ſive extraneis, neuter alteri ſupervixiſſe videtur, *l. 18. d. tit. Carpz. d. c. d. 13.*

3. Pa-

3. Patre ac liberis puberibus ſimul mortuis peſte, naufragio &c. in dubio pater prius deceſſiſſe videtur, *l. 9. §. 1. & 4. l. 16. l. 22. eod. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 39. n. 9. Carpz. d. c. d. 10.* Impuberes autem in dubio ante parentes deceſſiſſe cenſentur, *l. 9. §. ult. l. 23. de reb. dub. Carpz. d. c. d. 10. Menoch. lib. 6. præſumt. 56. n. 30.*

4. Præſumtiones tamen iſtæ probationem in contrarium admittunt, *dd. text. Struv. ex. 35. th. 88.* & quidem per indicia & conjecturas, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1074. Carpz. p. 3. c. 17. d. 14. n. 3. 4.* niſi mors ſit fundamentum intentionis, veluti hoc caſu accidit, quo heres ſibi hereditatem adjudicari petit: tunc enim exactiſſima probatio requiritur, *l. 34. ad Sct. Trebell. l. 18. de reb. dub. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 2. Carpz. d. def. n. 5. ſeq.* Plane ſi ambo morte occulta, puta naufragio, acie vel peſte deceſſiſſe proponantur, ſufficit unici teſtis jurata depoſitio, modo de viſu deponat, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1075. n. 5. 6. Carpz. d. c. d. 15.*

5. Mors non præſumitur, ſed eam allegans probare debet, *Menoch. lib. 2. præſumt. 83. n. 6.* ejus allegatio ſiſtit tamen proceſſum, ſi illud, quod ſub lite eſt, morte deſinit, *Mev. p. 4. dec. 343. & dec. 42.*

6. Mors probanda eſt teſtimonio duorum, qui viderunt, aliquem vita functum & tumulo mandari, *arg. l. 9. §. 1. C. de teſtib. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 675. Beſold. p. 3. conſil. 91. n. 123.* maxime tum, cum agitur de gravi præjudicio tertii, puta de hereditate deferenda, *Boer. dec. 288. n. 1.* Non autem refert, an teſtes ſint extranei vel conſanguinei, *Menoch. c. l.* Quin & probata alicujus mors eſt, licet teſtes

Digitized by Google

ſtes non deponant, ſe vidiſſe illum mortuum, ſed tantummodo mori, & vice verſa, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 37. n. 6.*

7. Unicus igitur teſtis non ſufficit, maxime quando eſt fundamentum intentionis, *l. 2. §. 4. teſtam. quemadm. aper. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 39. n. 9.* niſi mors occulta veniat probanda, puta quod quis in loco remoto, mari, acie aut morbo contagioſo obiiſſe dicatur, *Carpz. d. c. d. 38.* modo teſtis jurato deponat, quod interfuerit ſepulturæ, vel ipſum viderit cadaver, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1075. n. 6.* nam injurata depoſitio regulariter non attenditur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 240.* ubi *n. 5.* Domini Wittembergenſes reſponderunt, quod ſuper morte alicujus juramentum deferri poſſit.

8. Fama porro vel opinione propinquorum mortem occultam probari, docent *Beuſt. ad l. 31. n. 107. de jurejur. Berli. h. p. 1. concl. 36. n. 83.* Sed valde periculoſam eſſe hanc aſſertionem, putat *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 168. n. 2. 3.* confer. omnino *Maſquard. de probat. vol. 2. concluſ. 1074.* ubi tradit, quatenus fama & præſumtionibus mors abſentis probetur. Add. *Lauterb. Colleg. Theoret. Pract. tit. de heredit. petit. §. 23.*

9. Mors alicujus probatur ex libris Rectorum eccleſiarum, in quibus deſcribere ſolent mortuorum nomina; *Carpz. jurispr. eccleſ. d. def. n. 4. & p. 1. c. 16. d. 38. n. 2.* ubi ſubjungit, modo extet conſuetudo, ut fides habeatur ejuſmodi libris, neque de magno præjudicio agatur.

10. Nec minoris efficaciæ eſt probatio mortis, quæ fit per atteſtationem judicis ſeu magiſtratus in loco, quo quis obiiſſe perhibetur; quin nec opus hoc caſu

Digitized by Google

caſu erit, ut a magiſtratu juramentum exigatur, *Carpz. jurispr. eccleſ. d. def. 268. n. 5. ſeq.*

11. Si de militis morte quæſtio ſuboriatur, creditur atteſtato ducis militiæ ſeu Colonelli, etiam injurato, *Berger. obſervat. jurid. milit. cent. 3. obſ. 42. Berger. œcon. jur. lib. 2 tit. 4. th. 54. not. 3. p. 505.* Atteſtatum tribuni militum autem, qui officium magiſtratus non ſuſtinet, non ſufficit, *Carpz. jurisprud. eccleſ. d. def. 168. n. 11.*

12. Mors abſentis jurejurando de credulitate ſuppletorio confirmari nequit, quando allegans mortem tantummodo teſtem de auditu deponentem pro ſe habet, *Horn. cl. 7. R. 19. p. 387. b.* Plane etiam heredes abſentis, de cujus vita dubitatur, de credulitate ad juramentum ſuppletorium admitti, teſtatur *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 6.* Et admitti etiam viduum viduamve, ut juramento defuncti, defunctæve conjugis mortem aſſeveret, ſi ſcilicet ſuperſtes habeatur fide dignus, aliæque accedant præſumtiones adminiculantes, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 169.* quæ faciunt ſemiplenam probationem, juxta *Beyer. ad Carpz. c. l.*

13. Mors conjugis abſentis, qui, literis alterius conjugis provocatus, non reſpondet, non ſtatim præſumitur, *Horn. cl. 15. ſent. 51. p. 110. a.*

MULCTA.

1. Hodie mulctæ non amplius fiſco principis, ſed cuivis magiſtratui, juriſdictionem exercenti, aſſignatur, adeo, ut mulctæ pro fructu juriſdictionis habeantur, *Roſenth. de feud. c. 5. concl. 62. Stryck. uſ. mod. tit. ſi quis jus dicent. non obtemper. §. 1. Horn. cl. 2. R. 29. p. 134. a.* vid. omnino *Mev. p. 4. dec. 363.*

2. Non præciſe juriſdictionem ſuperiorem haben-

bentijus mulctandi ob delictum adſcribitur, ſed potius pro diverſitate delictorum, modo ſuperioris, modo inferioris jurisdictionis illud eſt. Sunt enim moribus Germaniæ delicta quædam leviora judicis, baſſam jurisdictionem habentis, vindicationi relicta, ob quæ & mulctam dicendi poteſtatem habebit, *Stryck. c. l. §. 2.* vid. omnino *Mev. d. dec. 363.* Quodſi delicta ſint eccleſiaſtica, epiſcopi, vel, quæ eorum vices ſuſtinent, conſiſtoria mulctandi licentiam habebunt, *Stryck. c. l.* vid. *Carpz. pract. crimin. qu. 130. n. 2.*

3. Quo caſu pro crimine capitali pœna pecuniaria a ſuperiore magiſtratu imponitur, eam non imponenti ſuperiori, ſed inferiori, ad cujus ordinariam cognitionem crimen, ſi non remiſſum fuiſſet, pertinebat, applicandam eſſe, tradunt *Heig. p. 2. qu. 22. n. 63. Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 120. Carpz. p. 4. c. 10. d. 9.* confer. vero *Berger. jurisprud. crimin. p. 29.* ubi a quoties pœna fuſtigationis, aut perpetuæ relegationis in pecuniariam convertitur, toties hæc piis cauſis applicanda eſt: quoties autem relegatio temporaria, aut carceris in pœnam pecuniariam commutatur, toties hæc magiſtratui acquiritur; atque hoc ultimum quoque aſſerit *id. c. l. p. 354.* de mulcta, quæ in locum caſtigationis in carcere, virgis exercendæ, ſurrogatur.

4. Quando citationes & mandata ſub mulcta emittuntur, hæcque ob continuatam contumaciam duplicatur & triplicatur, mulctæ, in iiſdem injunctæ, non ſingulæ, ſed una, eademque media a reo ſolvenda eſt, aut ſi duæ ſaltem ſint mulctæ reo impoſitæ, minor eligi, in eamque condemnari ſolet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 423.* ſed ultimam exigendam eſſe, permiſſo tamen judici arbitrio, ut pro ratione eorum, quæ rem circumſtant, mitiorem, eamque vel intermediam, vel

vel etiam primam eligere poſſit, putant *Carpz. dec. 209. n. 25. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 4. §. 1. p. 51. ſeq.*

5. Mulcta, ſive citatione, ſive injunctione, comprehenſa, executioni prius mandari nequit, quam conſecuta ſententia, qua reus in mulctam incidiſſe declaretur, niſi adſit contraria obſervantia, uti eſt in Luſatia ſuperiore, *Berger. c. l. p. 35.*

MULIER.

1. In dubio feminæ cum maſculis eodem jure cenſentur, *l. 1. de. V. S. l. 4. C. de liber. præter.* Unde non ſtatim credendum eſt ei, qui diſcrimen inter utrumque ſexum adſtruit, ſed hic intentionem ſuam probare obſtrictus eſt, *Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 1. tit. 5. diſt. 1.*

2. Interdum tamen ſunt deterioris conditionis, e. g. in teſtimonio teſtamentorum, ſucceſſione in fideicommiſſis familiæ, adipiſcendis officiis publicis &c. interdum melioris ſunt conditionis præ maſculis, e. g. intuitu ignorantiæ juris civilis, fidejuſſionis &c. *Ludovic. c. l.* vid. omnino *Frider. Pruckmannus de differentiis utriuſque ſexus.*

3. Jure communi mulieres in propriis cauſis in judicio comparere, agere & ſe defendere non prohibentur, *l. 4. C. de procurat. Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 95.*

4. Aſt in foro Saxonico mulier abſque curatore ad litem, einem Kriegriſchen Vormund in judicio agere vel ſe defendere non valet, ſed hic etiam, ex officio ei adjugendus eſt, **Landr.** *lib. 1. art. 44. 46. & lib. 2. art. 63. O. P. S. tit. 8. Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 2. Carpz. p. 1. c. 1. d. 30.* etiamſi mulier ſit princeps, *Berger. dec. 320.*

5. Fal-

Digitized by Google

5. Fallit hoc 1) in cauſis criminalibus, *Carpz. d. c. d. 33. & lib. 3. R. 13.* 2) in cauſis matrimonialibus (a) *Carpz. proc. tit. 1. art. 2. n. 41.* In quibus, ſine curatore, etiam liti renuntiare & tranſigere, *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 4. p. 295.* imo & procuratorem conſtituere poſſunt, *Berger. d. obſ. 4. not. 3. p. 296.*

6. Cum mulier perſonam ſtandi in judicio non habeat, expeditum eſſe, quod nec juramentum per ſe deferre queat, putat *Carpz. p. 1. c. 12. d. 38. n. 1.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 18. § 1. n. 15. & §. 9. n. 49.*

7. Sed ut mulieri conſtituatur curator, favore ſexus eſt conſtitutum, ne damnum facile incurrat; ergo non in ejus diſpendium eſt detorquendum. Ex quo conſequitur, mulieris acta etiam in judicio valere ſine curatore, in quantum de earum commodo diſquiritur, atque adeo mulieri hoc prætextu deſertionem fatalium cum effectu objici non poſſe, quod ſine curatore eadem obſervaverit, *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 2. p. 290. & tit. 18. obſ. 4. not. 1. p. 530. nec non Reſolut. Lauterb. tit. ex quib. cauſ. maj. ad verb. vel aliam juſtam cauſam. n. 2.*

8. Hinc mulieres, etiam ſine curatore, jusjurandum de- & referre, item ad jurandum ſe offerre, aliaque proceſſus fatalia obſervare, judicioque, quo ve-

(a) Verum juxta *O. P. S R tit. 8. §. 3.* mulieres in cauſis matrimonialibus, nec non mercatrices in cauſis, mercaturam concernentibus, non niſi ad tentandam amicabilem compoſitionem, abſque curatore in judicio comparere poſſunt. Ceteroquin vero in tractandis negotiis judicialibus aſſiſtentia curatoris adeo opus habent fœminæ ut ne ea quidem, quæ in ipſarum utilitatem vergunt, wenn es auch gleich zu ihren beſten gereichen könte/ ſine marito aut curatore expedire debent, niſi periculum ſit in mora, *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

velint modo, experiri poſſe, ita tamen, ut proximo deinceps termino, utrum in iis, quæ acta ſunt, ſine curatore, perſiſtere velint, nec ne, cum curatore declarare, & ſi eadem cupiant retractari, expenſas adverſæ parti reſtituere debeant, docet *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. p. 519. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 66. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. e. p. 271.* diſſentit *Nicolai in proc. jur. p. 1. c. 44. n. 13. p. 444.*

9. Et mulierem, curatore deſtitutam, jurare poſſe, præjudicio confirmat *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 2. p. 290.* eandemque ſine curatore in termino documenta producere poſſe, ita ut minus juſte vereatur illa, quo minus ea documenta ex cauſa deſertionis deinceps impugnentur, itidem præjudicio corroborat *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 8. §. 2. p. 277.*

10. Femina ad cauſas judiciales expediendas mandataria eſſe non poteſt, *l. 2. l. 54. de procurat. l. 12. C. eod. Carpz. proc. tit. 5. art. 1. n. 27.* licet mater ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 135. n. 9. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. d. p. 93.*

11. Ut tutrix tamen mater cum curatore liberorum negotia judicialia tractare poteſt, *Barth. c. l. p. 94.* add. *Carpz. d. tit. 5. art. 5. n. 50.*

12. Ad cauſas abſentiæ allegandas, nec non in illis judicii partibus, ubi apices juris haud attendi, nec omnia ad vivum reſecari ſolent, admittenda eſt femina, *l. 12. de procurat. Brunnem. ad l. 18. C. eod. Wernher. d. obſ. 135. n. 7.*

13. Quando paciſcentes ad familiæ conſervationem, ejusdemque utilitatem ac dignitatem reſpexiſſe apparet, feminæ pacto haud comprehenſæ intelliguntur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 406.*

MU-

Digitized by Google

MULIERIS CONTRACTUS.

1. In foro Saxonico contractus mulieris, ſine conſenſu curatoris initus, ipſo jure nullus eſt, abſque diſcrimine, ſive ſit maritata, ſive ſoluta, virgo aut vidua major aut minor, *Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* etiamſi contractum juramento confirmaverit, *Moller. add. c. 15. n. 19. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 105. Carpz. d. def. 1. n. 5. ſeq.*

2. Contractus mulieris ſine curatore initus, nequidem ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur, *Hartm. Piſtor. obſ. 201. n. 2. Carpz. d. c. d. 5.* diſſentit *Berlich. d. concl. 17. n. 120. ſeq.*

3. Contractum, abſque curatore celebratum, etiam poſt mortem matris, ipſius heredes impugnare poſſunt, *Berlich. d. concl. 17. n. 123. Carpz. d. c. d. 4.*

4. Quodſi tamen mulier abſque curatore, accepta ab aliquo mutuo pecunia, fundum hypothecæ dederit, etiamſi extra judicium, & ſic nulliter hoc factum fuerit, heredes tamen non, niſi reddita pecunia creditori, fundum repetere poſſunt, *Moller. ad p. 2. c. 15. n. 97. Carpz. p. 2. c. 15. d. 4. n. 8.*

5. Quicquid ex obligatione, abſque curatoris conſenſu contracta, mulier ſolvit, tanquam indebite ſolutum repetere poteſt, *Carpz. d. c. d. 2.* add. *Berlich. p. 2. concl. 17. n. 114.*

6. Mulier, in Saxonia domicillum habens, extra territorium Saxonicum abſque curatore valide poteſt contrahere, quia de jure civili communi mulier majorennis pro lubitu abſque ullo curatore, contrahere, reſque ſuas, etiam inſcio marito, alienare poteſt, *l. 6. C. de revoc. donat. l. 12. C. de pignor. Carpz. d. c. d. 6. Weſenbec. vol. 1. conſil. 11. n. 18.* diſſentit *Berlich. d. concl. 17. n. 55.*

 7. Econ-

Digitized by Google

7. E contra mulier extranea in territorio Saxonico valide contrahere nequit, niſi adhibuerit curatoris conſenſum, *Berlich. c. l. n.57.*

8. Contractus mulieris ſine curatore initus eo in loco, quo curatoris conſenſus minus requiritur, valet ibi quoque, ubi alioqui mulier, non adhibito curatore, contrahere nequit, *Barboſ. in l. 19. §. proinde. de judic. n.58. ſeq. Berger. p. 1. ſupplem. ad E.D.F. tit. 8. §. 1. p. 124.*

9. Mulier ſine curatoris conſenſu cum patre vel liberis valide contrahere, filiisque donare poteſt, *Carpz. d. c. d. 8. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 5. p. 176. Wernher. ſel. obſ. for. ſupplem. nov. ad. p. 1. obſ. 180.* & jus ſuum contra liberos ex pacto hereditatis renunciativo quæſitum illis remittere poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 161.* adeoque & filia patri apocham dare poteſt de accepta pecunia materna, ſine curatore, *Berger. dec. 49.*

10. Feminæ etiam bona immobilia, ſine conſenſu curatoris, piæ cauſæ donare poſſunt, *Berger. œcon. jur. c. l.*

11. Feminæ illuſtres, jurisdictionem in ſuo territorio exercentes, conſiliariisque inſtructæ, abſque curatore valide contrahunt, *Carpz. d. c. d. 9. Svendend. ad Fibig. p. 169. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 4. p. 176.* Non item illæ, quæ jure territoriali non gaudent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 82.*

12. Mulier abſque conſenſu curatoris non ſolum teſtari, *Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 2. ibique Carpz. d. 10. n. 1.* ſed & mortis cauſa donare poteſt, *Carpz. d. def. 10. n. 3. ſeq. Rauchb. p. 1. qu. 32.* diſſentiunt *Schneidew. pr. J. de donat. n. 19. lit. a. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſil. 1. n. 23. & 24.*

13. Mu-

13. Mulier doloſe contrahens obligatur, etiamſi
non habuerit curatorem, *Carpz. d. c. d. 13.* nunquam
enim mulieri, quæ dolo malo aliquid fecit, ſuccur-
ritur, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 21. def. 4. n. 3.*

14. Ex contractu mutui (a) efficaciter obliga-
tur mulier etiam ſine curatore, *Carpz. d. c. d. 14.* adeo
ut ex obligationis inſtrumento, a curatore non ſub-
ſcripto, executive conveniri poſſit, *Rivin. ad O. P. S.
tit. 8. en. 35.*

15. Mulier ex contractu depoſiti valide obliga-
tur abſque curatore, *Carpz. dec. 141. Lauterb. colleg.
theoret. pract. tit. depoſit. §. 8. Wernher. ſel. obſ. for. P. 3.
9. obſ. 175.* diſſentit *Schilter. ex. 28. §. 51. ſeq.* Soluta
obligatur ſimpliciter, ligata demum conſentiente ma-
rito, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 11. p. 591.* quamvis
non conſenſerit curator, quem alioquin utraque habet,
Berger. c. l. not. 1. conf. *Stryck. uſ. mod. tit. depoſ. §. 4.*

16. Femina ſoluta abſque curatore mobilia ſua
(b) alienare valet, *Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 2. ibique
Carpz.*

(a) Verum confer. *mandatum regium*, quod *O. P. S. R. ſub*
No. *XII.* annexum eſt, quo literæ cambiales, aliæque
obligationes, a mulieribus maritatis, abſque conſen-
ſu maritorum, aliorumque curatorum, ſi quos conſti-
tutos habeant, datæ, ipſo jure pro nullis declarantur,
adeo ut nequidem poſt mortem mariti valeant, &
conſequenter neque vidua, neque ejus heredes exin-
de conveniri queant, niſi vidua denuo ſe obligaverit.
Valet tamen quoque obligatio mulieris maritatæ, ex
eaque conveniri poteſt, ſi pecunia in ejus utilitatem
eſt converſa, modo in libello exprimatur, quomodo
verſio facta ſit, vid. *mand. reg.* quod *O. P. S. R. ſub* No.
XIII. eſt annexum.

(b) confer. *Mandatum Regium*, quod *O. P. S. R.* adjectum
eſt *ſub. No. XII.* ubi: daß hinführo denen ledigen Wei-
bes Perſohnen, welche ihre mündige Jahre erreichet, auch

Digitized by Google

Carpz. d. 15. *Philipp. ad dec.* 24. *obſ.* 3. adeoque & donare, *d. c.* 15. quatenus ſcil. donatio ſummam 500. Ungaricorum ducatorum non excedit: nam ſi hanc ſummam ſuperet, inſinuationem judicialem requirit, quæ abſque curatore vix poterit impetrari, *Carpz. d. def.* 15. *n.* 5. confer. vero *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 5. *obſ.* 226. & *p.* 6. *obſ.* 338.

17. Exceptio eſt in judicio univerſali, puta hereditatis petitione: ibi enim vidua ſuper rebus etiam mobilibus valide diſponere nequit, ſed v. c. ſpecificationem ejusmodi rerum mobilium, eamque ſine curatore ſubſcriptam impugnare poteſt, quamvis promiſerit, ſe curaturam, ut curator etiam ſubſcribat; ut proinde ſuper ejusmodi conſtituto fruſtra eidem deferatur jusjurandum, *Berger. œcon. jur. lib.* 1. *tit.* 4. *th.* 6. *not.* 3. *p.* 174.

18. Maritata autem mulier in alienandis mobilibus mariti conſenſum adhibere debet, Landr. *lib.* 1. *art.* 45. *Carpz. d. def.* 15. *n.* 3. & 4. *Philipp. ad dec.* 24. *obſ.* 4. *n.* 1. *ſeq. Berger. œcon. jur. c. l.* de quibus nec abſque mariti conſenſu teſtari poteſt, *Conſtit. Elect. Sax.* 7. *p.* 3. *Philipp. c. l. n.* 4.

19. Mulier mercatrix, etiamſi maritata ſit, in emendis vel vendendis mercibus, quas in tabernis proſtantes habet, ſine curatoris & mariti conſenſu firmiter contrahere, & ſe obligare poteſt, *Conſtit. Elect. Sax.* 15. *p.* 2. *ibique Carpz. d.* 16.

20. Imo etiam mulier mercatrix coemendis mercibus mutuam accipiens pecuniam abſque conſenſu curatoris immobilia hypothecare poteſt: conceſſa enim

auch auſſer dem Fall, wenn ſie etwas verſchencken, oder Handlung treiben, nachgelaſſen ſeyn ſolle, ihres Fahrniſſes halber, worunter jedoch die geſamte Gerade nicht zu verſtehen, ſich ohne curatore verbindlich zu machen, und darmit nach Gefallen zu gebahren.

Digitized by Google

enim mulieri mercatura, conceſſum quoque intelligitur mutuum contrahere, & hypothecam conſtituere reſpectu mercaturæ, *Berlich. p. 2. concl. 17. n. 92. Carpz. d. def. 16. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 4. p. 176.* diſſentit *Moller. ad p. 2. conſtit. 15. n. 83.*

21. Femina iis in locis, quibus curatorem accipit, in rebus, ad œconomiam pertinentibus, libere negotiatur, valideque ſine conſenſu mariti & curatoris obligatur, etiam in foro Saxonico, *Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 13. n. 4. Wibel. de contract. mulier. c. 4. n. 100. & 202. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. ex quib. cauſ. maj. ad verb. vel aliam juſtam cauſam. n. 1. & œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 3. p. 174.* cum temperamento tamen, ne modum excedat, mitra ratione dignitatis & facultatum mariti, boni viri arbitratu, *Sand. lib. 2. tit. 2. def. 4. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de tutel. §. 13.*

22. Mulieri, quæ ſubſcripſit ſpecificationem mercium acceptarum, non ſuccurritur, quamvis excipiat, deficere curatoris autoritatem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 36.* Et mulierem, peracta recognitione libri mercatorii, juramento confirmati, licet exciperet, minorennem fuiſſe, nec ſine curatore potuiſſe obligari, nihilominus condemnatam eſſe, teſtatur *Rivin. c. l.*

23. Subſiſtit contractus ſine curatore celebratus, quando mulieri eſt utilis, *Berlich. p. 2. concl. 17. n. 118. Carpz. p. 2. c. 15. d. 17. Rivin. c. l. en. 37. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 410.* Mulier enim ſine curatore, exemplo pupilli & minoris, alteri quidem non obligatur, eundem tamen ſibi obligat, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. ex quib. cauſ. maj. ad verb. vel aliam juſtam cauſam. n. 2. & œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 6.*

Digitized by Google

p. 177. Juxta quod notandum, reſponſa a *Carpzovio* & *Rivino* adducta eo collineare, ut mulier contractum ipſi utilem ſervare, etiam in vita, teneatur, quod nec *Wernhero* nec reſponſo *ab eo* citato placere videtur.

24. Subſiſtit contractus mulieris, in præſentia agnatorum initus, licet curator non intervenerit, *Carpz. d. c. d.* 18. *Berger. p.* 1. *ſupplem. ad E. D. F. tit.* 8. §. 3. *p.* 126. Nec requiritur, ut præſentes ſint plures agnati, ſed ſufficit unus, *Berger. E. D. F. tit.* 8. *obſ.* 7. *not.* 3. *p.* 306. Quod tamen fallit, ſi mulieris agnati ſimul & æque principaliter contraxerint, *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1 *obſ.* 206.

25. Subſiſtit contractus mulieris, abſque curatore celebratus, ſi is, qui actui interfuit, a judice poſtea curator confirmetur, *Carpz. p.* 2. *c.* 15. *d.* 32.

26. Curatoris conſenſus expreſſis verbis adhibendus eſt, nec ſatis putatur, ſi præſens ſit curator & non contradicat, *Moller. ad p.* 2. *conſtit.* 15. *n.* 38. *Mynſinger. cent.* 2. *obſ.* 34. Et curatoris autoritas in ipſo actu intervenire debet, poſt tempus vero interpoſita nihil operatur, *Carpz. d. c. d.* 30. niſi in continenti, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita, *Carpz. d. c. d.* 31. Verum contractum mulieris in Saxonia validum eſſe, quamvis autoritas curatoris ex poſtfacto demum accedat, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 1. *obſ.* 261. & *p.* 5. *obſ.* 45. *Berger. œcon. jur. lib.* 1. *tit.* 4. *th.* 6. *not.* 8. *p.* 177. add. *Rivin. ad O. P. S. tit.* 8. *en.* 38.

27. Mulier nupta ſolo mariti conſenſu, abſque alterius curatoris autoritate, efficaciter contrahere, bonaque immobilia alienare valet, *Dec. Elect. Sax. nov.* 24. *ibique Philipp. obſ.* 5. *Carpz. d. c. d.* 19. niſi curatorem generalem conſtitutum habeat, quippe cujus conſen-

Digitized by Google

conſenſum tunc etiam abhibere neceſſe eſt, *d. dec. 24. ibique Philipp. obſ. 5. n. 3. ſeq.*

28. E contra uxor bona ſua immobilia abſque conſenſu mariti alienare nequit, licet adhibeat curatoris autoritatem, Landr. *lib. 1. art. 31. & 45. Carpz. p. 2. c. 25. d. 25.*

29. Contractus a marito de bonis uxoris, conſenſu ipſius celebratus, jure ſubſiſtit, *Hartm. Piſtor. obſ. 55. n. 8. Carpz. d. c. d. 20.*

30. Præter mariti conſenſum, alio curatore opus eſt, ſi uxor cum ipſo marito vel in ejus commodum contrahit, *Dec. Elect. Sax. nov. 24. ibique Philipp. obſ. 6. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 15. Carpz. d. c. d. 23. &* 24. & in alienatione fundi dotalis, *Carpz. d. c. d. 21. Philipp. d. obſ. 6. n. 10.* add. loc. *fundus dotalis. th. 3.*

31. Uxor ſuper ſolutione pecuniæ ſibi debitæ ſolius mariti autoritate, abſque curatoris conſenſu, quietationem facere ac debitorem ſuum liberare poteſt, *Coler. p. 1. dec. 66. n. 3. Carpz. d. c. d. 22. n. 5. ſeq.*

32. Aſt hereditati renunciare, aut ſuper diviſione hereditatis quietationem facere mulier, etiam maritata, ſine curatore nequit, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 22. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 248.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 3. p. 174. ſeq.*

33. Quotiescunque cum aliena uxore contrahis, toties ante omnia perquiras, utrum ejusmodi uxor judicialem habeat curatorem, atque adeo non ſolum mariti, ſed etiam illius curatoris conſenſum & ſubſcriptionem exigas, neceſſe eſt, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 75.* vid. & *hic th. 27.*

34. Cura muliebris jure civili incognita eſt: jure autem hodierno obtinet, ita tamen, ut ea modo ſit *voluntatis*, ut in Marchia, & alibi in foro commu-

ni, modò *neceſſitatis*, ut in Saxonia. Nimirum extra Saxoniam mulieri, æque ac jure civili minori, liberum eſt, utrum curatorem ſibi expetere velit, nec ne, ita tamen, ut priore caſu ſine curatore, ſemel delecto & conſtituto, nihil agat, eodem autem iterum revocato, in priſtinum ſtatum reſtituatur, atque adeo ad recipiendum alium minus teneatur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 1. p. 173.*

35. Jure Saxonico communi, ut puta in terris lineæ Erneſtinæ, feminæ, eædemque nuptæ, ſine conſenſu maritorum paciſci non poſſunt: cum e contrario innuptæ, ſive ſint virgines, ſive viduæ, ſine curatore omnia negotia extrajudicialia, ſine diſcrimine objecti, peragant, atque adeo in ſolis judicialibus eodem opus habeant, *Richter. dec. 27. n. 22. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2. p. 174.*

36. Fidejuſſor pro muliere intercedens efficaciter obligatur, licet mulier curatorem non habuerit, nec ipſa valide contraxerit, *Hering. de fidejuſſ. c. 10. n. 3. Carpz. p. 2. c. 15. d. 7.* diſſentit *Berlich. p. 2. concl. 17. n. 111.*

37. Mulier, interveniente curatore contrahens, ſi læſa fuerit, nec reſtitutionem in integrum petere valet, *Weſenbec. p. 1. conſil. 11. n. 27. Carpz. d. c. d. 33. n. 8. ſeq.* nec curatorem convenire poteſt, niſi mulieri doloſe conſuluerit, *Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 54. Carpz. d. def. n. 1. ſeq.*

38. Res immobilis abſque curatore, adeoque nulliter vendita & alienata, ſi caſu fortuito intereat, non mulieri, ſed emtori perit, *Carpz. d. c. d. 35.*

MULIERIS INTERCESSIO.

1. Mulier ex fidejuſſione efficaciter non obligatur, *l. 1. pr. ad Sct. Vellej. Lauterb. Colleg. Theoret. Pract.*

Digitized by Google

tit. ad Sct. Vellej. §. *1. n. 1.* Vox fidejuſſionis autem latius capitur pro omni obligatione, quam in aliorum favorem mulier ſuſcepit, *Schœpffer. Synopſ. jur. priv. tit. de Sct. Vellej. n.* 4.

2. Hinc mulier non tenetur, ſi pro alio conſtituat, *l. 1.* §. *1. de conſtit. pecun.* ſi alii mandet, ut cum tertio contrahat, vel ei pecuniam credat, *l. 6. de Sct. Vellej.* ſi alienam obligationem ex promittendo ſuſcipiat, *l. 8.* §. *8. & 9. eod. Lauterb. c. l. n. 8.* Ipſe tamen debitor non liberatur, ſed priſtina actione conveniri poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 89.*

3. Nequidem valida eſt fidejuſſio pro patre vel filio, *l. 1. pr. de Sct. Vellej. l. 8. C. eod.* quamvis, ejus e carcere liberandi cauſa, debitum contractum fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 168.* & nequidem pro marito e carcere liberando valide intercedit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 178.*

4. Si maſculus & femina ſimul pro aliquo fidejuſſerint, maſculus ſolus in ſolidum tenetur, *l. 48. pr. de fidejuſſ. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. ad Sct. Vellej. qu. 1.* Si autem maſculus & femina ſimul pro alio expromiſerint, mulieris pars non accreſcit maſculo, ſed creditor pro ea parte agere tenetur, adverſus priorem debitorem, qui per expromiſſionem liberatus fuit, *l. 8. C. de Sct. Vellej. Zaſ. ad ff. tit. eod. n. 8.*

5. Mulier cum extraneo imo etiam cum filio, ſimul ut corream debendi ſe obligans non juvatur Scto Vellejano, *Mev. p. 6. dec. 296.* pro parte vero tantum dimidia tenetur, etiamſi beneficio diviſionis renunciaverit, vel alter correorum abſens inops aut difficilis conventu ſit, *Mev. p. 6. dec. 297.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. ad Sct. Vellej.* §. 4. niſi renunciatio jurata ſit facta, *Carpz. p. 2. c. 16. d. 4. in fin.*

6. Si

Digitized by Google

6. Si autem uxor cum marito in uno inſtrumento, tanquam correa debendi, principaliter ſe obſtringat, non obligatur, ſed, ea ſubducta, ſolus maritus tenetur, *auth. ſi qua mulier. C. ad SCt. Vellej. nov. 134. c. 8. Carpz. lib. 2. R. 75. Sand. lib. 3. tit. 10. def. 2. Mev. d. dec. 297. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 46. & p. 6. obſ. 369. nec non ſupplem. nov. ad p. 6. obſ. 369.* idemque obtinet in mercatoris uxore, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 110.* niſi manifeſte probetur pecuniam in uxoris in utilitatem verſam eſſe, *auth. ſi qua mulier. ad SCt. Vellej. nov. 134. c. 8. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 5. p. 614.* vel cum marito negotiationem communem exerceat: nuda præſtatio operarum autem non ſufficit, *Brunnem. ad l. 17. §. ult. ad SCt. Vellej. n. 6. Mev. p. 2. dec. 206. & p. 8. dec. 453. Stryck. uſ. mod. tit. ad SCt. Vellej. §. 6. Berger. c. l. not. 8. p. 616.* Plane, mulierem corream debendi non teneri quidem pro marito, ratam tamen ſuam ſolvere debere, niſi beneficio diviſionis juramento renunciaverit, putat *Carpz. p. 2. c. 16. d. 4.*

7. Cautela pro creditore: ut hic in inſtrumento uxorem principaliter, maritum vero, ut fidejuſſorem, eundemque cum renunciatione beneficii ordinis, ſe obligandum curet, *l. 28. pr. ad SCt. Vellej. Gail. lib. 2. obſ. 90. n. 8.* Quo caſu tenetur uxor, quamvis inſtrumento obligatorio contineantur verba: zu meinem ſonderbahren Bedürffen, inſonderheit zu Aufnahme und Beförderung mein und meines Ehemannes Nahrung, eademque in ſubjecta fidejuſſione mariti repetantur, a marito item inſtrumentum priore loco fuerit ſubſcriptum, *Berger. c. l. & Reſolut. Lauterb. tit. ad. SCt. Vellej. ad verba: nec tenetur uxor*, femina enim principaliter contrahere poteſt, *l. 2. C. ad SCt. Vellej.*

Vellej. add. *Huber. prælect. ad ff. tit. ad SCt. Vellej.* §. 4. & 12.

8. At uxor excipiens; interceſſionem ſubeſſe palliatam i. e. ejusmodi contractum in fraudem legis initium eſſe, audienda eſt, non quidem in proceſſu executivo, ſed poſt factam ſolutionem, in judicio demum reconventionis, *Berger. cc. ll. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 369. n. 2. ſeq.* Cum vero interceſſio palliata difficilis ſit probatu, conſilium eſt, ut ſuper ea uxor deferrat juramentum, *Berger. œcon. jur. c. l.* Imo, cum uxor quædam iniiſſet locationem conductionem proprio nomine, atque in inſtrumento deſuper confecto nominata eſſet ſola, &, tempore elapſo, locator experiretur actione locati contra illam uxorem, hæc vero opponeret exceptionem interceſſionis palliatæ, Senatus locatori jusjurandum purgatorium dictitare non dubitavit, teſte *Bergero c. l.* Nam ſi mulier ſola contrahat in tertii utilitatem, & creditor hoc ſciat, utitur beneficio SCti Vellejani, *l. 12. ad SCt. Vellej. l. 19. C. eod.*

9. Mulier non juvatur SCto Vellejano, ſi pignora reddat, *l. 8. pr. ad. SCt. Vellej.* vel hypothecam remittat, *l. 21. C. eod.* licet fiat in favorem mariti, *l. 11. C. eod. Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 613.* modo in Saxonia Electorali remiſſio fiat ab uxore 1) majore 2) cum curatore, 3) judicialiter, *Berger. c. l. p. 614.* neque uxor, quamvis enormiter læſa ſit, in integrum reſtituitur, *Carpz. p. 2. c. 16. d. 13. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 43. §. 1.* At extra Saxoniam Electoralem in foro communi læſæ uxori ſubvenitur, ſiquidem maritus ſolvendo non ſit, nec uxori ratione illatorum aliunde ſatisfieri poſſit, *Carpz. d. c. d. 14. Berger. c. l.*

20. Fe-

Digitized by Google

10. Femina, quicquid ex interceſſione ſolvit, condictione indebiti repetit, *l. 9. C. ad Sct. Vellej. Huber. prælect. ad ff. tit. ad Sct. Vellej. §. 5.* & pignus, eo nomine datum a quovis poſſeſſore vindicare poteſt, *l. ult. §. 1. eod. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 6. p. 615.*

11. Beneficium Sct. Vellejani & exinde reſultans exceptio datur quoque feminarum heredibus, *l. 20. C. ad Sct. Vellej.* & fidejuſſoribus, *l. 14. C. eod.* Quodſi vero femina, quæ fidejuſſit pro alio, mandaverit heredibus, ut debitum ſolvant, heredes non poſſunt uti Scto Vellejano, *Sand. lib. 3. tit. 11. def. ult. Struv. ex. 21. th. 9.*

12. Ex fidejuſſione obligantur feminæ illuſtres, quæ territoria gubernant, *Berger. c. l. not. 4. p. 614. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 517.* diſſentit & non aliter valere fidejuſſionem, quam ſi Scto Vellejano renunciatum ſit, putat *Stryck. uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 7.* mercatrices, ut tales, ſi enim extra mercaturam fidejubeant, omnino juvantur Scto Vellejano, *Stryck. uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 6. Berger. c. l. & lib. 1. R. 182.* Judæam quoque obligari putat *Engelbrecht. ad ff. tit. de Sct. Vellei. §. 3.*

13. Ceſſat exceptio Scti Vellejani, ſi creditor ſit minor, & debitor non ſolvendo, *l. 12. de minor.* ſi creditori ignoraverit, mulierem in tertii utilitatem contraxiſſe, *l. 11. ad Sct. Vellej. Struv. ex. 21. th. 10.*

14. Nec minus ceſſat beneficium Scti, ſi mulier ſit in dolo, jura enim deceptis non decipientibus opitulantur, *l. 2. §. 3. ad Sct. Vellej. l. 5. C. eod.* decipere quoque dicitur, ſi mulier ſciens, ſe non teneri, tamen intercedat, *l. 30. eod.* vid. omnino *Stryck. uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 23.* ſi in ſuam utilitatem contraxerit, quod

Digitized by Google

quod præſumitur, ſi pretium pro interceſſione acceperit, modo aliunde, quam ex inſtrumento privato obligationis, talis acceptio doceri poſſit, *l. 23. pr. C. eod. Struv. c. l.* Quod multo magis obtinebit, ſi a debitore principali mulier acceperit pecuniam debitam, *l. 16. pr. eod.*

15. Nec locus eſt exceptioni SCti Vellejani ob defectum damni, *l. 21. pr. ad SCt. Vellej.* ut puta cum uxor pro marito, cujus debitrix eſt, ſolvere promiſit, quod marito debet, *Berger. c. l.* ſi mulier poſt biennium pro extraneo de novo fidejuſſerit, *l. 22. C. eod. ibique Brunnem. n. 4.* vel debitum iterato agnoſcat, *Mev. p. 6. dec. 299.* Pro marito vero non valet fidejuſſio, quamvis multoties poſt biennium reiterata ſit, *auth. ſi qua mulier. C. ad SCt. Vellej. nov. 134. c. 8. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 57. Franck. ad ff. tit. ad SCt. Vellej. n. 26. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 262. n. 2. ſeq.*

16. Mulier pro extraneo valide fidejubet, ſi beneficio SCti Vellejani, poſtquam de eo certior reddita fuit, renunciat, *l. ult. §. pen. ad SCt. Vellej. Gail. lib. 2. obſ. 77. n. 1. Sand. lib. 3. tit. 2 def. 6. Stryck. uſ. mod. tit. ad SCt. Vellej. §. 20.* Nec opus eſt, ut renunciatio fiat in judicio, *Habn. ad Weſenbec. tit. ad SCt. Vellej. n. 9. Struv. ex. 21. th. 10. Huber. prælect. ad ff. tit. ad SCt. Vellej. §. 14. Stryck. c. l. §. 19. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 616.* diſſentit *Schilter. ex. 28. §. 10.* vel jurato, *Gail. d. obſ. 77. Habn. c. l. Sand. c. l. Carpz. p. 2. c. 16. d. 17. Stryck. c. l. §. 18. Berger. c. l.* diſſentiunt *Berlich. p. 2. concl. 19. n. 16. ſeq. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 25. th. 4. lit. e. & f. Donell. lib. 12. c. 32. ibique Hillig. lit. d.*

17. Quodſi renunciatio, in judicio fiat, facile apparet, certiorationem jurium feminæ competentium

tium, cujus omiſſio vitiat totam interceſſionem, *Gail. lib. 2. obſ. 77. n. 3.* etiam in foro Saxonico, *Carpz. d. c. d. 19.* licet diſſentiat cum aliis *Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 513.* a judice ipſo eſſe faciendam, *Stryck. c. l. §. 21.* Si autem extra judicium, communiter hæc expediri ſolet per notarium, *Berlich. p. 2. concl. 19. n. 47.* Hoc tamen præciſe neceſſarium non eſt, ſed ſufficit, ab alio quovis factam eſſe, dummodo mulieri innotuerit, quo jure fruatur, *Mev. p. 7. dec. 231.* Unde vel ſufficeret, ſi a creditore eſſet facta, *Stryck. c. l.* quod tamen negat *Berlich. c. l.*

18. Quodſi in inſtrumento interceſſionis mentio certiorationis haud injecta fuerit, ea probari debet, *Gallerat. de renunciat. tit. 1. lib 3 c. 10. n. 11. Menach. lib. 3. præſumt. 82. n. 7.* Quando vero in inſtrumento certiorationis mentio facta, tunc quidem aliqua pro ea eſt præſumtio, *l. 14. C. de contrah. ſtipulat.* ſed ſufficienter probata dici nequit, *Stryck. uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 22.* add. *ejusd. cautel. contract. ſect. 2. c. 2. 6. §. 3.* Plane, quod in inſtrumento ſcriptum, pro veritate habetur, quamdiu contrarium non probatur, *§. ult. J. de fidejuſſ. §. 11. J. de inutil. ſtipulat. Huber. prælect. ad ff. tit. ad Sct. Vellej. §. 17.*

19. Si renunciatio ſit jurata, non opus eſſe certioratione, putant *Gail. lib. 2. obſ. 77. n. 9. Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 163. Franzk. ad ff. tit. ad Sct. Vellej. n. 28.* merito vero ab hac ſententia diſcedunt *Weſenbec. conſil. 23. n. 12. Strauch. ad jus juſtin. ex. 14. §. 14. Stryck. uſ. mod. c. l. §. 23. & de cautel. contract. c. l. §. 4.*

20. Ad renunciationem Sčti Vellejani requirunt, ut ſit facta in inſtrumento publice confecto, & a tribus teſtibus ſubſignato, juxta *l. 23. C. ad Sct. Vellej. Sand. lib. 3. tit. 11. def. 2. Chriſtin. vol. 3. dec. 37. n. 10.*

Mori-

Digitized by Google

Moribus tamen hanc ſolennitatem non requiri, ſed ſufficere, ſi vel ex proprio chirographo, vel aliunde mulierem, de beneficio ſibi competente certioratam, huic SCto legitime renunciaſſe conſtet, tradunt *Grœneweg. ad l. 23. C. ad SCt. Vellej. Bugnon. de leg. abrog. lib. 2. ſect. 194.* confer. *Stryck. uſ. mod. tit. ad SCt. Vellej. §. ult.* Privata inſtrumenta, quæ habent ſubſcriptionem trium teſtium, hic habere eundem effectum, quem ea, quæ a perſonis publicis conficiuntur, per *nov. 72. c. 3.* putat *Huber. prælect. ad ff. tit. ad SCt. Vellej. §. 16.*

21. Interceſſio mulieris pro marito plane eſt invalida, licet acceſſerit renunciatio SCti Vellejani & Authenticæ: ſi qua mulier: hujus enim renunciatio non eſt permiſſa, per *nov. 134. c. 8. auth. ſi qua mulier. C. ad SCt. Vellej. Sichard. ad rubric. C. ad. SCt. Vellej. n. 14. Cothmann. lib. 5. R. 48. n. 3. Stryck. uſ. mod. tit. ad SCt. Vellej. §. 8.* Verum in praxi valet interceſſio, ſi in renunciatione præter publicam formam, numerumque trium teſtium acceſſerit juramentum, *Sand. lib. 3. tit. 11. def. 3. Brunnem. ad l. fin. C. ad SCt. Vellej. n. 16. Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 18. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. eod. ad verb. & ſine juramento.* add. *Stryck. c. l. §. 9.*

22. Ut in judicio renunciet jurato uxor, pro marito interceſſura, opus non eſt: ſed juramentum etiam extrajudiciale ſufficit, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 6. §. 5.* niſi alicubi expreſſe exigitur, ut in judicio fiat jurata renunciatio, *Stryck. c. l. & uſ. mod. c. l. §. 11.*

23. Non ſufficit renunciatio SCti Vellejani in fidejuſſione pro marito, ob diverſam ejus rationem, ſed oportet ſpeciatim renunciari auth. ſi qua mulier,

Rauchb. p. 1. qu. 43. Mev. p. 6. dec. 22. n. 4. Sand. lib. 3. tit. 11. d. 4. Verum non opus eſſe illa ſpeciali expreſſione authenticæ, modo contenta ejus exprimantur, tradit *Stryck. cautel. contract. ſect. 2. c. 6. §. 6. & uſ. mod. ad tit. ad Sct. Vellej. §. 14.* add. *Huber. c. l. §. 20. Berger. c. l.*

24. Jure Saxonico Electorali feminæ, ſive maritatæ, ſive ſolutæ pro extraneo, etiam abſque juramento, firmiter intercedunt, & ſe ſuaque bona obligant, nec non hypothecæ, quam in bonis alicujus debitoris habent, renunciare, eamque remittere poſſunt: modo quatuor hæc requiſita obſerventur 1) ut mulier ſit major natu, 2) ut curatoris conſenſu atque autoritate, 3) in judicio, 4) beneficio Scti Vellejani certiorata renunciet, *Conſtit. Elect. Sax. 16. p. 2. ibique Carpz. d. 17. n. 1. ſeq.* Quorum requiſitorum uno deficiente tota renunciatio corruit, *Rauchb. p. 1. qu. 34. n. 79. Berlich. p. 2. concl. 21. n. 20. & 47. Finckelth. obſ. 116. n. 14. ſeq. Philipp. ad. dec. 25. obſ. 3. n. 9.*

25. Ejuſmodi renunciatio mulieris, pro extraneo facta abſque juramento, valida quoque & efficax eſt, quoad bona dotalia, in foro Saxonico, *Berlich. d. concl. 21. n. 48. Carpz. d. def. 17. n. 7. ſeq.* diſſentit *Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 179.*

26. Etiam pro marito femina Saxonica, obſervatis illis quatuor requiſitis, abſque juramento valide intercedit, & jus hypothecæ remittit, ſcilicet quoad bona paraphernalia, *Berlich. d. concl. 21. n. 15. Carpz. d. c. d. 10. Philipp. d. obſ. 3. n. 1. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 616.* confer. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 126.* ubi: jurata Scti Vellejani renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, etiam in Saxonia Electorali quoad bona paraphernalia valida eſt,

quam-

Digitized by Google

quamvis neque in judicio ſit facta, neque jusjurandum corporale fuerit.

27. Sed quoad bona dotalia, dotalitium, & donationem propter nuptias non aliter valet interceſſio uxoris pro marito, quam ſi renunciatio ſit jurata, *Conſtit. Elect. Sax. 16. p. 2. ibique Carpz. d. 1. Dec. Elect. Sax. nov. 25. ibique Philipp. obſ. 1. Berger. c. l.* Cujusmodi juratam renunciationem in conſtituto pro marito in genere, etiam quoad paraphernalia, requirit *Carpz. d. c. d.* 2. confer. vero *Wernher. d. obſ. 126.*

28. Renunciatio mulieris in caſibus, in quibus jurata eſſe debet, non habetur pro jurata, nec valet, quando facta eſt per verba: an Eydes Stadt und beym Wort der ewigen Wahrheit: cum requiratur corporale juramentum, cum verbis: ſo wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort, *Dec. Elect. Sax. nov. 25. ibique. Philipp. obſ. 2. Carpz. p. 2. c. 16. d. 6. Berger. c. l.*

29. Sed extra Saxoniam corporale juramentum non exigi, & ſufficere verba: Beym Wort der ewigen Wahrheit, etiamſi ſecundum ſtatutum jurata renunciatio requiratur, præjudicio comprobat *Stryck. in uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 10. & 12.*

30. At renunciatio mulieris illuſtris facta ſub dignitatis ſplendore, bey Fürſtlichen oder Gräfflichen Ehren, Treuen und Glauben, non æquipollet renunciationi juratæ, *Carpz. d. c. d. 5. Stryck. c. l. §. 13.*

31. Præciſe in judicio renunciationem fieri debere, adeo ut in domo judicis extra locum judicii facta ſit invalida, quamvis res ſecus ſe habeat, ſi juſta ex cauſa mulier, in judicio ſe ſiſtere impedita, ex judicio Scabinos quosdam vel decuriones ad ſe accerſat, &

coram illis pro alio intercedat, putat *Carpz. c. l. d. 18.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 194.* confer. vero *Stryck. c. l. §. 11.*

32. Efficaciter mulier pro marito abſque juramento intercedit, etiam quoad res dotales, iis in locis, ubi hoc moribus vel ſtatuto, veluti Lipſiæ, introductum eſt, *Gail. lib. 2. obſ. 90. Carpz. p. 2. c. 16. d. 7. & 8.* Quod tamen ſtatutum Lipſienſe ad conſtitutum proferendum non eſt, *Carpz. d. def. 8. n. 4. ſeq.*

33. Nec minus renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, abſque juramento, valet etiam in rebus dotalibus, ſi morte ſit confirmata, *Carpz. d. c. d. 9. Stryck. uſ. mod. tit. ad SC. Vellej. §. 15.*

34. Ubi vera bonorum communio inter conjuges obtinet, vi cujus debita, conſtante matrimonio contracta, tam ex mariti, quam uxoris bonis ſolvenda, ibi nullus uſus eſt *auth. ſi qua mulier.* Sive enim uxor hic interceſſerit pro marito cum juramento, ſive ſine eo, vel plane non renunciaverit aut fidejuſſerit, tenetur, ſi mariti bona non ſufficiant, ex ſuis bonis pro marito ſolvere, licet integræ dotis periculum incurrat, *Stryck. c. l. §. 4.*

35. Interim tamen ſupereſſe caſus poſſunt etiam illis in locis, ubi vera communio bonorum viget, quibus uxor renunciare Vellejano tenetur, utpote 1) ſi intercedat pro marito quoad debita ante nuptias contracta; 2) ſi uxor certa bona ſibi reſervavit, quæ in communionem bonorum non intulit, *Stryck. c. l. §. 5.*

36. Renunciatio ac interceſſio mulieris pro marito valida in terris Electoratus Saxonici ei indiſtincte nocet, etiamſi maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri ſatisfieri queat, *Carpz. p. 2. c. 16. d. 12.* confer. vero *Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 177.*

37. Renun-

37. Renunciatio mulieris pro marito facta non præjudicat mulieri, quoad bona alia marito nunquam illata, *Carpz. d. c. d. 20.* diſſentit *Huber. prælect. ad ff. tit. ad Sct. Vellej. §. 20. in fin.*

38. Renunciatio hypothecæ, facta generaliter uni creditori, non præjudicat mulieri quoad alios creditores, *Zanger. d. c. 11. n. 107. Carpz. d. c. d. 15.* diſſentit *Moller. lib. 1. ſemeſtr. 43. n. 10. Berlich. p. 2. concl. 21. n. 10.* Plane ſi mulier generaliter, non in unius vel alterius creditoris, ſed mariti gratiam, juramento interpoſito, renunciet, & vel omnia vel quædam bona hypothecæ det, videtur renunciaſſe quoad omnes, *Rauchb. lib. 1. qu. 34. n. 68. Carpz. d. def. 15. n. 16.* confer. *Stryck. uſ. mod. tit. ad Sct. Vellej. §. 4.*

39. Facta renunciatione tertio creditori, cauſa intermedii creditoris melior non efficitur in concurſu creditorum, ſed tertius in locum mulieris renunciantis ſuccedit, *Carpz. d. c. d. 16.*

40. Non valere conſtitutum viduæ debitum mariti jam defuncti abſque juramento in ſe ſuſcipientis, tradit *Carpz. p. 2. c. 16. d. 3. Brunnem. ad l. 2. de Sct. Vellej. n. 11.* Sed, cum non ſit prohibitum mulieri, mariti debitum ex pietate ſeu pro liberanda ejus fama atque fide in ſe recipere, *Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 418. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 617.* atque hinc ea, quando ſolutionem ſumtuum, in defenſionem mariti factorum, in ſe recepit, non adjuvetur Scto Vellejano, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 223.* aut ſuam fidem, mariti gratia, alteri datam liberare, *l. 4. C. ad. Sct. Vellej.* uxorem poſt mortem mariti ejus debitum valide in ſe recipere, neque opus eſſe renunciatione *auth. ſi qua mulier.* probat *Mev. p. 7. dec. 229.* quem ſequuntur *Struv. dec. ſabb. 27. c. 14. Berger. p. 4.*

ſupplem. ad E. D. F. tit. 43. §. 1. p. 509. Stryck. uſ. mod. tit. ad SCt. Vellej. §. 16. & 17. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 262. & in ſupplem. ad eand. obſ. nec non in ſupplem. nov. ad eand. obſ. ubi etiam quod nequidem curatore ad id opus ſit.

41. Hinc ſi uxor, mortuo marito, interceſſionem pro ipſo factam licet non ſolennem, repetat, ſine ullo juramento ſubſiſtit, *Strcyk. uſ. mod. d. §. 16. & de cautel. contract. Sect. 2. c. 6. §. 8. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 262* Et authentica: *ſi qua mulier*, ceſſat eo caſu, quo vidua ſolutionem debiti, ſimul cum marito contracti, poſt mortem ejus denuo promiſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 262. & ſupplem. nov. ad eand. obſ. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 42.*

42. Vidua, quæ, dum bona mariti tenet, tum quo illatis potiretur, tum quod filiorum res curaret, ſolutionem debiti maritalis conſtituit, non juvatur beneficio SCti Vellejani, cum non alio animo id feciſſe creditur, quam quia e bonis mariti tantum habet, unde indemnis ſit, indeque ſolvenda recipere aut repetere velit, *Mev. p. 7. dec. 230.* add. *Stryck. uſ. mod. c. l. §. 17.*

43. Ceſſat SCtum Vellejanum, ſi mulier pro dote fidejuſſerit, *l. fin. C. ad SCt. Vellej.* quod extendunt ad alimenta & ſtudia, *Manz. de fidejuſſ. c. 3. n. 22. Brunnem. ad l. 16. de SCt. Vellej. n. 5.* & ad omnem piam cauſam, *Mev. p. 3. dec. 85.* Id quod tamen de fidejuſſione pro extraneo debitore, non item de ea, quæ ab uxore pro marito facta eſt, intelligendum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 617.*

MUTUUM.

1. Nummi a non domino mutuo dati, ſi quidem extent, aut mala fide conſumti ſint, a vero domino vindicantur, *l. 11. §. 2. de reb. credit.* ſin conſumti bona

fide

Digitized by Google

fide ſint, condicuntur ex *l. 32. de reb. credit. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 2. p. 575.* confer. omnino *ejuſd. philoc. for. R. 44. p. 348.*

2. Mutuatarius, accepta mutuo pecunia prava, talem reddendo liberatur, quamvis illam expenderit ut probam, propterea quod ſemper reſpiciendum eſt ad tempus contractus, atque adeo creditor plus genere, quam dederit, a debitore petere nequit, *Berger. c. l. th. 4. not. 6. p. 582.*

3. Similiter mutuatarius, cui loco pecuniæ mutuæ inſtrumentum obligatorium ſteurale, Steuer-Obligation, traditum fuit, liberatur, reddendo creditori idem illud inſtrumentum, *Berger. c. l.* nam eandem rem, quam mutuo accepit, in ſpecie reſtituendo liberatur debitor, *Stryck. uſ. mod. tit. de reb. credit. §. 11.*

4. Cum mutuatarius eſt in mora reddendi, tum rei fungibilis æſtimatio præſtanda eſt, ſecundum tempus & locum, contractu expreſſum: alioqui mutuo pure contracto, æſtimatio temporis & loci, quo judicium accipitur, obſervanda eſt, *l. 22. de reb. credit. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 4. not. 10. p. 584.* confer. loc. *æſtimatio. th. 3. ſeq.*

5. Si pecunia ſeu res mutuo data caſu interierit, periculum eſt mutuatarii, *l. 11. C. ſi cert. pet. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 60.* niſi conventum de iisdem nummis reſtituendis, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 4. n. 6. Stryck. c. l.*

6. Unde, ſi pecunia alicui ad prædium emendum data ſit ea lege, ut non prius crediti nomine alter obligatus eſſet, quam emiſſet; pecunia vero ante emtionem caſu fortuito pereat, eum, qui eandem ſuſcepit, exceptione caſualis interitus tutum eſſe, non obſtante *l. 4. de reb. credit.* tradit *Wernher. c. l. n. 627. ſeq.*

Digitized by Google

7. Hodie aliquis ex promiſſo mutuo etiam citra ſtipulationem obligatur, ſi ex verbis promiſſoriis appareat, quod pure ac ſimpliciter mutuum promiſerit: aliud enim, ſi dubitanter reſponderit, quippe quo caſu compelli non poterit, ad pecuniam mutuo dandam, *Stryck. uſ. mod. tit. de reb. credit. §. 5.*

8. Ille vero, cui promiſſio facta, non tenetur ad accipiendum mutuum, etiamſi jam hypotheca conſtituta ſit, *l. 4. quæ res pignor. l. 11. pr. qui potior. in pign. Stryck. c. l. §. 1. & 6.* etiam hodie, ſi mutuum ſine uſuris promiſſum, *Stryck. c. l. §. 7.* ſi autem mutuum ſub uſuris rogatum ſit, vel aliud intereſſe creditoris concurrat, tunc rogans pœnitere non poteſt, ſed pecuniam mutuo promiſſam aut acceptare, aut æque ſecuram occaſionem fœnerandi ſuppeditare ipſi debet, *Stryck. c. l.*

9. Mutuum intelligitur contractum, ſi creditor debitori petenti, ut mutuam ſibi daret pecuniam, aliquid, v. c. maſſam auri, tradiderit, ut venderet alter, atque pretium inde redactum, inſtar mutui, retineret, *l. 11. pr. de reb. credit. Berger. dec. 155. n. 1.*

10. Neque aliter comparatum eſt eo in caſu, ubi creditor debitori æs alienum cedit, ut illud exigatur, & exactum apud mutuatarium maneat. Aſt illa pecunia ceſſa non prius loco mutuæ habenda eſt, quam exacto realiter debito, eoque ſoluto, *Brunnem. ad d. l. 11. n. 4.* Hinc ejusmodi creditori poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, & eodem nomine ſolvi, *Carpz. dec. 129. Berger. d. dec. 155.*

11. Si nullum tempus eſt expreſſum, quando mutuum ſit reſtituendum, in arbitrio creditoris eſt, quocunque tempore illud revocare, non quidem mox, ſed tanto tempore mutuum relinquere debet, quanto probabiliter illud in neceſſitates mutuatarii impen-

Digitized by Google

impendi potuit, quod arbitrio judicis determinandum, Carpz. *lib. 4. R. 56. n. 12. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 1. §. 17.*

N.

NEGOTIORUM GESTIO.

1. In negotiorum geſtione dominus ſemper eſt abſens non utique a loco, ubi res geritur, ſed a negotio, cui ſi præſens interfuerit, nec contradixerit, mandaſſe intelligitur, *l. 41. de negot. geſt. l. 2. C. eod. l. 18. l. 40. l. 53. mandat. Huber. prælect. ad ff. tit. de negot. geſt. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 1. p. 712.*

2. Negotiorum geſtor repetit expenſas, & quicquid præterea ipſius ex probabili cauſa interfuerit, *l. 2. de negot. geſt.* etſi negotium non habuerit effectum, *l. 10. §. 1. eod. Huber. prælect. ad J. tit. de obligat. quæ quaſi ex contract. §. 2.*

3. Domino invito & prohibente ſi quis negotium geſſerit, licet utiliter, actio negotiorum geſtorum ceſſat, *l. ult. C. de negot. geſt. l. 27. §. 25. ad L. Aquil. Huber. c. l. §. 2. Stryck. uſ. mod. tit. de negot. geſt. §. 5.* niſi geſtio ſimul reſpiciat publicam utilitatem; exemplum eſt in fulcimento ædium ruinoſarum, itemque in impenſa in funus aut ſtudia filii facta, *Hopp. ad §. 1. J. de obligat. quæ quaſi ex contract.*

4. Qui lucri ſui cauſa res alienas geſſit, tenetur quidem in ſolidum, dominus autem tantum tenetur, quatenus factus eſt locupletior, *l. 6. §. 3. de negot. geſt. Huber. ad ff. tit. de negot. geſt. §. 3.*

5. Si quis non animo repetendi, ſed donandi, vel ex pio affectu geſſerit, is poſtea diverſum animum induere & expenſas repetere non poteſt, *l. 34. de negot.*

got. geſt. l. 11. C. eod. Huber. c. l. Toties autem expenſæ pietatis cauſa factæ præſumuntur, quoties inter perſonas conjunctio domeſtica intercedit, ſive ſit paterna; *l. 15. C. de negot. geſt.* ſive materna, *l. 11. C. eod.* ſive denique connubialis, *l. 13. C. eod. Huber. c. l.* Quod uſus fori ſic temperat, modo, ex parte domini negotii geſti, indigentia concurrat, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 1. not. 6. p. 713.*

6. Actio negotiorum geſtorum utilis datur, quoties alterius utilitas actu promota, etſi intentio eandem promovendi defuerit, veluti, dum quis non intendit, ut alienum, ſed ut ſuum negotium gereret, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 262.* add. *Stryck. ad Lauterb. tit. de. A. R. D. verb. utilem.*

7. Si negotium, ab initio ignorante domino geſtum, deinde ab eo ratum habeatur, non actio mandati, ſed negotiorum geſtorum datur contra geſtorem, *Stryck. uſ. mod. tit. de negot. geſt. § 3.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 5.* qui putat utramque dari elective.

8. Quando geſtor ampliores, quam oportuit, fructus exigit, illos reſtituere debet illi, cujus negotium geſtum, *Stryck. c. l. §. 4.* ille vero, a quo fructus majores exacti ſunt, poteſt geſtorem condictione furtiva convenire, *l. 80. §. 5. de furt.* vel etiam condictionem indebiti vel ſine cauſa contra principalem inſtituere, *Stryck. c. l.*

NEPOS.

1. Filiorum appellatione nepotes continentur, *l. 84. l. 201. l. 220. ff. 1. de V. S.* ſcilicet in favorabilibus, non autem in odioſis, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 3. not. 2. p. 166.* add. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 10. §. 119.*

2. Sta-

2. Statutum, quod in eum caſum, quo filiæ deficiunt, ad ſucceſſionem geradicam filios admittit, etiam ad nepotes pertinet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 144.*

3. Privilegiis familiæ non fruuntur nepotes ex filia, quamvis ab avo aut avia in familia fuerint educati, *Berger: p. 2. R. 78. n. 2.*

4. Nepotes, abſtinentes patris hereditate, æs alienum, a patre conflatum, ex avi hereditate ſolvere non tenentur, *Salgad. labyr. credit. p. 2. c. 25. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. quis ordo in poſſeſſ. ſerv. ad verb. poſteriores tamen. & œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 37. not. 4. p. 447.*

NOBILIS. NOBILITAS.

1. Commercium urbibus pernicioſum nobilibus in pagis & caſtris ſuis, abſque ſpeciali conceſſione, aut præſcriptione, exercere non licet, *l. 3. C. de commerc. & mercat. ordinat. provinc. de an. 1555. ſub. tit.* brauen, ſchencken, 2c. *A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. def. 18.*

2. Nobilis prædium ruſticum quidem poſſidere poteſt, præſtare tamen debet onera eidem inhærentia, *Horn. cl. 2. R. 27. Mev. p. 3. dec. 181. n. 11.*

3. Nobilitas ſola ab oneribus domuum, quæ in urbe comparantur, immunitatem non tribuit, *Mev. p. 3. dec. 181. & p. 7. dec. 70. A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 49. def. 4. & 14.*

4. Nobiles in civitate habitantes juriſdictioni urbanæ ſubſunt, *Mev. d. dec. 70.* & nequidem a muneribus perſonalibus ſunt immunes, modo dignitati conveniant, *Mev. d. dec. 70. n. 5.* quamvis nobilitas non amittatur per incolatum urbanum, *Mev. d. dec. 70. n. 4.*

5. No-

Digitized by Google

5. Nobili genere, in collegio juniori, non debetur ante Seniores ejuſdem muneris, quod cum dignitate habetur, etſi genere ignobiles, præcedentia. Nam etſi nobilibus præcedentia debetur: attamen illa honoris prærogativa nobilitati debita ſpectat ad comparationem cum plebeja, queis anteferri merentur. Quibus minime ſunt annumerandi, qui publicum pro republica munus, & quidem tale, quod inſignem poteſtatem & dignitatem annexam habet, gerunt, ideo minime iſta ad tales porrigenda, *Mev. p. 5. dec. 291.*

6. Femina nobilis nubendo inferioris dignitatis marito non amittit dignitatem connatam, quorſum nobilitas aliave illuſtris dignitas pertinet, *Stryck. uſ. mod. tit. de ſenat. §. 10.* add. *Springsfeld. de apanag. c. 3. n. 13.* modo maritus non ſit penitus indignus & plebejus, *Stryck. c. l. §. 11.* confer. *Tiraquell. de nobil. c. 18. n. 17.* pro quo indiſtincte non habendus eſt, qui ex ordine civico natus, *Stryck. c. l.* Sic comitiſſa vel baroniſſa, ſi doctori nubat, non nubit indigno, *Menoch lib. 4. præſumt. 189. n. 86. Cruſ. de præced. lib. 4. c. 31. n. 73.*

7. Nobilis in uxorem & liberos non habet jurisdictionem, quippe qui ibi conveniendi ſunt, ubi maritus vel parens, *Mo deſtin. Piſtor. p. 4. qu. 169. Berlich. p. 1. concl. 11. n. 19.* confer. *Myler. ab Ehrenbach. in gamolog. princip. c. 22.* Verum uxorem & liberos, non quod per ſe jurisdictioni ejus ſubjecti, ſed quod ibi contraxerint, vel deliquerint, forum invitos ſortiri, tradit *Stryck. in uſ. mod. tit. de jurisdict. §. 29.* idemque de famulitia conductitia aſſerit *id. c. l. §. 30.* ubi addit: quod ſi vero ſub jurisdictione Domini nec contraxerit, nec deliquerit, ibi forum ſortitur, ubi alias domicilium habet, & ſi contra eum aliquid ſtatuendum

dum a judice domicilii, non opus eſt antea ejus implorare dominum.

8. Plane patrem nobilem in cauſa civili jurisdictionem in liberos non habere; aſt in cauſis criminalibus liberos indifferenter jurisdictioni parentum ſubeſſe, docet *Carpz. p. 4. c. 43. d. 11. n. 7.*

NOMINATIO AUTORIS.

1. Scopus nominationis, quæ fieri debet ante litis conteſtationem, (a) *l. 2. C. ubi in rem act. c. fin. §. fin. X. ut lit. non conteſt. O. P. S. tit. 14. §. 3. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 7. ſect. 2 §. 7.* eſt, ut nominans dimittatur ex lite, *l. 2. C. ubi in rem act. Rivin. ad O. P. S. tit. 14. en. 21. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 20. th. 2. p. 1028. Mev. p. 8. dec. 411. n. 2.* nominatus vero ad agendam cauſam citetur, *Mev. p. 6. dec. 348 n. 3. 4.*

2. Conductor tamen, nominando auctorem, eumque locatorem, ex lite non dimittitur, ſiquidem ejus factum (b) concurrat: poteſt tamen locatori litem denunciare, *Lauterb. diſſert. de nominat. th. 13. Berger. part. 2. R. 172. n. 3.* Et uſufructuarius, licet nominet proprietarium, reſpectu fructuum in lite manet, *Rivin. c. l. en. 22.*

3. Toties nominandus eſt autor, quoties reus eſt detentor, i. e. innititur in titulo, ad transferendum dominium minus (c) habili, v. c. conductor, *Berger. œcon. jur. c. l.* imo & emphyteuta, qui licet in re emphy-

(a) Sed hodie jure Saxonico ſub initio litis & ante terminum primum fieri debet nominatio autoris, ſub pœna 5. aut 10. thalerorum, *O. P. S. R. tit. 14. §. 3.*

(b) *O. P. S. R. c. l.*

(c) Si non proprio, ſed alieno nomine eam poſſidet, *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

phyteutica utile dominium habet, ejusque intuitu pro poſſeſſore habetur, imo & ſuo nomine poſſidet: tamen non ultra poſſeſſionis jure utitur, quam qua jus emphyteuticum, de cetero domini directi poſſeſſio vera eſt, & nomine illius poſſeſſionem habet, *Mev. p. 8. dec. 421.*

4. Qui rem, licet alienam, ſuo nomine poſſidet, tenetur reſpondere, nec poteſt autorem laudando litem differre aut transferre, quamvis litem denunciare non prohibeatur, *Mev. p. 6. dec. 375.*

5. Succeſſor, *ex c. ſæpe. X. de reſtitut. ſpoliat.* conventus, non poteſt, nominando autorem, ſe a lite eximere, *Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 16. n. 65. Mev. p. 6. dec. 376.*

6 Nominatio, non in actionibus perſonalibus, ſed tantummodo realibus, & in rem ſcriptis locum habet, *Berger. E. D. F. tit. 14. obſ. 1. not. 3. p. 434.*

7. Exceptio nominationis a reo alleganda tantummodo, non etiam probanda (d) eſt, *Berger. E. D. F. c. l.*

8. Facta ſemel nominatione, nominanti deinceps pœnitere (e) non licet, *Berger. c. l.*

9. Nominatus, etiamſi fuerit privilegiarius, in foro rei ſitæ ſtare debet. Si vero nominans conventus fuerit in domicilii foro, nominatus deinceps coram judice ſui domicilii tantum conveniendus eſt, *Berger. c. l.*

10. No-

(*d*) Id quod comprobat *O. P. S. R. c. l.*

(*e*) Sed potius nominans, ſi nominatus neget, rem in litem deductam ad ſe pertinere, absque ulteriore proceſſu ad reſtitutionem ejus, prætereaque, ſi ejus malitia concurrat, in expenſas condemnandus, ac inſimul pœna arbitraria coercendus eſt, *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

10. Nominato autore, novo libello (f) non eſt opus, ſed prior libellus, ſubſtituto nominati nomine, ſervatur, *Berger. c. l.* modo unum idemque ſit nominantis & nominati forum. Nimirum, inſinuata citatione, actori adimitur electio fori, etiam reſpectu nominati, quandoquidem nominato quoque, ex perſona rei nominantis, competit exceptio præventionis *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 20. th. 2. not. 5. p. 1028.*

NOTARIUS.

1. Notarius ad officium requirenti præſtandum, etiam adverſus magiſtratum, cogi poteſt pœnalibus mandatis, & refractarius pœnis coercetur, *Mev. p. 2. dec. 5.*

2. Notarius extra ea, quæ publico juſſu facit, ſine teſtibus fidem non habet, *Cothmann. vol. 2. R. 68. n. 69. Mev. p. 2. dec. 155. n. 3.* Et notarii ſcriptura ſola ſine teſtibus non probat, *Mev. p. 4. dec. 13. n. 4.*

3. Soli notarii aſſertioni vel teſtimonio tantum non tribuitur, ut verificet id, in quo fundamentum judicii conſiſtit, *Mev. p. 2. dec. 55.*

4. Notario extra ea, quæ officii ſunt, atteſtanti non creditur, niſi jurato, *Maſcard. de probat. concl. 1099. n. 19. Mev. p. 3. dec. 171.*

5. Inſtrumentum notarii plenam fidem facit, ſiquidem notarius & teſtes deceſſerint, aut copia eorundem haberi non poſſit, *nov. 73. c. 7. Covarruv. pract. quæſt. 22. pr.* imo, ſi ſolus notarius vivit, ejus comprobatio

(f) Facta nominatione, nominatus ſtatim ad reſponſionem, zur Einlaſſung und Antwort, citandus loco rei eſt, ſi actio in foro rei ſitæ inſtituta reperiatur, ſin vero in foro domicilii, actor ad forum nominati competens remittendus, *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

batio ſufficit, *d. nov. c. 7. §. 1. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 83. Berger. part. 2. R. 263. n. 4.*

6. Notarii plures, in uno actu adhibiti, protocolla ſua ſtatim conferre, & in unam redigere debent conſonantiam; ſi vero per omnia non concordaverint, illa, in quibus diſcrepantia eſt, ſeponenda & annotanda ſunt, *Mev. p. 2. dec. 326.*

7. Magiſtratus inferior civibus ſuis inhibere nequit, ne teſtimonium dicant coram notario publico, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 39.*

8. Ii notarii (a) a neceſſitate examinis & jurisjurandi immunes præſtandi ſunt, qui vel gradum doctoralem aut licentiaturæ ſuſtinent, vel in officio publico conſtituti ſunt, vel jam antea, adito collegii juridici examine, jus in foro agendi adepti ſunt, ſeu, ut vulgo dicunt, ſe ad praxin legitimarunt, *Berger. E. D. F. tit. 2. obſ. 1. not. 3. p. 32.*

9. Notarius, doloſe quid omittens, aut plus minusve ſcribens, tenetur ad intereſſe, *Sichard. ad l. errore.*

(a) Confer. *O. P. S. R. tit. 2. §. 7.* ubi: daß die Notarii, ſo ſich in unſern Landen anietzo aufhalten, oder auch künfftig niederlaſſen möchten, nach Anleitung unſerer ſub dato den 19. Febr. 1721. No. VII. ergangenen General-Verordnung, von einer unſerer Juriſten-Facultäten/ wenn ſie nicht daſelbſten creiret / oder pro praxi examiniret / gegen Entrichtung eines honorarii von 2. Thl. ſich nochmahls examiniren laſſen, und ſo dann mit dem dißfalls erhaltenen teſtimonio bey unſerer Landes-Regierung melden ſollen, allwo ſie hierauf, nach Befinden, immatriculiret, anderer Geſtalt aber zu Exercirung des Notariat-Amts in unſeren Landen nicht zugelaſſen, noch deren inſtrumenta vor gültig geachtet werden ſollen; Jedoch wird hierdurch derer auſſer Landes ſich befindenden Notarien daſelbſt gefertigten inſtrumentis nichts benommen.

Digitized by Google

rore. n. 5. C. de teſtam. Chriſtin. dec. 153. n. 11. & pars læſa per omiſſionem a notario factam poteſt contra eum in litem jurare, *Plotus de juram. in lit. n. 616.* Imo omittens doloſe ſolennitates, crimen falſi committit, & pœna extraordinaria affici poteſt, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 370. n. 5.*

10. add. loc. *teſtimonium. th. 2.*

NOTORIUM.

1. In notoriis non obſervatur ordo proceſſus judiciarius, in ambiguis conſuetus, *c. pervenit. X. de teſtib. c. conſueta. X. de appellat. Mev. p. 1. dec. 66. n. 6.*

2. Notoria non egent probatione, *l. 11. §. 12. de act. emt. c. 3. de teſtib. cogend. Mynſinger. lib. 6. obſ. 5. n. 4. Mev. p. 7. dec. 330. n. 5.* niſi negetur eſſe notorium, *Franc. de fidejuſſ. c. 5. n. 341. Stryck. de jur. ſenſ. differt. 1. c. 4. n. 54.*

3. Neque in notoriis expedit cognoſcere, vel ſententiam ferre, ſed exequi id, quod notorium efflagitat. *c. 9. X. de accuſat. Gail. lib. 1. obſ. 39. n. 3. Carpz. proc. tit. 9. art. 1. n. 73. ſeq.*

4. Notoria non egent allegatione, *Felin. in c. num ordinem. n. 11. de reſcript.* ſed, ſi judici de iis conſtet, proprio motu attendere debet, *Mev. p. 6. dec. 40. n. 1.*

NOVATIO.

1. Ex præſumtionibus & conjecturis veriſimilibus atque manifeſtis, jure etiam novo, novationem colligi atque probari, autumant *Gail. lib. 2 obſ. 30. n. 3. Zanger. de except. p. 3. c. 5. n. 116.* præſertim ſi novatio opponatur per modum exceptionis, & conjecturæ ſive clauſulæ in poſteriori contractu reperiantur, quæ cum priori ſunt incompatibiles, *Berger. p. 2. R. 130. n. 3.*

n. 3. & œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 6. not. 3. p. 886. add. *Carpz. p. 2. c. 33. d. 17.*

2. Sed jure novo per conjecturas novationem non induci, nec probari, ſed expreſſa mentione ſeu declaratione animi novandi indigere, ex *l. ult. C. de novat.* probant *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 28. def. 11. n. 3. Carpz. p. 2. c. 19. d. 14. & lib. 5. R. 105. Meier in Colleg. Argentor. tit. de novat. th. 11. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 85. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2. p. 2. R. 75.* Quod expreſſe confirmatum eſt in *Dec. Elect. Sax. nov. 66. ubi Philipp.*

3. Mutatio perſonæ debitoris, ſeu ſolus interventus novæ, non facit novationem, *Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 134. n. 60. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 28. def. 3.* Et obligatio obligationi ſuperaddita non facit novationem aut creditoris conditionem deteriorem, *Bald. vol. 1 conſil. 211. Stryck. uſ. mod. tit. de novat. §. 2. Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 1.* add. *Mev. p. 5. dec. 404.* Hinc ſi filius defuncti debitoris creditum iſtius in ſe recipit, ſe debitorem conſtituit, & pignus ſpeciale in prædio a defuncto ad ſe devoluto conſtituit, pro novatione id haberi non poteſt, cum de animo novandi nihil dictum ſit, etſi alia perſona debitoris facta, alius etiam contractus initus, *Mev. p. 2. dec. 338. p. 6. dec. 3. & p. 7. dec. 133.* add. *reſponſum*, quod refert *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 85. n. 6.*

4. Verum, mutata debitoris perſona, novationem induci, putat *Huber. prælect. ad ff. tit. de novat. §. 2.* idque jure civili verius eſſe, dicit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 85. n. 5.* Sic cum Titius Cajo ex cambio debuiſſet 1000. eodem autem debitore Titio defuncto, filius ejus ſuper hereditate pactus eſſet cum filiabus, & ſolutionem æris paterni in ſe recepiſſet, eo-

que

Digitized by Google

que ſine novas literas cambiales inſertas eisdem clauſula: valuta empfangen, atque adeo ſuo ipſius nomine creditori dediſſet, novationem factam eſſe, intelligi, a Facultate Hallenſi reſponſum, itemque a Senatu pronunciatum eſſe; at in contrariam ſententiam reſpondiſſe Collegia Facultatum, tam Francofurtenſis, quam Jenenſis, per ea quae, tradunt *Brunnemann. ad l. 1. de ſeparat. n. 16, 17. 18. & ad l. 18. de novat. n. 2. itemque Mev. p. 2. dec. 338. & reliq. cc. ll.* ita quidem, ut Jenenſes tandem, creditorem ad jusjurandum ſuppletorium admittendum eſſe, putarint, teſtatur *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 6. not. 3. p. 886.* add. *ejusd. philoc. for. R. 45. p. 352.* ubi reſponſa referuntur.

5. Si quidem aliquis in ſe alienam anteceſſoris ſui vel alterius obligationem tranſtulit, tanquam ſoluta a ſe pecunia, ſed viciſſim in creditum recepta, & inde confeſſus eſt, ſe a creditore mutuum accepiſſe, etiam obligationis inſtrumentum, velut ſolutione aut novatione extinctum, eſt redditum, novatio facta eſſe intelligitur, *Mev. p. 5. dec. 405. n. 1. 2. 3. Rivin. ad O. P. S. tit. 46. en. 10.* niſi appareat, contrahentes a priori obligatione recedere noluiſſe, veluti, ſi quis non novi debiti, ſed prioris tantum ſe conſtituit debitorem; ſi quis jura & privilegia prioris crediti ſibi reſervaverit; aut promiſſio facta ſit ea lege, ut nihil ex ſibi competentibus mutatum eſſe debeat. Etſi enim inſtrumentum prius redditum, caſſatum, abolitum fuerit, debitum tamen, remanet idem, quod prius erat, *Gratus vol. 1. R. 26. n. 7. & 8. Mev. d. dec. 405. n. 4. ſeq.*

6. Ex incompatibilitate poſterioris contractus cum priore exiſtit certum novationis argumentum, *Menoch. lib. 3. præſumt. 134. n. 39. ſeq.* Quando autem

tem contractus poſſunt conciliari, primus a ſecundo non tollitur, ſed ſecundus intelligitur juxta primum, *Dec. in l. pacta noviſſima. n. 5. C. de pact. Mev. p. 2. dec. 138. n. 7.*

7. Novatio non cenſetur facta, novis inſtrumentis creditori traditis, ſiquidem antiqua inſtrumenta permanſerint apud creditorem, *Berger. dec. 187.* Et cum novum obligationis documentum traditur, ſi non ſit conventum, ut novatio fieret, in iis punctis, de quibus non fit expreſſa mentio in contrarium in documento novo, manent omnia juxta tenorem priorum documentorum, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 11. Brunnem. ad l. 2. n. 6. & ad l. 18. n. 2. de novat. Stryck. uſ. mod. tit. de novat. §. 2.*

8. Non inducitur novatio ex conſtituto, *Huber. prælect. ad ff. tit. de conſtit. pecun. §. 6. & tit. de novat. §. 3. A. Fab. in Cod. lib. 28. tit. 28. def. 3.* nec per nudam transactionem *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 6. not. 4. p. 887. Stryck. uſ. mod. tit. de tranſact. §. 4.* ubi etiam, quod ergo pignora & fidejuſſores non liberentur; quod priſtina actione experiri liceat, altero implere transactionem recuſante; diſſentit *A. Fab. in Cod. tit. de tranſact. def. 2.* Imo, quoniam in transactionibus partes ſuper prioribus punctis controverſis expreſſe in contrarium paciſcuntur, hinc admitti poſſe aſſertionem, quod transactio novationem quandam involvat, ipſe concedit *Stryck. in uſ. mod. tit. de novat. §. 2.* add. *Schilter. ex. 9. th. 24.*

9. Moribus etiam novatio eſt, ſi, quod ex emto debeo, tibi jam ex mutuo promitto, *Hopp. ad §. 3. J. quib. mod. toll. oblig. ad verba: ſed ſi eadem perſona. Stryck. c. l. §. 1.*

10. Nova-

Digitized by Google

10. Novatio creditori valde periculoſa eſt, dum per eam mora purgatur, *l. 8. pr. de novat.* & ſic uſuræ non currunt, *l. 18. eod.* nec pœnæ locus eſt, *l. 15. eod.* privilegia debiti pereunt, *l. 26. eod.* & hypothecæ atque fidejuſſiones liberantur, *l. 18. eod. Stryck. c. l. §. 2. Huber. prælect. ad J. tit. quib. mod toll. obligat.* §. 8.

11. Novatio neceſſaria, quæ inducitur per litis conteſtationem, & dicitur quoque accumulativa, actoris conditionem meliorem efficit, dum actiones, ex delicto orientes, poſt litis conteſtationem in heredes quoque transmittuntur, *l. 87. l. 139. & l. 164. d. R. J.* actiones etiam, quæ antea temporariæ erant ad 30. annos perpetuantur, *l. ult. de fidejuſſ. tut.* quæ autem jam antea perpetuæ erant, ad 40. annos, *l. ult. C. de præſcript. 30. annor. l. 1. §. 1 C. de annal. except.* & in genere per litis conteſtationem eatenus fit novatio, quatenus illud actori expedit, *Stryck. uſ. mod. tit. de novat. §. 4.* add. *Brunnem. ad l. 29. de novat. n. 2. 3. Huber. c. l.* §. *9.*

NOVI OPERIS NUNCIATIO.

1. Novi operis nunciatio locum habet, ſi quis contra priſtinam formam, aut ædificando aut deſtruendo aliquid facit, *l. 1. §. 11. h. t. Struv. ex. 39. th. 2. & 7.* ſive intra oppidum, ſive in agris & villis, *Struv. d. th. 7.*

2. Si vicinus in vicini præjudicium novum molendinum extruere velit, novum opus nunciari poteſt, veluti ſi molendinum antiquius ſit bannarium, vel per extructionem novi molendini verum damnum priori molendino infertur, v. g. ſi aqua priori molendino inferiori prorſus detrahatur, vel aqua ad ſuperiors molendini rotas uſque reſtagnet, *Stryck. uſ. mod. h. t. §. 11.* Idemque obtinet in iis caſibus, quando occa-

Digitized by Google

occaſione novi ædificii facile periculum aliquod vicino imminere poſſet, *Stryck. c. l. §. 12.*

3. Nunciare poſſunt novum opus, quorum juri in re, quod habent, vel habere aſſerunt, nova ædificatione damnum infertur, *l. 1. §. 18. l. 3. §. 3. h. t. l. un. de remiſſ. Struv. c. l. th. 2. & 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 553. & Reſolut. Lauterb. tit. de oper. nov. nunciat. qu. 1.*

4. Uſufructuarius poteſt quidem novum opus nunciare, ſi in ipſo uſufructu per novum opus impediatur; propter alias vero ſervitutes, quæ forte fundo in uſumfructum dato debentur, ipſe proprio nomine nunciare non poteſt: cum ipſi directo non competant, ſed per conſequentiam, *l. 1. §. 1. ſi uſusfr. pet. Struv. d. th. 4.* Ipſi domino non poteſt nunciare, *l. 1. §. 4. de remiſſ. Struv. c. l. Berger. c. l.*

5 In loco publico ſi novum opus fiat, omnibus civibus nunciare licet, *l. 3. §. ult. h. t. Struv. c. l. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l. qu. 2.*

6. Neceſſe eſt, ut nuntians jusjurandum calumniæ præſtet, quod ſi præſtare recuſet, remittit nunciationem, *l. 5. §. 14. Struv. ex. 39. th. 10. Berger. c. l.*

7. Arcetur a denunciatione ille, qui nullum jus in re habet, vel etiam de quo aperte, puta ex inſtrumento publico, re judicata, aut evidentia facti conſtat, jus non habere, *Struv. c. l. §. 5.* Et, ſi nunciatio notorie eſt injuſta, eam contemnere, & in ædificando pergere licet, *Gail. lib. 1 obſ. 16. n. 4. Carpz. lib. 1. R. 7. n. 1. 2. 3. Horn. cl. 9. R. 11.*

8. Operis novi nunciatio fieri debet in re præſenti, ſeu illic, ubi opus fit; alibi facta nullius eſt momenti, *l. 5. §. 2. 3. & 4. h. t. Gail. d. obſ. 16. n. 10. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 553.*

9. Nun-

Digitized by Google

9. Nunciatio privata eſt vel verbalis, cujus ſequentes formulas ſuppeditat *Mindan. de mandat. lib. 2. c. 30. n. 11.* nuncio, denuncio, prohibeo, interdico, præmoneo, deprecor, ne quid novi operis faciatis, rogo, ut abſtineatis, nihil moliamini &c. Ich will dafür gebethen haben, ich bitte euch des Wercks zu enthalten, davon abzuſtehen ꝛc. *Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 39. tit. 1. diſt. 2.* & ſi operariis nunciatur, hanc adducit *Brunnem. ad l. 5. h. t. n. 2.* Wo ſie ehrliche Meiſter wären, ſolten ſie inne halten, biß zur Richterlichen Entſcheidung, vel realis, quæ fit deſtructione & disjectione materiæ ad ædificandum paratæ, *Brunnem. ad d. l. 5. n. 10. Ludovic. c. l.* add. *Struv. ex. 39. th. 3. Stryk uſ. mod. h. t. §. 3.* confer. vero *Mindan. c. l. n. 12.*

10. Ædificium, in prædio ſerviente cœptum, a domino prædii dominantis deſtrui poteſt per novi operis nunciationem, etiam diebus nefaſtis, ſi quidem copia judicis non potuerit haberi, *l. 1. §. 4. h. t. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 3. not. 12. p. 555.* add. *Brunnem. ad l. 29. ad L. Aquil. n. 1.* Et nuncians realiter opus novum, v. c. deſtruendo ædes, non tenetur ad reſtituendam materiam, ſi qua per negligentiam nunciati fuerit ablata, *Berger. c. l. & p. 2. R. 25.* Si vero novum opus jam fuerit nunciatum, illud deſtruere non poteſt, *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 8. th. 2. lit. g.*

11. Ad melius probandam privatam denunciationem, utile eſt, notarium cum teſtibus adhiberi, *Struv. c. l. Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 39. tit. 1. diſt. 1. Stryck. uſ. mod. tit. de oper. nov. nunciat. §. 2.* Hodie autem nunciatio, cum privata parum ſoleat curari, fit autoritate publica, impetrata inhibitione judiciali,

Digitized by Google

diciali, *Carpz. lib. 1. R. 6, Berger. œcon. jur. c. l. not. 9. p. 553. Ludovic. c. l. diſt. 1. & 2.* & inſpectione oculari loci controverſi, *Stryck. c. l. §. 4.*

12. Novi operis nunciatio eſt remedium retinendæ & conſervandæ poſſeſſionis, & toties fieri poteſt, quoties res adhuc eſt integra, i. e. novum opus quidem cœptum eſt & inchoatum, ſed nondum abſolutum, perfectumque, *l. 1. §. 1. h. t. Carpz. lib. 1. R. 6. Berger. œcon. jur. c. l.* imo nunciatio fieri poteſt ante opus inceptum, cum ſufficiat, ſi forte per deſignationem vel aliam præparationem forte in loco vacuo futurum ædificium declaretur, *Schilter. ex. 42. §. 5. Stryck. c. l. §. 7.*

13. Opere ſemel perfecto, conſummatoque, poſſeſſio cenſetur amiſſa, atque adeo deinceps agendum eſt interdicto reſtitutorio, ſive recuperandæ poſſeſſionis, quod vi aut clam, ſimilique, *d. l. 1. §. 1. Carpz. d. R. 6. n. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 108. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 3. not. 9. p. 553.*

14. Facta nunciatione, nunciatus ſtatim ab opere novo perficiendo deſiſtere debet, *l. 1. pr. l. 8. §. 4. h. t. Struv. ex. 39. th. 9.* alias opus poſtea factum, dato edicto reſtitutorio ſive demolitorio, ſumtibus ædificantis iterum deſtruendum: heredes vero tantum tenentur pati deſtructionem, *l. 20. §. 1. l. 22. h. t. Berger. c. l. p. 554. & p. 1. R. 249. nec non philoc. for. R. 42. p. 340. Stryck. uſ. mod. h. t. §. 15.* ſive jure ſive injuria fiat opus, *Gail. lib. 1. obſ. 16. n. 1.* add. *Stryck. c. l. §. 17. Mev. p. 6. dec. 142.* qui illud vulgatum juris temperant.

15. Facta nunciatione, nuncians intra ſpatium 3. menſium jus ſuum contradicendi deducere debet: alias poſt illud intervallum nunciatus, præſtita cau-

tione

Digitized by Google

tione de demoliendo & reſtituendo, ſi appareat jus ipſi non fuiſſe ædificandi, in ædificando pergere poteſt, *l. un. C. h. t. Berger. œcon. jur. c. l. p. 554.*

16. Sed moribus hodiernis rem ab arbitrio judicis pendere, ut, non expectato illius temporis lapſu, cautionem admittere queat, docent *Carpz. lib. 1. R. 7. Gail. lib. 1. obſ. 16. n. 17. Berger. c. l. & p. 1. R. 249. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 30. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. d. p. 6.*

17. Plane cautio de novo opere deſtruendo, ſi, injuſte ædificatum eſſe, appareat, locum non habet, quoties ex ædificatione inſigne damnum nuncianti imminet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2 obſ. 374.* vel novum opus per jus vetitum, cum cautio pertineat ad eam ſaltem ſpeciem, quando jus ædificandi eſt dubium, *Mev. p. 6. dec. 140.*

18. Jure Saxonico nuncians intra terminum Saxonicum jus ſuum probat, ita tamen, ut nunciatus per ocularem inſpectionem injuſtitiam nunciationis oſtendere poſſit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 554.*

19. Præſtita cautione, nunciatus prohibitorium adverſus nunciantem, ne impediat ædificare, impetrare poteſt, *l. 20. §. 9. de oper. nov. nunciat. Berger. c. l.*

20. Qui ædificium alterius propria autoritate dejicit, ſpolium committit & ædificantem ante omnia reſtituere debet, etſi, contra inhibitionem & operis novi nunciationem, illud extructum ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 29.* Plane, ſi alter vi aut clam contra nunciationem ædificet, illud vi & clam impune deſtruere licet, *Stryck. uſ. mod. h. t. §. 15.*

21. Novi operis nunciatio extinguitur morte nunci-

Digitized by Google

nunciantis, *l. 8. §. 6. h. t.* adeo ut ædificans impune in opere pergere poſſit, antequam heres repetierit nunciationem, aut lis inchoata fuerit, *Huber. prælect. ad ff. b. t.* §. *11.* ſcilicet in nunciatione ſimplici: nam nunciatio judicialis cum in jus vocatione non finitur morte nunciantis, quin a ſucceſſoribus reaſſumi poſſit, *Berger. Reſolut. Lauterb. h. t. q. 3.*

22. Si verbis nunciamus, poſſeſſorem illum facimus, cui nunciatio fit, quod in nunciatione reali & judiciali ſecus ſe habet, *l. 5. §. 10. h. t. Stryck. uſ. mod. h. t.* §. 4. *Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. h. t. diſt. 1. 2.* ubi ex *Frider. Mindan. de mandat. lib. 2. c. 30. n. 20.* refert, illam differentiam in praxi parum obſervari.

NULLITATIS QUERELA.

1. Jure Romano ſententia ex capite nullitatis intra 30. annos impugnari poteſt, per *l. 3. C. de præſcript. 30. annor. Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 8. Brunnem. proc. civ. c. 28. n. 108.* niſi cauſa principalis, de qua ſententia lata eſt, brevioribus vel longioribus terminis finiatur, *Bald. in l. data opera. 11. C. qui accuſ. non poſſ. n. 59.*

2. Ne ita promiſcue ex capite nullitatis impugnarentur judicata, per *Rec. Imper. de an. 1654. §. 121.* diſtinctio formata inter nullitatem ſanabilem & inſanabilem; ita ut regulariter nullitatis querela intra decendium movenda, & eadem appellationi jungenda, niſi ſit nullitas inſanabilis; tum enim remedium nullitatis uſque ad 30. annos durat, *Stryck. introduct. ad prax. c. 23. §. 27. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 32. §. 1.*

3. Plane iterum inter nullitatem inſanabilem ſimpliciter & ſecundum quid talem diſtinguit, & ob nullitatem ſecundum quid intra 30. annos, at ob nullita-

(U) 5 tem

tem inſanabilem ſimpliciter talem, quæ v. c. oritur ex defectu citationis, vel mandati perpetuo experiri (a) licere, tradit *Berger. E. D. F. tit. 38. obſ. 1. not. 1. p. 1027. & œcon. jur. lib. 4. tit 23. th. 10. not. 1. p. 1146.* confer. *Mev. p. 1. dec. 102.* ubi ; ſententia, ex vitio neglecti compromiſſi nulla, in rem judicatam nunquam tranſit, nec apellatione eget, niſi poſtquam a judice competente confirmetur.

4. In foro Saxonico actio nullitatis contra ſententiam intra terminum Saxonicum inſtituenda & deinceps in inferioribus judiciis, intra terminum Saxonicum duplicatum, (b) citatio ad ulteriorem deductionem extrahenda eſt, *O. P. S. tit. 38. pr. ibique Philipp. conſider. 1. & Rivin. en. 4. Carpz. proc. tit. 19. art. 3. n. 9. ſeq.* ſi ſcilicet nullitas ſit inſanabilis ſecundum quid, juxta *Berger. in œcon. jur. c. l.* Aſt contra decretum, aliumve actum judiciarium nullitati demum 30. annis cum additamento Saxonico præſcribitur, *Carpz. c. l. n. 13. 14. Rivin. c. l. en. 5. Berger. E. D. F. c. l. not. 2. p. 1029. & œcon. jur. c. l.* confer. vero *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 6. ſect. 3. §. 1. lit. b.* Berger.

(*a*) Quod cum temperamento quodam comprobat *O. P. S. R. tit. 38. §. 1.* verbis: Hiernechſt dasjenige, was in dieſem Titul unſerer Proceſſ-Ordnung enthalten, von ſolchen Nullitäten, ſo ex defectu citationis oder mandati herrühren, keinesweges verſtanden wiſſen wollen, als in welchen Fällen die nullität, wenn derjenige, ſo deswegen excipiret oder klaget, nicht nachgehends das Verfahren expreſſe oder tacite ratihabiret, als welches von dem obſiegenden Theil auch poſt ſententiam definitivam geſchehen mag, zu aller Zeit urgiret werden kan.

(*b*) Sed hodie intra ſimplicem terminum Saxonicum, *O. P. S. R. tit. 83. §. 2.*

Digitized by Google

Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 38. p. 1806. ubi: magis fuerit, ut non contra decreta (c) minus, quam ſententias curiarum unam præſcriptionem, quæ eſt termini Saxonici, agnoſcamus.

5. Nullitatis remedium, ſi quidem exceptionis inſtar adhibetur, etiam poſt terminum Saxonicum, opponi poteſt, *Berger. dec. 425.* add. *Brunnem. proc. civ. c. 28. n. 108. Hahn. ad Weſenbec. tit. de re judic. n. 10.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 38. obſ. 2. p. 1031. & p. 2. ſupplem. cent. 2. conſil. 69. n. 2. p. 1245.* cui per ſolam reaſſumtionem proceſſus tacite non renunciatur, *Berger. dec. 426.*

6. Nullitas inſanabilis eſt, ſi defectus deprehenditur in perſonis judicium conſtituentibus, v. g. judicis, *Carpz. lib. 3. R. 98. n. 7* ſi ſit incompetens, vel inhabilis, *Ludov.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 32. §. 2.* ſi recuſatus ſit, aut jurisdictione vacet, *Berger. E. D. F. tit. 38. obſ. 1. not. 1. p. 1026.* Nullitas enim ex defectu jurisdictionis ſententiam ipſo jure reddit nullam, *l. 1. §. fin. ad Sct. Tertyll. l. 1. C. de pedan. judic. Mev. p. 1. dec. 83. n. 4. & p. 2. dec. 7. n. 2.* & ſemper opponi & attendi debet etiam poſt tres conformes ſententias. *Mynſinger. lib. 6. obſ. 4. Gail. lib. 1. obſ. 42. n. 12.*

7. Ea, quæ coram judice in ſua ſuorumque cauſa acta ſunt, eadem finita, ex cauſa nullitatis impugnari non poſſunt; ceteroquin ea quæ ab actuario injurato literis excepta ſunt, omnino nulla ſunt, adeo quidem, ut huic nullitati termino Saxonico non præſcribatur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 38. §. 1. p. 353.*

8. Nul-

(c) Sic ratione nullitatis diſcrimen inter ſententiam & decretum eſt ſublatum *O. P. S. R. tit. 38. §. 1.*

8. Nullitas inſanabilis eſt, ſi defectus deprehenditur in perſonis litigantibus, *Ruland. de commiſſar. p. 4. lib. 8. c. 14. n. 8.* veluti ſi actor vel reus adhuc ſit ſub tutela vel cura, cauſa vero abſque tutore vel curatore ſit peracta, item ſi deficiat legitimatio procuratoris, *Ludovic. c. l. Carpz. p. 1. c. 26. d. 13.*

9. Ob receptum, altera parte inaudita, mandatum, ſit quid vitii ineſt, nullitas oritur maxima, *Mev. p. 3. dec. 148. n. 3.* add. *Vantius de nullit. tit. de defect. mandat. n. 3. ſeq.*

10. Porro nullitas inſanabilis oritur ex neglectu ſubſtantialium proceſſus, veluti citationis, litis conteſtationis, &c. *Ludovic. c. l. Berger. E. D. F. tit. 38. obſ. 1. not. 1. p. 1026.* confer. *Gail. lib. 1. obſ. 75.* ubi nullitatem ex litis conteſtatione omiſſa explicat. Nullitas enim major non eſt, quam contra non citatum & inauditum ſententiam ferre, *Cothmann. vol. 4. R. 33. n. 69. Mev. p. 7. dec. 77. n. 1.* add. *Carpz. p. 1. c. 26. d. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 269.* Et nulla major eſt ſententiæ nullitas, quam quæ proficiſcitur ex omiſſa citatione partis, atque legitima cauſæ cognitione, *Mev. p. 3. dec. 112. n. 5.*

11. Nullitas ex defectu citationis ad audiendam ſententiam non attenditur, niſi non citatus docere & probare poſſit, ob omiſſam eam citationem, ſe enormiter eſſe læſum, aut eam fuiſſe iniquæ ſententiæ cauſam, *Cothmann. vol. 1. R. 17. n. 83. Mev. p. 6. dec. 352.*

12. Nullitas in ſanabilis ſecundum quid eſt, cum pronunciatum eſt contra jus in theſi, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 10. not. 1. p. 1146.* Ea vero ſententia, contra jus in theſi lata, dicenda eſt, qua ratio decidendi, contra jus, conceptis verbis definita eſt, *Berger.*

Digitized by Google

Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 12. th. 2. not. 1. p. 849. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 340. n. 3.

13. Sententia contra jus commune in theſi lata eſſe intelligitur, cui ratio, quod exceptiones, quæ cedenti obſtant, adverſus ceſſionarium locum non habeant, inſerta eſt, *Wernher. d. obſ. 340.*

14. Sententia contra jus in hypotheſi lata non eſt ipſo jure nulla, ſed in rem judicatam tranſit, adeoq; remedio ſuſpenſivo a viribus rei judicatæ ſuſpendenda eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 158.* Illa autem eſt, qua judex non in jure errat, ſed in facto, *Berger. c. l.*

15. Sententia, quæ lata eſt contra rem judicatam, ipſo jure nulla eſt, *l. 1. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. Carpz. lib. 3. R. 69. & p. 1. c. 26. d. 14. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 299.* quæ nullitas inſanabilis eſt ſecundum quid, juxta *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 38. th. 10. not. 1. p. 1146.* Sed ſententiam, contra rem judicatam latam, vitio nullitatis inſanabilis haud laborare, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 171.*

16. Nullitas inſanabilis, & quidem ſecundum quid, eſt, quando omiſſa probatione pronunciatum eſt, *Berger. c. l. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 32. §. 2.*

17. Sententia ex falſa cauſa, pro ratione decidendi expreſſa, lata non ſubſiſtit, quamvis, ſi unica ſaltem ex pluribus inſertis cauſis ſit vera, firma manet ſententia, *Carpz. proc. tit. 16. art. 1. n. 71. 72.* Plane nullitatem inſanabilem haud eſſe, ſi ſententia ex falſa cauſa ſit lata, quamvis illa cauſa in ipſa ſententia expreſſa ſit, docet *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 33.*

18. Sententia non cenſetur ex falſa & erronea cauſa lata, quando judex probationem, quæ nullius momen-

momenti eſt, pro ſufficienti habuit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 34.*

19. Sententia manifeſte erronea nulla eſt, &, licet non appellatum fuerit, non attenditur, *Mev. p. 6. dec. 30. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 61. n. 3. & 13. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 38. §. 1. p. 348.*

20. Quando judex refert ſe ad acta vel inſtrumenta, & ex iis de contrario conſtat, error eſt manifeſtus, & ſententiæ nullitas extra dubium, *Matth. de afflict. dec. 39. n. 6. Mev. d. dec. 30. n. 7.*

21. Sed nullitate inſanabili non laborare ſententiam, quum formulam transactionis de ſorte explicat, quæ ad ſolas uſuras reſtringenda fuerat, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 62.*

22. Nullitas proponitur vel *ſeorſim* vel *conjunctim*, i. e. cum appellatione &c. atque iterum vel *principaliter*, utputa, cum dico: ſententia eſt nulla, aut, ſi quidem jure ſtricto ſuſtineri poſſit, iniqua, igitur queror de nullitate, atque eventualiter appello &c. vel *minus principaliter*, atque *incidenter*, ut, appello, injecta nullitatis mentione, ita tamen, ut ea indicetur tantummodo, non item deducatur, *Berger. œcon. jur lib. 4. tit. 28. th. 10. not. 2. p. 1146.* Poſteriore conjunctionis caſu, deſerta appellatione, adhuc locus eſt querelæ nullitatis, non item priore, *Mynſinger. lib. 2. obſ. 77. Mev. p. 1. dec. 154. Svendend. ad Fibig. p. 909. Berger. E. D. F. tit. 38. obſ. 1. not. 4. p. 1031.*

23. Nullitatis exceptio non ſuſpendit executionem ſententiæ, niſi intra terminum executivum ea in continenti, v. c. ex actis demonſtrari queat, *O. P. S. tit. 38. ibique Philipp. conſiderat. 2. & Rivin. en. 15. Mynſinger. centur. 4. obſ. 64. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28.*

th. 10.

Digitized by Google

th. 10. not. 3. p. 1147. & p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 38. §. 1. p. 348. vel intra decendium cum appellatione jungatur, *Stryck. introduct. ad prax. c. 23. §. 27.*

24. In arbitrio gravati eſt, an querelam nullitatis coram judice inferiore, an ſuperiore movere velit, *Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 6. Stryck. c. l. §. 26.* Conſultius autem eſt, coram ſuperiore queri, quoties nullitas ſeorſim eſt deducenda, *Berger. œcon. jur. c. l.*

25. Qui temere movet nullitatis querelam, arbitrarie punitur, *Berlich. p. 1. concl. 61. n. 33.* jure Saxonico Electorali incurrit pœnam 40. aureorum, *O. P. S. tit. 38. ibique Philipp. conſider. 3.* Quæ vero tantummodo obtinet, quando ſeparatim vel agendo vel excipiendo querela nullitatis eſt intentata, *Philipp. ad O. P. S. tit. 38. conſider. 4. n. 1.* imo etiam obtinet, ſi conjunctim, ſed principaliter mota ſit, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 10. not. 4. p. 1147.*

26. Hæc pœna a judice probabili ex cauſa remitti poteſt, *Carpz. lib. 2. R. 100.* & exulat 1) cum querela nullitatis incidenter tantum intentatur, vel cumulatur cum leuteratione aut appellatione, *Carpz proc. tit. 19. art. 3. n. 26. Berger. c. l.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 83. en. 12.* 2) cum eadem querela ſtatim, antequam deductio fiat, ut frivola, eſt rejecta, *Carpz. c. l. n. 30.* confer. vero *Rivin. ad O. P. S. tit. 38. en. 11. Berger. dec. 427.* 3) cum ſaltem contra decretum, (d) aliosque actus judiciale mota eſt, *Philipp. d. conſider. 4. n. 5. Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 6. ſect. 3. §. 3.*

NUNCIUS.

1. Ubi per nuncium res agitur, ipſe dominus agit & contrahit, non nuncius: Si vero mandatarius ad contrahendum eſt conſtitutus, ipſe mandatarius contra-

(d) ſed vid. *th. 4. cit. c.*

Digitized by Google

contrahit, *Mudæus ad l. 1. de contrab. emt. c. 2. n. 15. Stryck. uſ. mod. tit. mandat.* §. 7.

2. Unde quoad obligationem domini inſignis occurrit differentia. Quando enim dominus revocat mandatum, & mandatarius, revocationis ignarus, illud bona fide exequitur, nihilominus dominus obligatur, & negotium ſuſtinetur, *l. 15. mandat.* Sed, qui nuncium miſit, ad declarandam alteri per eum voluntatem ſuam, poteſt commiſſionem revocare, ignorante etiam nuncio, & hinc nihil actum cenſetur, ſi literæ revocatoriæ, nuncio miſſæ, ad eum non pervenerint, & ita nuncius bona fide voluntatem domini tertio declaraverit, quæ tamen jam eo tempore revocata fuit, *l. 4. pr. de manum. vindict. l. 15. §. ult. qui & a quib. manum. Mudæus c. l. n. 20. Stryck. c. l.*

NUNDINÆ.

1. Nundinas anniverſarias ſeu provinciales, Jahrmärckte, magiſtratus inferior inſtituere non poteſt, ſed ſtatus illas vi ſuperioritatis territorialis, in provinciis ſuis inſtituunt, *Myler. de Princip. & ſtat. imper. p. 2. c. 56. §. 3. Stryck. uſ. mod. tit. de nundin. §. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 425. n. 3.* Et libera eſt ejusmodi nundinarum erectio territorii domino, etiamſi vicinis proceribus incommodum aliquod exinde oriatur, *Stryck. c. l.*

2. Nundinas hebdomadarias, Wochen-Märckte, cujusvis loci magiſtratus, etiam ſine ſpeciali ſuperioris conceſſione, inſtituere poteſt, quanquam interdum etiam ſuperioris conſenſus experti ſoleat, *Stryck. c. l. §. 1. Wernher. c. l. n. 5. ſeq.*

3. Magiſtratus tamen, quum nundinas hebdomadales inſtituit, novum onus illis, qui ad mercatum veri-

veniunt, imponere nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 426.*

4. Hiſce nundinis nulla ſpecialia privilegia competunt, *Stryck. c. l.* Ruſtici vero compelli poſſunt, ut potius civibus vendant, quam extraneis, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 358. n. 12.*

5. Nundinis ſolennibus vel generalibus, quas inſtituendi jus ad reſervata Imperatoris pertinet, *Rec. Imper. de an. 1576. §.* dadurch denn. *Knipſchild. de civit. imper. lib. 5. c. 23. n. 1.* varia privilegia concedi ſolent, *Klock. de contribut. c. 3. n. 79.* quo pertinet, quod mercatores, quippe quibus ſolis hoc privilegium competit, *Carpz. p. 1. c. 30. d. 24.* durantibus nundinis, ſub nullo prætextu, ſive quoad perſonas, ſive quoad res, arreſtari poſſint, *l. un. in fin. C. de nundin. Conſtit. Elect. Sax. 30. p. 1. ibique Carpz. d. 23. Stryck. uſ. mod. tit. de nundin. §. 4.* etiamſi ſit fugitivus, aut de fuga ſuſpectus, *Carpz. ad d. c. d. 25.* diſſentiunt *Berlich. p. 1. concl. 77. n. 10. Stryck. c. l. §. 6.* vel debitum in ipſis nundinis contractum, *Carpz. d. c. d. 26.* Sed extra Saxoniam contrariam ſententiam veriorem eſſe, putat *Stryck. c. l. §. 5.* ubi in ſuam ſententiam allegat *Beck. de jur. ſiſtend. c. 4. n. 4. & c. 10. n. 16. Berlich. d. concl. n. 8.*

6. Hoc privilegium nundinarum ad debita civilia ſolum pertinet, non ad publica, ſive quando quis ex delicto obligatus eſt, *l. un. C. de nundin. Stryck. c. l.* adeoque nec de relegatos, *Carpz. p. 1. c. 30. d. 30.* nec ad fures, ſaccularios & burſicopos aliosque maleficos & ſceleratos, *Stryck. uſ. mod. tit. de nundin. §. 5.*

7. Si quis beneficio nundinarum expreſſe renunciaverit, nullum dubium eſt, quin ceſſet illud privilegium

vilegium de non arreſtando perſonas & res debitoris, durantibus nundinis, *Carpz. d. c. d. 27. Stryck. c. l.*

8. Nec minus, nundinis per ſignum campanæ finitis, mercatores, eorumque bona arreſtari poſſunt, adeoque ſequenti ſeptimana exſolutioni debitorum deſtinata, in der Zahl-Woche, arreſta cuivis petenti ſunt concedenda, *Carpz. d. c. d. 28. Fritſch. de nundin. c. 7. n. 69.*

9. Poſſunt etiam mercatores in illis locis, per quos ad nundinas tranſire, vel finitis iis redire ſolent, arreſta decerni, nempe quod, nundinis nondum cœptis, vel iis jamdum finitis, etiam in loco, ubi habentur, vel habitæ fuere, id permiſſum ſit, *Berlich. p. 1. concl. 77. n. 9. Carpz. p. 1. c. 30. d. 28. n. 4. Stryck. c. l. §. 7.*

NUPTIÆ.

1. Nuptiæ, ob adulterium parti nocenti per ſententiam interdictæ, eidem ab alio principe in ſuo territorio jure permittuntur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 61.*

2. Fieri non poteſt, ut quisdam ad alias nuptias tranſeundi poteſtatem prius habeat, quam vinculo, quo priori conjugi tenebatur, ſoluto, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 204. n. 51.*

3. Miniſtri eccleſiæ in ædibus parochialibus nuptias celebrare nequeunt, niſi præſcitu & conſenſu ſuperioris vel conſiſtorii, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 354.* & caveat de periculo & damno, quod ex negligente & nocturno ignis uſu facile accidere poſſit, *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.*

4. Quicquid in eventum nuptiarum promiſſum eſt, his non ſecutis, haud debetur, etſi ſponſalia contracta fuerint, *l. 24. C. de nupt. ibique Brunnem.*

Digitized by Google

nem. Carpz. p. 3. c. 13. d. 25. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 14.

5. Quando aliud, circa prohibitiones nuptiarum, non eſt conſtitutum, aut receptum, ſtandum eſt jure canonico, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 83.*

NUPTIÆ SECUNDÆ.

1. Viduæ intra annum luctus ad vota ſecunda tranſire prohibentur, *l. 2. C. d ſecund. nupt.* quo jure hodienum utimur, *Stryck. uſ. mod. tit. de rit. nupt. §. 32.* præprimis in Saxonia Electorali, *ordinat. matrimon. de an. 1624. punct. 5. §.* was endlich. *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 159.* quamvis jus canonicum intra annum etiam luctus poteſtatem nubendi concedat, *c. ſuper illa. & c. ult. X. de ſecund. nupt.*

2. Mariti uxores lugere jure Romano non tenentur, & proinde quoque definitum non eſt, quando ſecundas nuptias celebrare poſſint, *nov. 22. c. 16. pr.* Mores vero in eo variant, *Stryck. c. l.* jure Saxonico vidui, a morte prioris uxoris, tempore luctus ſemeſtri, a novo matrimonio abſtinere debent, *Ordinat. matrimon. c. l. Carpz. c. l. def. 160.*

3. Ex diſpenſatione ſpeciali nuptiæ intra tempus etiam luctus celebrantur, quæ diſpenſatio a ſolo Electore vel conſiſtorio ſupremo impetranda, *Carpz. c. l. def. 162.* non facile autem, nec ſine cauſa concedenda, *Carpz. c. l. def. 163. & 164.*

4. Pœnas ſecundarum nuptiarum & *tot. tit. C. de ſec nupt.* in Saxonia non obſervari, teſtatur *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 162. n. 4. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 8. not. 1. p. 117.*

5. Inter pœnas ſecundarum nuptiarum ea connumeratur, quod conjux ſuperſtes ex bonis ſuis non poſſit ſecundo conjugi ullo titulo, vel inter vivos, vel ulti-

Digitized by Google

ultima voluntate, plus relinquere, quam uni ex liberis prioris matrimonii, cui minimum reliquit, *l. 6. pr. C. de ſecund. nupt.* Quæ vero lex in Saxonia per conſuetudinem contrariam eſt abolita, adeo ut v. g. novercæ pactis dotalibus plus aſſignari poteſt, quam liberi prioris matrimonii ex bonis paternis conſequantur, modo legitimam habeant ſalvam, teſte *Carpz. p. 2. c. 43. d. 17. & 18* add. *Berger. c. l. not. 2. & lib. 2. tit. 4. th. 45. not. 10. p. 473. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 55. n. 2. 3.* Extra Saxoniam tamen diſpoſitionem ejuſdem legis adhuc obſervari tradunt *Brunnem. ad l. 10. C. de ſecund. nupt. Stryck. uſ. mod. tit. de rit. nupt. §. 33. Wernher. p. 3. obſ. 55. n. 5. ſeq. & obſ. 120.* ubi tamen *n. 4.* teſtatur; aliter reſpondiſſe Dominos Hallenſes, cum quibus etiam faciunt Domini Wittebergenſes teſte eod. *in ſupplem. ad p. 3. obſ. 120.* confer. *ejuſd. p. 8. obſ. 280.*

6. Mater vidua non cogitur a ſecundis nuptiis abſtinere, ideo quod bona paterna cum liberis primi conjugii nondum diviſerit: cum liberis adverſus matrem, quæ jam vitrico nupſit, ad diviſionem experiri fas ſit, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 171.*

7. Sed moribus plurimorum locorum prudenter introductum eſſe, quod parentes, qui ex priori matrimonio liberos habent, ad ſecunda vota convolare non poſſint, priuſquam cum liberis prioris matrimonii diviſionem bonorum ſuſceperint, & iis de debitis ſatisfecerint, cum *Mev. p. 2. dec. 336. & ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 2. p. 6.* tradit *Stryck. uſ. mod. tit. de rit. nupt. §. 34.*

NUPTIALIA DONA.

1. Dona nuptialia ſponſo ſponſæque, tempore nuptiarum, præſentata, utrique ſimul acquiruntur, & æqua-

Digitized by Google

æqualiter inter eos eorumque heredes dividuntur, & jure communi, *Berlich. p. 3. concl. 32. n. 8. Carpz. p. 3. c. 22. d. 1. Brunnem. ad l. 2. de collat. bonor. n. 2. Richter. de jur. & privileg. creditor. c. 3. ſect. 1. n. 7. Philipp. ad dec. 5. obſ. 1. n. 1. ſeq.* confer. vero *Bartol. in l. 10. §. 6. n. 4. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & Saxonico, tam communi, Land-R. *lib. 1. art. 31. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 12. lit. n. p. 137.* quam Electorali, *Conſtit. 22. p. 3. ibique Carpz. d. 2.*

2. Defuncta uxore, maritus ſuperſtes, ceu ſucceſſor mobiliaris, omnia ac integra retinet dona nuptialia, in mobilibus conſiſtentia, *d. c. 22. ibique Carpz. d. 3. Berger. œcon. jur. d. th. 12. not. 6. p. 139. Horn. cl. 3. R. 26. n. 9. p. 221.* Quodſi tamen uxor præter dona nuptialia nulla alia bona mobilia vel immobilia relinquat, unde liberi vel aſcendentes legitimam habeant ſalvam, hæc ex dimidietate donorum nuptialium ipſis aſſignanda eſt, *Coler. p. 2. dec. 286. n. 13. ſeq. Carpz. d. def. 3. n. 6. 7.*

3. Dona nuptialia, quæ ad geradam pertinent, defuncta uxore, non lucratur maritus, ſed ad filias, aliasve uxoris cognatas proximiores ſpectant, *d. c. 22. ibique Carpz. d. 4.* Nec lucratur maritus omnia dona nuptialia, ſi pactis dotalibus certa portio ex bonis uxoris ipſi fuerit aſſignata, *d. c. 22. ibique Carpz. d. 5. Coler. p. 1. dec. 61. pr.*

4. Si vidua, marito ſuperſtes, illata repetat, illi quoque cedit dimidietas donorum nuptialium, *Conſtit. Elect. Sax. 22. p. 3. ibique Carpz. d. 6. n. 1.* Si vero conſumta ſunt, debetur eorum æſtimatio pro dimidia parte, *Carpz. d. def. 6.*

5. Quod quidem verum eſt de jure Romano & Saxonico communi, *Berger. E. D. F. tit. 43. obſ. 2. not. 2. p.*

l. p. 1453. & p. 2. ſupplem. tit. eod. §. 2. p. 905. non autem de jure Saxonico Electorali, quippe quo uxor, mortuo marito, vel in concurſu creditorum, pretium donorum nuptialium conſumtorum petere non poteſt, *dec. 51. ibique Philipp. obſ. 2. n. 21. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 12. lit. η. p. 137. &* E. D. *F. c. l. nec non part. 2. ſupplem. d. tit. 43. §. 3. p. 906.* add. *Finckelth. obſ. 65.* niſi pactis dotalibus, ſtatutis aut conſuetudine aliud proviſum ſit, *d. dec. 51, ibique Philipp. obſ. n. 26.*

6. Huc pertinet 1) ſi ſponſus dona nuptialia dotis lege acceperit, *d. dec. 51. ibique Philipp. obſ. 2. n. 35. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 20. lit. l. p. 619.* 2) ſi inventarium, vel ſaltem ſpecificatio donorum nuptialium adſit, ſubſcripta a marito, ex una, & a mulieris patre vel curatore vel cognatis proximioribus, ex altera parte, atque æſtimatio eorum facta ſit, *d. dec. 51. ibique Philipp. obſ. 2. n. 43. Finckelth. d. obſ. 65. n. 14. Barth. c. l. p. 620.* Que quidem verba non diſpoſitive, ſed exemplicative ſunt intelligenda, ita, ut illis non indicetur forma, ſed exemplum; cum igitur in concurſu creditorum uxor debitoris producit ſpecificationem donorum nuptialium, eamque a ſe & marito ſubſcriptam, locus jurijurando ſuppletorio merito concedetur, teſte *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 43. §. 3. p. 906.* 3) ſi inter dona nuptialia ejusmodi mobilia, quæ alias ad geradam pertinent, & in uxoris uſu ac poſſeſſione fuerunt, a marito autem iterum avocata & conſumta ſunt: hujusmodi enim caſu uxori, ejusque heredibus, æſtimationem earum rerum, ad inſtar aliorum paraphernalium & illatorum, repetere, integrum relinquitur, *d. dec. 51. ibique Philipp. obſ. 2. n. 52.*

7. Defuncto marito, omnia ac ſingula dona nuptialia vidua repetit, ſi ea ex conventione in dotem fue-

Digitized by Google

fuerint computata, *Carpz. p. 3. c. 22. d. 10.* add. *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 20. lit. k. p. 619.* confer. vero *Berger. dec. 40.*

8. Dona nuptialia a marito oppignorata, non vidua, ſed heredes luere tenentur, *Carpz. d. c. d. 7.*

9. Admittenda eſt vidua, ſi quantitatem donorum nuptialium juramento ſuo indicare velit, *Carpz. d. c. d. 9.* debito enim in genere probato, ſuper quantitate debiti ſtandum eſt juramento creditoris, *Cacheran. dec. 96.*

10. Vidua, quæ petit portionem ſtatutariam, vel pactis dotalibus ſibi aſſignatam, ſicut omnia ſua bona, ita quoque dona nuptialia conferre tenetur, *Carpz. d. c. d. 12. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 9. p. 500.*

11. Uxor nobilis, quæ petit dotalitium, morgengabam & cibaria domeſtica, non lucratur dona nuptialia, *Carpz. d. c. d. 13.*

O.

OBLATIO AD JURANDUM.

1. Jurare juſſus regulariter poſt rem judicatam, ſive lege, ſive conventione talem, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. not. 2. p. 558.* intra octiduum juramentum acceptare, & ad jurandum ſeſe offerre, (a) nec non terminum ad citationem adverſarii ad videndum jurare, & pro re nata ad præſtationem jurisjurandi calumniæ petere debet, *O. P. S. tit. 18. §.* Wann nun alſo *Carpz. p. 1.*

(*a*) Fatale oblationis ad jurandum plane eſt ſublatum, judici vero incumbit, ut poſtquam ſententia, qua præſtatio juramenti injungitur, vires rei judicatæ nacta fuerit, intra octiduum, ad unius vel alterius partis inſtantiam, vel etiam ex officio, terminum ad jurandum præfigat, atque litigantes, indulto integro ſpatio Saxonico, legitime citet, juxta *O. P. S. R. tit. 18. §. 7.*

Digitized by Google

p.1.c.12.d.6.Barth.hodeg.for.c.1.§.54.p.260. Jure communi vero tempus definitum non eſt, intra quod acceptandum ſit juramentum, *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c.19.§.9.*

2. Si contra ſententiam illam, qua quis juſſus eſt jurare, leuteratio vel appellatio interponatur, octiduum non currit, antequam ſuper appellatione vel leuteratione pronunciatum, illaque ſententia de novo in rem judicatam tranſiit, *Carpz. proc. tit. 11. art. 3. n. 41. & 32.*

3. Non autem neceſſe eſt, ut, in caſu interpoſitæ appellationis, remiſſio cauſæ realiter fiat per literas remiſſoriales, ſicuti opinatur *Berlich. p. 1. concl. 30. n. 10. & p. 1. dec. 99.* ſed omnino ſufficit, eam in ipſa appellationis ſententia factam eſſe, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. not. 5. p. 560.*

4. Ut fatale octidui a die, quo ſententia leuterationis vel appellationis cœpit fieri res judicata, computetur, prærequiritur, ut ſpeciatim contra capitulum ſententiæ, quo jusjurandum eſt dictitatum, leuteratio vel appellatio interpoſita ſit; alioqui, contra alia ſolum puncta interpoſita, jurisjurandi punctum minime ſuſpendit, *Berlich. p. 1. concl. 30. n. 22. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. not. 4. p. 559.*

5. Finge igitur, a reo ſuper exceptionibus deferri actori jusjurandum, idemque per ſententiam injungi; finge porro, a reo interponi leuterationem, propterea, quod actor ad certos articulos minus recte reſpondiſſe dicatur; ſed confirmari ſententiam, & deinceps intra octiduum a die rei judicatæ fieri ab actore oblationem; quæritur: num reus actoris poſſit contumaciam arguere, quod ad illa ſaltem capita, quæ in leuterationem non ſunt deducta? Negatur eo

videlicet caſu, ubi una eſt inſtituta actio, aut objecta exceptio, quamvis utriuſque diverſæ fuerint circumſtantiæ, ita tamen inter ſe connexæ, ut nequeant divelli. Ne igitur ſeparetur unius materiæ connexitas in iis, quæ circumſtant, oblatio ad jurandum ſuſpendenda eſt tantisper, donec omnimodo fiat res judicata. Secus dicendum eſt, ſi diverſæ ſint actiones, aut exceptiones: tum enim ſeparari poſſunt fatalia, ut proinde actor ſive reus in qualibet actione aut exceptione ſeſe legitimo tempore debeat offerre, *Berger. c. l. p. 560.*

6. Si renunciatur remediis ſuſpenſivis, octiduum ſtatim incipit ratione renunciantis; ratione vero adverſarii ab ipſo illo die, quo renunciatio in ejus notitiam pervenit, *Ziegler. ad O. P. S. tit. 18. verb.* und alſo von Zeit an, add. *Carpz. p. 1. c. 12. d. 9. Berger. c. l. not. 7. p. 562. & p. 1. ſupplem. tit. 18. §. 22. p. 207.* Non autem ſufficit qualibet ſcientia, ſed requiritur, ut adverſario a judice notificatum ſit, renunciationem factam eſſe, *Mandat. Elect. de dato* Dreßden den 8. *May.* 1682. *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. p. 557.*

7. Si leuteratio vel appellatio rejecta fuerit, non a tempore rejectionis, ſed poſt decendium, a rejectione illa computando, octiduum jurare juſſo currere demum incipiet, *Carpz. proc. tit. 11. art. 3. n. 27. & d. c. d. 10. Berger. c. l.* ita, ut, in caſu rejectæ appellationis, octiduum demum computandum ſit poſt decendium ab eo die, quo remiſſoriales, der Rejections-Befehl, in judicio inferiori publicatæ ſunt, vel in contumaciam pro publicatis habentur, juxta *Berger. d. obſ. 7. not. 10. p. 562.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 95.*

8. Quando diſputatur utrum leuteratio vel appellatio inadmiſſibilis aut deſerta ſit, octiduum non currit,

Digitized by Google

currit, donec ſuper hoc pronunciatum ſit, vid. *memor. mand. Elect. Ziegler. c. l. Berger. c. l.* Ex quo corruit ſententia *Carpzovii lib. 3. R. 46. n. 11.* ſtatuentis, non obſervato octiduo poſt decendium ſententiæ, ſuper jurejurando præſtando publicatæ, pro deſerto haberi jusjurandum, cum interpoſita ſine mandato adverſus eam ſententiam fuerit leuteratio, vid. *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. not. 6. p. 561.*

9. Acceptatio & oblatio ad jurandum, durante decendio, facta, haud attenditur, ſed pro illicita anticipatione (b) habetur, *O. P. S. tit. 18. §.* Wenn nun alſo. & niſi denuo intra octiduum repetatur oblatio, juramentum pro deſerto declaratur, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 11. Ziegler. ad* O. P. S. *tit. 18. verb.* ob auch gleich kein. *Barth. hodeg. for. c. 1. § 54. lit. a. p. 261. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. p. 568. ſeq.*

10. Quamvis in *Ordinat. Mercator. Lipſ. tit. 15. verb.* Wenn einer alſobald bey *Publication* des Urtheils, ꝛc. anticipatio oblationis ad jurandum expreſſe permiſſa ſit: non tamen hæc aliter intelligenda, quam ſi nullum remedium ſuſpenſivum interponatur, quod tunc anticipata oblatio non omni effectu deſtitui debeat; Sin vero vel tempore oblationis jamdum ſuſpenſa fuerit a viribus rei judicatæ ſententia, vel poſtea adhuc ſuſpendatur, talis oblatio pro non facta habetur, *Barth. c. l. p. 262.*

11. Poteſt aliquis intra octiduum, poſt decendium a rejecta ab inferiore judice leuteratione, vel a ſuperiore appellatione, eventualiter ſe offerre, adeo ut, licet a rejectione poſtea appellatum, vel pro receptione

(*b*) Abrogato in foro Saxonico Electorali fatali oblationis ceſſat quoque pœna anticipationis, *O. P. S. R. tit. 18. §. 1.*

Digitized by Google

ptione denuo ſupplicatum ſit, ejusmodi eventualis oblatio pro anticipatione, ad effectum deſertionis juramenti, non ſit habenda, ſed, rejecto remedio ſuſpenſivo, convaleſcat, mortuoque intera ſe offerente, juramentum pro præſtito (c) habendum ſit, *Mandat. Elect. de dato* Dreßden den *8. May. 1682. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 54. lit. a. p. 262. & lit. f. p. 271.* Si vero remedio ſuſpenſivo adhuc deferatur, eventualis illa oblatio omni deſtituitur effectu. Unde, poſtquam ſuper remedio iſto pronunciatum eſt, jurare juſſus, ſub pœna deſertionis, denuo rite ſeſe offerre debet, eoque vero interea mortuo, ejus heredes juramentum credulitatis præſtare tenentur, vid. *memor. mandat. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 7. not. 11. p. 564.*

12. Statim etiam poſt delationem in ipſa poſitione ante ſententiam juramentum delatum acceptari, terminumque & citationem peti poſſe, nec nova poſt rem judicatam intra octiduum oblatione, aut ulteriori termini & citationis petitione opus eſſe, tradit *Barth. bodeg. for. c. 1. §. 54. p. 260.*

13. Octiduum, intra quod jurare juſſus ad jurandum ſeſe offerre tenetur, non de momento in momentum currere, ſed totum diem jurare juſſo cedere, adeoque, publicata licet ante meridiem ſententia, in qua juramenti præſtatio injuncta alicui, octavo tamen die poſt meridiem adhuc ad jurandum oblationem fieri poſſe, docet *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 54. lit. a. p. 263.* præeunte *Rivino ad O. P. S. tit. 18. en. 94.* ubi tamen ipſe monet, nulli ſe hujus rei autorem eſſe velle.

14. Il-

(c) Sed hodie juramentum non amplius pro præſtito habetur, etiamſi jurare juſſus jusjurandum acceptaverit, atque ante ejus præſtationem deceſſerit, juxta *O. P. S. R. tit. 18. §. 8.*

Digitized by Google

14. Illud oblationis fatale, formaque impetrandæ citationis adeo eſt obſervanda, ut defectus, etiam non urgente adverſario, ex officio a judice debeat ſuppleri, *dec. Elect. Sax. nov. 18. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. not. 5. p. 579.* Quod *Ziegler. ad O. P. S. tit. 18. ad verba*: **oder vorbemeldte** *formam* eo extendit, ut, ne partibus quidem inter ſe convenientibus, adverſi quid liceat committi: diſſentit, & compromiſſum partium non excludi, quum nemo, juri ſuo renunciare, prohibeatur, illi præſertim, quod ex lapſu fatalium eſt quæſitum, docet *Berger. c. l.*

15. Hinc *Barth. c. l.* movet quæſtionem: num ex conventione partium octiduum hoc prolongari poſſit? atque refert, id negare *Ziegler. c. l.* affirmare vero *Berger. c. l.* deinde vero declarat ſe tranſigere cum *Zieglero* ſi nondum juratum ſit; ſin autem juratum jam fuerit, quia ex conventione id factum, pro voluntario juramento potius habendum ac ſuſtinendum eſſe

16. Sufficit, reum jurare juſſum, intra octo dies actorem ad juramentum calumniæ citari petere, & ſe ad juramentum principale offerre, etiamſi realiter citatio non fuerit emiſſa, nec terminus ad jurandum præfixus, vel juramentum præſtitum: cum nemo poſſit judicem ad citationem emittendam & terminum præfigendum cogere, ac propterea excuſandus, qui diligentiam ſuam in promovenda citatione adhibuit, *Berlich. p. 1. concl. 30. n. 8. Carpz. p. 1. c. 12. d. 8. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 35. Rivin. ad. O. P. S. tit. 18. en. 80.* Nec parti nocet, ſi terminus ad jurandum a judice nimis protrahatur, *Rivin. c. l. en. 88.*

17. Formula oblationis ad jurandum ſimul complecti debet petitionem citationis, ſeu termini. Quod-

ſi

ſi enim quis intra octiduum quidem ſe offerat ad jurandum, non autem ſimul, citationem fieri, aut terminum præfigi, petat, juramentum deſeruiſſe creditur, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. p. 569.* Præciſe autem non requiritur, ut utrumque, & terminus ad jurandum & citatio adverſarii petatur, ſed, alterutrum petiiſſe, ſatis eſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. g. p. 271.* Plane pro forma oblationis ad jurandum requiri, ut petatur citatio adverſæ patris, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 81.*

18. Illud non eſt neceſſarium, ut etiam ſpeciatim petat juraturus, fieri citationem adverſæ partis *ad videndum jurari.* Nam petitio citationis aut termiri capienda eſt in ſenſu legali, atque adeo hac ſententia, ut adverſarius ſpeciatim *ad videndum jurari* adcitetur, *Berger. c. l. & p. 1. ſupplem. tit. 18. §. 25. p. 211. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 327. Rivin. c. l. en. 83.* diſſentiunt *Carpz. lib. 3. R. 46. n. 17. Suendend. ad Fibig. p. 1313.* confer. *Rivin. c. l. en. 82. & 84.*

16. Sufficit, ſi quis in petitione termini, ad jurandum intra ſpatium Saxonicum præfigendi, adhibeat vocabulum: *propediem*: non enim ad formam requiritur, ut præciſe mentio *termini Saxonici* fiat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 86.*

20. Omiſſio ſubſcriptionis oblationem non vitiat, tametſi literæ non ſint offerentis autographæ, ab ipſo tamen, vel ejus voluntate, ab alio judici inſinuatæ, ſiquidem oblatio etiam oretenus & ſine ſcriptis fieri poteſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. k. p. 273. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 73.*

21. Cum oblatio ad jurandum requirat ſpeciale mandatum, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 12.* hinc deſertum eſt juramentum, quando advocatus oblationem ad jurandu

Digitized by Google

dum ſine mandato ſubſcripſit; nec convaleſcit, ſi juramentum, abſente judice, in loco licet judicii præſtitum ſit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 63.*

22. Si incertum, an oblatio ad jurandum ſubſcripta ab ipſo principali, aut ejus juſſu, juramentum imponitur, *Rivin. c. l. en. 72.*

23. Pro deſerto habetur juramentum, ſi ſubſcripſit advocatus oblationi nomen ſui clientis, niſi demonſtrare, aut jurato aſſerere velit principalis, ipſius præſcitu id eſſe factum, *Rivin. c. l. en. 64. & en. 150. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 3. §. 2. p. 10.*

24. Oblatio ad jurandum, cum ſpeciale mandatum requirat, fieri nequit nomine uxoris a marito cum cautione rati, *Rivin. c. l. en. 65.* Plane maritum nomine uxoris ſeſe offerre poſſe ad jurandum reſpondit Fac. Witteb. teſte *Bergero p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 16. p. 432.*

25. Heredes nomine collectivo ſe ad jurandum offerre poſſunt, neque requiritur, ut quilibet nomen ſuum ſubſcribat, *Rivin ad O. P. S. tit. 18. en. 75.*

26. Si jurare juſſus ſe non offert intra octiduum, deſertum eſt juramentum, etiamſi adverſarius deſertionem non urgeat, *O. P. S. tit. 18.* §. Wennnun alſo. *dec. Elect. Sax. nov. 18. ibique Philipp. obſ. 1. & 2. Carpz. p. 1. c. 12. d. 8.* add. *th. 14. 15. huj. loc.* imo etiamſi a parte adverſa, finito octiduo, extrahatur ad jurandum terminus, *Rivin. c. l. en. 76.* niſi probetur legitimum impedimentum, *d. dec. 18. ibique Philipp. obſ. 3. Rivin. c. l. en. 77.*

27. Judex prævenire poteſt, & intra octiduum citationem ad jurandum emittere, ubi ceſſat deſertio *Rivin. c. l. en. 78.*

28. Obla-

Digitized by Google

28. Oblatio ad jurandum octiduanæ præſcriptioni ſaltem ſubjacet, ſi juramentum delatum (d) aut relatum, item purgatorium aut ſuppletorium ſit præſtandum; in ceteris vero juramentis legalibus, nec non in cauſis matrimonialibus & criminalibus octiduana illa præſcriptio locum non habet, *O. P. S. tit. 18. §. 9. ibique Ziegler. ad verb.* eximirt. *Dec. Elect. Sax. nov. 18. ibique Philipp. Carpz. p. 1. c. 12. d. 13. 14. 15. 16.* Quæ quoque in cauſis injuriarum, in quibus quippe per modum ſimplicis denunciationis proceditur, hodie exulat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 295.*

29. Sic a fatali oblationis octiduano exceptum eſt juramentum editionis documentorum, *Philipp. ad dec. 18. obſ. 7. n. 5. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. p. 566.* ſpecificationis, *Carpz. d. c. d. 17. Philipp. c. l. n. 10. Berger. c. l. & p. 1. ſupplem. tit. 18. §. 23. p. 208.* malitiæ, *dec. Elect. Sax. 70. ibique Philipp. obſ. 2.* minorationis, *Berger. E. D. F. c. l.* diffeſſionis, *Berger. c. l. p. 567.* juramentum in litem, *Berger. c. l.* adeoque etiam Zenonianum, *Berger. c. l.* jusjurandum perhorreſcentiæ, *Berger. c. l.* & documentorum noviter repertorum, *Berger. c. l.*

30. Quod autem ad jusjurandum relatum, diſtinguendum eſt, idem illud ante, an poſt ſententiam aut decretum fuerit relatum. Nam priori caſu is etiam, cui relatum eſt jusjurandum, ſe intra octiduum ab eo die, quo ſententia aut decretum in rem judicatam tranſierit, offerre debet. Quorſum pertinet *O. P. S. tit. 18. §. 9. verb.* es ſey ihm gleich *deferiret* oder *referiret*; non autem etiam poſteriore caſu, ubi poſt

(d) Imo hodie memorata juramenta octiduanæ oblationi non ſubjacent, *O. P. S. R. tit. 15. §. 7.*

poſt ſententiam aut decretum demum facta fuerit relatio, *Berger. c. l. p. 568. Rivin. ad* O. P. S. *tit. 18. en. 53.* ubi tamen *p. 635.* teſtatur, Facultatem juridicam Lipſienſem reſpondiſſe, quod indiſtincte in juramento relato oblatio ad jurandum intra oſtiduum fieri debeat, idque computandum ſit a die inſinuatæ citationis ad jurandum, ſi referens deferentem præveniat, eumque citari faciat.

31. Quum interdum, inprimis vero in concurſibus creditorum, cauſis item reddendarum rationum, ſoleat pronunciari his formulis: daß er entweder zu beſcheinigen, oder allenfalls eydlich zuerhalten ſchuldig, vel: er könnte denn beſcheinigen, oder allenfalls eydlich erhalten: quæritur, undenam fatale oblationis ſit computandum? A die rei judicatæ fatale oblationis octiduanum ſtatim computandum eſſe, putat *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. not. 1. p. 570. ſeq.*

32. Ille, qui ſemel ſe intra octiduum legitime obtulit, in termino autem una cum adverſario emanet, iterum ſe ad jurandum offerre non tenetur, quamvis antea fuerit pronunciatum: daß, weil der anberaumte Termin pro circumducto zu achten, Bekl. des von Klägern beſchehenen Vorwendens ungeacht, nochmahls zu Ablegung des erkannten Eydes billig zu zulaſſen, *Berger. c. l. not. 6. p. 579.* Quod tum maxime obtinet, cum vel per compromiſſum, vel ad petitionem, ſive actoris, ſive rei, qui jurare debet, idem terminus prorogetur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 26. p. 444.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 109. & 110.*

33. Rite facta oblatione, juramentum pro præſtito (e) habetur, ſi jurare juſſus morte præventus ſit,

 tam

(e) Imo hodie juramentum non amplius pro præſtito habetur

tam jure communi, *arg. l. fin. C. ad L. Jul. repetand. Gail. lib. 2. obſ. 43. Mev. p. 6. dec. 374.* quamvis diſſentire videatur *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 275. n. 1. & ſupplem nov. ad p. 4. obſ. 151. n. ui.* quam Saxonico, *Mandat. Elect. Sax. de an. 1682. verſ.* Wann der Richter. *Carpz. lib. 6. R. 120. Berger. c. l. not. 2. p. 571. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 275 & p. 10. obſ. 458. n. 1.* maxime ſi ſteterit per adverſarium, & ipſemet fuerit impedimento, quo minus defunctus præſtaret juramentum, veluti: quod in præſtando jurejurando calumniæ contraxerit moram, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. not. 4. p. 578.*

34. At enim vero arbitrium judicis hic non prorſus excluditur, quo minus, circumſtantiarum ratione diligenter habita, poſſit aliquando jusjurandum de credulitate tali caſu heredibus dictare, *Carpz. c. l. in fin.* v. g. ſi oblatio facta ſit ab eo, qui jam graviter decumbit, *Wernher. p. 10. obſ. 458.*

35. Quid, ſi ſententia, qua reo jusjurandum imponitur, contineantur quædam capita, ab actore pariter præſtanda, veluti guaranda, ſatisdatio aut legitimatio? Plane, licet fatale oblationis ex eo demum tempore ſit computandum, cum ipſemet actor ſententiæ fecerit ſatis: integrum tamen eſt reo, illico a die rei judicatæ ſeſe offerendi ad jurandum, idque citra vitium anticipationis, non ſolum ad eum effectum, ut deinceps eum denuo ſeſe non oporteat offerre, ſed quoque, ut, eo interea mortuo, juramentum præſtiti loco

betur, quamvis is, cui injunctum eſt juramentum, illud rite acceptaverit, ante præſtationem ejus vero deceſſerit, ſed heredes illud etiamnum præſtare tenentur ita tamen, ut de credulitate tantum jurent, *O. P. S. R. tit. 18. §. 8.*

Digitized by Google

loco ſit habendum *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 25. p. 443.*

36. Si tutor vel curator, nomine pupilli vel minoris, ſe ad jurandum obtulerit, pupillo vel minore ante plenam pubertatem mortuo, juramentum pro præſtito non habetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 14. p. 196.*

37. Principium juris, imprimis Saxonici: *jusjurandum, mortuo poſt oblationem eo, qui jurare debebat, pro præſtito haberi*, eo caſu exulat, cum mors contigerit, antequam ſuper formula jurisjurandi, quæ forte in controverſiam venit, pronunciaretur, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. not. 2. p. 572.* add. *Mev. p. 6. dec. 374.* Sed hác in parte magnum Collegiorum juridicorum eſſe diſſenſum, teſtantur *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 115. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 151. n. 129. ſeq.*

38. Imo ſi ſteterit per defunctum, quo minus in vita jusjurandum præſtiterit, ne heredem quidem ad ejus præſtationem eſſe admittendum, monet *Lauterb. in diſſert. de relat. jurisjur. th. 22.* add. *Berger. c. l. not. 4. p. 578.*

39. Juramenta, quæ ad fatale octidui adſtricta non ſunt, ut jusjurandum diffeſſionis, ſpecificationis, editionis & ſimilia, pro præſtitis non habentur, quamvis iis, qui jurare debebat, poſt oblationem deceſſerit, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. not. 3. p. 576. & p. 2. ſupplem. tit. eod. §. 24. p. 441.*

40. Qui anticipando, ſeu ante rem judicatam ſe ad jurandum obtulit, variare poteſt, *Berger. d. obſ. 8. p. 569.* Imo, durante adhuc octiduo, quin revocare acceptationem juramenti poſſit jurare juſſus, dubitandum non eſſe, putat *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. a. p. 270.*

Digitized by Google

OBLIGATIO.

1 Verba obligationum, quod univerſi & ſinguli, ſammt und ſonders, promittunt, ſingulos quidem, at non in ſolidum, obligant, *Mev. p. 6. dec. 112.*

2. In obligationibus non tam clauſulæ appoſitæ, quam ipſa verba, quibus obligatio contrahitur, attendantur, *Mev. p. 3. dec. 5.*

OBLIGATIO AD CARCEREM.

1. Pactio, qua debitor in caſu haud factæ ſolutionis ad carceres vel arreſta ſe obligat, valida eſt, *l. 9. de ſerv. export. l. 3. §. ſi quis volentem. de liber. homin. exhib. Conſtit. Elect. Sax. 21. p. 2. Hilliger. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. z. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 1. §. 39.*

2. Cujusmodi debitor, ſolutione non facta, ad inſtantiam creditoris, a magiſtratu ſtatim capi, atque incarcerari poteſt, *Carpz. p. 2. c. 21. d. 1.* etiamſi immobilia poſſideat, & ſolvendo ſit, *Carpz. d. c. d. 2.* modo extrajudicialiter de ſolutione facienda fuerit interpellatus, *Carpz. d. def. 1. n. 16. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 222.*

3. Ipſe tamen creditor debitorem apprehendere non poteſt, niſi ſit fugitivus: quo quidem caſu creditori licet debitorem capere, tenetur vero eum judici ejus loci, in quo deprehenditur, ſtatim tradere, *Conſtit. Elect. Sax. 21. p. 2. ibique Carpz. d. 1. n. 13.*

4. Debitor ex pacto incarceratus non dimittitur ſub cautione, niſi eam creditor lubens acceptaverit, *Carpz. d. c. d. 3. Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 6.*

5. Creditor debitori, ad carcerem obligato, non tenetur præſtare cautionem de refundendo, ſi vel adverſa valetudine comprimatur, vel alioqui detrimenti quid capiat, *Carpz. d. c. d. 5.* Ægrotus vero debitor

Digitized by Google

tor e carcere dimittendus eſt, ut curam ſui habeat, additis tamen cuſtodibus, *Carpz. d. c. d. 6.*

6. Debitor, ex pacto pro certo aliquo debito incarceratus, pro alio debito in carcere retineri non debet, *Carpz. p. 2. c. 21. d. 7.* diſſentit *Berlich. p. 1. concl. 50. n. 33. & p. 2. concl. 27. n. 31.*

7. Creditor, qui vigore pacti initi, propter non factam ſolutionem, debitorem in carcerem poni fecit, non prohibetur petere immiſſionem in bona debitoris & eorundem venditionem, ut ſibi ſatisfiat, *Zanger. de except. p. 2. c. 13. ult. Muller. lib. 3. ſemeſtr. c. 36. n. 2.*

8. Creditor, qui petit executionem, in bona debitoris, non recedit a pacto de incarcerando eo, ſed eundem etiamnum incarcerari facere poteſt, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 8. n. 39. ſeq. Carpz. d. c. d. 4.*

9. De jure communi, ut & in foro Saxonico, femina debitrix nequidem ex pacto incarcerari poteſt, *Hering. de fidejuſſ. c. 17. n. 77. Berlich. p. 2. concl. 27. n. 12.* Aſt jure Saxonico Electorali femina debitrix ex pacto incarcerari poteſt, modo 1) de jure ſuo admonita & certiorata, nihilominus 2) conſenſu & autoritate curatoris ad carceres ſeſe obligaverit, & 3) obligatio mulieris proprium ipſius debitum concernat, *Conſt. Elect. Sax. 21. p. 2. ibique Carpz. d. 9.*

10. Obligatio ad carceres perſonalis eſt, & ad heredes non tranſit, *Carpz. d. c. d. 10. Berlich. d. concl. 27. n. 15.*

OBLIGATIO DANDI, & FACIENDI.

1. Qui ad dandum obligatus eſt, præciſe dare tenetur, *§. 2. J. de donat. l. 75. § ult. de V. O.* Ad factum vero obligatus præciſe ad ejus implementum cogi non poteſt, ſed præſtatione ejus, quod intereſt,

Digitized by Google

eſt, liberatur, *l. 13. §. 1. de re judic. l. 72. de V. O. Struv. ex. 6. th. 47. Berger œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 4. p. 560. Stryck. uſ. mod. tit. de pact. §. 10.* niſi jurato factum ſit promiſſum, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 14. tit. 32. n. 4. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 5. §. 5.* vel renunciatum ſit juri quoad intereſſe præſtationem competenti, *Stryck. c. l.*

2. Sed hodie (a) factum promittentem præciſe ad illud adimplendum adigi poſſe, nec liberari præſtando intereſſe, ſentit *Græneweg. de legib. abrog. ad l. 13. §. 1. de re judic. Chriſtin. vol. 1. dec. 323. n. 8. Schilter. ex. 8. th. 2. in fin.*

3. Obligationibus faciendi pœna pecuniaria adjici poteſt, quæ dicitur conventionalis, *l. 3. ſi quis in jus voc.* & loco ejus, quod intereſt, habetur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 4. not. 1. p. 561.* Ex adverſo in obligationibus dandi pœnæ conventionali locus non eſt, quia dandorum certa eſt æſtimatio, *Berger. c. l.*

OCULARIS INSPECTIO.

1. Requiſita ocularis inſpectionis ſunt: 1) præſentia perſonarum judicialium, nimirum duarum, & actuarii jurati, 2) citatio utriuſque partis, (a) 3) adhibitio

(a) Sic, hodie in foro Saxonico Electorali ad factum condemnatus præſtatione ejus, quod intereſt, non liberatur, ſi implementum facti in poteſtate ejus eſt; ſed tenetur intra 14. dies, ſub certa pœna, quam in præcepto executivo judex determinat, judicato ſatisfacere; quod ſi neglexerit, nec juſta ex cauſa dilationem, quæ non niſi ſemel concedenda eſt, impetraverit, pœna ab eo exigenda, illeque alia pœna, eaque majori, imo & pœna carceris, aliove modo legitimo compellendus eſt, ut judicato ſatisfaciat, *O. P. S. R. tit. 39. §. 2.*

bitio peritorum artis, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 554. in fin.*

2. Ocularis inſpectio, non citata parte adverſa, nullam vim probandi habet, ſed denuo injungitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 1. & 2. Wernher. ſ. l. obſ. for. p. 4. obſ 234. Berger. c. l. p. 555. Mev. p. 4. dec. 159. n. 5.*

3. Periti artis, qui adhibentur jurati eſſe debent. Nihil autem intereſt, ejuſmodi artifices initio & in genere jurejurando officiali obſtricti ſint, an in ſpecie, atque iterum, utrum ante, an poſt ocularem inſpectionem ſuper ejusdem actu jurarint, *Berger. c. l.*

4 Ad ocularem inſpectionem pertinet inveſtigatio terminorum per virgulam divinatoriam, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 8.* add. loc. *menſores agrorum th. 1.*

5. Ocularis inſpectio, cum multum conducat ad cauſæ deciſionem, a judice etiam, parte non petente, ex officio (b) fieri debet, *O. P. S. tit. 28. §.* Wenn auch. *Berger. dec. 382. n. 1.*

6 Ocularis inſpectio, ob favorem, quem præ ſe fert, ſæpius peti poteſt, *Berger. dec. 382. n. 6.* & locum habet non ſolum poſt publicatas atteſtationes, (c) ſed

 cau-

(a). Pars adverſa quidem eſt citanda, cujus tamen arbitrio relinquendum, an ſuis expenſis comparere atque actui intereſſe velit, *O. P. S. R. tit. 28. §. 1*

(b) Id quod probat *O. P. S. R. tit. 28. §. 1.* verbis: da aber auch gleich darum nicht angeſuchet werden, bleibet doch dem Richter frey / wenn er es der Nothdurfft zu ſeyn befindet, dergleichen Beſichtigung ex officio entweder bey der Zeugen Verhör anzuordnen, oder auch, ehe das Definitiv-Urtheil zu ſeiner Rechts-Krafft gelanget, darauf zu interloquiren.

(c) Ocularis inſpectio aut in articulis probatorialibus & re

cauſa etiam concluſa, & poſt rem judicatam, imo quoque in ipſo executionis actu, *Berlich. p. 1. concl. 47. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 28. n. 1. & in ſupplem. ad eand obſ. Berger. E. D. F. tit. 28. obſ. 1. not. 1. p. 801.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 6.* licet intra fatale probationis ſub articulis probatorialibus fuerit inducta, *Wernher. d. obſ. 28. n. 3. ſeq.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 8. not. 2. p. 1063. & lib. 1. R. 287.*

7. Ad ocularem inſpectionem peragendam actor non poteſt cogi, quamvis eandem ſibi reſervarit, ſiquidem animadvertat, tum ſibi præjudicatum iri. Neque eidem obſiſtit ſententia, qua ipſi permiſſa tantummodo, non injuncta fuit ocularis inſpectio, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. & lib. 2. R. 66.*

8. Regula: plures teſtes anteferuntur paucioribus, fallit in oculari inſpectione a perito menſore facta, quandoquidem tum res per ſolos teſtes probari nequit, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4. p. 1064. & lib. 2. R. 97.*

9. Inſpectio ocularis pertinet ad probatoria, ideo, niſi, ubi maximum in mora periculum erit, tantum exigi vel decerni debet, cum ad terminos probatorios deventum, *Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 3. c. 3. n. 2. ſeq. Mev. p. 4. dec. 139. n. 4.*

10. Interdum ocularis inſpectio præcedit examen teſtium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 4.*

11. Etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, cum oculari inſpectione loci, repeti poteſt examen teſtium, *Rivin. c. l. en. 5.* confer. vero *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D.*

---

reprobatorialibus, aut intra 14. dies poſt publicatas atteſtationes petenda eſt, *O. P. S. R. tit. 28. §. 1.*

E. D. F. in addit. ad tit. 6. §. 3. p. 1831. ubi negat, inſpectioni oculari in poſſeſſorio ſummariiſſimo locum eſſe.

12. In judicio petitorio rei vindicationis ſola ocularis inſpectio, ad probandum dominium, nequaquam ſufficit, *Rivin. c. l. en. 3.* Nam ocularis inſpectio eſt eorum, quorum judicium dependet ex ſenſu, ***Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 3. c. 3. n. 17. Mev. p. 4. dec. 139. n. 1.***

13. Ex oculari inſpectione ſententia, antequam, communicato rotulo, audiuntur partes, & cauſa plene cognoſcitur, lata nulla eſt, & in rem judicatam non tranſit, *Mev. p. 3. dec. 215.*

14. Sumtus in inſpectionem erogandos regulariter petens (d) ferre debet, *Colcr. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 123. ſeq. Berlich. p. 1. concl. 47. n. 37. Stryck. de jur. ſenſ. diſſert. 1. c. 2. n. 45.* Si tamen judex ex officio ocularem inſpectionem decernat, utriuſque (e) quoque ſumtibus illa expedienda, ***Brunnem. proc. c. 22. n. 5. Stryck. c. l.***

OFFICIALIS. OFFICIUM.

1. Officialis, qui ratione officii ad diligentiam obligatur, culpam a damno illato abſuiſſe probare debet, *Dec. conſil. 473. Myler. biparchol. c. 19. §. 7.* Sed officialem de damno eveniente non teneri aliter, quam ſi culpa vel negligentia ejus probari poſſit, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 438.*

2. Officialis pro ſubofficiali, in cujus conſtitutione nullam culpam commiſit, haud tenetur, ***Menoch. arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 302. n. 8.***

(Y) 5 3. Qui

(d) Idque etiam ſecundum *O. P. S. R. tit. 18. §. 1.*

(e) Imo judicis eſt, determinare, cujus expenſis inſpectio peragenda ſit. *O. P. S. R. c. l.*

Digitized by Google

3. Qui officium deſerit, non meretur ad illud iterum admitti: non leve enim peccatum eſt, officium, quod geritur, deſerere, & ſine dubio tale, ob quod muneris dignitas atque utilitas amittitur, *Mev. p. 6. dec. 264.*

4. Abdicatio ab officio non juſte infertur ex eo, quod quis aliquamdiu ceſſat a munere & functione, *Mev. p. 7. dec. 333.*

5. Ubi lex vel conſuetudo munia fecit perpetua, non eſt locus revocationi, niſi ex gravi & juſta cauſa, *Mev. p. 2. dec. 12. n. 3.*

6. Officium quidem, ad beneplacitum licet conceſſum, perpetuum reputatur, *Bier. dec. 149. n. 19.* revocabile tamen eſt, & ei, qui contulit, abdicare licitum, *Menoch. A. J. Q. lib. 1. quæſt. 55. n. 4. Mev. c. l. n. 2.* Nam uti officiali, cum placet, reſignare ſeu renunciare, integrum eſt, *l. 22. §. fin. mandat.* ita etiam domino abdicare, *Mev. c. l. n. 6.* add. *Berger. p. 2. R. 300.*

7. Etſi revocabile ſit officium, tamen revocatio fieri non debet, niſi juſte & ſine injuria abdicati, *Cavall. in commun. opin. qu. 425. Mev. p. 2. dec. 12. n. 7.* Ideo facta revocatione, quod in officio delinquitur, prius audiri debet officialis cum ſuis defenſionibus per remedia juris ordinaria, *Cavall. c. l. Mev. c. l. n. 8.* add. *Berger. c. l.* Eſt enim magni præjudicii a munere depoſitio, fortunas & famam contingens, adeoque non temere & leviter tractanda, *Mev. p. 7. dec. 27. n. 7.*

8. Officialis, ob imputatum delictum ab officio ſuſpenſus vel remotus, reſtitui debet, ſi innocentiam probaverit, deinde tamen domino integrum eſt, dimittere, *Horn. cl. 16. R. 5. p. 1222. b.*

9. Offi-

9. Officiales principis, dimiſſo munere, forum privilegiatum amittunt, ſi quidem alio ſe convertant, ibidemque domicilium figant. Ex quo conſequitur, qui munus Schrifftſaſſicum depoſuit, exceptione primæ inſtantiæ ſe tueri poſſe, ſi quidem ſtatim coram Cancellaria conveniatur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 4. §. 19. p. 92.*

10. Officiales fiſci ſub prætextu poteſtatis & ſalutis publicæ nemini debent facere injuriam, vel damnum dare; alioquin actione injuriarum, vel ad id, quod intereſt, conveniri poſſunt, *l. 3. C. de advoc. fiſc. l. 5. C. de jur. fiſc. Harprecht. ad §. 11. J. de injur. Horn. cl. 12. R. 57. n. 1.*

ONERA.

1. In numero onerum, quæ, tanquam perſonalia, etſi bonis immobilibus quis deſtituatur, civibus & incolis imponuntur, eſt onus excubias agendi, & portas urbis cuſtodiendi; a quo nemo civium regulariter immunis eſt, niſi exemtionem ſpeciatim docere poſſit, *Wernher. ſel obſ. for. p. 6. obſ. 450.*

2. Officiales & miniſtri principum, qui civiles negociationes in urbibus exercent, onera etiam civilia, non tamen omnia, ſed ea ſaltem, quæ ob iſtam negociationem civibus incumbunt, ſuſtinent, *Mev. p. 3. dec. 321.*

3. Loca urbis, ſed a juriſdictione urbana exemta, ſicut & illorum inhabitatores atque poſſeſſores oneribus civicis, niſi cives ſint, non onerantur, *Mev. p. 3. dec. 130.*

4 Deſerti fundi poſſeſſor tenetur ad onera publica, non attento fructuum, quos percipit, modo, *Mev. p. 4. dec. 162.* Cedendo vero & relinquenda

da bona, ex quibus debentur & præſtanda ſunt tributa, vel alia onera, ab his quæritur libertas; *l. 1. & tot. tit. C. de omn. agr. deſer. Surd. conſil. 491. in fin. Mev. d. dec. n. 1.*

5. Fiſcus propter collectas & tributa habet jus hypothecæ (a) in bonis debitoris, *l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. Carpz. p 3. c. 16. d. 11. n. 2.* quod illico, poſt indictionem, tam prolixas agit radices, ut univerſa debitoris bona afficiat, non ea tantum, quibus (b) tributum impoſitum eſt, *d. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 3. §. 56. Berger. E. D. F. tit. 42. obſ. 9. not. 3. p. 1411.*

6. Præſentes poſſeſſores etiam præteriti temporis tributa exſolvere tenentur, *l. 7. de publican. Mev. p. 4. dec. 403. n. 4. & p. 5. dec. 318.* illorum enim ratione ſpecialem hypothecam habet fiſcus in fundo tributario, *Berger. c. l.* nec poſſeſſori excuſſionis exceptio competit, *l. 5. §. 2. de cenſib. Berger. c. l. p. 1412.* Id quod omne ab alia onera realia, veluti reditus ex villis vel agris quotannis præſtandos, cum hac limitatione, niſi ipſe creditor in mora exigendi fuerit, extendit *Mev. p. 4. dec. 403.* Imo etiam eum, qui a poſſeſſione jam receſſit propter onera realia, quæ ſuo tempore reliqua manſerunt, conveniri poſſe, tradit *Mev. p. 5. dec. 318. n. 9.* Id quod, ſigillatim quantum ad tributa, aſſerit *Berger. c. l.*

7. De-

(a) Verum in Electoratu Saxoniæ nullam hypothecam tacitam habere poteſt, cum omnes omnino tacitæ hypothecæ abrogatæ ſint per *O. P. S. R. tit. 45. §. 1.*

(b) vid. loc. *creditorum claſſis 1. th. 9. lit. c. n. 8 & O. P. S. R. tit. 42. §. 8.*

Digitized by Google

7. Debita ex prædiis, tanquam onera realia, præſtanda ſunt, etſi fructus percepti, ex vel pro quibus dependuntur, omnes perierunt, *Panſ. bmann. p. 1. qu. 1. n. 13. Mev. p. 5. dec. 402. n. 4.* Secus eſt, ſi agri plane infrugiferi fuerint, vel plane coli non potuerint, *Leſſius de juſtit. & jur. lib. 2. c. 22. dubit. 12. n. 82. Mev. d. dec. 402. n. 1.*

8. Pactum, quo id agitur, ut onera publica de uno prædio in aliud transferantur, intuitu fiſci invalidum eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 305.* confer. loc. *emtio venditio th. 34.*

9. Quando onera publica, a ſubditis collecta, ſine domini jurisdictionalis culpa pereunt, ad eorum reſtitutionem haud tenetur, nec ſubditi eo nomine denuo gravari poſſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 423.*

OPERÆ.

1. Non poſſunt victus impendia repeti ab eo, qui in domo victum præbentis operas exhibuit, *l. 18. §. poſſunt. commodat. Coler. de aliment. lib. 3. c. 5. n. 24. Sichard. ad l. 10. C. de negot. geſt.* Id vero non ad omnes pertinet operas, ſed eas ſaltem quæ præſtantur velut a famulo, ſeu queis præſtans mereri poteſt victum. Haud vero id ſibi ille arrogare poteſt, quo quis non ut famulo uſus eſt, etſi aliquando una alterave vice fecerit, quæ ſoliti ſunt famuli facere, *Mev. p. 4. dec. 319.*

2. Operæ, quatenus utilitatem habent & præſtant, in bonis eſſe cenſentur, *Mev. p. 8. dec. 390. n. 1.* & ſolvendo eſt, ex cujus operis parari poteſt crediti ſolutio, *Mev. c. l. n. 2.* add. *Salycet. in l. 1. n. 6. C. qui bon. ced. poſſ.*

OPE-

OPERÆ SEU SERVITIA RUSTICORUM.

1. Operæ ſunt vel *equeſtres*, quæ jumentis, & *manuales*, quæ corpore fiunt, Handfrohnen, Getraydeſchneiden, Heu machen, Bothſchafft lauffen, Wachen, Jagen ꝛc. ꝛc. Illius generis operas præſtant, qui agros poſſident, Ausſpänner, Pferdnere, Hüffnere; has autem, qui vel nihil vel parum agri poſſident, Hinter-Sättlere, Handfröhnere, Cotſaſſen oder Coſſäten, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. p. 5.*

2. Operæ manuales, Handdienſte, præſtantur a ſubdito, qua ſubdito, non qua poſſeſſore agri, ſcilicet perſonæ inhærent, non agro; ergo poſſeſſor agri, maxime qui ſubditus non eſt, non præſtat operas manuales, licet de eo cum operis in genere, denen Frohn-Dienſten, inveſtitus fuerit, cum hoc fuerit, cum hoc intelligendum ſit de operis equeſtribus, denen Anſpann-Dienſten, quæ de agro præſtantur, *Lyncker. 2. dec. 502.*

3. Ruſticis haud permittitur, ut in præſtandis operis duo pluresve jumenta ſua in præjudicium domini jungant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 29.*

4. Porro operæ ſunt vel *determinatæ*, quæ certo tempore, certove modo præſtantur, geſetzte und gemeſſene Dienſte, ultra quas ſubditi gravari nequeunt, vel *indeterminatæ*, quæ, quoties & quandocunque opus eſt, debentur, ungemeſſene Frohn-Dienſte, *Berger. c. l.*

5. Si operæ determinatæ non ſint, ruſtici ex voluntate domini ſervire tenentur, etſi ita nunquam, vel per annos longiſſimos aliter ſervierint, *Mev. p. 4. dec. 131.* Moderatæ tamen operæ, non impoſſibiles nec inſoli-

ſolitæ, ſunt exigendæ, *Gail. lib. 1. obſ. 17. Mev. p. 4. dec. 132. 133. & 271.*

6. Operæ indeterminatæ non niſi ſecundum antiquam formam & modum, vel, ſi de eo dubitetur, ſecundum conſuetudinem & morem regionis exigendæ, &, ſi nec de eo conſtet, arbitrio boni viri definiendæ, atque ita modificandæ ſunt, ne laboribus ſubditi plane ſupprimantur, aut occaſio quærendi alimenta iis præcidatur, *Carpz. p. 1. R. 54. Mev. p. 4. dec. 133.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 1. p. 51.*

7. In Electoratu Saxonico determinatio ejusmodi adſtricta eſt ad Senatum Aulicum, Regierung, ut proinde ceteros judices inferiores, ut & Collegia juridica omni cognitione in hoc capite abſtinere oporteat, *Conſtit. Elect. Sax. 52. p. 2. & dec. nov. 33. ibique Philipp. obſ. 3. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.* Si ſcilicet de jure controverſia eſt: nam ſi defacto tantum diſceptatur, veluti, ſicubi intentio domini jurisdictionalis ſola poſſeſſione operarum indeterminatarum ſuſtineatur, ejus rei arbitrium omnibus Cancellariis commune eſt, *Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 5. obſ. 8. animadv. 4. p. 1773.* confer. *Carpz. p 2. c. 52. d. 11.* ubi, quod, ſubdito quopiam operas ex contumacia renuente, cum interim reliqui ad ædificia domini extruenda ſervitia præſtiterint, atque hi poſtea æſtimationem operarum præſtitarum a contumace proportionabiliter & pro rata repetant, princeps deſuper non implorandus, ſed operæ ex arbitrio judicis taxandæ, ac poſtea ad reſtitutionem reus contumax condemnandus ſit. Plane de operis ruſticorum, ſolis ædilitiis exceptis, ordinarium judicem cognoſcere, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 363.*

8. Prædio per emtionem agrorum, aliorumque bono-

Digitized by Google

bonorum adaucto & amplificato, ſubditi, ad ſervitia indeterminata obligati, in colendis illis agris & bonis, prædio adjectis, operas ſuas præſtare non tenentur, niſi conſuetudine & præſcriptione aliud obſervatum ac introductum probetur, *Carpz. lib. 1. R. 55.*

9. In foro Saxonico operæ ruſticæ triginta annis, anno & die acquiruntur, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 1.* in foro communi vero decem annorum ſpatio, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 492.* niſi jure familiaritatis aut amicitiæ, zur Bitte, præſtitæ fuerint, *Carpz. d. c. d. 2. Gail. de arreſt. c. 7. n. 17.* Ruſticis vero, non jure ſervitii, ſed precario tantum, vel etiam vi coactos ſe aliquamdiu præſtitiſſe operas, aſſerentibus, incumbit probatio, *Carpz. d. c. d. 3.*

10. Operæ, invitis ſubditis, in pecuniam mutari non poſſunt, niſi domino omnino ſunt inutiles, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 9. p. 54. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 28.*

11. Ruſtici quidem, qui ſunt liberi homines, adeoque non ex conditione ſua, ſed conventione potius dominis, ſub quibus habitant, ſubſunt, non ultra primum impoſitionem, in quam cum dominis conveniſſe intelliguntur, obnoxii fiunt; prout itaque alicui vel pecuniam vel operas præſtiterunt, ita impoſterum tenentur, adeo ut ex eo quicquam ipſis invitis per dominos mutari nequeat, *Mev. p. 4. dec. 271. n. 1. 2. 3.*

12. Aſt ſecus res ſe habet quoad proprios homines, qui ſunt ſub dominorum arbitrio, ita ut vel pecuniam vel operas, prout lubet aut expedit, injungere queant. Nec nocet dominis aut proficit ruſticis ad exceptionem vel recuſationem per longos annos non præſtitas fuiſſe operas, quæ nunc exiguntur,

Digitized by Google

tur, ſed tantum pecuniam, quin iterum ad illas vocari vel compelli poſſint, *Mev. c. l. n. 4. 5.* niſi quatenus aliquid ex eo voluntate dominorum abdicatum fuit, *Moller. lib. 1. ſemeſtr. c. 32. Mev. c. l. n. 6.* Nec dubium, poſſe ſimul iis, qui pecuniam ſolverunt, parte ejus remiſſa, operarum aliquid, & ita pecuniam & operas imponi, *Mev. c. l. n. 7.*

13. Jure Saxonico Electorali ruſtici, qui ultra triginta annos, annum & diem, loco operarum, certam quandam pecuniæ ſummam, vel quid aliud uniformiter ſine ulla vel diminutione vel augmento ſolverunt, deinceps ad præſtanda ſervitia cogendi non ſunt, ſed jure ſuo per præſcriptionem tanti temporis quæſito, niſi aliter pactum ſit, gaudere merito debent, *Conſtit. Elect. Sax. 4. p. 2. ibique Carpz. d. 4. n. 1.*

14. Econtra, etiamſi poſt tempus illud elapſum ſervitia vel operas præſtare, quam pecuniam ſolvere, malint, audiendi non ſunt, *d. conſtit.* 4. Quin etſi, præter ſolutionem pecuniæ, operas nonnullas ultra idem temporis ſpatium præſtiterint, deinceps quoque, idem ut faciant, adſtringi poſſunt, *d. conſtit. 4.*

15. Quodſi ruſtici fateantur, dominum, loco operarum, quibus non ſemper commode uti potuerit, ipſorum conſenſu annuam penſionem accepiſſe, præſcriptio eos non juvat, *Carpz. d. def. 4. n. 2. Berlich. p. 2. concl. 6. n. 8. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 64.*

16. Ruſtici, alternative ad operas vel pecuniæ præſtationem obligati, ipſorum eſt electio, quidnam præſtare velint, niſi in favorem domini adjecta ſit alternativa obligatio, *Carpz. d. c. d. 5. & lib. 1. R. 52, Berger. dec. 19.*

 17. Ope-

Digitized by Google

17. Operæ ruſticorum certæ & determinatæ in alias, quanquam ſimiles, converti ac commutari nequeunt, *Carpz. lib. 1. R. 56.*

18. Ruſtici extra domicilium nobilis ſive domini ſervitia præſtare haud ſunt obſtricti, nec de loco ad locum operæ extendi debent, niſi conſuetudo aliud oſtendat, *Carpz. lib. 1. R. 57. Wernher. ſupplemt. nov. ad p. 8. obſ. 333.*

19. Poſſeſſio vel quaſi juris exigendi operas, contra ſingulos acquiſita, toti univerſitati haud præjudicat, niſi generalis operarum indictio præceſſerit, & reliqua membra non contradixerint, *Berger. El. Proc. Poſſ. th. 20. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 217.*

20. Poſſeſſio vel quaſi intuitu operarum, a ſubditis præſtandarum, ad inſolitas vel etiam diebus feriatis exigendas, extendi haud debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 333.*

21. Operæ, ad unam prædii partem, ſub qualitate pertinentiæ, a ruſticis præſtitæ, efficiunt poſſeſſionem vel quaſi etiam quoad alias illius partes homogeneas, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 368.*

22. Quando ruſtici operas, ad quas domino jurisdictionali obſtricti ſunt, propter pluviam ſupervenientem aut alium caſum fortuitum, abrumpere coguntur, easdem alio tempore, per reſiduum horarum ſpatium, continuare debent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 69.*

23. Ruſtici, ad operas obligati, propriis inſtrumentis ſervire, &, ſi non habent, ea emere tenentur, *Carpz. p. 2. c. 52. d. 10. n. 6.* Quin etſi ſubditi, in operis præſtandis, aliquod inſtrumentum frangant, dominus tamen illud reſarcire haud obſtrictus eſt, *Carpz. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 6. p. 53.*

24. Ope-

Digitized by Google

24. Operarum præſtationes ſtrictiſſime ſunt intelligendæ, & quod iis non expreſſum eſt, id exceptum eſſe cenſetur, *Richter. p. 2. dec. 98. Struv. ex. 3. th. 24. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 8. obſ. 333.*

25. Operæ non debentur, niſi indictæ, *l. 7. de uſufruct. legat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 76. n. 1.* Unde propter operas non præſtitas, quas dominus haud exegit, nulla ſatisfactio retro debetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 171.*

26. Operis negative ſive privative præſcribitur non nudo non uſu, *l. 2. de uſu & uſufruct. legat.* ſed ex eo demum die, quo indictæ, exactæ, nec præſtitæ ſunt, *arg. l. 7. eod. vid. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 885. n. 5. Brunnemann. ad l. 1. de oper. ſervor. n. 4. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 76. & p. 3. obſ. 241. nec non ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 76. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 12. p. 55.* Nec ruſtici prius conſtituuntur in poſſeſſione vel quaſi libertatis ab ejusmodi operis quam hæ indictæ ſint, & dominus jurisdictionalis in ruſticorum contradictione acquieverit, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 25. p. 86. & p. 2. ſupplem. ad eund. loc. §. 29. p. 187. nec non lib. 2. R. 269. n. 2.*

OPERÆ RUSTICORUM ÆDILITIÆ.

1. De jure communi ruſticos ac ſubditos ligna, aliamve materiam, ædificiis dominorum ædificandis neceſſariam, convehere haud obligatos eſſe per *l. 1. & ſeq. C. ne ruſtic. ad ullum obſeq. lib. 11.* probat *Carpz. p. 2. c. 52. d. 1.* eoque exactionem ejusmodi operarum ab allegante probandam eſſe, aſſerit *Klock. de contribut. c. 2. n. 40.* Quemadmodum in Germania multi reperiuntur ruſtici, qui nihil vel parum ſaltem extra

Digitized by Google

onera provincialia in recognitionem agrorum ſuorum pendunt, *Stamm. de ſervit. perſon. lib. 3. c. 3. n. 2.*

2. Attamen conſuetudine & ſtatuto introduci poteſt, ut ſubditi in pagis ad præſtandas operas & ſervitia ædificiis prædiorum nobilium extruendis obligentur, *Leiſer. jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 34.* Cujusmodi conſuetudo per longiſſimum uſum in Electoratu Saxoniæ introducta, & deinceps ut jus univerſale in omnibus provinciis Electoratui Saxonico ſubjectis, per *ordin. provinc. de an. 1555. tit.* Von Bau-Frohnen, comprobata eſt, *Philipp. ad dec. 33. obſ. 1. Leiſer. c. l. n. 34.* Sed hoc ita, niſi aliud conventione ſpeciali ſeu conſuetudine loci introductum ſit, *Carpz. p. 2. c. 52. d. 11. Philipp. d. obſ. 1. n. 11. Leiſer. c. l. n. 35.*

3. Ad ædificationem domicilii, arcis vel habitationis, des Ritterſitzes, operas ruſticorum exigi poſſe, non etiam ad ædificationem horreorum, ſtabulorum, aliorumque ædificiorum, putant *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 31. Carpz. d. c. d. 3. & lib. 1. R. 51.* Sed operas ruſticorum non ad ædificationem ſeu reparationem arcis ſeu habitationis reſtringendas eſſe, ſed ad ædificia omnia, non attento eo, an ſub uno tecto cohæreant & ſita ſint, nec ne, extendendas eſſe diſponitur in *dec. Elect. Saxon. nov. 33. ubi Philipp. obſ. 1. n. 5. ſeq.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 28. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* confer. *Berger. dec. 12.* Idemque in Marchia obſervari teſtatur *Frider. Müller in pract. rer. for. March. R. 99. n. 57.*

4. Ruſtici dominis jurisdictionalibus, ad extruenda nova plane ædificia eo in loco, ubi hactenus nulla fuerunt extructa, operas præſtare regulariter non tenentur, *dec. Elect. Sax. nov. 33. ibique Philipp. obſ. 2. n. 13.*

Digitized by Google

2. n. 13. Carpz. p. 2. c. 52. d. 6. Leiſer. Jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 38. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 131.

5. Neque operæ ejusmodi de loco ad locum extendi, aut ſubditi, ut eas præſtent extra locum, in quo dominus & ſubditi habent domicilia, cogi poſſunt, per textum in *l. 20. & ſeq. de oper. libert. Dec. Elect. Sax. 33. Leiſer. c. l. n. 39.* Hinc nobilis duos vel plures poſſidens pagos, de quibus ſingulis cum jurisdictione eſt inveſtitus, ſi in uno arcem extruere velit, ſubditos ac ruſticos alterius pagi ad operas vecturarum, aliaque in ædificando ſervitia neceſſaria compellere nequit, *Carpz. lib. 1. R. 51. n. 17. Philipp. ad d. dec. 33. obſ. 2.*

6. Præſtatio operarum & ſervitiorum, in ædificando neceſſariorum, der Baudienſte, ſine conſenſu ſubditorum ac ruſticorum a domino jurisdictionis non poteſt ad alium pagum transferri, licet duo pagi ab uno fuerint poſſeſſi, *Horn. cl. 6. R. 1.*

7. Diviſio inter plures filios feudo, nova domicilia extruentes, operæ a ſubditis exigi nequeunt, *Berlich. p. 2. concl. 65. n. 6. Carpz. d. c. d. 7.*

8. Lapides ad vias vel cameras complanandas convehere ſubditi obligati non ſunt, *Carpz. d. c. d. 4.* confer. vero *Berger. dec. 15.* ubi aliquot ſpecias operarum ædilitiarum, quas ſubditi præſtare tenentur vel minus, adducit.

9. Nomine operarum, quas ruſtici ſpeciatim ad extruenda dominorum jurisdictionalium ædificia, ſecundum *Ordinat. Provinc. de an. 1555.* præſtant, Bau-Frohnen, non intelligitur 1) ſuffoſſio fundamenti, das Grund-Graben, expurgatio cellarum, Keller ausräumen, avectio reliquiarum ruderis veteris, ſive terræ veteratæ, Schutt, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit.*

 2. th.

2. th. 8. not. 3. p. 52. quod & pro parte commonuit *Carpz. p. 2. c. 52. d. 4.* nec 2) continetur avectio lignorum infectorum, ſo nicht ausgewipffelt, *Berger. c. l.* 3) avectivo fœni, Grumt- und Heu-Fuhren, *Berger. dec. 13.*

10. Operæ ædilitiæ non reſtringuntur ad ſylvas domini jurisdictionalis proprias, *Berger. dec. 220.* Imo ligna aliamve materiam, quæ in territorio principis haberi nequit, aliunde convehere tenentur ſubditi, *Carpz. p. 2. c. 52. d. 5. Philipp. ad dec. 33. obſ. 2. n. 10.* Licet enim operæ ruſticorum ad extruenda dominorum ædificia de loco ad locum extendi non debeant: hoc tamen intelligendum ratione loci, in quo ædificia ſunt extruenda, *Carpz. d. def. 5. Philipp. d. obſ. 2.*

11. Hoc introductum ſervitiorum genus nimio plus non eſt extendendum, ſed cautius in exigendis iis procedendum, ne ſubditis oneræ duplicentur, nimisque ſervitiis & operis illi graventur, ſed ut ſpatium ipſis concedatur, ſeſe & ſuos alendi, *l. 19. l. 22. §. ult. l. 26. pr. l. pen. §. 1. de oper. libert. Leiſer. jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 37.*

12. Operæ ita ſunt temperandæ, ut res, ædificio excitando neceſſariæ, de proximo advehantur, & ne ruſtici una vectura plus temporis, uno die, conſumant, & quo veſperi demum reverti poſſint, *Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 5. p. 1774.*

13. Hinc ſubditi cogendi non ſunt, ut materias ad ædificationem neceſſarias e longinquo advehant, ſi in propiori loco eæ haberi poſſint, etiamſi domino ædificanti ex iſta vectura quædam utilitas accedat, v. gr. Da der Juncker die Bau-Materialien in der Nähe auf 2. oder 3. Meilen vor 100. Thlr. über 5. Meilen

len weiter aber ſelbige um 40. Thlr. haben kan, *Leiſer. jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 41.*

14. Si plures in pago vel oppido exiſtant domini, operæ ad ædificia extruenda debentur ei, qui in poſſeſſione ſervitiorum reperitur, *Carpz. d. c. d. 8.* In dubio autem operæ hæ debentur domino hereditario, dem Erbherrn, a quo ſubditi bona ſua recognoſcunt, von dem ſie ihre Güter in die Lehn nehmen müſſen: non autem domino judiciario, *Berlich. p. 2. concl. 65. n. 15. Carpz. d. c. d. 9. Philipp. d. obſ. 2. n. 6. 7.*

15. Transactio, cum ſubditis inita de præſtandis operis ad extruenda ædificia, obſtringit eos quoque ad ſervitia in reſtauratione ædificiorum, *Carpz. d. c. d. 10.*

16. Subditi iisdem diebus, quibus præſtant operas ædilitias, ab ordinariis ſunt immunes, *Berger. dec. 17.*

17. Servitia & operas tam ad extruenda quam reparanda ædificia prædii nobilis præſtant ſubditi & ruſtici regulariter propriis, non domini, ſumtibus, per *l. 18. & ſequ. de oper. libert. Leiſer jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 43.* ita tamen ut conventio vel loci conſuetudo litem decidat, & ruſticorum inopiæ ratio habeatur, *l. 18. l. 21. eod. Zas. ſingul. reſp. c. 3. lib. 1. n. 35. ſeq. Leiſer. c. l. n. 45.*

18. Si circa exhibitionem horum ſervitiorum, quæ & quanta ſcilicet ſubditi præſtare teneantur, & quid interea illis de cibariis & aliis neceſſariis ſuppeditandum ſit, controverſia inter nobiles & ſubditos oriatur, deciſio ex tranſactione, conſuetudine, decreto judicis vel re judicata potiſſimum deſumenda erit; iis vero deficientibus cognitio horum & moderatio ab ipſo principe peti debet, *Conſtit. Elect. Sax. 52. p. 2.*

ibique Carpz. def. 2. Dec. Elect. Sax. nov. 33. ibique Philipp. obſ. 3.

19. Operæ ad extruenda ædificia præſcriptione 30. annorum, anni & diei amittuntur, ſi ſcilicet ſubditi requiſiti ea non præſtiterint, & a tempore requiſitionis tantum temporis ſpatium elapſum fuerit, *Carpz. d. c. d. 12. Leiſer. jur. Georg. lib. 1. c. 7. n. 36.* confer. loc. *operæ ruſticorum. ib. 26.*

OPERIS NOVI NUNCIATIO.

Vid. loc. *novi operis nunciatio.*

OPIFEX. OPIFICIUM. OPIFICUM COLLEGIA ET STATUTA.

1. Opificia poſſunt eſſe diſtincta; licet iisdem inſtrumentis utantur; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 236.*

2. Permittendum non eſt; ut opificia confundantur, unuſque artifex alterius utatur artificio, *arg. l. 23. C. de teſtam. l. 2. C. de execut. & exact. l. 3. C. de fabricenſ. Carpz. lib. 1. R. 47. Berlich. p. 1. dec. 26. Mev. p. 4. dec. 193.*

3. Qui certo opificum collegio in aliena civitate, etſi per longiſſimum tempus, ſe addixerunt, ſeparatim ab eo res ſuas habere & proprium collegium, permiſſu principis condere non prohibentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 325. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

4. Qui in collegium opificum recipi, certo pretio oblato, ab eodemque acceptato, petit, ad ejus ſolutionem tenetur, etſi deinceps alii collegio ſe addixerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 342.*

5. Collegia opificum in civitate regulariter prohibere non poſſunt, quo minus concives exterorum opera utantur, quamvis id juris habeant, ut impe-

impedire queant, quo minus alii, qui in ordine & numero haud ſunt, opificium exerceant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 8. Adrian. Beier. de colleg. opific. c. 10. n. 940.*

6. Collegia opificum jus prohibendi, quatenus libertatem emendi & vendendi reſtringit, in nundinis publicis exercere non poſſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 199.*

7. Opifices, ad operam cuicunque pro juſta mercede præſtandam, cogere licet, *Mev. p. 2. dec. 156.* Hoc ſi recuſant, aliis in civitate poteſt permitti artis exercitium, *Mev. p. 2. dec. 157.* Quod & fieri poteſt, cum, qui ſuperſunt in collegio opificum, non ſufficiunt, iis operis, quas civium uſus requirit, *Mev. p. 9. dec. 100.*

8. Surdus & mutus ſimul ad magiſterium inter opifices admittendus eſt: nam quicunque idoneus ab initio fuit judicatus ad opificium addiſcendum, non debet, tempore characteris magiſterialis nanciſcendi, retro inidoneus reputari, *Adr. Beier. de magiſtr. opific. c. 3. th. 3. n. 141.*

9. Legitimatus per ſubſequens matrimonium in collegium opificum recipi debet, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 12.* ut & ducens uxorem, quam ante impraegnaverat, *Carpz. d. c. d. 13. Mev. p. 3. dec. 39.* Sed ſtatutum, vi cujus a receptione in Collegium opificum excluditur is, qui ante copulam ſacerdotalem uxorem carnaliter cognovit pro irrationabili plane non eſſe habendum, reſponderunt, Domini Wittenbergenſes apud *Horn. cl. 2. R. 19.* Aliter tamen iidem reſponderunt apud *Berger. lib. 1. R. 132.*

10. A Collegio opificum excludi non poteſt, qui uxorem, ex ſtupro natam, ducit, *Wernher. ſel. obſ. for.*

Digitized by Google

p. 7. obſ. 22. Nec is, qui feminam, ab alio vitiatam, uxorem duxit, *Carpz. d. c. d. 14. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 13. not. 7. p. 69. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 170.*

11. Recipi debet in collegium opificum, qui filiam opilionis in uxorem duxit, quam antea imprægnaverat, *Carpz. lib. 6. R. 99.* item, qui lictoris filiam ſtupravit, & deinde in matrimonium duxit, *Horn. cl. 2. R. 46. n. 1.* Nec ſola converſatio cum lictoribus aliquem ab opificio excludit, *Horn. cl. 2. R. 19. Richter. dec. 80. n. 20.*

12. Hoc ſolum, quod quis per teſtes ad inquiſitionem ſpecialem gravatus ſit, non ſufficit, ut a collegio opificum excludi aut ſuſpendi queat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 412.*

13. Caſtigatio, quæ fit virgis, atque ob delicta juventutis alicui dictatur, eum deinceps non repellit a collegio opificum, maxime, ſi mores emendarit, *Berger. l. 1. R. 175.*

14. Collegium opificum, quod ſine juſta cauſa membrum excludit, actione injuriarum eidem tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 402.*

15. Libertatem exercendi opificium, die Frey-Meiſterſchafft, magiſtratus civitatis inferior concedere poteſt, cum talis conceſſio ad regale non pertineat, *Mev. p. 1. dec. 55.* Nam ex jure collegii non eſt jus prohibendi conceſſionem opificii contra magiſtratum, *Mev. p. 1. dec. 56.*

16. Collegia opificum approbata de rebus, ad eorum artem & profeſſionem ſpectantibus, ſtatuta ſpecialia etiam contra ſtatuta civitatis condere poſſunt, *l. fin. C. de jurisdict. omn. jud. l. 2. §. fin. C. de conſtit. pecun. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 15. in pr.*

17. Ejuſ-

17. Ejuſmodi ſtatuta non egent confirmatione ſuperiorum, *Jaſ. ad. l. 9. de J. & J. n. 38. Mev. p. 3. dec. 38. n. 10.* quamvis hodie ex obſervantia a ſuperiore magiſtratu ſint confirmanda, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 9. n. 3.* Imo non valent abſque confirmatione principis, *Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 8. n. 28.* vel magiſtratus, ſi jus commune lædunt, *Horn. cl. 2. R. 19. n. 1.*

18. Opificum ſtatuta non niſi collegiatos ligant, *Carpz. d. def. 9. n. 4. Mev. d. dec. 38. n. 11.*

19. Ejuſmodi ſtatuta tribuunt magiſtris collegiorum, den Zunfft-Meiſtern, aliqualem jurisdictionem ac poteſtatem coercendi, multamque civilem irrogandi, ita ut de cauſis inter collegiatos controverſis, ad artem & negociationem ſuam pertinentibus, cognoſcere, ac transgreſſores ſtatutorum punire queant, *Carpz. d. def. 9. n. 6. ſeq. Hahn. ad Weſenbec. tit. quod quisque univerſit. nom. n. 2. Mev. p. 3. dec. 38. n. 8.*

20. Extra cauſas ad collegium pertinentes, jurisdictio opificum in collegiatos ad alias cauſas & delicta non extenditur, *Carpz. d. c. d. 10.* add. *Berger. p. 1. R. 132. n. 2.*

21. Statuta opificum, quibus prohibent, ne, quod unus incepit, alter perficiat, non valent, *l. un. C. de monopol. Carpz. d. c. d. 11.*

22. Statuta opificum, Innungs-Articul, quæ a principe confirmata ſunt, aliis opificibus non nocent, ſiquidem in iis expreſſe illud non contineatur, *Berger. dec. 35.*

23. Non ultra valent opificum ſtatuta, quam in iis, quæ ad promovenda mercimonia atque opificia expediunt, quorum favore atque uſus gratia data fuit licen-

licentia condendi ſtatuta; igitur ſi juri communi contraria, ſi non rationabilia, ſi magiſtratui & jurisdictioni civitatis inferunt præjudicium ſtatuta opificum, jure non attenduntur, *Mev. p. 3. dec. 38. n. 12. 13.*

24. Quamvis non plane improbum ſit ſtatutum, ut non recipiatur in collegium, niſi qui duxerit viduam aut filiam artificis; tamen invito magiſtratu non obtinebit in aliis, quam quibus id confirmatum fuit, collegiis, *Mev. d. dec. 38. n. 15.*

25. Imo etſi ejusmodi ſtatutum a magiſtratu ſit confirmatum, tamen tolerandum non eſt, ut ſub prætextu ſtatuti a collegiis vel opificiis removeantur, qui aut nequeunt aut nolunt ex juſta cauſa viduam aut filiam opificis ducere, *Mev. d. dec. 38. n. 1. ſeq.*

26. Penes magiſtratum eſt jus mutandi, emendandi, corrigendi & interpretandi ſtatuta & rotula opificum, *Mev. p. 3. dec. 37. n. 7.*

OPINIO DOCTORUM.

1. Illa doctorum opinio verior præſumitur, quæ a pluribus doctoribus approbatur, per *l. un. C. Theodoſ. de reſp. prud. Menoch. lib. 2. præſumt. 71. n. 2.* ut adeo judex, qui omittit communem opinionem, & adhæret ſingulari, litem ſuam facere dicatur, *Bartol. in l. fin. C. de pæn. judic. Gail. lib. 1. obſ. 153. n. 5.* Habetur enim communis opinio pro lege, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 6. n. 11.* illamque vim conſuetudinis habere, dicit *Bald. in c. ne innitaris. X. de conſuetud. Barboſ. lib. 13. c. 25. ax. 8.*

2. Communis opinio non obtinet, ſi opinio aliqua melioribus rationibus fulciatur, *l. ſi quis. C. de condict. indeb. Curtius conſil. 63. n. 3. & conſil. 160. n. 12. Zaſ. lib. 2. conſil. 15. n. 43.* Et opinio ſingularis melioribus nixa rationibus, communi anteferenda, *l. 1.*

§. 6.

Digitized by Google

§. 6. C. de vet. jur. enucl. Weſenbec. p. 7. conſil. 344. n. 37. & n. 137. Nam tunc demum ſequenda eſt communis opinio, ſi validis rationibus nitatur, *Alvar. de Valaſc. d. judic. perfect. rubric. 15. annot. 1. n. 52. Stryck. uſ. mod. tit. de legib. §. 13.* Plane opinionem communem eſſe ſequendam, etiamſi meliores contra ſtare videantur rationes, tradit *Weſenbec. part. 7. conſil. 325. n. 51.*

3. Diſtinguit *Stryck. c. l.* aut Dd. communem opinionem urgent ſimpliciter; aut eam in judiciis communiter receptam eſſe probant. Priori caſu tantum roboris habet opinio communis, quantum roboris habent rationes pro ea adductæ; nec unquam ex erroneis opinionibus a Dd. defenſis conſuetudo naſci poterit: interim tamen, ſi juri aperto non refragetur, facit ſententiam probabilem. Poſteriori caſu conſuetudinis vim habet, non quia communis opinio, ſed quia in judiciis recepta, & ſententiæ ſecundum eam conceptæ.

4. Hoc caſu attendendum probe eſt, ubi locorum vixerint Dd. qui de recepta opinione teſtantur. Teſtimonium enim doctoris regulariter tantum valet de illo territorio, ubi commoratus, non quoad alia loca, *Natta conſil. 288. n. 4. Cacheran. dec. 141. n. 16. Stryck. c. l.*

OPPIGNORATIO.

Vid. loc. *hypotheca. pignus.*

OPTIO.

1. Optio ab eo, cui competit, ſemel facta, deinceps mutari non poteſt, *l. 20. de opt. vel elect. legat. l. 5. pr. de legat. 1. Huber. prælect. ad ff. tit. de opt. vel elect. legat. §. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 27. not. 1. p. 406. & lib. 2. R. 181. n. 2, 3.* Optio enim inſtar renunciato-

ciationis eſt, *l. quod herede. §. eligere. de tribut. act. l. fin. C. de jur. codicill.* ideo ſemel optanti poſtea ad omiſſa reverti non permittitur, *Mev. p. 2. dec. 339. n. 10.*

P.

PACTA DOTALIA.

1. Pactorum dotalium forma eſſentialis conſiſtit in conſenſu paciſcentium, ut aliæ omnes conventiones, *l. 1. §. 3. de pact. Struv. ex. 6. th. 35. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. differt. 8. c. 5. §. 6.*

2. Quoad probationem vero ad pacta dotalia, in modum contractus concepta, duo vel tres teſtes ſufficiunt, *Conſtit. Elect. Sax. 43. p. 2. ibique Carpz. d. 1. n. 9. Stryck. c. l.*

3. Ad ſubſtantiam pactorum dotalium requiri teſtes, putat *Richter. dec. 26. n. 45.* diſſentit, & pacta dotalia valere a ſolis paciſcentibus ſcripta aut ſubſcripta, ac hoc ipſo ea ſufficienter probari, tradit *Stryck. c. l. §. 7. Horn. cl. 16. R. 20. n. 3. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. p. 132.* Quo collimat reſponſum apud *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 282. p. 550.* Nec dicendum, quod ſcriptura ad illorum ſubſtantiam requiratur, *Carpz. d. c. 43. d. 8.*

4. Si vero pacta dotalia in vim ultimæ voluntatis ſunt concepta, ad illorum validitatem neceſſario requiruntur 5. teſtes, *l. ult. C. de D. M. C. d. conſtit. 43. ibique Carpz. d. 2. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. differt. 8. c. 5. §. 8.* confer. *memoratum reſponſum* apud *Wernher. d. obſ. 282. p. 552.*

5. Non requiritur, ut teſtes ab initio ſimul præſentes fuerint, ſed ſufficit, ſi in fine, bey endlicher Vollziehung, adfuerint, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. not. 3. p. 134. Horn. cl. 3. R. 2. p. 167. b. infin.* nec requiritur,

quiritur, ut ejusmodi pacta uno contextu perficiantur, teſteſque rogentur, ac omnes ſimul interſint, *Stryck. c. l. Berger. c. l.*

5. Pacta dotalia in modum ultimæ voluntatis informata, deficientibus 5. teſtibus, non ſubſiſtunt, tameſi etiam ea proximus ab inteſtato heres ſimul ſubſcripſerit, niſi præſentis illius hæredis fidei expreſſe ſponſus vel ſponſa commiſerit obſervantiam, & adimpletionem hujus ultimæ voluntatis: tunc enim beneficio *l. fin. C. de fideicomm. nec non* §. *fin. J. de fideicomm. heredit.* in vim fideicommiſſi ſuſtineri poſſet, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. i. p. 618.*

7. Quodſi pacta dotalia, ſive in modum ultimæ voluntatis, ſive in vim contractus formata, judicialiter fiant, præter conſenſum paciſcentium in judicio vel viva voce declaratum, vel pactis in ſcripturam redactis inſinuatis, nullam aliam ſolennitatem requirunt, *Stryck. c. l. §. 9. Carpz. d. c. 43. d. 3. Berlich. p. 2. concl. 51. n. 18.*

8. Pacta dotalia, in vim ultimæ voluntatis, extrajudicialiter facta, valent, ſive de rebus particularibus & quota bonorum, ſive de ſucceſſione univerſali, reciproca & quota hereditatis fuerint concepta. Etſi enim de jure civili pacta dotalia, de univerſali ſucceſſione aut quota hereditatis facta, nequidem in vim donationis mortis cauſa, valere poſſint, *l. 15. l. 19. C. de pact. Fachin. lib. 5. controverſ. cap. 87.* Ex notiſſima tamen Germaniæ conſuetudine, moribusque Saxonicis, præſertim in provinciis Electoralibus, propter *conſtit. 43. p. 2.* in pactis dotalibus aliud receptum, *Gail. lib. 2. obſ. 126. n. 3. ſeq. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 9. def. 6. n. 4. Carpz. p. 2. c. 43. d. 2.* Idemque dicendum de pactis

Digitized by Google

pactis dotalibus judicialiter inſinuatis, *d. conſtit. 43. ibique Moller. n. 3. & Carpz. d. 3.*

9. Imo & pactis dotalibus, extrajudicialiter coram duobus vel tribus teſtibus factis & in vim contractus conceptis, bona univerſa aſſignari poſſunt ſuperſtiti conjugi, modo de hereditate nihil dictum ſit, nec, de jure ſucceſſionis contrahentes cogitaſſe, ex aliis circumſtantiis appareat, *Berlich. p. 2. concl. 51. n. 17. Carpz. d. c. 43. d. 6. & d. 1. n. 9. 10.* Nam pacta dotalia in vim contractus non valent, in quibus de hereditate vel quota hereditatis aut jure ſuccedendi diſponitur, *Carpz. d. c. d. 5. jung. d. 1. n. 11.*

10. Quoties in pactis dotalibus mentio facta eſt *ſucceſſionis*, toties eadem intelliguntur in vim ultimæ voluntatis eſſe contracta. Quoties autem mentio ſucceſſionis omiſſa eſt, toties inter vivos & in vim contractus inita cenſentur, Neque ſola *mortis* commemoratio, neque vox: erblich adjecta efficiunt, ut pacta dotalia, in vim ultimæ voluntis, facta cenſeantur; modo paciſcentes abſtinuerint verbis *ſucceſſionis & heredum*, atque in illis: haben und behalten, conquieverint, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. p. 132. & lib. 1. R. 202. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. i. p. 615. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 8. §. 21. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 282. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add. *Carpz. p. 2. c. 43. d. 5. & 6.*

11. Ex verbis pactorum dotalium: mit denen Kindern in gleiche Theilung gehen, intelligitur, illa non per modum contractus, ſed ultimæ voluntatis eſſe inita, *Wernher. d. obſ. 282.*

12. Quando pacta dotalia expreſſe in vim contractus ſunt inita, verborum, quæ alias ultimam voluntatem indicant, nulla ratio haberi debet, *Wernher. ſel.*

Digitized by Google

ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 355. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. p. 133. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 8. §. 23. diſſentit *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. i. p. 617.*

13. Valida habentur pacta dotalia, licet non ipſimet conjuges, ſed horum parentes ea judici inſinuaverint, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 4.*

14. Mulier in pactis dotalibus curatore opus non habet, *Moller. lib. 1. ſemeſtr. c. 13. n. 23. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. not. 2. p. 134.* dotem vero æſtimatam in rebus immobilibus absque autoritate curatoris conſtituere non poteſt, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 11. & c. 43. d. 9. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 8.*

15. Pacta dotalia, a ſolo curatore inita, uxorem non ſtringunt, eademque impugnari queunt, niſi uxor aliqua capita in iisdem opprobare & agnoſcere velit, *ſupplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 46. p. 2069.*

16. Pacta dotalia, abſque ſubſcriptione partium non obligant, quando, id expreſſe actum eſſe, apparet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 396.*

17. Pacta dotalia ſubſiſtunt, etſi ſponſæ ſubſcriptio in illis deſit, *Brunnem. ad l. 1. §. 3. de pact. dotal.* Imo ſatis eſt, a ſolo patre, nomine filiæ, quæ forte abeſt, acceptationem pactorum dotalium fieri, ſi eadem ex poſtfacto approbet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 346.* Nam pacta ſponſalitia, etiam abſentibus liberis, a ſolis parentibus, cum effectu obligandi liberos iniri poſſunt; & liberis inde ex ſtipulatione parentum contra promittentes acquiritur obligatio, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. c. p. 599.*

18. Si liberi minorennes ſint, & pactis hujuſmodi lædantur, iis non obligantur, imo, quamvis cum curatore ſubſcripſerint, pro re nata in integrum reſtitui poſſunt, *Barth. c. l. p. 600. ſeq.* ſi ſcilicet poſt nu-

Digitized by Google

ptias inita ſint pacta dotalia, juxta *Berger. in œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. p. 132.* Alias ex cauſa enormis læſionis, ob incertum eventum, pacta dotalia non reſcindi, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. not. 4. p. 134. & lib. 1. R. 248. n. 7.*

19. Pater, filio uxorem ducente, donationem propter nuptias promittens in tabulis dotalibus, omnino obſtringitur, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 12. n. 1.* Imo, ſi parens nihil expreſſe promiſerit, filio tamen uxorem ducenti, pactaque dotalia contrahenti conſenſerit, non minus obligatur ad præſtanda in tabulis dotalibus promiſſa, ſi ſcilicet filius ex inopia ipſe promiſſam propter nuptias donationem præſtare nequeat. Nec habet, de quo conqueratur pater, quum filio uxorem ducenti non minus donationem propter nuptias aſſignare, quam filiam dotare teneatur, *Carpz. d. def. 12. n. 2. ſeq.*

20. Scriptura vel inſtrumento ſuper pactis dotalibus confecto, teſtes, ſi huic ſubſcripſerint, ſuaque ſigilla appoſuerint, haud jurati etiam fidem faciunt, quia juramentum a partibus videtur teſtibus remiſſum, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 7.*

21. Pacta dotalia, in vim contractus concepta, invita altera parte, revocari non poſſunt, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 9. def. 7. n. 2. Berlich. p. 2. concl. 51. n. 25. Carpz. d. c. d. 11.*

22. Pacta dotalia, quæ in vim ultimæ voluntatis ſubſiſtunt, ab uno conjuge, invito altero, revocari poſſunt, *Heig. p. 1. qu. 23. n. 36. Carpz. d. c. d. 10.* eaque mutari queunt, etſi favorem tertii concernant, *Berlich. p. 2. concl. 51. n. 27. Klock. tom. 3. coſil. 123. n. 72. 160. & 170.*

23. Sed pacta dotalia, quamvis in vim ultimæ vo-

Digitized by Google

voluntatis contracta eſſe videantur, ab una parte, invita altera, ſiquidem ea ad conſtitutionem ſponſaliorum ſpectent, non poſſe revocari, docent *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 8. c. 5. §. 40. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. not. 1. p. 134.*

24. Pacta dotalia, quomodocunque concepta ſint, mortuo conjuge, a ſuperſtite revocari non poſſunt, *Berger. lib. 1. R. 248. n. 3.*

25. Pacta dotalia ſine conſenſu eorum, quibus ex illis jus quæſitum eſt, per teſtamentum mutari nequeunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 38. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. f. p. 608. Berger. d. th. 11. p. 133.*

26. Pater inita cum ſecunda uxore pacta dotalia, invitis primi matrimonii liberis, revocare poteſt, etiamſi his certa portio in iis fuerit aſſignata, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 16. Berlich. p. 2. concl. 51. n. 27. 28.* niſi forte liberi compaciſcentes ſint, pactaque ſimul ſubſcripſerint, & aſſignatam ipſis à patre & ſponſa portionem acceptaverint, *Barth. c. l. p. 609.*

27. Pactis dotalibus ſemper ineſſe videtur tacita conditio: *ſi ſine liberis*; unde corruunt pacta dotalia ex ſupervenientia liberorum, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 13.*

28. Quando, etiam in caſu, ſi expreſſe conditio: *ſi ſine liberis conjuges deceſſerint*, pactis dotalibus adjecta fuerit, liberi quidem nati fuerint, ſed ante obitum parentum deceſſerint, conjuges ſine liberis deceſſiſſe, conditionemque pactis dotalibus adjectam impletam fuiſſe, manifeſte probatur ex *l. 17. ∬. 7. ad SCt. Trebell. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 3. Carpz. d. c. d. 14.*

29. Alia eſt ratio conditionis: *ſi liberi non fuerint procreati*: ita enim ſi convenerint paciſcentes,

Digitized by Google

deficit ſtatim conditio, ſi nati fuerint liberi, quamvis poſtea ante obitum parentum deceſſerint, *l. 4. C. quand. dies legat. Mantic. c. l. n. 5. Carpz. d. c. d. 15.*

30. Pactis dotalibus, ſuperſtiti conjugi portionem bonorum deferentibus, tacita ineſt conditio: ſi conjux ſuum faciat officium, *Mod. Piſtor. p. 2. qu. 90. in fin. Carpz. p. 3. c. 26. d. 1. n. 4.*

31. Ex defectu relati, & quod illata uxoris exinde probari nequeant, non ſtatim vitiantur pacta dotalia, *Horn. cl. 3. R. 1. n. 2.*

32. Quæ in pactis dotalibus obſcura reperiuntur, ſecundum jura illius loci, in quo contracta, ſunt explicanda, *Horn. cl. 8. R. 21. p. 494. a.*

33. Reſervatum in pactis dotalibus, ſi de ea uxor non diſpoſuerit, cedit heredibus legitimis, *Carpz. p. 3. c. 2. d. 4.* niſi in pactis hiſce maritus univerſalis ſucceſſor declaratus, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 5. §. 20. & 21. Horn. cl. 8. R. 31. p. 508. b. Wernher. ſel. obſ. or. in ſupplem. ad p. 1. obſ. 160. p. 662.*

34. Valida ſunt pacta dotalia, utut teſtandi facultatem adimant, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. ad p. 1. obſ. 160.* add. *Schilter. ex. 8. th. 46. ſeq.* Nec egent inſinuatione judiciali, licet per modum contractus concepta, & plus, quam 500. ſolidi, ſuperſtiti conjugi aſſignatum fuerit, *Wernher. c. l. p. 662.*

35. Effectus pactorum dotalium, matrimonio haud ſecuto, regulariter expirat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 173. Horn. cl. 3. R. 16.*

36. Ex pactis dotalibus, iisque in vim contractus initis, oritur jus in re, ſcilicet hereditarium, & quidem anomalum, idque ob naturam objecti, &, vivente quidem conjuge, de cujus bonis agitur, habitu & actu primo; at eodem mortuo exercitio & actu ſecundo,

ſine

Digitized by Google

ſine traditione, indeque viciſſim hereditatis petitio pactitia, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 11. p. 132.*

37. Porro jus illud habitu & actu primo impedit bonorum alienationem, itemque teſtamentum, inprimis propterea, quod is, qui ita paciſcitur, ſibi hanc dicit legem, ne velit alienare, & alioquin omnis vis pacti per alienationem eliderettur, atque actio perſonalis ad id quod intereſt inanis redderetur, *Berger. c. l. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 5. th. 24. 29. & 33.* confer. *Horn. cl. 8. R. 34. n. 4.*

38. Quod ſi pacta dotalia de rebus particularibus condita ſint, tum conjux inde creditoribus hereditariis non tenetur, ne quidem pro rata illarum rerum, quanquam æs alienum ante omnia deducendum eſt, *Berger. c. l. Stryck. c. l. §. 30. Mev. p. 9. dec. 62.* Utile igitur eſt, ut conjux ſibi, ratione promiſſæ portionis, hypothecam conſtituendam curet: tum enim præter jus reale conſequitur jus prælationis, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 91. Stryck. c. l. §. 31. Berger. c. l. p. 134.*

39. Aſt, ſi in ejusmodi pactis dotalibus univerſa bona ad alterum transferuntur, ſuccedens pro herede habendus eſt, non quidem proprie tali, ſed irregulari & pactitio, in quem tamen omnes actiones, omniaque jura tam in activis, quam paſſivis tranſeunt, *Stryck. c. l. §. 29.*

40. Idque multo magis procedit in pactis, in modum ultimæ voluntatis tam de tota hereditate conceptis, quam de quota ſaltem hereditatis, quo certa tantum portio illius defertur, nam & hic ſuccedens pro rata hujus partis heres eſt, *Stryck. c. l. §. 28.* Nec invalidantur talia pacta ideo, quaſi tunc alter pro parte teſtatus, pro reliqua autem parte inteſtatus decederet, *Richter. dec. 22. n. 39. Stryck. c. l.*

Digitized by Google

PACTA SUCCESSORIA.

1. Pacta ſucceſſoria jure civili regulariter improbantur, ſive de hereditate paciſcentium propria, ſive de hereditate tertii agatur, *l. ult. de ſuis & legit. l. 61. de V. O. l. 3. C. de collat. l. ult. C. de pact. Gail. lib. 2. obſ. 25. n. 2. Carpzov. p. 2. c. 35. d. 20. n. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 1. p. 482.*

2. Quamvis non valeant pacta futuræ ſucceſſionis, licet tamen paciſci in genere de alicujus incerti hominis hereditate, *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 1. n. 22. Carpz. d. c. d. 17. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 8. c. 2. §. 5.*

3. Valet pactio de hereditate tertii, ſi is conſentiat, & in ea voluntate ad extremum vitæ exitum perſeveret, *l. ult. C. de pact. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. def. 10. n. 1. Carpz. d. c. d. 19. Stryck. c. l. §. 6. ſeq. & §. 25.* Ut vero conſenſus tertii ſtatim ab initio adſit, neceſſe non eſt, ſed ſufficit, eum poſtea accedere, *Klock. tom. 3. conſil. 123. n. 130. Carpz. lib. 6. R. 75. n. 11. Stryck. c. l. §. 20.*

4. Conſenſus etiam tacitus tertii ſufficit, *Hahn. de jur. rer. concl. 78. n. 12. Stryck. c. l. §. 21.* Sola autem ſcientia tertii cum taciturnitate conjuncta, ſi ſcil. ille tantum ſciat, paciſcentes inconſulto ſe pactum feciſſe, conſenſum non infert, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. def. 3.* ſed neceſſe eſt, ut paciſcentes, eum de pacto hoc certiorem reddiderint, ex quo deinde, niſi contradicat, conſenſiſſe præſumitur, *A. Fab. c. l. def. 10. n. 2. Stryck. c. l.*

5. Exinde fluit, ſi tertius talis ſit, qui lege aut natura conſentire nequeat, e. g. furioſus, prodigus, tunc pactum de hereditate ejus initum nullum eſſe, etiamſi conſenſerit, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 2.*

Digitized by Google

8. c. 2. §. 21. Minor autem conſenſum ſuum pacto talivalide impertit, etiam ſine curatore, aut eo invito, *Brunnemann. ad l. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. n. 8. ſeq. Stryck. c. l.*

6. Pactum de hereditate ejus, cujus mors incerta, nullum eſt, ſive paciſcentes crediderint, eum adhuc vivere, ſive ignoraverint, ſeu dubitaverint de vita aut morte ejus *Brunnem. ad l. 4. C. de poſtlim. rev. Stryck. c. l. §. 17.* ſive putaverint eum revera mortuum eſſe, *Stryck. c. l.* neque pactum convalidatur, ſi tertius poſt illud conditum decedat, *Stryck. c. l.* Si tamen tertius, quem paciſcentes jam deceſſiſſe juſte crediderunt, tempore pacti revera mortuus ſit, pactum valebit, *Stryck. c. l.* Secus ſi paciſcentes clancularie contra diſpoſitionem *l. ult. C. de pact.* paciſcantur, *Stryck. c. l.*

7. Ceterum, antequam de morte abſentis revera conſtat, de ſucceſſione ejus pactum aut alia conventio, nequidem judice autore, valide initur, *l. 4. de poſtlim. rev. ubi Dd. Stryck. c. l. §. 18.*

8. In caſum mortis alicujus tertii licet paciſci, ſi, in bonis ejus paciſcenti jus aliquod competat, *Carpz. p. 2. c. 35. d. 18.*

9. Pactum, contra legem, de hereditate tertii certi initum non modo nullum eſt, *l. ult. C. de pact. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 8. c. 2. §. 24.* Sed accerſit quoque paciſcentibus privationem hereditatis, quam fiſcus ſibi vindicat, *l. 2. §. ult. de his, quæ ut indign. Brunnemann. in. l. ult. C. de pact. n. 12. Stryck. c. l.*

10. Pacta de conſervanda futura ſucceſſione communiter licita eſſe creduntur, *Carpz. p. 2. c. 35. d. 22, Mev. ad jus Lubec. part. 2. tit. 1. n. 48. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 8. c. 3. §. 3.* Quæ ſunt conventio-

 tio-

Digitized by Google

tiones, quibus jus ſuccedendi in bona alterius competens ob juris tamen rigorem aut ob delictum alias amittendum, obſtaculo illo remoto, ſalvum & integrum conſervatur, *Stryck. c. l. §. 5.*

11. Perſonæ paciſcentes ſemper ſunt proximi cognati, ab inteſtato illi, cum quo pactum fit, immediate ſucceſſuri, *Carpz. d. def. 22. n. 1. Habn. de jur. rer. concl. 77. n. 1. Stryck. c. l. §. 6.*

12. Non autem quævis pacta, quibus ſucceſſio conſervatur, licita ſunt, ſed ea tantum, quæ tria ſequentia requiſita habent: 1) ut jus ſuccedendi, alias competens, fuerit impeditum, non autem penitus ſublatum, 2) ut pactum non tam ſucceſſionem conferat, quam ut tantummodo impedimentum removeat, 3) ne libera teſtandi facultas impediatur, ſed ut ſemper cum ejus exceptione pactum eſſe intelligatur, *Stryck. c. l. §. 8.*

13. Obſtaculum, cujus removendi cauſa pacta conſervativa ineuntur, eſt 1) delictum, v. c. ingratitudinis erga parentes, ob quod filius meruit exheredari, *Piſtor. p. 4. qu. 4. n. 2. ſeq. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 3. §. 10. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 3. p. 485.* idque præteritum pactum de removendo delicto futuro non valet, *Habn. de jur. rer. concl. 77. n. 4. Stryk. c. l. Berger. c. l.* 2) legis rigor, quo excluſis feminis, ſoli maſculi ad hereditatem admittuntur, *Berger. c. l. Stryck. c. l. §. 11.*

14. Pacta hereditatis acquiſitiva, quibus de ipſorummet paciſcentium, vel alterius tantum, vel utriuſque hereditate ſibi vel aliis acquirenda agitur, *Habn. de jur. rer. concl. 69. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. p. 482.* regulariter improbantur, *Carpz. p. 2. c. 35. d. 22. n. 1.*

15. Va-

Digitized by Google

15. Valent tamen 1) confraternitates, ſeu pacta de mutua ſucceſſione familiarum illuſtrium, accedente imperii confirmatione, *Gail. lib. 2. obſ. 127. Carpz. d. c. d. 25.* vid omnino *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 7.* 2) Pactum ganerbinatus, *Struv. ex. 38. th. 47. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 2. p. 484.* 3) Pacta dotalia, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 2.* 4) Unio prolium, *Carpz. lib. 5. R. 6.* Quippe quæ pacta ſunt genera pactorum acquiſitivorum, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 4. §. 2.* Imo etiam 5) militibus, de ſuccedendo paciſci, jura indulgent, *l. 19. C. de pact.* Quod vero privilegium ad nobiles extendi non poteſt, *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 2. n. 37.* utpote quo milites ſolum gaudent, ſi in caſtris degunt, *Cacheran. dec. 100. n. 46. Carpz. p. 2. c. 35. d. 29. n. 8. Stryck. c. l. §. 35.*

16. Quod dictum, pacta ſuper hereditate acquirenda jure improbari, id aliter verum non eſt, quam ſi de ſuccedendo conventum fuerit: Secus vero, quando, facta nulla ſucceſſionis mentione, quis bona ſua, per pactum ſive alium contractum, ita alteri concedit, ut illa ex vi obligationis contractæ poſt mortem obtineat ab herede, quod pactum nec proprium de ſuccedendo appellari poteſt, *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 2. n. 45. Dauth. in l. ult. C. de pact. n. 120. Carpz. d. c. d. 21.* add. *reſponſum*, quod exhibet *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 8.*

17. Hodie, univerſali Germaniæ conſuetudine, omnia pacta ſucceſſoria affirmativa ſuſtinentur, ad effectum non modo ſucceſſionis, ſed & impediendi facultatem teſtandi, *Schilter. ex. 8. th. 40. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 48. not. 1. p. 482.* add. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 12. th. 36. Wernher. ſel. obſ. p. 1.*

(Aa) 5 *obſ.*

Digitized by Google

obſ. 160. n. 8. Horn. cl. R. 29. Hinc, pactum inter aviam & nepotes, ne ea bona ſua ullo modo in præjudicium nepotum alienet, initum, ſubſiſtere, reſpondit Fac. Witteb. apud *Berger. lib. 2. R. 246.*

18. Quod tamen ita eſt capiendum, ut pacta de tertii, ejusdemque certi, hereditate, non hodierno magis, quam civili, jure ſubſiſtant, ſiquidem ille vel non conſentiat, vel conſenſum revocet ante mortem, *Berger. œcon. jur. c. l.* add. *Stryck. uſ. mod tit. de pact. §. 14. ſeq.*

19. Pacta conjugum ſucceſſoria valent, nec opus eſt, ut judicialiter, vel, coram teſtibus ineantur, *Horn. cl. 8. R. 25. p. 498. b. & R. 31. p. 508. a.* neque ex capite læſionis impugnari poſſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 59.*

20. Sub pactis ſucceſſoriis, quibus maritus univerſalis ſucceſſor uxoris declaratur, non comprehenditur gerada, *Horn. cl. 8. R. 31. p. 508. b. ſeq.*

21. Pacta ſucceſſoria acquiſitiva ab una parte, altera invita, revocari non poſſunt, modo non ſint mixta, ſive per modum ultimæ voluntatis facta, *Horn. cl. 8. R. 33. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 1. p. 484.* vid. omnino *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 5. §. 37. ſeq.*

PACTUM.

1. Moribus hodiernis efficax actio naſcitur ex omni pacto licito & honeſto, *Mev. p. 5. dec. 407. Stryck. uſ. mod. tit. de pact. §. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 380.* etiam præparatorio ſaltem, perfecte vero tali, *Berger. Reſolut. Mauterb. tit. de pact. ad verba : niſi ſint pacta tantum præparatoria.* Diſſentit *Lauterb. c. l. de pact.* non item imperfecte tali, veluti ſunt tractatus, qui non obligant, *Berger. c. l.*

2. Sic

2. Sic efficax obligatio & actio oritur ex ſimplici pacto de contrahendo, v. c. de vendendo, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 97. Horn. cl. 11. R. 28. p. 640. b.* de permutando, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 380.* diſſentit *Carpz. p. 2. c. 33. d. 23.*

3. Pactum ejusmodi præparatorium, v. c. de emendo vendendo, propterea quod hodie ſuo modo ſit ad agendum efficax, non ſtatim pro contractu ipſo, v. c. emtione venditione, habendum eſt, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.* etſi juramentum acceſſerit, *Seraphin. de privil. juram. priv. 23. n. 36. Surd. conſil. 52. n. 53.* Nec pactum de locando facit locationem, utut traditio ſit ſecuta, *Mev. p. 4. dec. 234.*

4. Unde nec in eo eſt præſtandum laudemium, nec periculum rei vendendæ, aut commodum mutatur; imo quamvis ex eodem dacto actio competat, non tamen ea datur, quæ ex contractu ipſo, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.* Multum enim differt pactum de vendendo & venditio, *Teſſaur. dec. 133. n. 1. ſeq. Tiraquell. de retract. convent. ad fin. tit. n. 25. ſeq.*

5. Pactum impletum ab una parte tranſit in contractum innominatum, ut itaque actioni præſcriptis verbis ſit locus, *Huber. prælect. ad ff. tit. de pact. §. 2. circ. fin.*

6. Pactum: Vor ſich und die Seinigen, includit tantum heredes paciſcentis non ſucceſſores ſingularis, *Horn. cl. 11. R. 5. p. 603.*

7. Pactum inter alios initum tertium non obligat, *l. 27. §. 4. de pact. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 84. n. 4.*

8. Ex pacto perſonali contra tertium poſſeſſo-

rem

rem non eſt actio, *Gail. lib. 2. obſ. 16. n. 3. ſeq. Mev. p. 2. dec. 300. n. 12.*

9. Regulariter nemo alteri, imo nequidem mater filiæ ſtipulari poteſt, *§. 4. J. de inutil. ſtipulat. §. 18. J. eod. l. 38. §. 17. de V. O. Carpz. p. 2. c. 33. d. 26.*

10. Valet tamen quis alteri ſtipulari, ſi ipſius ſtipulatoris interſit, promiſſionem factam adimpleri, *§. 19. J. de inutil. ſtipulat. Carpz. d. c. d. 27. n. 1.* confer. omnino *Gædd. de contrah. & commit. ſtipulat. c. 10. concluſ. 1. ſeq.* ſed nulla inde actio tertio acquiritur, *Carpz. d. def. 27.*

11. Plane hodie pacto alteri per alterum obligatio & actio acquiri poteſt, licet hujus ſpeciatim non interſit, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 34. def. 1. Mev. p. 4. dec. 112. Brunnem. ad l. 25. in fin. de pact. Stryck. uſ. mod. tit. de pact. §. 12. & tit. de mandat. §. 6. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de V. O. ad verba: quod regulariter. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 182. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* in quam ſententiam ipſe fere concedit *Carpz. p. 2. c. 29. d. 20. Stryck. d. tit. de pact. §. 12. Wernher. d. p. 1. obſ. 182. n. 9. 10. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. n. 3. Schilter. ex. 8. th. 39.*

12. Sed quæritur, an promiſſor ante acceptationem vel ratihabitionem tertii, in favorem cujus conventio facta eſt, invito promiſſario, facultatem pœnitendi, & factam oblationem revocandi habeat? Id quod affirmat *Beyer. in diſſert. de jure ex acceptatione promiſſi pro altero facta. §. 26. & in poſit. ad J. tit. de inutil. ſtipulat. poſit. 8. not. e.* negant vero *Covarruv. var. reſolut. lib. 1. c. 14. n. 12. H. Grot. de. J. B. & P. lib. 2. c. 11. §. 18. Stryck. uſ. mod. tit. de pact. §. 12. & de act. inveſtig. ſect. 1. membr. 3. §. 18. nec non de cautel.*

con-

contract. ſect. 2. c. 5. §. 3. Wernber. in ſupplem. ad p. 1. obſ. 182.

13. Illud verbo dubio caret, quod, ſicuti tertius tamdiu, donec in ejusmodi negotium, in ſui favorem contractum, conſenſerit, nullum jus poſcendi habet, adeoque nec obligationem, nec actionem per rerum naturam ſibi quærere potuit, ita interim inter ſolum promittentem ac promiſſarium negotium intercedat, eoque nihil prohibeat, quo minus uterque mutuo diſſenſu a pacto, inter ſe inito, recedere, adeoque promiſſarius alteri obligationem remittere poſſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 182. n. 16. & 31. it. in ſupplem. nov. ad eand. obſ. n. 3. 4. Stryck. de cautel. contract. c. l.* confer. *Carpz. p. 2. c. 33. d. 25.*

14. Quodſi quis alteri fidem non det de re tertio præſtanda, ſed indefinite ac velut in aerem v. g. dicat, ſe centum Sempronio daturum; eaque verba ex præſentibus aliquis arripiat, promiſſumque acceptare velit, cum in aprico ſit, illa verba proferentis voluntatem haud fuiſſe, ut in eum, qui acceptavit, jus aliquod transferret, aut in præſenti ſe cuiquam ad id, quod dixerat, præſtandum obſtringere vellet, dubitandum non eſt, tamdiu, donec tertius, in cujus nomen promiſſio collata eſt, eam acceptaverit, vinculum deficere, adeoque revocationi promiſſionis locum eſſe, *Wernher. d. p. 1. obſ. 182. n. 17.*

15. Pacta poſteriora derogant prioribus, *l. 12. C. de pact.* quod quidem verum eſt in pactis invicem pugnantibus, qui ſimul ſubſiſtere nequeunt: ſecus enim eſt in contractibus & pactis, quæ ſe mutuo compatiuntur, *Hartm. Piſtor. obſ. 121. n. 9. Carpz. p. 2. c. 33. d. 17.*

PACTUM

PACTUM ADDICTIONIS IN DIEM.

Vid. loc. *addictio in diem.*

PACTUM ANTICHRETICUM.

Vid. loc. *antichreſis.*

PACTUM COMMISSORIUM.

1. Lex commiſſoria eſt conventio, ut, pretio intra certum tempus non ſoluto, res ſit inemta, *l. 1. & tot. tit. de leg. commiſſ.* Perinde autem eſt, ſive de toto pretio pactum concipiatur, ſive, parte pretii ſoluta, de reliquo conceptum ſit, *l. 3. C. de pact. int. emt. & vendit. l. 38. pr. de minor. Stryck. uſ. mod. tit. de leg. commiſſ. §. 2.*

2. Non obſtante hoc pacto, emtor rei venditæ & traditæ dominus fit, *Richter. ad l. 4. C. de pact. int. emt. & vendit. n. 48. Meyer. in colleg. ad ff. h. t. th. 3.* vel uſucapiendi conditionem acquirit, ſi venditor dominus non fuerit, & emtor bona fide rem comparaverit, *l. 74. de contrah. emt. Stryck. c. l. §. 3.* fructus ſuos facit, *l. 5. d. leg. commiſſ. Stryck. c. l.* adeoque etiam rei periculum ſuſtinet, *l. 2. in fin. eod. Struv. ex. 23. th. 37.* & onera veluti: tributa atque collectas ſolvere tenetur, *Lauterb. colleg. ff. tit. de leg. commiſſ. §. 10. in fin.*

3. Non facta vero intra terminum præfixum ſolutione, omnia reſolvuntur, ac ſi res nunquam alienata fuiſſet, & dominium ipſo jure ad venditorem redit, *l. 5. & ult. de leg. commiſſ. l. 4. C. de pact. int. emt. & vendit. Carpz. p. 2. c. 33. d. 22. n. 2.* diſſentit *Vasqu. illuſtr. controv. c. 69.* ita ut emtor omnes fructus hactenus perceptos reſtituere teneatur cum rei acceſſionibus, *l. 6. §. 1. eod. Stryck. uſ. mod. tit. de leg. commiſſ. §. 4.* niſi pretii partem exſolverit, nam tunc fructus cum parte pretii ſoluta penſantur, *l. 4. §. 1. eod.*

eod. Struv. ex. 23. th 37. aut aliter conventum fuerit, *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 28. th. 9. lit. d.*

4. Venditori igitur rei vindicatio competit contra quemvis poſſeſſorem, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 29. n. 25. Struv. c. l.* ſi ſcil. per verba directa adjectum ſit hoc pactum: nam ſi verbis obliquis illud conceptum, datur tantum actio perſonalis ex vendito, *l. 4. pr. de leg. commiſſ. l. 3. C. de pact. int. emt. & vendit. Carpz. d. def. 22 n. 5. Stryck. c. l.*

5. Emtori autem actio contra venditorem non competit, etiamſi partem pretii ſolverit, & arrham dederit: hoc enim utrumque ob fidem violatam perdit, *l. 4. §. 1. de leg. commiſſ. Stryck. c. l. §. 5.* Sed emtorem poſſe pretium ſolutum cum uſuris, itemque expenſas neceſſarias repetere, tradit *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 7. not. 2. p. 653.*

6. Ut pactum commiſſorium ſortiatur effectum, requiritur 1) ut integrum tempus, emtori conceſſum, effluxerit, *l. 38. pr. de minor. l. 118. §. 2. de V. O.* & intra illud pretium univerſum non ſit ſolutum: nam ſi vel minima pars pretii ſolvenda reſtat, locus eſt legi commiſſoriæ, *Meyer colleg. Argent. tit. de leg. commiſſ. §. 4.* nec interpellatio venditoris deſideratur, *Stryck. uſ. mod. tit. de leg. commiſſ. §. 6.* quod ſi vero tempus non adjectum, interpellatione expreſſa opus erit, *Brunnem. ad l. 4. de leg. commiſſ. n. 4.* quamvis hic litis conteſtationem deſideret *Meyer. in colleg. Argent. c. l. §. 5.* 2) ut per emtorem ſteterit, quo minus ſolutio facta ſit, nec cauſam adducere valeat, quæ eum a pacti hujus commiſſione abſolvat, *Stryck. c. l.*

7. In arbitrio venditoris eſt, an velit rem cum fructibus & acceſſionibus repetere, an vero pactum remittere, & pretium cum uſuris petere, *l. 2. de leg. com-*

commiſſ. uno vero electo ad alterum non datur regreſſus, *l. 4. §. 2. & l. 7. eod. Struv. ex. 23. th. 40. Stryck. c. l. §. 8.*

8. Venditor ſe declarare debet, utrum lege commiſſoria uti velit, an minus, & quidem ſtatim, atque commiſſa lex eſt, ſi dies adjectus ſit, *l. 4. §. 2. de leg. commiſſ. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 29. n. 12. Stryck. c. l.* ſin minus, tum demum, cum emtor per interpellationem in mora eſt conſtitutus, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 7. not. 3. p. 653.* quæ interpellatio judicialis ſit neceſſum eſt, *Meyer. in Colleg. Argent. tit. de leg. Commiſſ. §. 4. Stryck. c. l. §. 7.* Moram autem ipſe reus purgare poteſt, offerendo pretium ante litis conteſtationem, *Berger. c. l.* confer. vero *Stryck. d. §. 7.*

9. Non requiritur, ut venditor ſe judicialiter declaret, utrum legem commiſſoriam exercere velit, an non, ſed ſufficiunt actus extrajudiciales, *Berger. dec. 227. & 229.* adeoque extrajudicialis petitio pretii ſufficit ad tacitam remiſſionem legis commiſſoriæ, *Berger. cc. ll.* diſſentiunt, & judicialem petitionem pretii, ut venditor huic legi renunciaſſe cenſeatur, requirunt *Struv. ex. 23. th. 40. Stryck. uſ. mod. tit. de leg. commiſſ.* §. 8.

10. Illud dubio caret, quod venditor, ſi poſt diem, legi commiſſoriæ præſtitutum, partem pretii accipiat, illi renunciaſſe cenſeatur, *l. 6. §. 2. de leg. commiſſ. Carpz. p. 2. c. 33. d. 22. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 3. Berger. dec. 278.* Idemque dicendum eſt, ſi uſuras ab emtore poſtulat, *l. 4. C. de pact. int. emt. & vendit. Maſcard. concl. 568. Stryck. c. l.*

11. Ut pactum commiſſorium in continenti contractui adjectum fuerit, requirunt, atque alias illud

præ-

prædictos effectus producere non poſſe concludunt, *Jena de leg. commiſſ. §. 10. Lauterb. in colleg. h. t. §. 8.* diſſentiunt *Brunnem. ad l. 1. de leg. commiſſ. n. 6. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 9.*

12. Lex commiſſoria etiam in aliis contractibus valide adjici poteſt, *Jena de leg. commiſſ. th. 14. 36. Stryck. c. l. §. 10. 11.* excepto pignore, *l. fin. C. de pact. pign. Stryck. de cautel. contr. ſect. 2. c. 4. §. 38.*

13. Si venditor ad rem, intra certum tempus, tradendam ſub clauſula commiſſoria ſe adſtrinxit, illa effectum non habet, quando rem tradere facto principis impeditur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 89.*

PACTUM DE NON ALIENANDO.

Vid. loc. *alienatio. th. 1. 2. 3.*

PACTUM EXECUTIVUM.

1. Effectus hujus pacti in eo conſiſtit, ut creditor, debito non ſoluto, poſſeſſionem pignoris ingredi poſſit, *arg. l. 11. C. d. pignor. act.* dummodo citra turbam & tumultum id fiat; quo facto debitor de vi ſibi illata conqueri nequit, veluti: ſi occaſione alia, ex. gr. ut conductor vel ſubconductor, aut hoſpes immobilium poſſeſſionem, nemine reſiſtente, ingreſſus ſit, deinde jure pacti executivi eam continuet, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. n. p. 497.* confer. *Struv. ex. 26. th. 41.* vel ſi res mobiles, equos, armenta aut merces debitoris, caſu aut calliditate, absque tumultu & violentia; in ſuam poteſtatem nactus ſit, aut, ſi pignus majoris pretii ab alio creditore reluat, eumque dimittat, poterit deinde, vi pacti executivi, id etiam quoad hyperocham, h. e. quod amplius eſt in pignore, retinere; quin & utroque caſu, tam ex rerum mobilium & immobilium fructibus, quam ex ſubſtan-

tia earum diſtracta ſibi ipſi ſatisfacere & ſolvere, *Barth. c. l.*

2. Armis igitur vel vi externa alia pignoris poſſeſſio occupari non poteſt, tametſi hoc expreſſe in inſtrumento obligationis ei conceſſerit debitor, *Coler. de proc. execut. p. 1. c. 5. n. 105. Barth. c. l. p. 498.*

3. Unde, ſi debitor reſiſtat, judex adeundus, ejusdemque officio implorato, poſſeſſio apprehendenda eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 12. not. 1. p. 535.* add. *ejusd. Reſolut. Lauterb. tit. de pignor. & hypoth. qu. 4.* ubi tradit, creditorem vi conventionis propria autoritate fundum, ſibi oppignoratum, occupare non poſſe, excuſari tamen a crimine violentiæ, ita ut non incidat in pœnam Decreti Marciani, ſi vi pactionis, debitore non repugnante, fundum occupet, confer. *id. Berger. in Reſolut. Lauterb. tit. quod legat. ad verba: hanc l. 7. C. unde vi.*

4. Plane etiam in pœnam decreti Marciani incurrere creditorem, qui ex pacto de ingrediendo, propria autoritate, non conſentiente debitore, poſſeſſionem fundi oppignorati occupat, cum ejuſmodi pacto alia vis non ſit tribuenda, quam ut creditor ſtatim a judice immiſſionem impetrare poſſit, putat *Mev. p. 4. dec. 217.* contra quem vero diſputat *Brunnem. ad l. 13. quod met. cauſ. n. 9.*

5. Debitor, qui pactus eſt cum creditore, ut, ſi ſolutio ipſi non fiat, creditor habeat poteſtatem, immiſſionem, ſequeſtrationem & ſubhaſtationem in bonis debitoris obtinendi, non antegreſſa termini ſolutionis conſtitutione, executi poteſt, ita tamen, ut cum exceptione ſolutionis & uſurariæ pravitatis, ſi quidem utraque ſit in continenti liquida, audiendus, ſecus

Digitized by Google

ſecus in judicium reconventionis remittendus ſit, *Berger. p 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 2. p. 636.*

6. Jus pacti executivi paſſive non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſed hic, ordine juris ſervato, actione hypothecaria conveniendus eſt, *Coler. de proc. execut. part. 2. c. 3. n. 432. ſeq. Mev. p. 7. dec. 124.* Sed nudum de ingrediendo bona debitoris pactum ad conſtitutionem hypothecæ minus ſufficit, *Berger. E. D. F. tit. 44. obſ. 1. p. 1476.*

PACTUM LIBERATORIUM.

1. Pactum liberatorium reale: *ne petatur*, ad fidejuſſorem porrigitur, *l. 21. §. ult. de pact.* & ſucceſſorem, cum univerſalem, tum ſingularem, *l. 7. §. 5. eod. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de pact. animadv. poſt qu. 2.*

2. Perſonale: *ne a ſe petatur*, prodeſt paciſcenti duntaxat, & illis, quos pariter liberari, ejus intereſt, ut fidejuſſori, *l. ult. d. pact. Berger. c. l.* non item heredi *l. 17. §. 3. eod. Berger. c. l.* ſucceſſori tamen ſingulari, *d. l. 17. §. 5.* ſed huic demum, quoad vivat autor, *Berger. c. l.* imo & poſſeſſori hypothecæ convento, *l. 5. pr. quib. mod. pign. Berger. c. l.*

3. Pactum perſonaliſſimum: *ne a ſe ſolo petatur*, nequidem, vivo paciſcente, ejus perſonam egreditur, nec fidejuſſori proficit, *l. 21. de pact. Berger. c. l.* quod tamen ſecus poſt *nov. 4. c. 1.* ubi, quod datum eſt fidejuſſori, beneficium ordinis, pactione debitoris inverti non poteſt, *Brunnem. ad d. l. 21. n. 7. ſeq. Berger. c. l.*

4. Pactum de non petendo, perſonæ mentionem faciens, non fit perſonale, ubi adeſt aliquod argumentum remiſſionis totalis, veluti: ubi perſona non adjecta fuit taxative, ſed enunciative, *Mev. p. 5. dec. 348.*

Digitized by Google

5. In dubio reale potius, quam perſonale, de non petendo pactum præſumitur, *Bartol. in l. qui in futurum. de pact. Mev. d. dec. 348. n. 5.*

6. Jure civili, non niſi ope exceptionis obligationem tollit pactum de non petendo, *§. 3. J. de except. l. 27. §. 2. l. 37. §. 1. de pact.* hodie vero ipſo jure tollitur obligatio per pactum de non petendo ſeu liberatorium, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de pact. ad verba: civilem vero. Stryck. uſ. mod. tit. de pact. §. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 380. n. 50. ſeq.* Nec in pactis liberatoriis opus eſt debitoris acceptatione, *Berger. c. l.*

7. Pactum de non petendo pretio emtioni venditioni adjectum tollit debitum ſine ſolutione, nec requirit inſinuationem judicialem, licet ſumma pretii 500. ſolidos excedat, *Horn. cl. 16. R. 23. p. 1273. b.* add. *Berger, œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. p. 276.*

PACTUM RETROVENDITIONIS.

Vid. loc. *Retrovenditionis Contractus.*

PALINODIA.

1. Palinodia ob injurias leves injungi non poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 15.*

2. Vid. loc. *declaratio honoris.* loc. *ebrietas. th. 7.*

PARENTES.

1. Parentes non cenſentur animum donandi habere, quando ſuper iis, quæ in liberos conferunt, eorundem confeſſionem ſcriptam expetunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 410.*

2. Parentes ob immanem ſævitiam erga liberos extra ordinem puniri poſſunt, *Huber. prælect. ad ff. tit. ad leg. Pompej. de parricid. §. 4.*

3. Exoriente inter parentes & liberos contro-

ver-

Digitized by Google

verſia, cum in ſcandalum devergit, illi cogi queunt, ut aut peragant, aut componant, *Mev. p. 8. dec. 296.*

4. Litigia parentum & liberorum de mutuis debitis frivola non ſinenda ſunt impunia, *Mev. p. 3. dec. 298.*

PARIES.

1. Paries intermedius in dubio præſumitur communis, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 14. not. 3. p. 312.*

PARRICIDIUM.

1. Pœna culei vel rotæ, deficiente ſcilicet aqua, afficiuntur liberi, qui parentes, ſive ſint primi, ſive ulterioris gradus, occidunt, *l. un. C. de his, qui parent. vel. liber. occid. Conſtit. crimin. art. 131. Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 4. Heig. p. 2. qu. 33. Carpz. pract. crimin. qu. 8. n. 7. ſeq.* Nec refert, an liberi occidentes ſint naturales tantum, an vero ſpurii, vel etiam ex coitu inceſtuoſo & adulterino nati, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 356. n. 15. Carpz. c. l. n. 28.*

2. Qui non quidem parentes, ſed eos, qui loco parentum ſunt, veluti ſocerum, ſocrum, vitricum, novercam, alioſque ſimiles trucidant, non culei ſupplicio, ſed gladio puniuntur, ita tamen, ut, ſi quandoque judex ſeverius in eos animadvertere velit, trahæ illigati ad locum, ſupplicii raptentur, *Harprecht. ad §. alia deinde lex. 6. J. de public. judic. n. 24. ſeq. Menoch. c. l. n. 70. Carpz. c. l. n. 33. ſeq.* diſſentiunt *Farinac. part. 5. crimin. prax. qu. 120. n. 111. & 117. Tuſch. tom. 6. pract. concl. lit. P. concl. 9. n. 3.*

3. Parentes quoque, liberos, ſive primi, ſive ulterioris gradus, enecantes, ſupplicio culei, vel, ſi flumen deſit, rotæ afficiuntur, *l. un. C. de his, qui parent. vel liber. occid. Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 4. Gomez. de delict. c. 3. n. 3. Berlich. p. 4. concl. 6. n. 69. Carpz.*

Digitized by Google

pract. crimin. qu. 9. n. 1. ſeq. & n. 42. Hæcque pœna etiam obtinet in patre, qui liberos naturales vel ſpurios, imo inceſtuoſos atque adulterinos occidit, *Carpz. c. l. n. 5. ſeq. Berger. juriſpr. crimin. p. 109.* (diſſentit *Pingizer. qu. 44. n. 18. ſeq.* & in matre infantulum ſeu partum occidente, *Carpz. c. l. n. 25.* modo ſit maturus: pœna enim gladii obtinet in parentibus, qui enecant liberos præmaturos atque imperfectos, puta qui quarto vel ſexto menſe naſcuntur *Carpz. pract. crim. qu. 11. n. 37. ſeq. Berger. c. l.*

4. Mater meretrix ob infanticidium perpetratum ordinaria culei vel rotæ pœna plectitur: imprægnator vero ſolum propter fornicationem pro arbitrio judicantis carcere punitur, neque hæc pœna ob infanticidium ſubſecutum in perſona ipſius aggravari debet, *Carpz. pract. crimin. qu. 9. n. 28.* niſi infanticidium perpetrare juſſerit, vel opem huic delicto præſtiderit: tunc enim ordinaria pœna culei afficiendus eſt, *Carpz. c. l. n. 32.* Nam pater & mater ſimul hac pœna afficiuntur, ſi communi voto in hoc crimen conſenſerint, iſtudque conjunctim commiſerint, *Carpz. c. l. n. 34.* add. *Berger. juriſpr. crimin. p. 109. & 190.*

5. Exulat pœna culei ordinaria in eo, qui prolem, ex ſcorto publico procreatam, occidit: quia tum pater incertus eſt, *Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. caſ. 356. n. 16. in addit. Carpz. c. l. n. 9. Berger. c. l. p. 109.*

6. Vitricus, noverca & ſocer, privignum vel generum necantis, pœna gladii ſunt plectendi, ita tamen, ut, in exemplum aliorum, judici aliquo modo gravius animadvertere liceat, veluti ut cadaver poſt executionem rotæ affigatur, vel parricidii reus, antequam gladio puniatur, trahæ illigatus ad locum

ſup-

Digitized by Google

ſupplici raptetur, *Conſtit. Elect. Saxon. 3. p. 4. Harprecht. in §. alia deinde. 6. J. de public. judic. n. 24. Carpz. c. l. n. 62. ſeq.*

7. Quando femina, infanticidii rea, uterum celavit, & clam vivum partum enixa eſt, ſed eum a ſe enecatum eſſe negat, non ſtatim capitali ſupplicio locus eſt, ſed prius remedio eruendæ veritatis utendum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 29.* Alia eſt opinio *Berlichii in p. 4. concl. 7. n. 30.* ubi contendit, tali caſu ſtatim ordinariam pœnam dictandam eſſe.

8. Parricidium inter fratres & ſorores, alioſque conſanguineos & affines perpetratum, non pœna culei, ſed gladio plectitur, ita tamen ut delinquentes, antequam gladio feriantur, vel trahæ impoſiti, ad locum ſupplicii trahantur, vel ignitis forcipibus diſcerpantur, vel caput amputatum rotæ imponatur, vel cadaver, facta executione, in quatuor partes ſcindatur, *Weſenbec. in §. alia deinde lex. §. 6. J. de public. judic. n. 3.* Jure Saxonico ejusmodi delinquentes trahæ illigati, & ad locum ſupplicii raptati gladio puniri debent, *Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 4. Carpz. pract. crimin. qu. 13. n. 8. ſeq.*

9. Sed quæritur, ad quem uſque gradum collaterales & affines huic pœnæ ſubjiciuntur? ad quartum uſque gradum, computationis canonicæ, ita ut ea teneantur collaterales & affines illi, qui matrimonium invicem contrahere nequeunt, juxta *Tuſch. in pract. concl. tom. 6. lit. p. concl. 99. n. 4. & Farinac. in oper. crimin. part. 5. qu. 120. n. 126.* Sed jure Saxonico hac parricidii pœna illi ſolummodo conſanguinei & affines tenentur; qui jure divino matrimonium inire prohibentur, *Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 4. Carpz. c. l. n. 32. ſeq. Berger. juriſpr. crimin. p. 110.*

Digitized by Google

10. Pœna culei ordinaria obtinet in parricidio inter conjuges commiſſo, & jure Saxonico, *d. c. 3. ibique Carpz. d. 6.* & communi, *Dambouder. in prax. crimin. c. 87. n. 1. Berlich. p. 4. concl. 7. n. 43. Carpz. pract. crimin. qu. 12. n. 6. ſeq.* diſſentiunt, & pœnam gladii pro parricidio in conjuge commiſſo imponendam eſſe tradunt *Boer. dec. 262. n. 2. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. caſ. 356. n. 79. ſeq.* cum augmento tamen ſcilicet aduſtionis vel trahæ, ut putat *Berger. c. l.* allegans *conſtit. crimin. art. 137.* ſubjungens, judicis tamen eſſe, arbitrari, utrum pro ratione eorum, quæ rem circumſtant, aliud ſupplicii genus, idemque atrocius, veluti rotæ, ſit decernendum.

11. Pœnam culei ordinariam etiam ad ſponſum & ſponſam extendunt *Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. caſ. 356. n. 85. Berlich. p. 4. concl. 7. n. 51.* diſſentiunt, & hoc caſu non ordinariam parricidii, ſed legis tantum Corneliæ pœnam obtinere, addito tamen, in exemplum & terrorem aliorum, majoris alicujus reatus judicio, veluti, ut cadaver rotæ affigatur, vel etiam delinquens, trahæ illigatus, ad locum ſupplicii raptetur, *Weſenbec. in parat. ff. ad L. Pompej. de parricid. n. 9. Carpz. pract. crimin. qu. 12. n. 30. ſeq.*

12. Pœna parricidii ob ingentem criminis atrocitatem exaſperari debet, *Carpz. pract. crimin. qu. 14. n. 1. ſeq.* In ſpecie autem notandum, ſi quis hoc crimen parricidii ſæpius commiſerit, pœnam ita aggravandam eſſe, ut reus, dum ad ſupplicium ducitur, forcipibus candentibus prehendatur & aduratur, & quidem tot vicibus, quot ſunt parricidia, *Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 4. vid. Carpz. c. l. n. 10. ſeq.*

13. Tum demum pœna culei, vel gladii cum augmento dictitanda eſt, ſi ex propoſito & animo occiden-

cidendi deliberato parricidium perpetratum eſt, *Berger. juriſpr. crimin. p. 110.*

14. Unde in parricidio ad ordinariam pœnam ſufficit, ſiquidem reus confiteatur, ſe ex propoſito occidiſſe, atque occiſum corpus oculis judicis ſubjiciatur, quamvis vulnus, aliudque ſignum violentum minus, in eo appareat, *Berger. c. l. Carpz. pract. crimin. qu. 16. n. 12. ſeq.* & ex ſola confeſſione matris, quod infantem vivum adhuc terræ mandarit, ad pœnam capitalem perveniri poſſe; neque amplius opus eſſe, ut reliqua violentiæ ſigna conquirantur, præjudicio comprobat *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſpr. crimin. obſ. 125.*

15. Sed hanc doctrinam in dubium vocat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 4. n. 22.* & in ſpecie quoad crimen infanticidii, *ibid. n. 112.* ſingularemque caſum refert *in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* quo poſt aliquot defenſiones reæ demum dictitata eſt fuſtigatio, confer. ipſe *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſprud. crim. obſ. 122.*

16. Quando parricidium non quidem ex propoſito & animo deliberato occidendi committitur, ex actu tamen doloſo immediate ſequitur, veluti, ſi quis liberos vel conjugem doloſe, hoc eſt, modum caſtigationis excedendo, tam vehementer, talibusque armis, quibus communiter homicidium ſolet perpetrari, percutit, verberat, aut vulnerat, ut vulneratos vel percuſſos inde mortem obire oporteat, pœna legis Corneliæ de ſicariis, hoc eſt, gladii locum habet, *Carpz. pract. crimin. qu. 15. n. 9.* qui plures cauſas, ex quibus ordinaria parricidii pœna in ſupplicium gladii ſit commutanda refert *qu. 18.*

17. Culpoſum parricidium, pro ratione culpæ,

Digitized by Google

modo fuſtigatione, modo relegatione, modo carcere aut pœna pecuniaria plectitur, *Carpz. d. qu. 15. n. 22. ſeq.* caſum culpoſi infanticidii, quo reæ fuſtigatio dictitata eſt, refert *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 126.*

18. Mulier, quæ infantem ſe non interfeciſſe, in tortura obtinuit, confeſſa tamen, ſe, graviditatem & partum celantem, ſolamque remotis aliis mulieribus in puerperio laborantem, vel fœtum mortuum, peperiſſe, fuſtigatione vel perpetua relegatione punitur, ſi de culpa mulieris, qua infans periit, conſtet, *Carpz. d. qu. 15. n. 9. ſeq.* ſin minus de culpa conſtet, ſufficit pœna temporalis relegationis, *Carpz. c. l. n. 48. ſeq.*

19. Pœna attentati parricidii eſt gladius, quando delinquens non ſolum ad actum proximum & immediatum ipſi parricidio pervenit, & ſic a ſua parte, & quantum in ipſo eſt, delictum conſummavit, ſed etiam damnum ingens, vel adverſæ valetudinis, vel etiam mortis citius procuratæ, ei, adverſus quem delictum erat directum, intulit, vel etiam ejuſmodi attentatum ſæpius reiteravit, *Carpz. pract. crimin. qu. 17. n. 21. Muller. ad conſtit. 3. p. 4. p. 26.*

20. Quodſi vero ad proximum quidem actum deventum fuit, nec per reum ſtetit, quo minus delictum conſummaretur, non tamen effectus ſecutus, neque etiam damnum irrecuperabile alicui illatum fuit, ſed is, cujus mors appetebatur, vel plane in morbum non incidit, aut ſtatim reconvaluit & priſtinæ valetudini reſtitutus eſt, pœna mortis ceſſat, & ad ſummum fuſtigatio cum perpetua relegatione infligitur, *Reuſner. dec. 21. n. 24. Carpz. c. l. n. 29. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 123.*

21. Qui

Digitized by Google

21. Qui parricidium quidem attentavit, ſed ad actum ſolum remotum devenit, veluti ſi quis leviter aliquem percuſſit, aut emit venenum, ſed non propinavit, vel impeditus vel pœnitentia ductus, is extra ordinem, pro arbitrio judicis, & ratione attentati, vel relegatione, vel carcere, aut etiam mulcta pecuniaria plectendus eſt, *Carpz. c. l n. 36.*

PARTUS.

1. Partus, ex matre morbo peſtifero laborante natus, non præſumitur vixiſſe, *Carpz. p. 3. c. 17. d. 20.*

2. Partus, ſeptimo menſe a die nuptiarum natus, legitimo tempore editus eſſe cenſetur, *l. 12. de ſtat. homin. l. 1. de ventr. inſpic.* adeo ut nihil interſit, quocunque etiam menſis illius die partus naſcatur: nec enim menſes ſeptem perfecti requiruntur, *l. 3. §. ult. de ſuis & legit. Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 224. Huber. prælect. ad ff. tit. de ſtat. homin. §. 4.*

3. Quocirca tali caſu contra parentes mala præſumtio capienda non eſt, quaſi concubitum præcepiſſent; qui itaque nec pœna aliqua affligi, imo nequidem juramento purgatorio onerari poſſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 153. & in ſupplem. ad eand. obſ. nec non in ſupplem. nov. ad eand. obſ. n. 3. Stryck. uſ. mod. tit. de ſtat. homin. §. 13.* niſi alia indicia adſint, quæ parentes, vel, pro re nata, matrem ſaltem gravant, *Richter. dec. 89. Lauterb. colleg. theoret. pract. tit. de his, qui ſui vel alien. jur. §. 10.* confer. vero *reſponſum* quod exhibet *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 153. n. 3. p. 169.*

4. Ceterum nihil intereſt, de matrimonio quæratur, an de ſolo ſtupro, unde ejuſmodi feminæ jusjurandum purgatorium de eo, quod cum alio, vel antea,

vel

vel deinceps, non concubuerit, imponi nequit, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. not. 3. p. 40.*

5. Si parentes anticipatum concubitum confiteantur, a magiſtratu politico puniri quidem, aſt ad peragendam deprecationem publicam cogi non poſſunt, *Beyer. in addit. ad Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 224.*

6. Si partus ante ſeptimum menſem editus fuerit, parentes concubitum anticipaſſe præſumuntur, atque niſi anticipati concubitus pœnam luere velint, purgatorio iſtam præſumtionem elidere tenentur, *Habn. ad Weſenbec. tit. de ſtat. homin. n. 3. Stryck. uſ. mod. tit. eod.* §. *14. Horn. cl. 3. R. 27. & 28. Berger. c. l. not.* 4.

7. Attamen non rigoroſe nimis inquirendum in tempus conceptionis, ſi partus in dubio pro legitimo haberi poteſt: fieri enim poteſt ut & partus, ſexto ſaltem vel etiam quinto menſe editus, ſit legitimus, nimirum, quando vivax haud eſt, nec perfectus, ut maxime vivus in lucem prodeat, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 227.* confer. *Stryck. c. l.*

8. Maritus partum ſeptimo menſe editum pro ſuo agnoſcere tenetur, quia pater eſt, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant, *l. 3. & 4. de his, qui ſui vel al. jur. Huber. prælect. ad ff. tit. de ſtat. homin.* §. *4.* ſi paulo ante, ſecus, *Huber. c. l. & tit. de agnoſc. & alend. liber.* §. 4.

9. Quamvis medici diſputant, an partus octimeſtris ſit legitimus; & communiter in negativam inclinant ſententiam, *Godofred. ad l. 12. de ſtat. homin. Moller. lib. 3. ſemeſtr. 28.* attamen juridice nec pro illegitimo haberi debet partus octavo menſe editus, *Moller. c. l. Carpz. c. l. def. 226. Pageſtech. de jur. ventr. p. 8. ſect. 4.* §. *4.*

10. Partus legitimus cenſetur, ſi principio undecimi

mi menſis naſcatur, *Caranza de partu c. 14. n. 33. Carpz. p. 4. c. 27. d. 15. & jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 225. n. 12. nec non lib. 5. R. 111. n. 11. Stryck. de cautel. teſtam. c. 17. membr. 1. §. 5. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 39. & not. 5. p. 41. & 43.* qui in eo differunt, quod illud ſpatium ab obitu mariti computent *Stryck. c. l. & Berger. d. th. 2. p. 39.* econtra ejuſmodi caſu menſes non a morte, ſed conceptionis tempore computari debere, cum *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 89. n. 44. & Rauchb. p. 2. qu. 24. n. 50. ſequ.* cenſet *Carpz. in jurispr. eccleſ. d. def. 225. n. 14. & p. 4. c. 27. d. 15. n. 3.*

11. Quodſi vero ſub fine undecimi, vel ſub initio duodecimi menſis partus naſcatur, quin illegitimus ſit, vix ambigendum, *Rauchb. d. qu. 24. Carpz. jurispr. eccleſ. d. def. 225. n. 16.* Plane cum ſint, qui cum conſuetudinem fori magis magisque extendunt, ac ſigillatim afferunt præjudicia de partu duodecimo & decimo quarto menſe edito, tum multum hac in re judicis prudentis arbitrio relinquendum eſſe, monent, hoc temperamentum: ut feminæ, cujus partui ex hoc capite quæſtio ſtatus movetur, jusjurandum, ſuppletorium pariter, ac purgatorium, dictitetur, daß ſie allein mit ihren verſtorbenen Ehe-Mann, und ſonſt mit niemanden ſich fleiſchlich vermiſchet, conſulit *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. not. 5. p. 43.*

PASCUA. PASCENDI JUS.

1. Dominus in præjudicium ejus, qui jus paſcendi habet, non poteſt arare fundum, *Conſtit. Elect. Sax. 41. ibique Carpz. d. 1.* nec in ſtagnum commutare, *Carpz. d. c. 41. d. 2. Gail. lib. 2. obſ. 67. n. 10.*

2. Poſſunt tamen prædia inculta & paſcuis obnoxia ad culturam reduci, ſi ſervitus paſcendi non niſi

ſi eo tempore, quo fructus ſunt collectæ, zu offenen Zeiten, conſtituta ſit, *Cæpoll. de ſervit. ruſtic. præd. c. 9. n. 10.* Carpz. *d. c. 41. d. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 57.* In dubio autem ſervitus paſcendi, non niſi eo tempore, quo fruges collectæ ſunt, zu offenen Zeiten, conceſſa videtur, *Carpz. p. 2. c. 41. d. 4. Berlich. p. 2. concl. 49. n. 26.*

3. Dominus fundi ſervientis agrum mutare & in culturam aliam redigere poteſt, ſi reductio non noceat paſcuis, *Cæpoll. d. c. 9. n. 40. Covarruv. lib. 1. pract. quæſt. c. 37. n. 5. Carpz. d. c. d. 5.*

4. Prædia in culturam redigi poſſunt, in vito eo, cui jus paſcendi competit, ſi nihilominus paſcua ſufficiat, vel alia quædam & tot inculta relinquantur, quibus pecora paſci queant, *Conſtit. Elect. Sax. 41. p. 2. ibique Carpz. d. 6. Modeſt. Piſtor. p. 3. qu. 106.*

5. Qui ſervitutem habet paſcendi, non poteſt uti paſcuis, cum pecoribus morboſis, ne & alia contagione afficiantur, *Schneidew. in pr. J. de ſervit. tit. de ſervit. ruſtic. præd. n. 41. Carpz. d. c. d. 8.*

6. Qui jus paſcendi ex uno ovili in pluribus locis vel pagis habet, nequit novum ovile ponere in loco, ubi antea nullum fuit, ne oves, depaſcendo prius gramina, intercipiant ruſticis ejus loci paſcua, niſi utriusque paſtulatio ſufficiat, *l. 2. §. ult. de S. R. P. Coler. p. 1. dec. 218. n. 1.*

7. Qui aliquo in prædio certum numerum ovium paſcendi jus habet, agnos ſimul ibidem paſcere poteſt, niſi agni primum annum transgreſſi ſint, *Brunnem. ad l. 17. de S. P. R. n. 5. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 9. not. 3. p. 306.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. 491.*

8. Ser-

8. Servitus paſcendi non etiam ſtatim complectitur jus ſtercorandi, den Pferg-Schlag, *Berger. c. l. not. 9. p. 307.*

9. Qui ſervitutem paſcendi debet, non poteſt ibidem pecora ſua paſcere, niſi paſcua utrique ſufficiat, *Berger. c. l. not. 5 p. 306. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 67.*

10. Cum poſſeſſione ſervitutis paſcendi conjunctum eſt jus prohibendi, ne alius ibidem pecora paſcat, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 1. not. 3. p. 546.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 41. item in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 87. n. 1. & ad p. 9. obſ. 41.*

11. Is, cujus prædio jus paſcendi in alieno competit, illius juris commoditatem alteri, ejuſdemque prædio, regulariter concedere nequit, *l. 5. §. 1. de S. R. P. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 385.* vid. omnino *Stryck. uſ. mod. tit. de S. P. R. §. 12.* Plane jus paſcendi quidem ſine prædio non poſſe vendi nec locari, precario vero concedi, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 307.*

12. Hinc jus paſcendi, quam membra univerſitatis in prædiis ſingulorum ſibi mutuo conſtituerunt, ab aliquibus aut majore parte, ſeorſim ſine prædio nec vendi nec locari poteſt, *Müller. ad Struv. ex. 24. th. 4. Horn. cl. 6. R. 17. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 3. not. 1. p. 300.* nec refert utrum ceteris inde aliquid decedat, necne, *Horn. c. l. Berger. c. l.*

PASTUS.

1. Si plurium dominorum animalia damnum dederint, actio de paſtu contra ſingulos, non in ſolitum, ſed pro rata damni, a cujusque animali illati, datur; propterea enim quod unius animal ab ipſo neglectum aliena gramina depavit, non protinus ipſi imputar, poteſt

poteſt, quod & aliorum animalia eadem depaverint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 57.*

PATER. PATRIA POTESTAS.

1. Pater vi patriæ poteſtatis habet uſumfructum in bonis liberorum maternis, aliisque adventitiis *l. 1. & 2. C. de bon. matern. l. 6. C. de bon. quæ liber.* Land-R. *lib. 1. art. 11. Coler. p. 1. dec. 41. n. 3. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 26. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 141.* etiamſi 1) liberi de pane ipſius non vivant, ſed aliunde alimenta habeant, *Jaſon. in l. de alimentis. 8. n. 6. C. de tranſact. Carpz. p. 2. c. 10. d. 7. Stryck. uſ. mod. tit. de pecul. §. 11.* niſi pater liberis alimenta recuſet, *Richter. p. 1. dec. 18. n. 3.* diſſentit *Stryck. c. l.* & licet 2) filia ancillares præſtet operas, *Carpz. d. c. d. 8. Brunnem. ad l. 6. C. de bon. quæ liber. Stryck. c. l.* quæ tamen, ſi mercedem vel ſalarium petat, audienda eſt, *Carpz. d. def. 8. n. 7.*

2. Pater habet uſumfructum in geradicis quoque bonis liberorum, in ipſius poteſtate conſtitutorum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 96.*

3. Quamdiu itaque patria poteſtas durat, tamdiu quoque uſusfructus continuatur, *Stryck. c. l.* qui nec extinguitur, etiamſi pater ad ſecundas nuptias procedat, *Richter. p. 1. dec. 18. n. 4.*

4. Ex jure uſusfructus ſequitur, quod competat patri legitima adminiſtratio bonorum adventitiorum, *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber.* neque ad hoc judicis confirmatione indiget, *Stryck. uſ. mod. tit. de pecul. §. 14.* add. *Carpz. lib. 5. R. 84.*

5. Patri uſusfructus a matre, avo vel avia in bonis, quæ liberis vel nepotibus relinquunt, per ultimam voluntatem adimi poteſt, *nov. 117. c. 1. & auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Carpz. p. 2. c. 10. d. 19* quin

non

non ſolum verbis expreſſis, ſed tacite ac verbis æquipollentibus, veluti per ademtionem adminiſtrationis quandoque uſumfructum patri auferri, docent *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 26. Heig. p. 2. qu. 12.* excepto uſufructu legitimæ, quippe qui patri nullo modo adimi poteſt, *d. nov. 117. c. 1. Brunnem. ad auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 83. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 7. not. 6. p. 1544.* diſſentiunt, *Heig. d. qu. 12. Berlich. dec. 137. Mev. p. 7. dec. 356.*

6. Non ſolum parentes, ſed & quivis extranei alterius cujusdam hominis liberis aliquid legare poſſunt, ademto patri eorundem uſufructu, *nov. 117. c. 1. Carpz. d. def. 10. n. 6.*

7. Ademto licet patri per teſtamentum uſufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus adminiſtratio ipſi competit, niſi aliud teſtamento diſpoſitum, ac ſpecialis curator conſtitutus fuerit, qui bona adminiſtret, *Heig. p. 2. qu. 12. n. 10. Hartm. Piſtor. lib. 4. qu. 11. n. 13. Carpz. p. 2. c. 10. d. 11. Stryck. uſ. mod. tit. de pecul. §. 14. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 83.* quod quidem procedit quoad bona, quæ ultra legitimam relinquuntur: nam quoad hanc ipſi adminiſtratio adimi non poteſt, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 83.*

8. Pater, privatus uſufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem ſucceſſione non videtur excluſus, *Mod. Piſtor. p. 2. qu. 59. Carpz. d. c. d. 15.*

9. Pater non tenetur reddere rationes de bonis liberorum adventitiis, *Schult. in addit. ad Modeſtin. Piſtor. p. 3. qu. 126. n. 127. Carpz. p. 2. c. 11. d. 5.* niſi ipſi ademtus ſit uſusfructus: tum enim perinde, ut alius admi-

adminiſtrator, rationem reddere debet, *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 11. n. 15. Carpz. p. 2. c. 10. d. 11. n. 9.*

10. Nec tenetur pater, bona liberorum adminiſtrans, inventarium conficere: hoc ipſo tamen non liberatur a privata bonorum conſignatione, *Mynſinger. cent. 2. obſ. 93. Carpz. d. c. 10. d. 9. n. 12. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. de pecul. §. 7. Philipp. ad dec. 21. obſ. 1. n. 25. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 92. & p. 3. obſ. 142.*

11. Porro pater liberis non tenetur præſtare cautionem, ratione bonorum adventitiorum, de utendo boni viri arbitrio & de reſtituendo, finito uſufructu, *Rauchb. p. 1. qu. 30. n. 24. Carpz. d. def. 9. n. 1. ſeq.*

12. Plane, ſi pater de prodigalitate ac alio dolo ſit ſuſpectus, non ſolum ad edendum inventarium vel juratam ſpecificationem tenetur, *Berger. dec. 112. n. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 92. n. 7.* ſed & cautio ab eo exigi, *Rauchb. p. 1. qu. 30. n. 24. Wernher. c. l. & in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 83. n. 3.* quin imo bonorum adminiſtratio penitus eidem adimi poteſt, *Carpz. d. def. 9. n. 10. Wernher. c. l.*

13. Adminiſtratio, quæ patri in bonis liberorum, intuitu patriæ poteſtatis competit, ipſi non aliter auferri, & alii committi poteſt, quam ſi alimenta liberis haud ſuppeditet, aut bona diſſipet, *Struv. jurispr. for. lib. 1. tit. 18. §. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 63.*

14. Quod ſi pater uſumfructum non percepit, ſed adminiſtrationem bonorum liberis permiſit, cenſetur illis uſumfructum donaſſe; unde, patre defuncto, coheres quicquam repetere non poteſt, *Carpz. p. 2. c. 10. d. 12.*

15. Pater, qui jure patriæ poteſtatis bona filiifamilias adventitia adminiſtrat, eorumque uſum fructum

ctum habet, hæc regulariter alienare vel obligare nequit, ſe alienata filius revocare poteſt, non obſtante ulla præſcriptione, niſi tricennali, a tempore ſolutæ patriæ poteſtatis cœpta, & completa, *l. 1. & auth. niſi tricenn. C. de bon. matern. l. 1. in fin. C. de annal. præſcript. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 35. n. 1. 2.*

16. Competit tamen patri alienandi licentia, ob alimenta liberorum, & ſolam utilitatem, aut ſi quædam bona infructuoſa & oneroſa fuerint, aut ob aliam juſtam cauſam, neque opus eſt ulla ſolennitate, imo nequidem decreto magiſtratus, *l. 8. §. 5. C. de bon. quæ liber. Wernher. d. obſ. 35. n. 3. & p. 4. obſ. 10. nec non in ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 35. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. p. 197. Brunnem. ad d. l. 8. n. 17.*

17. Juri liberis competenti, v. g. in feudis vi patriæ poteſtatis valide renunciari non poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 32.* pater enim actu ſuo aliquo liberorum conditionem lædere non poteſt, *l. 7. C. de jur. dot. Mev. p. dec. 17. n. 5.* & quod ſuo jure habent, nec parentes tollere poſſunt, *l. fin. C. de bon. quæ liber. Mev. p. 5. dec. 67. n. 12. ſeq.*

18. Tam patri, quam filio licet venire contra pacta de bonis hujus adventitiis, quatenus vergunt in hujus damnum, *Mev. p. 4. dec. 320.*

19. Non eſt in poteſtate patris obligare vel perſonam filii circa bona adventitia, *tot. tit. C. ne fil. pro patre*, vel bona ipſa, *l. 6. §. non autem. C. de bon. quæ liber. Mev. d. dec. 320. n. 10.*

20. Pater ratione bonorum adventitiorum, in quibus habet uſumfructum, ſine conſenſu filii, niſi hic in prima ætate adhuc ſit conſtitutus, hoc eſt, annum 14. nondum egreſſus, in judicio experiri non poteſt, *Hartm. Piſtor. lib. 4. qu. 11. n. 4. Carpz. p. 2. c. 10. d. 14.*

Digitized by Google

21. Plane patrem, etiam non poſſeſſionatum, vi patriæ poteſtatis, abſque ullo magiſtratus decreto, ſortes liberorum, hypothecis judicialibus in bonis immobilibus munitas, exigere, debitoresque a nexu obligationum & hypothecarum, citra metum reſtitutionis in integrum, liberare poſſe, tametſi liberi majorennitati proximi proteſtentur, quodque poſt mortem patris heredes illius eſſe nolint, adeoque ſortem hanc denuo a debitoribus ſe exacturos minentur, præjudiciis comprobat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. b. p. 88. & 89.*

22. Pater, vi patriæ poteſtatis omnia, ſpeciale (a) alias mandatum requirentia, negotia valide peragere poteſt, *Barth. c. l.* add. *Carpz. lib. 5. R. 84.*

23. Et pater in cauſa filii in patria poteſtate adhuc exiſtentis, ob unitatem perſonæ, non actorem, ſed mandatarium, (b) quaſi in cauſa propria, conſtituit, adeo ut nec cautione rati opus habeat, dummodo in väterlicher Gewalt agat, non autem in naturali poteſtate, in natürlicher Gewalt ſeiner Kinder; vel ſi defenſorio tantum nomine, aut pro emancipatis compareat, tunc enim non niſi cautione rati admittitur, ſubſtitutusque ab eo actor potius, quam mandatarius erit, *Suendend. ad Fibig. p. 241. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 5. Barth. c. l. p. 88.*

PATRONUS, PATRONATUS.

1. Patronus a candidato miniſterii literas reverſales valide haud exigit, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 1. def. 20. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 39.*

2. Patronus clauſulas conſuetas literis, quibus mini-

(a) Niſi liberis conſtitutus ſit ſpecialis tutor, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 1.*

(b) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

miniſtrum eccleſiæ vocat, recte inſerit, quamvis talia concernant, quæ alias juri patronatus non cohærent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 398.*

3. Patroni jus circa perſonas eccleſiis inſervientes, conſiſtens in præſentando & vocando, non porrigitur ad vocatos recipiendum aut deponendum, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 1. def. 4. Mev. p. 7. dec. 27. & p. 8. dec. 462.*

4. In Marchia & Pomerania patronus jure clericos ab officio removendi gaudet, *Stephan. de jur. patron. p. 1. c. 28. n. 4. Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 8. §. 30. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 44.*

5. Patronus jurisdictionem in perſonas eccleſiaſticas non habet, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 1. def. 70. n. 3. Brunnem. conſil. 142. & jur. eccleſ. lib. 2. c. 8. §. 30. ibique Stryck.*

6. Hoc tamen patrono denegandum non eſt, ut perſonas eccleſiaſticas, a ſe vocatas, ſui officii admoneat, & diſſentientes ad concordiam reducere tentet, *Mev. p. 7. dec. 26. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 3. c. 2. §. 6.*

PAUPER. PAUPERUM JUS.

1. Quis pro paupere, ut jura pauperum conſequatur, judicandus ſit, Doctorum opiniones, atque adeo mores, pro diverſitate locorum variant: nam jure civili iſte vocatur pauper, minus quam 50. aureos in bonis habet, *l. 10. de accuſat. & inſcript.* & pauperem eum dicit *Gail. lib. 1. obſ. 142. n. 8.* qui in bonis non habet 50. florenos, quocum facit *Berlich. p. 1. concl. 7. n. 91. ſeq.* qui id pariter ad Saxoniam extendit, vid. *Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 7. ſect. 1. §. 3. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p. 4.* In curia provinciali Lipſienſi ſumma 75. florenorum aureorum

 deter-

determinata, atque recepta eſt, teſte *Philipp. ad O. P. S. tit. 1. conſid. 2. n. 24.*

2. Aſt in præfectura Lipſienſi, & Senatus Lipſienſis judiciis pauper illimitate (a) jurat: daß er ſo viel im Vermögen nicht habe, daß er dieſen wieder N. habenden proceſſ davon auszuführen ſich getrauete, teſte *Barth. c. l.* Pauper enim eſt, qui ſumtus litis de præſenti ſufferre non poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 12.*

3. Hinc cum in Supremo Appellationum judicio jurent pauperes, ſe in omnibus bonis, mobilibus & immobilibus atque actionibus tantum non habere, quo de præſenti ſumtus litis ſufferre, ſportulas & ſalaria advocatorum ſolvere, aliasque impenſas præſtare poſſint, pro perjuro haberi non poteſt, qui, poſſidens fundum 80. florenis, nihilominus juramentum paupertatis præſtitit, teſte *Rivin. c. l.*

4. Jura pauperum, das Armen-Recht, conſiſtunt in eo, ut aut adverſarius compellatur, parti pauperi expenſas ſubminiſtrare, aut ipſe judex de ſumtibus litis neceſſariis ipſi proſpicere teneatur, *Krauſ.*

(a) De juramento paupertatis *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 10.* diſponitur hoc modo: da hingegen der Armen-Eydt ſelbſt dahin, daß ſie ſo viel, als von Zeit zu Zeit, zu Verlegung der Gerichts-Gebühren, und zu Salarirung eines Advocati erfordert wird, nicht vermögten, noch zuverdienen oder aufzubringen wüſten, auch daß ſie, um Leiſtung ſolches Eydes willen, ihr Guth oder Haabe nicht veräuſert, oder andern übergeben hätten, ingleichen daß, wenn ſie ihre Sache durchs Recht oder Vergleich erhalten, oder ſonſt bey währenden Proceſſe, und hernach zu beſſeren Vermögen kommen würden, ſie alsdenn jeden nach Gebühr gerne bezahlen wolten, ausdrücklich einzurichten.

Digitized by Google

Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 7. §. 4. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p.* 4.

5. In certis autem caſibus tantum adverſarius cogi (b) poteſt, ut parti pauperi ſumtus ad litem neceſſarios ſuggerat. v. c. 1) quando lis eſt de bonis, quæ pauper dicit eſſe communia, vel etiam ad ſe pertinere (c), probabili quadam præſumtione adjutus, *Ordinat. judic. Appell. Sax. lit.* **Von den** *Advocaten* **der Armen.** *Krauſ. c. l.* §. 5. *Barth. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ.* 83. 2) ſi pauper de alimentis (d), ſibi præſtandis, ex cauſa probabili quadam in judicium litem deduxit, *d. Ordinat. Judic. Appell. Sax. tit. eod. Krauſ. c. l. Wernher. c. l.* 3) ſi bona pauperis ſequeſtrantur vel arreſto affecta ſunt, adeoque cauſam contendendi habet, *l. fin. C. de ordin. cognit. Mencken. ad proc. diſp.* 3 §. 28. Plures caſus vid. apud *Berlich. p. 1. concl. 7. n. 45. ſeq.*

6. Deficientibus cauſis, ex quibus adverſarius ad ſubminiſtrandos colliganti pauperi ſumtus compellitur, judex, coram quo lis mota eſt, ex officio (e) ejuſmodi pauperi ſuccurrere tenetur, *c. 2. §. inſuper. de reſcript. in 6.* nec diſtinguitur, utrum pauper actoris, aut rei (f) partes ſuſtineat; nec etiam, an cauſa ſit civilis, an criminalis, *Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 7.*

(C c) 4 *ſect.*

(*b*) Ex arbitrio judicis, vel prævia ſententia, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 12. circa finem.*

(*c*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi quoque, quod ſubminiſtrandi ſint ſumtus litis ab adverſario, ſi vidua illata & donationem propter nuptias petat.

(*d*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*e*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 12.*

(*f*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 13.* ubi etiam, quod nihil interſit, an quis ante inchoatam litem, aut, pendente ea, depauperatus ſit.

ſect. 1. §. 6. adeo, ut nec defenſio pro avertenda inquiſitione hic excipienda ſit, *Mencken. c. l. §. 29.*

7. Antequam vero pauper ad jura pauperum admittatur, duo prærequiruntur: 1) teſtimonium paupertatis a magiſtratu competente conditum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 14. not. 3. p. 898. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p. 4.* non itaque ſufficit teſtimonium vel paſtoris, vel ſculteti, & ſcabinorum paganorum, *Berger. c. l. p. 899.* imo & horum, quin quoque aliorum, veluti vicinorum, quibus indigentia pauperis cognita eſt, teſtimonium ſufficit, ſi ipſi cum magiſtratu lis ſit, *Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 7. ſect. 1. §. 7.* plena enim probatio non requiritur, propterea, quod defectus, præſtito deinceps juramento paupertatis, ſuppleatur, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 14. Krauſ. c. l.* 2) jusjurandum paupertatis, *Berger. c. l. p. 899.*

8. Juramento paupertatis præmittitur juramentum malitiæ (g), ſi ſuſpicio ſit, pauperem per calumniam intendere actionem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 14. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p. 4.*

9. Tutor nomine pupilli ad præſtationem juramenti paupertatis adſtringi (h) nequit: paupertate tamen

(g) Ante omnia tentanda eſt amicabilis compoſitio; qua fruſtrata, & cognita probabiliter cauſæ juſtitia, pauperes una cum juramento paupertatis juramentum malitiæ præſtant, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 10.*

(h) Plane ſicuti minores, qui annum 18. egreſſi ſunt, juramentum paupertatis & malitiæ præſtare tenentur: ita quoque loco ceterorum minorennium & pupillorum, item furioſorum ac mente captorum &c. tutores & curatores hoc modo jurare obſtricti ſunt: daß ihre Pflege befohlne ſo viel, als zu Verlegung derer Gerichts-

Digitized by Google

tamen probata, ſumtus ex fiſco ſunt ſuppeditandi, *Rivin. c. l. en. 17.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 1. obſ. 6. not. 4. p. 19.*

10. A jure paupertatis nec illi, qui culpa ſua bonis lapſi, repellendi ſunt, *Barth. c. l.* Et pauper juratus etiam fruitur beneficio paupertatis, cum actione, ſibi ceſſa, experitur, *Berger. c. l. not 5. p. 20.*

11. Pauper contra neglectum fatale in integrum (i) reſtituitur, modo paupertas cauſam neglectui dederit, ſecus ergo ſi procuratorem habeat, adeoque defenſus ſit, *Wernher. ſel obſ. for. p. 3. obſ 9.*

12. Pauper antequam ſeſe ad jus paupertatis legitimavit, beneficio reſtitutionis in integrum, v. c. contra lapſum fatalium uti poteſt: ſufficit enim quod paupertatis exiſtentia tempore læſionis adfuerit, modo deinceps probetur, *Berger. œcon. jur. l b. 3. tit. 15. th. 14. not. 3. p. 899.* Non autem tum ſufficit, de paupertate ſimpliciter juraſſe, ſed juramentum ad id tempus dirigendum eſt, quo læſio facta, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 226. Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 16.*

13. Juramentum paupertatis, hac probata, coram alio judice jamjam præſtitum, denuo (k) præſtandum

(C c) 5

richts- und Advocaten-Gebühren von Zeit zu Zeit erfordert wird / nicht in Vermögen haben; quod ſi præſtare recuſent, & jura illorum indefenſa relinquant, ratione damni exinde orti tenentur. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 11.*

(i) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 13.*

(k) Pauper, quamvis in alia cauſa jura paupertatis jam conſecutus ſit, in alia tamen denuo mota, ſimpliciter iisdem frui non poteſt, ſed denuo juſtitiæ cauſa inquirenda, ab eoque juramentum malitiæ, imo &, pro re nata, juramentum paupertatis exigendum eſt *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 13.* ubi etiam, quod, ſi is, qui jura

Digitized by Google

dum non eſt, niſi præſumtio forte ſit, quod quis ex intervallo ad meliorem fortunam pervenerit, *Rivin. c. l. n. 15.*

14. Vidua, quæ, probata paupertate, in una cauſa ad jura pauperum admiſſa eſt, poſtea etiam in aliis (l) cauſis, contracto licet interim matrimonio, iisdem fruitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 258.*

15. Judex pauperibus ex officio conſtituere poteſt & debet advocatum, *l. 9. §. 5. de offic. proconſ.* eumque invitum, niſi injuſte renuens foro (m) carere malit, *l. 7. C. de poſtul. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 8. th. 1. not. 7. p. 957.* Nec excuſat advocatum a neceſſitate officii allegatio dubiæ vel malæ cauſæ, *Mev. p. 3. dec. 200.*

16. Pendet a judicis arbitrio, quem advocatum pauperi dare velit, nec abſolute eum, quem litigans petit, eligere debet; cumprimis, ſi citra præjudicium ipſius alium, æque idoneum, minori inſuper ſumtu, habere poſſit, *Mencken. ad proc. diſp. 3. §. 29. Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 7. ſect. 1. §. 12.*

17. Plane non obligari præciſe pauperem eum, quem judex ipſi obtrudere vult, advocatum judicii forte ordinarium, recipere, ſed, ſi alius ſit, qui iisdem conditionibus pauperi præſtare patrocinium, vel ad minimum exactionem promeriti honorarii, ad finem (n) & victoriam litis uſque, differre velit, hunc utique

jura pauperum obtinuit, durante lite moriatur, ejus heredes non aliter iisdem juribus fruantur, quam ſi pariter juramentum paupertatis præſtiterint.

(*l*) vid. *hic. th. præced. lit. k.*

(*m*) Id quod convenit *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 12.*

(*n*) Juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 12.* advocatus, pauperi adjunctus, pendente proceſſu, nihil, niſi erogatam pecuniam, den baaren Verlag, petere poteſt.

utique ei non eſſe denegandum, tradit *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p. 4.*

18. Pauper temere (o) litigans non tantum incarceratione punitur, ſi definitiva ſententia contra ipſum fertur, ſed etiam, ſi durante proceſſu, ob frivolas protelationes, in expenſas condemnatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 19.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 36. §. 1. n. fin. Barth. c. l. p. 5.* quamvis rariſſime contingit, ut pauperes in expenſas condemnentur, *Carpz. lib. 3. R. 222. n. 8.*

19. Pauper, qui cauſa in ſe dubia cadit, tametſi poſtea ad meliorem fortunam pervenerit, judici ad reſtituendas expenſas, ſibi ſuppeditatas, minime obligatur, *Barth. c. l.* utut, ſi victoriam obtineat, reſtituere eas, & ſolvere quoque advocato honorarium tenetur, *Barth. c. l.*

20. Finis igitur proceſſus expectandus (p) eſt, nec

(o) Quum pauper in lite ſuccumbit, & contra juramentum malitiæ in temeritate litigandi deprehenditur, non ſolum in reſtitutionem expenſarum condemnatur, ſed et, ſi has reſtituere non valeat, aut carceris pœna plectitur, aut compellitur, ut operis ſuis eas demereatur. Si vero ſtatim ab initio vel in progreſſu litis injuſtitia cauſæ deprehenditur, vel pauper juramentum malitiæ præſtare recuſat, judicia ſuperiora, illum repellere, judicia inferiora vero ſtatum cauſæ ad judicia ſuperiora referre, eorumque ſententiam expectare jubentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 14.*

(p) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 14.* ubi: würden nun dergleichen geſchworne Armen ihre Sache gewinnen, oder durch Vergleich, oder ſonſt Zeit währenden Proceſſes und hernach etwas erlangen, und zu beſſern Vermögen kommen, ſollen ſie ſowohl den vor ſie gethanen baaren Verlag reſtituiren, als auch die inzwi-

nec antea aliquid prætendere poteſt judex vel actuarius; hinc, cum quidam, ad jus paupertatis admiſſus, in concurſu quodam, pendente adhuc proceſſu, a Sereniſſimo impetraret, ut ex depoſito concurſus ei in partem ipſius crediti 200. floreni exſolverentur, & actuarius erogatas pro eo litis expenſas repeteret, eique jure pauperum poſthac denegare vellet judicium, pauper vero ſe inde locupletiorem non fieri, ſed contractum hactenus pro alimentis æs alienum inde ſe exſolvere debere, regereret, pronunciabatur: Es mögte ihm das Armen-Recht noch zur Zeit nicht verſaget, jedoch die verurſachten Unkoſten von dem, was er künfftig zu gewarten, abgezogen werden, teſte *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 2. lit. c. p. 5.*

21. add loc. *ſtipendium. th. 4.*

PAUPERIES.

1. Jure civili actio de pauperie alternative competit, ut vel damnum reſarciatur, vel animal, quod nocuit, noxæ dedatur, *pr. J. Si quadrup. pauper. fec. dic. l. 1. pr. eod.* quod adhuc hodie obtinet, *Hahn. ad Weſenbec. tit. ſi quadrup. pauper. fec. dic. n. 3. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 4.*

2. Jure Saxonico dominus, qui, poſteaquam de pauperie intellexit, animal abigit, aut non recipit, hac actione conveniri nequit; ſin autem receperit, noxæ deditione haud liberatur, ſed præciſe damnum reſarcire tenetur, Landr. *lib. 2. art. 40. Carpz. pract. crimin. qu 131. Hopp. ad pr. J. ſi quadrup. pauper. fec. dic. in uſ. hod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 56.*

3. Si

inzwiſchen aufgelauffene Gerichts- und Advocaten Gebühren ohne Anſtand und längſtens binnen Sächſiſcher Friſt vergnügen; &c. &c.

3. Si inter animalia, quæ ſibi damnum intulerunt, conſtet, illud, quod nocuit, provocatum eſſe, ceſſat actio de pauperie, *l. 1. §. 11. ſi quadrup. pauper. fec. dic. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 9.* dominus beſtiæ occidentis vero de pauperie tenetur, ſi provocationem docere nequeat, *Stryck. c. l.*

PECULATUS.

1. Peculatus, quod eſt crimen, quo pecunia publica ab eo, cujus fidei & periculo non eſt commiſſa, ſurripitur, *§. 9. de public. judic. l. 1. l. 4. pr. l. 9. §. 2. ad L. Jul. Pecul.* hodie perinde ut furtum punitur, *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. Pecul. §. 1. Hopp. ad §. 9. J. de public. judic. uſ. hod.* confer. omnino *Huber. prælect. ad ff. tit. ad L. Jul. Pecul. §. 1. ſeq.*

3. Huic delicto, quod ſpeciale quid eſt, quinquennio præſcribitur, *l. 7. ad L. Jul. Pecul.* Verum ſi hodie de hoc crimine non ex L. Julia, ſed ex capite furti agam, actio erit perpetua, & hinc, ſi ad ſuſpendium agatur, per 20. annos procedet accuſatio, *Stryck. c. l. & de inveſtig. act. ſect. 3. membr. 2. ax. 5. n. 29.*

PECULIUM.

1. Peculium adventitium irregulare pleno jure pertinet ad filiumfam. ſcilicet ex voluntate tradentis expreſſa aut tacita, *l. ult. pr. C. de bon. quæ liber.* exemplum tacitæ eſt in pecunia luſtrica, Pathen-Geld, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 33. p. 286.* in quo ergo peculio patri uſusfructus non competit, *nov. 117. c. 1. Horn. cl. 7. R. 41. n. 8.* add. omnino *Huber. prælect. ad ff. tit. de pecul. §. 2.*

2. Peculium militare caſtrenſe vel quaſi pleno jure competit filiofam. *l. 6. pr. & §. 3. C. de bon. quæ liber. Berger. c. l.* eodem refertur feudum, atque adeo

adeo in eodem patri denegatur uſusfructus, *Struv. ſyntagm. jur. feud. c. 5. th. 15. in fin. Berger. c. l.*

3. Filiusfam. non poteſt ullo modo de peculio adventitio regulari diſponere, niſi conſenciente patre, *l. ult. §. 5. C. de bon. quæ liber. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 33. not. 8. p. 287.* de peculio vero irregularia poteſt diſponere filiusfam. inter vivos & mortis cauſa, non tamen per teſtamentum, *l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. Berger. c. l. & Reſolut. Lauterb. tit. qui teſtam. fac. poſſ. qu. 3.* aſt de peculio caſtrenſi & quaſi etiam teſtari poteſt, *pr. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Berger. œcon. jur. c. l. not 10. p. 288.*

PECUNIA.

Vid. loc. *moneta.*

PECUNIA FEUDALIS.

Vid. loc. *feudalis pecunia.*

PECUNIA HEREDITARIA.

1. Tria conjunctim requiruntur, ut pecunia proprie dicatur hereditaria, 1) ut heredi a coherede præſtetur, ex rebus hereditariis; 2) requiritur titulus familiæ erciſcundæ, ut abſque præcedenti venditione ex cauſa diviſionis coheredi pro ſua portione aſſignetur pecunia; 3) ut ex bonis ſolummodo immobilibus præſtetur, *Carpz. p. 3. c. 21. d. 8. Barth. hodeg. for. in append. ad. c. 3. §. 22. p. 835. in fin.*

2. Bonis hereditariis extraneo venditis, pretium emti venditi, diſtinctis terminis ſolvendum, pro pecunia hereditaria proprie ſic dicta non habetur, *Carpz. d. c. d. 12.* Imo, coheredi licet bonis hereditariis venditis, pecunia tamen, ad certos terminos ſolvenda, hereditaria non eſt, *Coler. p. 2. dec. 286. n. 1. & 33. Carpz. d. c. d. 13.*

3. Pecu-

3. Pecunia hereditaria quoque dicitur, ſed minus proprie, pretium ex emtione immobilium certis diſtinctisque terminis exſolvendum, Tage=Zeit=Gelder von einem verkaufften Guthe, *O. P. S. tit.* 42. §. Es wird aber Erbe=Geld. *Carpz. p. 1. c. 28. d. 56. n. 6. Bartn. c. l. p. 836.*

4. Pecunia hereditaria proprie ſic dicta habetur pro re immobili, *Gail. lib. 2. obſ. 11. n. 10. & Theming. dec. 31. n. 2.* Sed diſtinguendum eſt, an dies ſolutionis pecuniæ hereditariæ venerit, an non, ita ut priori caſu naturam rerum mobilium ſequatur, poſteriori vero rebus immobilibus accenſeatur, *Conſtit. Elect. Sax. 21. p. 3. ibique Carpz. d. 1. Coler. proc. execut. p. 1. c. 3. n. 258. ſeq. Berger. p. 1. R. 162. n. 2.*

5. Hinc donatio pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum ceſſit, non valet, niſi facta coram judice, ſub quo ſita ſunt bona hereditaria, *Carpz. d. c. d. 2.* & pecunia hereditaria, defuncta uxore ante diem ſolutionis non marito ſuperſtiti, ſed heredibus cedit; ſecus ſi defuncta ſit uxor, poſtquam dies ſolutionis ceſſit, *Conſtit. Elect. Sax. 21. p. 3. ibique Carpz. d. 3. 4.*

6. Pecunia hereditaria improprie ſic dicta, ſeu pecunia, ex venditione rerum immobilium diſtinctis terminis debita, rebus mobilibus annumeratur, adeoque in Saxonia poſt mortem uxoris marito cedit, ſive dies ſolutionis venerit, ſive non, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 33.* add. *Carpz. ad d. c. d. 8. & 9.*

7. Pecuniæ hereditariæ, quæ intra 40. vel plures annos exactæ non ſunt, pro bonis vacantibus non ſunt habendæ, nec magiſtratui cedunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 213.*

8. add.

8. add. loc. *Creditorum claſſis 1. th. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 45. 46. 47. 48.* loc. *peculium. th. 1.*

PECUNIA LUSTRICA.

Vid. loc. *hypotheca tacita. th. 7.* loc. *peculium. th. 1.*

PERDUELLIONIS CRIMEN.

Vid. loc. *læſæ majeſtatis crimen. th. 4.*

PERITI.

1. Peritis in arte ſua fides eſt habenda, *c. 4. X. de probat. l. 6. C. de re milit.* modo rei vel facti, de quo teſtantur, exactam notitiam habeant, *Horn. cl. 12. R. 56.* ſed non niſi juratis, per *l. 20. §. omnes autem. C. de fid. inſtrum. Carpz. p. 1. c. 22. d. 12.*

PERJURIUM.

1. Pœna perjurii arbitraria eſt, pecuniaria, carceris, relegationis & fuſtigationis, pro qualitate delicti; ubi eo reſpiciendum, utrum dolo malo & conſulto, an vero calore quodam iracundiæ, aut alio affectu permotus quis pejeraverit, nec non quale commodum in pejerantem, & viciſſim quale damnum in alterum, contra quem juratum, ex perjurio reſultet, *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Cornel. de falſ. §. 9.* vid. omnino *Carpz. pract. crimin. qu. 46. n. 43. ſeq.*

2. Quando quis in judicio, juramento a judice delato, conceptis verbis, pecuniæ nomine, vel lucri alterius gratia, quo id ſuum in commodum cedat, pejerat, is non modo ad reſtitutionem pecuniæ, reique, cujus poſſeſſionem, perjurio interveniente, adeptus eſt, cogitur, ac ignominia notatur, ſed & digiti, quibus juramentum præſtitum fuit, amputantur, *Ord. Crim. Car. art. 107. Carpz. c. l. n. 52.* Non autem integri duo digiti, ſed ſaltem articuli priores digitorum, abſcinduntur, *Stryck. c. l. Berger. juriſprud. crimin. p. 24.*

3. Cum

3. Cum perjurium, niſi a ſciente atque adeo doloſe, non committatur; inde apparet, qui juramento ſe adſtrinxit ad muneris ſui partes recte obeundás, eum perjurum dici haud poſſe, ſi ex præcipitantia aut imbecillitate contra juramentum fecerit, *Pufſend. de jur. nat. lib. 4. c. 11. §. 23. Wernher. ſel. obſ. 2. for. p. 4. obſ. 151. n. 243.*

4. Jurans, qui dolo ejus, cui juratum eſt, ad jurandum inducitur, propter non ſervatam fidem, in foro minimum humano, perjurium non committit, *c. 28. X. de jurejur.* in tantum, ut, etiamſi juraverit, ſe nolle uti abſolutione, ſi quam impetraſſet, id tamen juranti minime obſtare queat, *c. 5. X. de his, quæ vi, metuſve cauſ. c. 4. X. eod. Schilter. ex. 49. §. 180.*

5. Perjurus indirecte a juramenti delatione arcetur; neque enim is, cui juramentum delatum eſt, tenetur jurare, niſi prius deferens de calumnia jurarit, ad quod perjurus non facile admittendus, *Wernher. c. l. n. 492.* ſed confer. *Horn. cl. 12. R. 26.*

6. Adverſus jusjurandum judiciale quæſtio perjurii, quoad intereſſe privatum, locum non habet, niſi hoc in continenti probari poſſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 147.* add. loc. *juramentum th. 8. ſeq.* quoad intereſſe vero publicum, quod exigit, ne perjuria maneant impunita, contra eum, qui perjurium commiſit, inquiſitio ſine diſcrimine recte inſtituitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 141.*

PERMUTATIO.

1. In permutatione pœnitentiæ locus eſt, quatenus is, qui a ſua parte rem cedit, poteſt revocare quod dedit, antequam alter viciſſim dederit, *l. 3. §. 2. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. Huber. prælect. ad J. tit. de emt. & vendit. §. 7.*

(D d) 2. Qui

2. Qui ab alio rem ex permutatione accepit, ſi ex parte ſua contractum implere nolit, non utique cogi poteſt, ut rem ſuam tradat, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 23. n. 5.* diſſentit *Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 5. §. 3. & uſ. mod. tit. de ren. permut. §. 1. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de rer. permut. qu. 7.*

3. In permutatione ante traditionem factam pœnitere licet, *Hartm. Piſtor. obſ. 167. Carpz. d. def. 23.* excludit tamen pœnitentiam, in permutatione interveniens ſtipulatio, *l. 3. C. de rer. permut. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 20. def. 1. n. 3.*

4. Plane hodie etiam ex pacto permutationis dari actionem, adeoque pœnitentiæ amplius locum non eſſe, probant *Gudelin. de jur. noviſſ. lib 3. c. 5. Pingizer. qu. 42. Stryck. de cautel. contract. c. l. §. 4. & uſ. mod. c. l. add. Horn. cl. 11. R. 1. p. 598.*

5. Permutationis conventa non videntur eſſe impleta, ubi aliquid præſtandum vel implendum reſtat, *Zanger. de except. p. 3. c. 22. n. 9. Mev. p. 9. dec. 3. n. 6.*

6. Permutationis contractu in omnibus impleto, caſus poſtea eveniens eſt periculo accipientis, *l. 1. C. de rer. permut. Mev. p. 9. dec. 4. n. 2.* integro autem implemento non ſecuto, periculo debitoris, cum tradita pro traditis non habentur, *Mev. d. dec. 4. n. 3.* in permutatione enim ante traditionem res domino ſuo perit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 60. n. 5.*

7. Permutatione facta, ſi implementum totum non ſequatur, accipiens ex acceptis non præſtat uſuras, ſed ſaltem percepta, *Mev. p. 9. dec. 5.*

8. Quando inter contrahentes convenit, ut emtio iniretur, pro tali haberi debet, etſi res, quam, præter pecuniam, ab emtore dari placuit, hanc ſuperet,

Digitized by Google

ret, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 60. Carpz. p. 2. c. 32. d. 15. n. 3. 4.*

9. Si de animo contrahentium non conſtat, videndum, quid prævaleat: ſi *res*, permutatio erit; ſi *pretium*, erit emtio venditio, *l. 6. C. de pact. int. emt. & vendit. Hopp. ad §. 2. J. de emt. vendit.* ſi neutrum prævaleat, ſed utrumque ſit æquale, in dubio potius permutatio contracta cenſetur, quam emtio venditio, *Carpz. c. l. n. 7. Hopp. c. l.* diſſentit *Wernher. d. obſ. 60. n. 6. Huber. prælect. ad J. tit. de emt. vendit. §. 8.* Sed hujus quæſtionis hodie nullam eſſe utilitatem, contendunt *Titius ad Lauterb. tit. de contrah. emt. Beyer. ad ff. tit. de rer. permut. in fin. & ad J. tit. de emt. vendit. poſit. 23.*

PERTINENTIÆ.

1. Pertinentiæ ſive acceſſiones intelliguntur vel ex lege aut conſuetudine, vel ex deſtinatione legitima hominis, eaque in actum deducta, *l. 17. ff. 5. 7. & 10. de act. emt. Mev. p. 2 dec. 196. n. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 15. not. 5. p. 669.* quæ colligitur ex factis, ut puta inſertione & incluſione, *d. l. 17. §. 3. Berger. c. l.* infoſſione, *l. 18. eod. Berger. c. l.* affixione, *l. 21. de inſtr. vel inſtrum. legat. Berger. c. l.* itemque cohæſione, *arg. l. 91. §. 5. de legat. 3. Mev. c. l. n. 7. Berger. c. l.* ita tamen, ut aliis etiam modis fieri poſſit; quorſum pertinet ſtercus ad agros colendos comparatum, *Berger. c. l. p. 670.* piſces, qui in ſtagno, non, qui in vivario ſunt, *Berger. c. l.*

2. In dubio, an quædam res ſit pertinens, nec ne, conſiderandum eſt, pro qua ſententia meliores militent præſumtiones, *l. 38. pr. de act. emt. Mev. p. 7. dec. 373. n. 5.* vid. *Menoch. de præſumt. lib. 1. præſumt. 100.* Et ſi quidem ſint tales, quæ judicis animum, ad

 creden-

credendum, eſſe pertinens, inducere queant, ei, qui negat, probanda eſt a contractu exceptio, aut affirmanti, ſicubi pro ipſo veriſimilia militant argumenta, permittendum, ut præſtito juramento, ſuppletorio obtineat, *Mev. c. l. n. 6.* 7.

3. Præſumtionem pertinentiæ facit 1) adjacentia, *Menoch. lib. 3. præſumt. 99. n. 10.* 2) ſi domuncula olim cum ædibus uno pretio vendita & emta fuerit, *l. 91. §. fin. de legat. 3. Mev. p. 7. dec. 374. n. 2.* 3) ſi domuncula a prioribus poſſeſſoribus conjunctim poſſeſſa & uſurpata, *l. 13. ff. fin. l. 14. de act. emt. Mev. c. l. n. 3.* plures præſumtiones allegat *Mev. c. l. n. 4. ſeq.* add. *Horn. cl. 5. R. 8.*

4. Pertinentiarum loco habentur eæ quoque res, quæ aliquo perpetui uſus cauſa deſtinantur, *Berger. E. D. F. tit. 46. obſ. 2. p. 1599.* Hinc lecti, ad diverſorium deſtinati, ad pertinentias referuntur, *Berger. c. l.* confer. vero *Carpz. p. 3. c. 24. d. 10.*

5. Ad pertinentias fundi, præter deſtinationem, cohærentiam & ejusmodi quidem, ut res a fundo, ſalva ejusdem ſubſtantia, divelli nequeat, requirit *Carpz. d. d. 10. n. 4.* Sed nihil intereſſe, firmiter cohæreant, an ſeparatim exiſtant, vel facile amoveri poſſint, putant *Berlich. p. 3. concl. 30. n. 22. Lauterb. ad ff. tit. de act. emt. §. 1. n. 15. Berger. c. l. not. 1. p. 1600.* Imo non refert, quamvis poſtea detrahantur vel removeantur, ea tamen intentione, ut iterum reponantur & ibi collocentur, *Lauterb. c. l. Berger. c. l.*

6. Ex ſola prædiorum coemtione qualitas pertinentiæ colligi haud poteſt, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 7. not. 1. p. 1108. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 79.* Ita etiam inventarium ad fundum pertinere negatur, *Schilter. ex. 30. th. 130. Berger. c. l.* Pari modo

Digitized by Google

do pertinentiarum loco habendi non ſunt agri, a vicini fundi domino, jure, quod vocant, perpetuæ coloniæ, poſſeſſi, ſeu potius detenti, *Berger. c. l. Wernher. c. l. n. 3.*

7. Pertinentiæ feudales, ut tales, Lehnſtücke, non fiunt ſola deſtinatione, eaque in actum deducta, ſed ad easdem prærequiritur inveſtitura, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 7. not. 2. p. 217.*

8. Pertinentiæ ſemper fundum, etiam feudum, ſequuntur, licet non nominatæ, *Mev. p. 2. dec. 196. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 23. p. 736.* nam pertinens pro parte rei eſt, & venditione rei cujusque comprehenditur, *l. 47. l. 48. l. 78. pr. de contrah. emt. Mev. p. 7. dec. 373. n. 3.*

9. Pertinentiæ fundi deſinunt eſſe, quæ voluntate domini a fundo ſunt ſeparatæ, *Mev. p. 5. dec. 276. n. 3.* Hinc pertinentiæ, a fundo per diviſionem ex cauſa hereditaria vel alium titulum ſeparatæ, una cum fundo adjudicatæ licitatori, qui forſan creditor eſt, non intelliguntur, ſed, ſi creditor jus ad iſtas ex hypotheca vel alia cauſa ſe habere credat, aliis actionibus contra poſſeſſores utendum eſt, *Mev. d. dec. 276. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 10. not. 1. p. 1192. ſeq.*

PETITORIUM JUDICIUM.

1. Petitorium præ poſſeſſorio eſt eligendum, quando actor in petitorio ab onere probandi immunis eſt, *Horn. cl. 6. R. 15. p. 346. b.* vel probationes proprietatis liquidæ adſunt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 5. not. 12. p. 1177.*

2. Actor, qui in petitorio agere cœpit, ab hoc deſiſtere & poſſeſſorio remedio uti poteſt, *l. 12. §. 1. de acquir. poſſeſſ. c. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Wernher.*

ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 149. & p. 6. obſ. 475. confer. vero *Mev. p. 2. dec. 354.*

3. Petitorium non eſt intentandum, priusquam finitum ſit poſſeſſorium, *Carpz. lib. 1. R. 75. n. 1.*

4. Coram quo judice poſſeſſorium eſt ventilatum, coram eodem quoque petitorium eſt intentandum, *Carpz. d. R. 75. n. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. p. 930. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 305.*

5. Regulariter judex a petitorio, quod in judicium deductum eſt, haud quaquam deflectere, & in poſſeſſorio pronunciare poteſt etiamſi reus poſſeſſionem alleget & probet, vid. *Carpz. lib. 1. R. 72. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 149. n. 1.*

6. Quodſi vero petitorium tumultuarie eſt inſtitutum, tunc, ſi de poſſeſſione rei liquido conſtet, integrum eſt judici, in poſſeſſorio ſententiam pro reo ferre, reſervato ſimul actori petitorio melius inſtituendo, *Berger. el. proc. poſſ. §. 42. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 278.*

7. Et in judicio petitorio judex pronunciare poteſt ſuper poſſeſſorio, ſi narrata libelli ad hoc referri queant, appoſitæ clauſula ſalutari, *Carpz. p. 1. c. 26. d. 7.*

8. Quod dicitur, prius judicandum de poſſeſſorio quam de petitorio, juxta *l. 3. C. de interdict.* non aliter accipiendum eſt, quam ſi de petitorio res adhuc controverſa atque dubia exiſtit: quodſi enim de petitorio res aperta eſt, ſive poſſeſſionis cauſa ſit adhuc dubia, ſive etiam liquida, tamen ſuper iſto tantum eſt pronunciandum, etſi tantum ſuper poſſeſſorio lis & concluſum fuerit, *Mynſinger. lib. 3. obſ. 93. Mev. p. 6. dec. 100.*

9. Quoties poſſeſſorium & petitorium cumulatur,

Digitized by Google

latur, ſeu ſimul in judicium venit, id prius decidendum, de quo prius docetur, *c. 2. X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 20.*

10. Cumulato licet petitorio cum poſſeſſorio, judex tamen, ſi ipſi ita videtur, petitorio prætermiſſo, ſuper ſolo poſſeſſorio pronunciare poteſt, *Carpz. lib. 1. R. 71.* add. *Berger. el. proc. poſſ. §. 42. Horn. cl. 9. R. 19. p. 547. a.*

11. Quando poſſeſſorium cum petitorio cumulatur, vincit actor, licet poſſeſſionem non probaverit, ſi modo jus probatum fuerit, de petitorio enim quando conſtat, fruſtra de poſſeſſorio diſceptatur, cum hoc ab illo plane abſorbeatur, *c. 6. X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 367. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 118.*

PIA CAUSA.

1. Majorem eſſe favorem piæ cauſæ, quam filiationis, aſſerunt *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 15. n. 35. Tiraquell. ad l. ſi unquam. verb. libertis. n. 83. & in verb. donatione largitus. n. 326. C. de revoc. donat.* ſed confer. *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 21. p. 172. ſeq.*

2. Præſtationes annuæ, piæ cauſæ delictæ, perpetuo durant, *l. 6. de ann. legat. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 26. not. 5. p. 404.*

3. Deſtinata ad piam cauſam debentur, quoties de voluntate defuncti conſtat, etſi illa omni ſolennitate careat, *c. cum eſſes. c. relatum. X. de teſtament. Pantſchm. lib. 2. qu. 8. per tot. Tiraquell. de privileg. piæ cauſ. 163. Mev. p. 8. dec. 5.*

4. add. loc. *alterum tantum. th. 2.* loc. *creditorum claſſis V. th. 7.*

PIGNORATIO.

1. Pignorationes prohibitæ ſunt, tam de jure civili, *nov. 134.* quam canonico, *c. 1. de injur. in 6. Gail. de pignor. obſ. 1.* Ideo in dubio pro illicitis atque injuſtis cenſentur, quamdiu non apparet conſuetudine receptas, & tunc adeſſe cauſam, ex qua licent, atque obſervatum eſſe modum juſtum, *Mev. p. 1. dec. 34. n. 4. 5. 6.* Nam præſumtionem injuriæ contra ſe habent, &, qui juſte factas obtendit, ex cauſa id docere debet, *Weſenbec. vol. 1. conſil. 7. n. 7.*

2. Sic ex Germaniæ conſuetudine pignorationes non improbantur, *Kœppen. qu. 41. n. 11. Coler. p. 1. dec. 136. n. 1.* & cauſa pignorandi juſta habetur defenſio rei vel juris ſui, *Mev. c. l. n. 7.* Igitur pro conſervanda jurisdictione, libertate, aliisque juribus, ad avertendas ſervitutes, & removendas perturbationes pignoratio permittitur, *Coler. d. dec. 136. n. 14. Carpz. p. 2. c. 27. d. 3. Mev. p. 1. dec. 34. n. 8. 9.* quin & pro conſervanda ſervitute, in alieno prædio quæſita, pignoratio eſt licita, *Carpz. d. def. 3. n. 6. Mev. c. l. n. 10.*

3. Pignorationibus uti ſolent contra eos, qui alias vias quærendo defraudant gabellas & telonia, vid. *Kœppen. qu. 41. n. 6. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 74.* Et per mores invaluit, pignorari ſubditos, non præſtantes, juſto tempore, ſervitia debita, *Gail. lib. 1. obſ. 17. n. 8. Carpz. p. 2. c. 27. d. 4.* vel penſiones annuas, *Coler. c. l. n. 144.*

4. Sic & pro conſervatione juris laudemii, ſi emphyteuta in hujus ſolutione moram trahat, pignoratio permiſſa eſt, *Coler. c. l. n. 156.* quæ quoque uſitatiſſimum remedium eſt ad interrumpendam præſcriptionem, *Conſtit. Elect. Sax. 7. p. 2. ibique Carpz. d. 1. & lib. 1. R. 8.*

5. Et

Digitized by Google

5. Et in genere pignoratio eſt modus reſiſtendi his, quæ noxie tentantur in alieno; ideo qui damnum quoddam faciunt, imo etiam qui intendunt in alieno, juſte pignorantur; ſicut ea uſurpari ſolet contra eos, qui per agrum alienum tranſeunt, & ſegetes proterunt, qui hortos & agros alienos noxie ingrediuntur, qui hos arant, qui in alieno venantur & piſcantur, &c: vid. *Kœppen. dec. 41. n. 7. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 66. ſeq.*

6. Jure civili pecus alienum, in ſuo agro vel fundo repertum, expellere quidem, & de damno ex *l. Aquilia* agere, haud vero pignorare & includere licet, *l. 39. §. 1. & l. ſeq. ad l. Aquil. Stryck. uſ. mod tit. ſi quadrup. pauper. fec. dic. §. 15.* niſi ignotus ſit dominus, quo caſu detinere licet, donec hic innoteſcat, *Mev. p. 1. dec. 34. n. 13.* Aſt generali conſuetudine Germaniæ, præprimis in foro Saxonico indifferenter omnia animalia & pecora, cujuscunque generis etiam ſint, in agro noſtro damnum dantia, pignorari & includi poſſunt, donec de damno illato nobis ſatisfiat, Land-R. *lib. 2. art. 47. Kœppen. dec. 41. n. 11. ſeq. Carpz. p. 2. c. 27. d. 1.*

7. Quodſi animalia quædam ferociora ſint, quam ut capi & pignorari queant, veluti ſunt ſues, anſeres &c. canibus ea abigere licet, etiamſi ab ipſis interficiantur, *Coler. p. 1. dec. 136. n. 39. Carpz. d. def. 1. n. 5. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 26. not. 9. p. 269.* lapidibus vero ea petere atque vulnerare vel occidere non licet, *Leyſer. jur. georg. lib. 1. c. 1. n. fin. & c. 18. n. 11. Barth. hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 806.*

8. Plane moribus quorundam locorum permitti, ſclopetis anſeres vel gallinas deprehenſas occidere, docet *Thomæ de nox. animal. c. 26. n. 5.* Sed ab hoc regula-

gulariter abſtinendum eſſe, niſi dominus anſerum vel gallinarum, bis vel ter admonitus, damnum non averteret, putat *Stryck. in uſ. mod. tit. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* §. 16.

9. Pignoratio propterea non eſt illicita, quod dominus fundum ſuum nulla ſepe munierit, etſi ante hac circumſeptus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 306.*

10. Ut vero moribus juſta ſit pignoratio, neceſſum eſt, ut pecus, quod nocuit, adhuc in meo agro deprehendatur: nam, ſi ante adventum meum jam dereliquerit agrum, ceſſat pignoratio, *Thomæ d. tr. c. 24 n. 6. Stryck. c. l.* §. 15. ſufficit tamen, in meo deprehenſum eſſe, licet perſequendo in alienum fundum pecus ceperim, *Tom. c. l. n. 12. Stryck. c. l.*

11. Beſtia pignorata non domi retinenda, ſed judici, etiam inferiorem jurisdictionem habenti in loco eo, ubi pignoratio facta, præſentanda eſt, *Coler. de proc. execut. p. 1. c. 3. n. 90. ſeq. Carpz. p. 2. c. 7. d. 1. 3. & c. 27. d. 2. n. 1. Stryck. uſ. mod. tit. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* §. 15. adeo ut, ſi hoc non fecerit pignorans, condemnetur viro pignorato ad emendam & judici ad mulctam, *Coler. c. l. n. 127. Carpz. p. 2. c. 27. d. 2. n. 2.*

12. Si judex pignus accipere recuſaverit, illi, cui præfecturæ proximæ adjacentis adminiſtratio commiſſa eſt, tradi debet, *Conſtit. Elect. Sax. 7. p. 2. ibique Carpz. d. 3. n. 2.*

13. Dominus jurisdictionalis vero, ſi in proprio fundo aliquem pignoravit, pignus penes ſe retinere poteſt, donec ipſi ſatisfactum fuerit, *Carpz. d. c. 7. d. 1. Berlich. p. 2. concl. 34. n. 23.* Sculteti tamen in pagis pignus penes ſe retinere non poſſunt, ſed illud nobili-

Digitized by Google

bilibus vel quæſtoribus tradere tenentur, *Carpz. d. c. d. 2.*

14. Dominus pecorum tenetur ad refuſionem ſumtuum pro alimentatione pecudis oppignoratæ, *Carpz. p. 2. c. 27. d. 2. Barth. hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 805.* niſi injuſta ſit pignoratio, quippe quæ onus alimentationis in pignorantem transfert, qui etiam injuriarum conveniri poteſt, *Carpz. d. def. 2. n. 4. 5.*

15. Qui pro damnis datis legitime pignoratus eſt, in Saxonia tria præſtare tenetur: 1) tenetur ad reſarciendum damnum, Land-R. *lib. 2. art. 24. 47. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 129.* 2) ad emendam, den Pfand-Schilling, *d. art. 47.* quæ quidem uniformis non eſt, & quandoque ad 30. vel 40. groſſos extenditur, *Coler. c. l.* in Electoratu vero Saxonico pignoratus judici loco emendæ pro omnibus corporibus non plus, quam unicum ſolidum, einen Schilling, ſedecim ſcilicet nummos exſolvit, *Berlich. p. 2. concl. 34. n. 52. Carpz. p. 2. c. 27. d. 5. n. 8.* 3) ad pœnam contumaciæ, nempe pro ſingulis noctibus, quibus pignus redemtum non eſt, trinos ſolidos, 3. Schilling, h. e. quatuor groſſos, *Carpz. def. 5. n. 9. 10. Barth. hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 805.*

16. Hæc pœna 3 ſolidorum, cum juſte tantum pignorato dictata ſit, ad eum, qui injuſte & illegitime pignoratione uſus eſt, non pertinet, nec poſci poteſt ab eo, qui injuſte pignoratus eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 438.*

17. Si pignoratus pecora, aliasve res pignori captas tamdiu penes judicem reliquerit, easque contumaciter redimere neglexerit, donec prædicta contumaciæ pœna ad valorem & pretium rei pignoratæ aſcendat, ulterius luitioni ac redemtioni locus non

eſt,

eſt, ideoque tum cedit judici, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 133. Carpz. p. 2. c. 27. d. 6.*

18. Sic pignore commiſſo, nil quicquam ulterius præſtari debet ob contumaciam non redemti pignoris, etiamſi hujus valor nequidem ad pœnam unius noctis aſcendat, *Carpz. d. c. d. 7. Barth. hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 805.* nec pignoratus emendam præſtare tenetur, *Berlich. p. 2. concl. 34. n. 59. Carpz. d. c. d. 8.*

19. Pignore licet commiſſo, nihilominus pignoratus tenetur ad reſtitutionem damni, per ſcultetum & ſcabinos æſtimati; & quidem ſecundum taxationem temporis, quo damnum datum eſt, nec futurum meſſium tempus expectandum eſt, *Carpz. p. 2. c. 27. d. 9. Leyſer. in jur. georg. lib. 1. c. 11. n. 29. Barth. c. l.* Non autem præciſe per ſcultetum & ruſticos fieri debet æſtimatio damni: ſed ipſimet domino liberum eſt, damnum æſtimare ad hoc, ut pignoratus, qui damnum dedit, teneatur præciſe illam æſtimationem præſtare, vel juramento ſuo diminuere, *Carpz. d. def. 9. n. 6. Barth. c. l.*

20. Licet pignoratus, ob non præſtita ſervitia, damnum datum reſtituerit, ac debito modo pignus redemerit, ſive illud propter non factam legitimam reluitionem amiſſum fuerit, haud tamen a pœna contumaciæ in non præſtandis ſervitiis commiſſæ, exemtus erit, *Carpz. p. 2. c. 27. d. 10.*

21. Etſi quidem pauciores, v. g. oves, pro reſarciendo damno & obtinendo interruptionis fine, pignoraſſe ſufficere poſſit, quia tamen pignoratio ad certum præciſe numerum reſtricta minime eſt, omnes noxiam inferentes, ut noxa, pignori capi poſſunt, *Barth. hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 804.* confer. vero *Mev. p. 1. dec. 34. n. 17.* ubi: immoderata pignoratio

ſem-

Digitized by Google

ſemper improba eſt, inde quæ pro jure tantum conſervando vel præjudicio avertendo uſurpatur, contenta eſt modico, ſicuti ex grege pecoris unum vel alterum caput tantum retinetur, non totus grex; ſi pro damno ſit pignoratio, non ultra illius æſtimationem, & quod in alimenta ſumtusque exigitur, ſit retentio.

22. Pignoratio triplicem effectum habet, 1) *conſervationem poſſeſſionis vel quaſi*, &, quæ ex ea deſcendunt, interdictorum, ſive remediorum juris poſſeſſoriorum, retinendæ, 2) *indemnitatem*, atque adeo reſtitutionem damnorum, 3) *cautionem de non amplius turbando*, eamque idoneam, i. e. fidejuſſoribus, aut pignoribus præſtandam. Ante igitur quam & damna reſtituantur, & futuræ ſecuritatis cauſa idonea cautio præſtetur, poſſeſſor ad reddenda pignora rite capta minus tenetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 15. p. 64.* confer. *Mev. p. 2. dec. 106.*

23 Pignoratio, minus recte facta, utputa, cum pignora judici non tradantur, aut tradantur, ſed incompetenti, non habet effectum retentionis ob indemnitatem; quamvis ideo actio pignoranti non denegetur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 26. not. 8. p. 269.* Pari modo ejusmodi pignoratio non habet effectum ſecuritatis, cum pignus retineri non poſſit, donec cautio præſtetur, nihilo tamen ſecius habet effectum poſſeſſionis conſervandæ, propterea quod eſt actus naturalis, quo præſcriptio interrumpitur. *Berger. c. l.*

PIGNORATITIUS CONTRACTUS.

Vid. loc. *antichreſis.*

PIGNUS.

1. In re aliena pignus conſtitui non poteſt, *l. 6. C. ſi res alien. pign. dat. Bachov. de pignor. lib. 2. c. 4. n. 1. Stryck.*

l. Stryck. uſ. mod. tit. quæ res pignor. oblig. non poſſ. §. 4. ſed ſtatim creditor, qualitate pignoris comperta, contra debitorem agere poteſt, licet alius ſuper ea re, quæ pignori data eſt, litem creditori nondum moverit, *l. 9. pr. l. 16. l. 32 de pignor. act. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 166. n. 3. 4.*

2. Ad eam vero repetendam, ſoluto debito, actionem pignoratitiam dari, dubitandum non eſt, & hoc ſenſu res alienæ dicuntur pignori dari poſſe, *l. 9. l. 22. §. 2. de pignor. act. Wernher. c. l. n. 5. Stryck. c. l.*

3. Equidem is, qui rem alienam bona fide poſſidet, cum tantiſper loco domini ſit, pignus in ea valide concedit, *l. 18. de pignor. l. 14. qui potior. in pign.* At enim vero id domino, qui deinceps ſupervenit, & rem ſuam vindicat, nullo modo præjudicare poteſt, *l. 31. de pignor. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 102.*

4. Pignus, in re aliena conſtitutum, convaleſcit, ſi poſtea debitor dominus illius fiat, *l. 16. §. 7. de pignor. & hypothec. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 251.* & quidem ex eo tempore, quo acquiſita eſt, *l. 9. §. fin. qui potior. in pign. Mev. p. 8. dec. 137. n. 4.* Sic quoque, ſi alteri, qui rem meam, me ignorante, oppignoravit, heres exiſtam, actio utilis locum habet, *l. 22. de pignor. Wernher. c. l. n. 3.*

5. Fundus communis, a cohæredum uno oppignoratus, pro parte oppignorantis valide obligatus eſt, *l. un. C. ſi commun. res pign. dat.* pro partibus autem aliorum hypotheca non tenet, *d. l. un. l. 2. C. commun. divid. l. 7. C. commun. utr. jud.* niſi aut ipſi oppignorationi conſenſerint, aut factum approbaverint; cum ex conſenſu domini valeat rei alienæ pignus, *l. 2. C. ſi res alien. pign. Mev. p. 8. dec. 371.*

6. Cum

Digitized by Google

6. Cum res aliqua communis & indiviſa ab uno dominorum, ſociorum vel coheredum pro parte ſua obligata eſt, eaque poſtea dividitur inter eos, non mutatum cenſetur jus creditoris, ſed ipſi medietas totius rei, ut antea fuit, pro indiviſo obligata manet; nec quicquam ad ſe pertinere putabit, diviſionem inter eos factam, quaſi nunc eam tantum partem habeat obligatam, quæ ex diviſione ceſſit ſuo debitori, *l. 7. §. 4. quib. mod. pign. Mudæus ad l. 1. §. 2. de pignor. & hypoth. n. 42.*

7. Fecerit vero conſulte, qui partem ſuam non obligavit, nec in obligationem, a coherede vel ſocio contractam, conſenſit, ut in diviſione pro ſua ſecuritate paciſcatur, quod niſi ſocius vel coheres liberet hypothecam, quæ in toto fundo pro indiviſo & ſic quoque in dimidia ſuæ dimidiæ portionis permanet, ſibi licere vendere dimidiam alterius dimidiæ, quam ex diviſione coheres vel ſocius ejus acquiſivit: ſic enim hypotheca cenſebitur contracta ex permiſſa venditione, in qua non erit is potior, qui ante diviſionem dimidiam totius fundi habuit obligatam, *l. 3. §. 2. qui potior. in pignor. Mudæus. c. l.*

8. Pignus a creditore, cui traditum eſt, ulterius oppignorari poteſt, *Horn. cl. 5. R. 16. p. 290. b.* Quo caſu integrum & in arbitrio debitoris eſt, cui ſolvere velit, utrum primo creditori, an creditoris creditori; & ſolutio, creditoris creditori facta, perinde atque ipſimet facta liberat, *l. 11. §. 5. de pign. l. 49. de ſolut.* ineſt enim oppignorationi pignoris mandatum de exigendo, vid. *Mev. p. 5. dec. 342.*

9. Excitato creditorum concurſu, debitor ei, cui pignus repignoratum eſt, ad illud recuperandum, tuto ſolvere poteſt; nec creditores eum cogere poſſunt,

ſunt, ut pecuniam deponat, quando iſta depoſitione non recuperaturus eſt pignus, ſed tantum contra con-creditorem de accepto habent actionem, *Mev. p. 5. dec. 345.*

10. Pignoris redditio tacitam remiſſionem juris pignoris infert, *l. 3. de pact. l. 1. §. 1. de liberat. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 6. th. 3. lit. b. Wernber. ſel. obſ. for p. 2. obſ. 418. n. 3.*

11. Ob amiſſionem pignoris caſualem creditor creditum ſuum non amittit, tam jure communi, *l. 9. C. de pignorat. act. Stryck. uſ. mod. tit. de pignor. & hypoth. §. 2.* quam Saxonico Electorali, *Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 2. ibique Carpz. d. n. 2.* nequidem extra provincias Electorales in foro Saxonico, exceptis equis ac pecudibus oppignoratis, quippe ad quos ſolos reſtringendus eſt *art. 5. lib. 3.* Land-R. *Carpz. d. c. d. 3.* confer. *Stryck. c. l. §. 3. & 5.* Si vero creditoris culpa perierit pignus, ipſi ſalva haud eſt actio, *Carpz. d. c. d. 4.*

12. Etiam ob aliud debitum, licet ſit chirographarium retineri poteſt pignus, *l. un. C. etiam ob chirograph. pecun. pign. retin. poſſ. ibique Brunnem.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de diſtract. pignor. §. 5.* Idemque illud jus retentionis ob aliud debitum profertur non ad hypothecam tacitam minus, quam expreſſam conventionalem, eandemque vel judicialem vel extrajudicialem, modo creditor nactus ſit poſſeſſionem hypothecæ, *Bachov. de pignor. lib. 3. c. 5. n. 1. Berlich. p. 1. concl. 74. n. 40. Mev. ad Jus. Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 7. Mencken. diſp. de retent. pign. ob aliud deb. c. 2. th. 9. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 14. not. 1. ſeq. p. 539.* imo etiam ad pignus prætorium, quod per executionem & immiſſionem actualem conſtituitur, *Men-*

Mencken. c. l. th. 5. Berger. c. l. & lib. 2. R. 73 Aſt res pignori, ob damnum datum vel turbationem factam, capta ob aliud debitum retineri non poteſt, *Mencken. c. l. th. 6.*

13. Ut vero retentioni locus ſit, requiritur, ut tempore oppignorationis ejusmodi debitum chirographarium adfuerit; hinc non poteſt retineri ob debitum poſtea creditori ceſſum, *Negusant. de pignor. p. 5. membr. 3. n. 49. Horn. cl. 5. R. 16. p. 291. b.* confer. vero *Carpz. p. 2. c. 25. d. 25. n. 4.* ubi: quod jus retentionis locum habeat, ſive chirographarium debitum ante vel poſt contractum pignoris extiterit. Quocum facit *Mencken. in diſput. de retent. pign. ob aliud debit. c. 2. th. 2.*

14. Jus retentionis pignoris ob aliud debitum tantummodo valet contra debitorem, ejusque heredes, non item tertium, ut ſunt dominus directus, ſimultane inveſtiti, itemque concreditores, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 14. not. 1. p. 539.* Igitur moto concurſu, creditor, idemque poſſeſſor, ceteris minus antefertur, *Berger, c. l.* add. *Rivin. diſp. de jur. pign. mot. concurſ. §. 16. Mencken. c. l. th. 6.*

15. Quod jure conſtitutum eſt, ut etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri poſſit, etiam illuc extenditur, ut, cui ob unam cauſam vel retentio competit, etiam ex alia, donec debitum ſolvitur, retinere liceat, *Molignat. de jur. retent. qu. 301. Mev. p. 2. dec. 114. n. 2.* confer. vero *Carpz. d. c. d. 26.* ubi, quod pignoris vinculum aliquod ſubeſſe debeat, ut bona debitoris etiam pro alio debito retinere liceat, adeoque creditor non poſſit retinere bona debitoris, quæ forſan titulo locati ad eum pervenerunt.

16. At ſive pignus, ſive retentio tantum ſit, non aliter obtinet, quam ſi ex voluntate debitoris creditor

conſecutus ſit rei poſſeſſionem ſeu detentionem: ſecus ſe res habet, ſi præter illam ex lege vel privilegio jus retentionis aut pignoris pro certo credito conceditur: tunc enim non ſupereſt jus ex alia cauſa retinendi, *Molignat. c. l. A. Fab. in Cod. lib. 18. tit. 15. def. 3. & 5. Mev. c. l. n. 3. ſeq.*

17. Solutio ejus, quod liquidum eſt, non liberat pignus qua partem, quæ ſub lite manet, ſed, donec de ea res deciſa ſit, durat pignoris nexus, *Bartol. in l. voluntas. ff. quib. mod. pign.* & retinetur pro cauſa, pro qua datum eſt, etſi de ea aliquid controverſiæ ſuperſit, quæ non perimit pignus, ſed effectum ſuſpendit, *Mev. p. 2. dec. 44. n. 2. A. Fab. in Cod lib. 8. tit. 15. def. 1.*

18. Eos, qui incumbunt pignori ſuo, poſtea creditorum concurſu excitato, proteſtari, & jura ſua ab iſto ſeparata reſervare, frequens eſt. Etſi vero ea proteſtatio non excludit aliorum creditorum potiora jura, tamen operatur contra proteſtantem, ut cetera, quæ ſub concurſum venerunt, intacta aliis creditoribus relinquere teneatur, *Mev. p. 2. dec. 287.* vid. *Pariſ. vol. 3. conſil. 77. n. 26.*

19. Creditorem, qui rem oppignoratam traditam accepit, eandemque poſſidet, moto concurſu, indiſtincte reliquis omnibus creditoribus præferri, ita ut pignus ad communem maſſam non aliter exhibere teneatur, quam ſi ipſi quoad quantitatem debitam, intuitu ſortis æque ac uſurarum ex aſſe ſatisfactum, docent *Stryck. ad Brunnem. proc. concurſ. credit. c. 2. §. 6. Rivin. in diſp. de jur. pign. moto concurs. §. 7.*

20. Sed creditorem pignoratitium obligatum eſſe ad exhibendum pignus, & in concurſum creditorum conferendum, pronunciant *Salgad. in labyr. credit.*

credit. p. 1. c. 11. n. 14. ſeq. Strach. de decoct. tit. qui pot. in pign. n. 11. quibus cum facere videtur *Mev. p. 2. dec. 287. n. 1.*

21. Intermedia via incedit *Leyſer. in medit. ad ff. ſpec. 231. medit. 1.* ſtatuens, ſi creditor, qui pignus tenet, ipſe inter præcipuos ſit, nec alii jus potius habentes appareant, relinquendam ipſi eſſe poſſeſſionem legitime obtentam, neque rem, etiamſi publice diſtrahatur, priusquam ei ſatisfactum, auferendam eſſe, at, ſi alii concurrant, quibus antiquior, aut ex alio capite potior hypotheca conſtituta, creditorem poſteriorem vel inferiorem poſſeſſionem ſuam non tueri. Quæ quidem ſententia probari videtur *O. P. S. tit. 44. §. 3. & tit. 51. §. 5.* quamvis *Rivin. in d. diſp. §. 6.* putat, quod id, quod *Sat ado & Strucha* pronunciant, jure Saxonico Electorali, & quidem *Ord. Proc. Sax. tit. 44. §. 2. & 3.* expreſſe ſit diſpoſitum.

22. Creditorem pignoratium obligatum eſſe ad exhibendum pignus, & in concurſum creditorum conferendum, ita tamen, ut ſolutionem ex pretio, per publicam venditionem redacto, expectare poſſit præ reliquis omnibus creditoribus, qui non ad primam claſſem pertinent, comprobatum eſt *O. P. S. R. tit. 41. §. 1. & tit. 44. §. 2.*

23. Exceptio eſt in eo, cui merces ad vendendum transmiſſæ ſunt: hic enim, ſi literis cambialibus traſſatis earum intuitu oneratus eſt, tale jus in mercibus acceptis habet, ut, licet proprietarius poſtea bonis lapſus fuerit, non obſtante arreſto, inhibitione vel hypotheca, jus retentionis habeat, & nil niſi reſiduum, quod, plenaria ſatisfactione conſecuta, remaneat, reſtituere teneatur, *O. P. S. R. tit. 41. §. 1. in fin.*

24. Pignus, dotali pecunia liberatum, pignori

eſt mulieri, ejusque heredibus citra ceſſionem vel conventionem, *Mev. p. 4. dec. 215. & p. 5. dec. 262.*

25. Cum quis ex conventione pignus poſſidet, ſecundus vel alius creditor obtinere non poteſt, ut ille, ſaltem retentis, quantum ad ſecuritatem vel ſolutionem ſufficit, ceteris decedat, atque aliis creditoribus relinquat, *Mev. p. 4. dec. 212. n. 1.* ſed hic ſaltem, ſi id poſtulant atque impetrare volunt, jus eſt offerendi creditum, *l. 1. l. fin. C. ſi antiq. credit. pign. vend. Mev. c. l. n. 2.*

26. Privatæ pignoris diſtractioni etiam hodie locus eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 11. p. 533.* modo 1) præceſſerit mora debitoris, *l. 7. C. de diſtract. pign. Berger. c. l.* vid. omnino *Stryck. uſ. mod. tit. de. diſtract. pign. §. 6.* 2) fiat bona fide, i. e. juſto pretio, *l. 3. C. ſi vend. pign. agat. Berger. c. l. Carpz. p. 1. c. 28. d. 136. n.* 4 quare utile eſt, ut debitor requiratur, ut adſit & videat, bona fide pignus diſtrahi, *Neguſant. de pign. membr. 1. part. 6. n. 6. Brunnem. ad l. 4. C. de diſtract. pign.* & 3) fiat ſolenniter, *l. 9. C. de diſtr. pign.* i. e. antegreſſa denunciatione, *Berger. c. l.*

27. Si nihil convenit inter creditorem & debitorem de diſtractione pignoris, unica ſufficit denunciatio, qua creditor debitori ſignificat, ſe pignus alienaturum eſſe, niſi intra certum tempus pignus reluat, *l. fin. C. de jur. domin. impetr. Stryck. uſ. mod. tit. de diſtract. pign. §. 7.* & poſt talem denunciationem creditor integrum adhuc biennium expectare debet, *d. l. fin.* hodie vero non *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. §. 11. p. 533.* add. *Stryck. c. l. Brunnem. ad d. l. fin.* ſed confer. *Mev. p. 7. dec. 310 n. 6.*

28. Diſſentiunt adhuc interpretes circa quæſtionem præjudicialem: utrum illud biennium ad eum

caſum

caſum ſolummode pertineat, ſi creditor ipſe jus dominii vult impetrare, an vero etiam ad alterum, ſi rem oppignoratam vult diſtrahere? & *Juſtinianum* non de diſtractione pignorum abſoluta, ſed de ea loqui, quæ ad dominii impetrationem inſtituitur, opinantur *Donell. de pignor. c. 10. Brunnem. ad d. l. fin. Stryck. c. l.* a quibus vero alieni ſunt *Hartm. Piſtor. p. 3. qu. 18. n. 11. ſeq. Mev. p. 7. dec. 310. n. 5.* add. *Carpz p. 1. c. 28. d. 136. n. 11.*

29. Si inter debitorem & creditorem convenit, ne liceat pignus vendere, trina denunciatione opus eſt, *l. 4. de pign. act. Berger. c. l.* quæ per debita intervalla fieri debet, *Zaſ. ad ff. tit. de diſtract. pign. n. 10.* nemper per ejusmodi intervalla, quæ judicatis dantur, *Bachov. de pignor. lib. 3. c. 23. n. 4.* quod hodie auf die gewöhnliche Gerichts-Friſten, reſtringendum eſſe, putat *Stryck. uſ. mod tit. de diſtract. pign. §. 8.* ubi quoque, quod in hoc caſu biennium non ſit expectandum.

30. Si convenit, ut creditori liceat diſtrahere pignus, ille facultate diſtrahendi pignora gaudet, absque præcedente denunciatione, *Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 11. p. 533. Carpz. p. 1. c. 28. d. 136. n. 1.*

31. Lex illa, quæ præcipit, biennium expectandum eſſe, loquitur de pignore conventionali, eaque diſtractione, quam creditor, cui iſtud in manus datum fuit, propria autoritate facere intendit, *Dec. conſil 588. n. 2. & conſil. 592. Mev. p. 7. dec. 310. n. 8.* adeoque ad pignora judicialia non eſt extendenda, *Menoch. lib. 2. arbitr. quæſt. caſ. 6. n. 7. Stryck. c. l. §. 7.* add. omnino *Mev. c. l. n. 9. ſeq. Carpz. c. l. n. 14.*

32. Imo, ſi quidem creditor contra debitorem

egerit, ut pignus conventionale luat, aut publice autoritate judiciali diſtrahatur, & judex tunc diſtractionem permittat, minime ea in biennium differenda, *Bald. & Salyc. in auth. ei, qui. C. de bon. autorit. jud. poſſid. Mev. p. 7. dec. 310. n. 13.* ſed ſtatim facienda, & ſi res emtorem non reperit, in ſolutum mediante æſtimatione creditori adjudicanda eſt, *l. 2. C. ſi in cauſ. jud. pign. l. 3. C. de exec. rei judic. Mev. c. l. n. 14. A. Faber. de error. pragm. dec. 1. error. 6. Carpz. p. 1. c. 28. d. 136. n. 13.*

33. Annon hodie, ſi pignus vendendum ſit, opus eſt prævia ſubhaſtatione? Ita communiter volunt, *Poſt. de ſubhaſt. inſp. 7. n. 1. & ſeq. Matthæi de auction. c. 3. n. 10.* Sed diſtinguendum, an debitor præſens ſit, & in pignoris diſtractionem conſentiat, ubi omnino ſubhaſtatio otioſa eſt, modo debitor obæratus non ſit: nam ſi alios creditores haberet, qui ex eodem pignore vel ex hyperocha ſatisfactionem ſperarent, omnino opus eſt ſubhaſtatione; ſi vero debitor vel abſens, vel jam concurſus creditorum motus ſit, omnino quoque ſubhaſtatio præcedere debet, *Philipp. de ſubhaſt. c. 2. comm. 10. n. 9. & 17. Stryck. uſ. mod. tit. de diſtract. pign. §. 9.*

34. Alienatio pignoris, quæ facta eſt, non antegreſſa mora debitoris, eſt ipſo jure nulla, *l. 8. C. de diſtract. pign. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 11. not. 5. p. 534.* ea autem, quæ contra bonam fidem, vel citra ſolennitatem facta eſt, ſubſiſtit, *l. 7. C. eod. Berger. c. l. Neguſant. de pignor. membr. 1. p. 6. n. 27.* ſalva tamen debitori contra venditorem, actione pignoratitia ad id, quod intereſt, *l. 4. C. eod. Berger. c. l.* adverſus emtorem, doli participem, actione utili ex emto, *l. 1. l. 4. C. ſi vend. pign. agat. Berger. c. l.*

35. Pigno-

35. Pignore vendito, tradens quidem de eviſtione non tenetur, *l. 1. & 2. C. credit. evict. pign. non deb. Berger. c. l. not. 4.* ſe tamen in pignore aliis creditoribus potiorem præſtare debet, *d. l. 1. l. 2. C. ſi antiq. credit. pign. vend. Mev. p. 2. dec. 361. n. 7.* aut quod accepit reddere, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 29. def. 15. n. 9. Mev. c. l. n. 8.* vel ſi nihil accepit, promiſſum non petere, *Mev. c. l. n. 9.*

36. Cum vero tantum nominis ceſſio quædam proceſſit, etſi cum eodem omne jus creditoris, & nominatim pignoris quoque jus traditum ſit, evicto pignore, nón repetit emtor, ſeu accipiens, quod dedit, &, ſi nondum ſolutum, venditor non eo minus petit, quod alter promiſit, *Mev. p. 2. dec. 361. n. 10.* Et ſi accipiens conſtituit, ſe pro alio ſoluturum, atque ideo pignus recepit, etſi hoc evincitur, nihilominus ex conſtituto tenetur, *Mev. c. l. n. 11.*

37. Caveat creditor, ne intempeſtive, i. e. jam inchoato concurſu alienationem ſuſcipiat: tum enim dolo poſſidere deſinit, adeoque pro vero poſſeſſore adhuc habetur. Hinc creditori alleganti, alienationem pignoris factam eſſe præſcitu ac conſenſu debitoris, & quidem ante exiſtentiam concurſus, poterit purgatorium deferri, id quod præjudicio comprobat, *Rivin. in diſp. de jur. pign. mot. concurs. §. 15.*

38. Valet pactum, ut, ſi ſtato die debitor pignus non redimat, illud creditor certo pretio initio determinato, emtum habeat, *Hahn. ad Weſenbec. tit. de pign. ad verba: pact. L. commiſſ. Thomas. in Schol. in Huber. prælect. ad ff. tit. de pign. §. 15. Rivin. in dict. diſp. §. 18.* diſſentiunt *Mudæus de pignor. rubr. de pact. L. commiſſ. n. 3. Huber. c. l.* confer. *Leyſer. medit. ad ff. ſpec. 158. coroll. 1.* Si autem certum pretium

Digitized by Google

inter partes non conſtitutum, tunc vel ad commune ſeu forenſe revocandum, vel judicis arbitrio definiendum eſt, *Habn. c. l. Rivin. c. l.*

PISCATIO.

1. Piſcatio jure hodierno regalibus accenſetur, *2. F. 26. Stryck. uſ. mod. tit. de rer. diviſ. §. 14.* & conceditur 1) certo ordini perſonarum, ut collegio piſcatorum, vel 2) ſingulis, puta per inveſtituram, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 9. p. 229.*

2. Unde, qui prope flumina poſſident feuda, plerumque in literis inveſtituræ facultatem piſcandi expreſſam habent; quibus literis tacentibus non poterunt eodem jure uti, *Stryck. c. l.* confer. *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18.*

3. Qui ex piſcis, lacubus & vivariis, aus Teuchen, Weihern, Hellern und anderen beſchloſſenen Waſſern, piſces capiunt, non minus ac alii fures pro qualitate delicti laqueo puniuntur, tam jure communi, *Ordinat. Crimin. Carol. art. 169.* quam Saxonico Electorali, *Conſtit. Elect. Sax. inedit. 8. Carpz. pract. crim. qu. 84. n. 77. ſeq.* add. *Berger. jurisprud. crimin. p. 58.*

4. Qui vero in alienis rivis, aquis & fluminibus non incluſis piſcantur, arbitrarie puniuntur, *Ordinat. Crimin. c. l. Carpz. c. l. n. 80. ſeq. Berger. c. l. p. 59.* Jure Saxonico Electorali ea de re ita cautum eſt: *quoties* quis in rivis, aquis & fluminibus alienis, in flüſſenden gehegten Waſſern und Bächen, prima vice piſcatur, & tot piſces capit, quorum æſtimatio ad ſummam decem florenorum non aſcendit, *toties* relegatione, vel extenſione membrorum, vulgo tratto di corda, ad unum gradum, auf einen Sprung, punitur; *quoties* autem quis vel ſæpius piſcatus eſt, vel prima vice tot piſces abſtulit, quorum æſtimatio decem florenorum ſum-

ſummam conficit, *toties* vel fuſtigatione, vel tratto di corda ad duos, tres, vel quatuor gradus, una cum relegatione perpetua, punitur; denique, *quoties* fur relegatus contra præſtitam urphedam revertitur, ac denuo piſcatur, *toties* vel carcere perpetuo punitur, vel ad triremes, in metallum aut opus publicum in perpetuum condemnatur; ſine diſcrimine, in ipſiusmet Electoris, an in aliorum privatorum fluminibus piſcatus fuerit, *Conſtit. inedit. 8. Berger. jurisprud. crimin. p. 59. Carpz. pract. crimin. qu. 84. n. 84. ſeq.*

5. Domino prædii, quod aqua vicini fluminis circumdatum eſt, impune piſcari licere, propterea, quod piſces in aquis profluentibus & minus captis, in flüſſenden ungefangenen Waſſern, reperti ante capturam dominio non ſubjiciantur, verum capientibus, quantumvis doloſe, acquirantur: ſalva tamen tum alteri, cui alioquin in illo flumine competit jus piſcandi, integraque actione ad id, quod intereſt, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 9. not. 2. p. 230.* confer. *id. lib. 1. R. 210.*

6. Quæ de furibus piſcariis dicta ſunt, locum quoque habere in furibus cancrorum, ita ut hi, juxta prædictam ſanctionem, pœnis ibidem definitis ſint afficiendi, tradit *Carpz. c. l. n. 92. ſeq.* diſſentit *Berger. jurisprud. crimin. p. 60.*

PLAGIUM.

1. Plagium, quando ſcil. quis liberum hominem vel alienum ſervum ſurripit & ſupprimit, pœna gladii coercetur, *l. ult. C. ad L. Fab. de plag. Heig. p. 2. qu. 32. n. 2. & 3. Carpz. pract. crimin. qu. 83. n. 89. ſeq. Berger. jurisprud. crimin. p. 64.* Eademque gladii pœna tenentur criminis adjutores, *Heig. c. l. n. 54. ſeq. Carpz. c. l. n. 93.*

2. Ut pœna ordinaria locum habeat, requiri intentionem & animum lucri faciendi, putat *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Fab. de plag.* ubi quoque: ſi quis ſaltem in eum finem hominem abducit, ut ejus operis ad tempus utatur, pœna arbitraria irrogatur; quod ſi interim judæus hominis chriſtiani plagium commiſerit, pœna gladii ſimpliciter locum inveniet.

POENA.

1. Pœna præſupponit culpam, nec, ubi hæc non reperitur, irroganda, *Covarruv. lib. 2. var. reſol. c. 8. n. 1.*

2. Non irrogatur pœna pro eo, quod facientes prohabiliter licere credunt, *Cravett. conſil. 8. n. 31.* bona fides enim a pœna liberat, etſi injuſta ſit & fallatur, *l. 71. §. 3. de acquir. heredit.*

3. In Saxonia Electorali, quando quis ad mulctam aut carceris pœnam alternative condemnatus eſt, pro ſingulis diebus carceris ad triduum operis addici poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 165.* add. *Berger. jurisprud. crimin. p. 28. ſeq.*

4. In Saxonia, pro carceris pœna ad triduum, indici multam unius ſexagenæ novæ ſolere, tradit *Carpz. pract. crimin. qu. 133. n. 47.* Sed hodie pœnæ carceris uſque ad biduum ſexagenam veterem, porró pœnæ carceris usque ad quatuor dies duas ſexagenas veteres, denique pœnæ carceris ad ſex, ſeptem, aut octo dies ſexagenam novam alternative jungi ſolere, refert *Berger. c. l. p. 27.*

5. Propter epilepſiam ultimum ſupplicium non remittitur, ſed aliquando genus mortis tantum mutatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 15.* add. *Carpz. pract. crimin. qu. 18. n. 54.* Plane aliquando Wittembergenſes, remiſſo, propter hanc cauſam, mortis ſupplicio,

cio, reum ad opus publicum condemnarunt: ſed contradixerunt Scabini Lipſienſes, vid. *Berger. jurisprud. crimin. p. 215. ſeq.* Corporalis vero ſeu corporis afflictiva ſi tantum ſit pœna, ob ejuſmodi cauſam vel alium morbum, ea mitigari aut remitti poteſt, *Carpz. pract. crimin. qu. 144. n. 40. ſeq.* niſi morbus mox ſit curabilis, quo quidem caſu differenda ſaltem executio, *Carpz. c. l. n. 53.*

6. In exequenda pœna mortis contra delinquentem, qui epilepſia laborat, caute procedendum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 123.* ſed executionem ultimi ſupplicii non differendam eſſe eo, quod delinquens epilepticus, ſua tamen intervalla habens, in ipſa executione in paroxyſmum inciderit, putarunt Scabini Lipſienſes, apud *Wernher. c. l.*

POENA CONVENTIONALIS.

1. Pœna conventionalis in caſum, quo ſocius, non coram arbitris, ſed magiſtratu litigaverit, ſtatuta, non pertinet ad caſum, quo ad diſſolvendam penitus ſocietatem agitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 459.*

2. Pœna, quæ pro eo, quod intereſt, vel quæ pro uſuris promittitur, duplum excedere non debet, *l. 13. §. 2. & 6. de act. emt. l. 9. l. 44. de uſur. l. 4. de naut. fœn. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 1. n. 8.*

3. Ubi ſimpliciter quantitas, in primis ex mutuo, debetur, pœna conventionalis ad modum legitimarum uſurarum revocari debet, *l. 11. C. de uſur. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 65. n. 1.*

4. Alia vero ratio eſt pœnæ, præſtationi alicujus facti, v. g. in emtione venditione, ſimilive contractu, abjectæ: hæc enim ad certam quantitatem haud eſt adſtricta, ſed quantacunque eſſe poteſt, *l. 11.*

§. 8.

§. 8. de act. emt. Wernher. c. l. n. 2. ſeq. Carpz. lib. 5. R. 43.

5. Pœna conventionalis, in eum caſum, ſi alterutrer a contractu reſilire voluerit, promiſſa, debetur, ſalvo contractu, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 251. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 7. p. 651. ſeq.* add. *Carpz. p 2. c. 33. d. 14. Berlich. p. 1. dec. 46.* niſi contractus ſua natura pœnitendi facultatem tribuat, *Mencken. ad ff. tit. de contrah. emt. Wernher. c. l. n.* 4. vel aliud contrahentibus placuiſſe appareat, *Wernher. c. l. n. 5.* Plane in dubio jusjurandum deſuper deferri poteſt, *Berger. c. l. p. 652. Wernher. c. l. n. 7. 8.*

6. add. loc. *emtio venditio. th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*

POENA INFICIATIONIS.

Vid. loc. *inficiationis pœna.*

POENITENTIA ECCLESIASTICA.

1. Pœnitentia eccleſiaſtica in loco, cum delicti, tum domicilii, eſt præſtanda, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 8. not. 8. p. 119.* non aliter tamen, quam ſicubi recepta fuerit, dictitanda eſt, *Berger. c. l. not. 7. p. 118.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 83.* & quidem cum præſcitu & autoritate conſiſtoriorum, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 3. def. 85.*

2. Pœnitentia eccleſiaſtica ab inferioribus etiam conſiſtoriis in pœnam pecuniariam, puta novæ ſexagenæ, ſcilicet ſigillatim & diſtributive, vor jede Perſohn, in honorem matrimonii converti poteſt, ita quidem ut ea ærario eccleſiaſtico dem Gottes-Kaſten, applicetur, *Berger. c. l. Carpz. juriſprud. eccleſ. lib. 3. def. 86.*

3. Conſiſtoriis, ſine conſenſu & mandato Sereniſſimi Electoris Saxoniæ, pœnitentiam in illis locis, ubi

ubi ea non in uſu eſt, inſtituere non licet. *Wernher. c. l. Carpz. c. l. def. 84.*

POLLICITATIO.

1. Pollicitatio univerſitati facta valide obligat, ſed eo tantum caſu, ſi vel promittens eam jam implere ceperit, vel facta ſit ob cauſam præcedentem, v. c. propter incendium, terræ motum, itemque zu Aufbauung einer abgebrannbten Kirche, zu Sallarirung der Kirchen-Bedienten, *l. 1. §. 1. & 2. l. 3. pr. & l. 6. §. 1. de pollicit. Stryck. uſ. mod. tit. de pollicit.* §. 1. *Berger œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 5. not. 3. p. 563.*

PORTIO STATUTARIA.

1. Portio, quæ conjugi debetur jure v. c. Saxonico, cum communi, tum Electorali, eidem teſtamento neque adimi, neque minui poteſt, *per text. in nov. 22. c. 33. & in c. 16. X. de teſtam. Conſtit. Elect. Sax. 7. p. 3. ibique Carpz. d. 1. Gail. lib. 2. obſ. 86. n. 17. Berlich. p. 3. concl. 9. n. 3. & 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. not. 4. p. 47.* licet ſuperſtes bonis defuncti conjugis nil quicquam intulerit, *Coler. p. 1. dec. 62. n. 3. Carpz. d. def. 1. n. 9.*

2. Nec legato vel fideicommiſſo portio ſtatutaria gravari poteſt, *Berlich. d. concl. 9. n. 25. Carpz. d. c. d. 2.* Hinc portio ſtatutaria ſeparanda eſt a ceteris bonis, quæ teſtator fideicommiſſo gravavit, atque adeo ea cum fideicommiſſo univerſali non tranſit ad fideicommiſſarium, quamvis vidua, ſe hereditati mariti immiſcuiſſe, probetur, *Berger. c. l.*

3. Non valet uxor teſtari in foro Saxonico de bonis ſuis mobilibus in præjudicium mariti, *Heig. p. 2. qu. 15. n. 2. 3 Carpz. d. c. d. 3.* etiamſi uxoris patrimonium univerſum in bonis mobilibus conſiſtat,

Carpz.

Digitized by Google

Carpz. d. c. d. 4. Stryck. de cautel. teſtam. c. 3. §. 17. confer vero *Berlich. p. 3 concl. 9. n. 15. ſeq.*

4. Non minus per donationem inter vivos, aliumve contractum, quam per teſtamentum portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti auferre vel diminuere prohibitum eſt, *Panſchman. p. 2. qu. 5. n. 12. Carpz. d. c. d. 5.* Hinc nec uxor geradam ſuam, quam ex ſtatuto maritus ſuperſtes lucratur, in præjudicium ejus, alteri donare poteſt, *Berlich. d. concl. 9. n. 27. Carpz. p. 3. c. 7. d. 6.*

5. Licet ſtatutum conjugi ſuperſtiti totam defuncti conjugis ſubſtantiam deferat, ea tamen per teſtamentum deminui nequit, *Carpz. d. c. d. 8.* nequidem in favorem piæ cauſæ, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. not. 8. n. 472.* Sed ſtatutum & conſuetudinem, totam ſubſtantiam defuncti conjugis ſuperſtiti deferentem, ab inteſtato tantum obtinere, ad caſum vero teſtamenti haud extendi debere, putant *Weſenbec. in parat. ff. unde vir & uxor. n. 3. Berlich. p. 3. concl. 9. n. 36.*

6. Nec per æſtimationem vel taxationem bonorum, viliori pretio factam, conjux conjugi in portione ſtatutaria præjudicare valet, *Pingizer. qu. 28. n. 14. Carpz. d. c. d. 10.* Imo ſi vidua, ignorans bona mariti pluris valere, ejus taxatione ſteterit, ac, ſecundum eam cum liberis primi matrimonii diviſione facta, portionem ſibi aſſignatam acceperit, manifeſtata fraude mariti, ſi in portione ſtatutaria ſe læſam vidua deprehendat, non obſtante conventione inita, denuo æſtimationem judicis & ſupplementum portionis ſibi debitæ petere poteſt, *Carpz. d. c. d. 11.*

7. Ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis manifeſta uxor de bonis ſuis mobilibus, vivente etiamnum mari-

ri-

rito, inter vivos diſponere poteſt, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 7.* Nec prohibetur teſtari mulier de bonis ſuis mobilibus, ſi cauſa exiſtat, ob quam maritus lucro ſtatutario, privari poteſt, *Carpz. d. c. d. 9.*

8. Portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti debitam per teſtamentum diminuere licet, ſi in pactis dotalibus id conventum fuerit, *Carpz. d. c. d. 12.* Et uxori licet teſtari de bonis mobilibus, quando certa tantummodo portio marito in pactis dotalibus fuerit aſſignata, *Carpz. d. c. d. 13.*

9. Valet teſtamentum in præjudicium portionis ſtatutariæ, ſi conjux ſuperſtes in id conſentiat, *Berlich. p. 3. concl. 9. n. 29. Carpz. d. c. d. 14. Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 1. ſeq.* etiam uxor ſine curatore, *Panſchman. p. 2 qu. 5. Carpz. d. c. d. 15. Mev. ad jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 8. n. 57. ſeq. Berger. p. 1. R. 248. n. 4.* (confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4 th. 45. not. 4. p. 471.*) adeout conſenſus, a conjuge conjugi teſtanti ſemel præſtitus, revocari haud liceat, *Rauchb. p. 2. qu. 39. n. 9.*

10. Maxime valet teſtamentum in præjudicium portionis ſtatutariæ, ſi conjuges in eadem membrana & ſcriptura teſtamentum condiderint, ac ſe invicem portione ſtatutaria privaverint, *Gail. lib. 1. obſ. 117. n. 1. ſeq. Berlich. p. 3. concl. 9. n. 33.*

11. Non præciſe opus eſt, ut maritus in actu teſtandi præſens conſenſum exponat, ſed ſufficit, ſi hoc fiat per procuratorem vel literas, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 3. §. 18. in fin.*

12. Licet uxor marito, in præjudicium portionis ſtatutariæ teſtanti, conſenſerit: attamen, teſtamento annullato, eam petere haud prohibetur, *Panſchm. d. qu. 5. n. 90. Carpz. d. c. d. 17.*

13. Portio ſtatutaria, eaque nondum agnita, non

non tranſmittitur ad heredes, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. not. 6. p. 471.*

14. In computatione portionis ſtatutariæ reſpiciendum eſt ad totam, quæ ſupereſt, deducto ære alieno, hereditatis maſſam, *Carpz. lib. 6. R. 48. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 190. n. 2.*

15. Portio ſtatutaria, æque ac legitima, uxori competit in qualibet re hereditaria, eamque in natura afficit; ex quo conſequitur, maritum in præjudicium uxoris, alicui rem hereditariam relinquere non poſſe, ut uxorem æſtimatione prædictæ portionis contentam eſſe, & ſubſtantia rei carere oporteat, *Berger. Reſolut. Lauterb. programm. ſub A. p. 768.*

16. add. loc. *teſtamentum conjugum.* loc. *uxor. th. 1. ſeq.*

POSSESSIO. POSSESSOR.

1. Poſſeſſione ſua nemo extrajudicialiter privandus eſt, *c. 7. X. de reſtit. ſpol. l. 6. §. 1. C. unde vi. Carpz. lib. 1. R. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 3. n. 35.*

2. A magiſtratu quoque poſſeſſione ſua extrajudicialiter privatus ante omnia reſtitui debet, adeo ut contra magiſtratum, aliquem in ſua poſſeſſione turbantem, ex ſpolio agi poſſit, *Carpz. lib. 1. R. 2.*

3. Poſſeſſio revelat poſſidentem ab onere probandi, & illud in adverſarium transfert, *c. 18. de reſtit. ſpol. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 309. n. 1.* niſi jus commune vel juris præſumtio poſſidenti reſiſtat, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 23.* vid. omnino *Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1194.* v. c. ſi cum principe ſuper regalibus lis eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 366. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

4. Poſ-

Digitized by Google

4. Poſſeſſionis ſuæ titulum nemo edere tenetur, *l. 11. C. de petit. heredit. ibique Brunnemann. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p.* 4. *obſ.* 43. niſi cum principe lis ſit; quippe contra quem aliquis ſola poſſeſſione ſeſe tueri non poteſt, *Berger. El. Proc. Poſſ.* §. 26. *p.* 118. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 2. *obſ.* 366. Equidem Dd. vulgo poſſeſſionem decennalem contra illum valere putant, vid. *Poſt. obſ.* 44. *n.* 13. *ſeq.* Sed, illam doctrinam nullo certo conſtantique jure ſuſtineri, tradit *Berger. c. l.*

5. Per inſtrumenti traditionem æque poſſeſſio ac dominium transfertur, *l.* 49. *ſolut. matrim. l.* 44. §. 5. *de legat.* 1. *l.* 1. *C. de donat. Ant. Fab. in Cod. lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 6. *n.* 6. Non tamen indifferenter de cujusque inſtrumenti traditione hoc accipiendum, ſicut nec de inſtrumento contractus inter tradentem & eum, cui inſtrumentum traditur, celebrati: per hoc ſiquidem poſſeſſio non transfertur, niſi vel in ipſo fundo vel in conſpectu ejus traditio fiat, *l.* 48. *de acquir. poſſeſſ. l.* 2. *C. eod. Carpz. p.* 2. *c.* 33. *def.* 15. *n.* 5. & 6. Sed tum demum ficta traditio efficax eſt ad translationem poſſeſſionis, quando traditur inſtrumentum, continens jus vel titulum venditoris, illum nempe contractum, per quem ipſe rem venditam acquiſiverit ab autore ſuo, *d. l.* 1. *C. de donat. Hartm. Piſtor. obſ.* 31. *n.* 8. *Carpz. d. def. n.* 7.

6. Ad acquirendam poſſeſſionem adverſus libertatem non ſufficit unius prohibitio, ſed alterius patientia accedere debet, adeo ut is prohibitioni factæ acquieſcat, *Roſenth. de feud. c.* 5. *concluſ.* 25. add. *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. ad p.* 1. *obſ.* 87.

7. Unusquisque tantum intelligitur poſſidere, quantum revera & naturaliter occupavit, *Carpz. p.* 2.

c. 3. d. 27. n. 1. quod procedit in diſtinctis & ſeparatis: ſecus in cohærentibus, vel univerſitati ac jurisdictioni eidem ſubjectis. Sic probata poſſeſſione vel quaſi alicujus juris per majorem partem provinciæ, videtur probata poſſeſſio in aliis locis ejus provinciæ, *Coler. conſil. 34. n. 62. Carpz. d. def. 27.*

8. Inſtrumentum, juſſu utriusque partis præſentis, a notario ſuper traditione & facta poſſeſſionis apprehenſione conditum, poſſeſſionem probat, *l. 12. C. de probat. ibique Brunnem.* add. *Finckelth. obſ. 117. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 117. n. 4.* per ſolam vero epiſtolam poſſeſſio non poteſt probari, *l. 48. de acquir. poſſeſſ. ibique Brunnem.*

9. Si quis a poſſeſſorio ſummariiſſimo judicio deſiſtat, & ordinarium inſtituat, ex ſola hac ejus tacita confeſſione, citra teſtes, probari poteſt poſſeſſio a parte adverſa, *Wernher. d. obſ. 117. n. 5.*

10. Regulariter is, cujus nomen in cataſtrum publicum relatum eſt, præſumitur poſſidere bona, in eodem ipſi adſcripta, adeo ut probatio poſſeſſionis, inde deſumta, in continenti liquida eſſe cenſeatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 18. n. 1. 2.* niſi contrarium probari poſſit, *Wernher. c. l. n. 3.*

11. Poſſeſſio, a venditore in fundo vendito ſibi reſervata, per ſubhaſtationem extinguitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 268.* diſſentit *Huber. prælect. ad ff. tit. de contrah. emt. n. 8.*

12. Si poſſeſſionem fundi locati tertius, ſive dolo, ſive negligentia coloni occupet, hoc locatori non præjudicat, *l. ult. C. de acquir. & retin. poſſeſſ. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 80.*

13. Poſſeſſio vel quaſi juris communis, reliquis eidem renunciantibus, etiam ab uno univerſitatis membro

bro

Digitized by Google

bro continuari poteſt, modo uſus illius juris ſingulis de univerſitate competat, *Berger. elect. proc. poſſeſſ.* §. 20. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ.* 442.

14. In poſſeſſione defendendus eſt is, qui, alterius contradictione & proteſtatione non attenta, diverſos actus exercuit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ.* 113.

15. Si judex poteſtate ſua abutatur, & inhibitionem poſſeſſori inſinuari curet, quo minus actus poſſeſſorios exercere pergat, is licite ſuam poſſeſſionem continuat, *Poſt. de manuten. tom. 2. dec.* 132. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ.* 336 *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 2. p.* 593.

16. Poſſeſſio ſtrictiſſimæ eſt interpretationis, adeoque de caſu ad caſum porrigi temere haud debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 54. n. 1.* Hinc poſſeſſio vel quaſi juris exigendi, a ſubditis ſumtus in inquiſitionem factos, intuitu civium, eorumque liberorum, exercita, ad extraneos extendi haud debet, *Wernher. d. obſ.* 54.

17 Poſſeſſio juris cujusdam, contra ſingulos ex univerſitate acquiſita, non ſtatim adverſus totam univerſitatem obtenta intelligitur, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de acquir. poſſeſſ. ad verba: juris eſt.* quamvis eo caſu, cum is, qui jurisdictioni præeſt, indixit univerſis, fore, ut v. c. ſervitia, laudemiumve, exigerentur, dici poſſit, ſi, aliquibus præcepto obtemperantibus, reliqui non contradixerint, poſſeſſionem contra univerſos acquiri, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*

18. Ne tum quidem contra univerſos acquiſitam eſſe poſſeſſionem, ſi teſtes in folle dixerint, omnes ſubditos, nullo caſum diſcrimine, liberos exhibuiſſe ad famulitium, ſolviſſe laudemium; quandoquidem cum de

probanda poſſeſſione quæratur, actus poſſeſſorios, quibus demum conſtituitur poſſeſſio, ſpeciatim exprimi oporteat, generalis & incerta teſtium depoſitio autem minus ſuffecerit, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*

19. Poſſeſſione domus apprehenſa, non protinus poſſeſſio jurium, ei cohærentium, v. c. juris coquendæ cereviſiariæ acquiſita intelligitur, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*

20. Poſſeſſio vel quaſi juris affirmativi non includit poſſeſſionem vel quaſi juris negativi, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 1. not. 3. p. 546.* ſeu: acquiſita poſſeſſio vel quaſi v. c. paſcendi, lignandi, piſcandi non involvit poſſeſſionem vel quaſi juris prohibendi, *Berger. el. proc. poſſeſſ. th. 45. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 41. nec non in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 87. & ad p. 9. obſ. 41.* Nam poſſeſſio vel quaſi juris prohibendi non acquiritur per actus poſſeſſorios ſimplices, ſed requiruntur prohibitivi, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 87.*

21. Promiſſione præſtandi, v. c. expenſas criminales, ab aliquo ſubdito jurisdictionali facta, domino minus acquiritur poſſeſſio juris exigendi, ita, ut ea, maxime adverſus ſucceſſorem ſingularem, poſtea urgeri poſſit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 2. not. 3. p. 547.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 444.*

22. Ex actu poſſeſſorio antiquo præſentanea poſſeſſio vel quaſi præſumitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 433.*

POSSESSOR BONÆ FIDEI.

1. Ille contra dominum, rem ſuam vindicantem, exceptione interitus caſualis ſeſe defendere poteſt, etſi ad eam reſtituendam extrajudicialiter inter-

terpellatus fuerit, quin interitus poſt litem conteſtatam contigerit, niſi actor probet, ſi rem, ſi ſtatim poſt judicium acceptum reſtituta fuiſſet, voluiſſe & potuiſſe diſtrahere, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 224. n. 99. ſeq.*

2 Bonæ fidei poſſeſſor, damnum, ante litem conteſtatam culpa etiam ſua datum, non præſtat, *l. 31. §. 3. l. 25. §. 11. de heredit. petit. Horn. cl. 5. R. 22. p. 299. a.*

POSSESSOR MALÆ FIDEI.

1. Exceptio caſualis interitus etiam malæ fidei poſſeſſori competit, *l. 12. & 38. de uſurpat. & uſucap.* add. *Obrecht. diſput. de uſucap. 26. th. 234.* ita ut, ſi res citra ipſius culpam mero caſu fortuito perierit, ad æſtimationem reſtituendam non teneatur, *l. 62. pr. de V. S. Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 122.*

2. Quod ſi vero lis fuerit inter dominum & malæ fidei poſſeſſorem conteſtata, quamvis deinceps res caſuali interitu peremta fuerit, nihil tamen eidem prodeſt hæc exceptio, ſed ad damni, hoc caſu dati, reſtitutionem tenetur, *l. 40. pr. de heredit. petit. l. 17. §. 1. d. R. V. Wernber. c. l. n. 127.*

3. Malæ fidei poſſeſſor eſt, qui aliquid contra legum interdicta mercatur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 6. n. 5. p. 33.*

POSSESSORIUM JUDICIUM.

1. Interdictum *uti poſſidetis* etiam pro juribus incorporalibus & horum quaſi poſſeſſione retinenda competit, *l. fin. uti poſſid. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. qu 13. n. 103. ſeq. Carpz. p. 2. c. 7. d 11.* Nec refert, de quorumnam jurium quaſi poſſeſſione diſ-

 ce-

Digitized by Google

ceptetur, cum & pro nobilitate & dignitate poſſeſſorium concedatur, *Covarruv. lib. 1. var. reſolut. c. 16. n. 12. Carpz. c. l. n. 3.*

2. Interdicto retinendæ poſſeſsionis dominus quoque, a ſubditis in jurisdictione turbatus, adverſus eos agere valet, *Hartm. Piſt. lib. 4. qu. 19. n. 6. Carpz. d. c. d. 12.* cum poſſeſſoria & petitoria judicia ſibi invicem adeo correſpondeant, ut, ubi petitorium ſeu actio aliqua realis competit, ibi etiam detur interdictum poſſeſſorium, & vice verſa, *Bartol. in l. ult. quor. bonor. Carpz. c. l. n. 11.*

3. Poſſeſſorium adverſus legem prohibitivam locum non habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 42.*

4. In judicio poſſeſſorio ſuſtinetur libellus, in quo actor turbationem, non ut factum, ſed quæ a reo metuenda ſit, allegat, ſi hic in termino hujusmodi intentionem fateatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 396.*

5. Petitorium cum poſſeſſorio retinendæ poſſeſsionis cumulari nequit, *Carpz. p. 2. c. 7. d. 10. & lib. 1. R. 71. n. 17. ſeq.* Adipiſcendæ autem & recuperandæ poſſeſſionis interdicta cum petitorio recte cumulantur, *l. 18. §. ult. de vi & vi arm. c. 2. X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Carpz. d. R. 71. n. 12. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 118.*

6. Poſſeſſorium præciſe coram eodem judicio, ubi petitorium jam pendet, inſtitui non debet, *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 401.*

7. add. loc. *petitorium judicium a th. 5. usque ad ult.*

POSSES-

Digitized by Google

POSSESSORIUM ORDINARIUM.

1. Petitio cautionis (a) de non amplius turbando non eſt caracter inſtituti poſſeſſorii ordinarii, ſed etiam in ſummario locum habet, *Berger. elect. proc. poſſeſſ. th. 30. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 290.* diſſentit *Carpz. lib. 1. R. 15. n. 13.*

2. In judicio poſſeſſorio ordinario is vincit, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, *c. licet. X. de probat. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 461. Hahn. ad Weſenbec. tit. uti poſſid. ad verba: hodie tamen.* In quo etiam de qualitate poſſeſſionis diſquiritur, v. g. an quis vi, clam, vel precatio poſſideat, *Stryck. us. mod. tit. uti poſſid. §. 2.*

3. In judicio poſſeſſorio ordinario hodie ſolennis atque ordinarius procedendi modus attendi ſolet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 44.* add. *Carpz. lib. 1. R. 9. Stryck. uſ. mod. tit. uti poſſid. §. 2.*

4. Depoſitio teſtium de exercitio actuum, ſive in poſſeſſorio, eoque ſummario, aut ordinario, ſive in petitorio partes verſentur, ſpecifica eſſe debet, generalis atque indefinita minus ſufficit, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 119.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de acquir. poſſ. ad verba: juris eſt. & p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 20. p. 156.*

5. Quando uterque litigantium ſtatim in primo termino rotulos teſtium ad acta exhibet, judex in poſſeſſorio ſummariiſſimo pronunciare poteſt, etſi ordinarium fuerit inſtitutum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 229.*

(a) Hodie loco cautionis certam pœnam in caſum contraventionis ſolere præſcribi, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 3.* monet *Krauſ. in proc. judic. lib. 2. c. 3. ſect. 1. §. 5.*

Digitized by Google

POSSESSORIUM SUMMARIISSIMUM.

1. In poſſeſſorio ſummario vel ſummariiſſimo celeriter & ſummariter abſque libello (a) & litis conteſtatione proceditur, prævia tamen citatione, (b) quæ regulariter omitti nequit, niſi in mora ſit periculum, *Carpz. lib. 1. R. 9. Pruckmann. vol. 1. conſil. 23. Stryck. uſ. mod. tit. uti poſſid.* §. 2.

2. In hoc judicio (c) ſufficiunt ſemiplenæ probationes, *Ordinat. Camer. p. 2 c. 21. in fin.* per unicum teſtem juratum aut plures non juratos (d) facta *Carpz. lib. 1. R. 11. & p. 2. c. 7. d. 15. & 16.* vid. omnino *dec. Elect. Sax. nov. 1. ibique Philipp. obſ. 7. ſeq.* add. *Mev. p. 8. dec. 492. Stryck. c. l.* §. 4. Nec admittuntur exceptiones contra perſonas & dicta teſtium, *Stryck. uſ. mod. c. l.* depoſitio vero teſtium, quorum ſigillatim intereſt, non attenditur, *Mev. p. 3. dec. 132. n. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 115.*

3. In hoc judicio reprobatio regulariter non admittitur: audiendus tamen eſt reus, ſi aliud docere (e) & demonſtrare velit, *Carpz. d. c. 7. d. 17.* 4.

(a) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 19. ubi: ohne ein ordentlich Libell, wenn nur ein richtig medium concludendi und deutlich petitum verhanden.

(b) Quæ ſtatim ab initio cum clauſula: *ſub pœna confeſſi & convicti*, emittenda eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec c. l.*

(c) Abſque probatione & reprobatione proceditur, atque demonſtrata ſaltem poſſeſſione, lis deciditur, *Ord. Proc. Sax Rec. c. l.*

(d) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 20.

(e) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 19. ubi ita diſponitur: Und dem Beklagten zwar zu ſeiner Gegen-Beſcheinigung gleichfalls gerichtliche rotulos in termino zu übergeben frey ſtehen, jedoch wenn er ſolches / auch ohne vorhergehende Auflage nicht bewerckſtelliget / darauf nicht interloquiret, ſondern ſo fort hauptſächlich erkannt, ꝛc.

4. In poſſeſſorio ſummariiſſimo tamdiu utrique parti demonſtrationes conceduntur, donec reſtrictæ ad certum ſpatium, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 20 en. 7.*

5. In poſſeſſorio ſummaaiiſſimo ſuper poſſeſſione vel quaſi præſentanea adverſario jusjurandum (f) deferri poteſt, *Phankuch. de poſſeſſ. ſummar. lib. 2. c. 15. n. 29. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 229.* add. *Berger. elect. proc. poſſeſſ. th. 31.* diſſentit *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 21. en. 34.*

6. Jure civili in interdicto: uti poſſidetis, nunquam vincit is, qui ab adverſario ſuo vitioſe, h. e. vi, clam aut precario poſſidet, *l. 1. §. ult. uti poſſid. l. 1. §. 2. de itin. act. priv.* Sed hodie in judicio, quo ſuper præſentanea poſſeſſione vel quaſi lis eſt, omne vitium poſſeſſionis negligitur, & ſolum factum (g) ſpectatur; quomodo, bona, an mala fide quis poſſideat, inſuper habetur, & controverſia de hujusmodi qualitate in poſſeſſorium ordinarium rejicitur, *Phankuch. de poſſeſſ. ſummar. lib. 1. c. 6. n. 11. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 434. Stryck. uſ. mod. tit. uti poſſid. §. 2.*

7. In recuperandæ poſſeſſionis remedio, quale eſt actio de ſpolio, expeditum eſt, annuam (h) poſſeſſionem haud requiri, ſed ſufficere, eo tempore quem poſſediſſe, cum dejiceretur, *l. 1. §. 23. ſeq. de vi & vi arm. Hahn. ad Weſenbec. tit. eod. n. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 327.*

8. Ad victoriam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, veluti ſi de retinenda poſſeſſione vel quaſi agitur, obti-

(Ff) 5 nen-

(f) Imo jurisjurandi delatio in poſſeſſorio ſummariiſſimo non admittitur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(g) Quod probatur *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 20.*

(h) Vid. *hic th. 8. lit. i.*

nendam non præciſe annua (i) poſſeſſio requiritur, ſed ſatis eſt, vel unicum actum (k) poſſeſſorium, eumque noviſſimum, probaſſe, *c. 19. X. de jur. patron. c. 3. X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mev. p. 3. dec. 91. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 114. & p. 6. obſ. 327. n. 1.* diſſentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 119.*

9. Ille vero actus, de quo lis mota eſt, non attenditur, *Mev. p. 2. dec. 188. n. 3. Wernber. d. obſ. 114. n. 4.* niſi talis ſit actus, in quo ipſius adverſarii factum approbativum concurrit, *Mev. p. 8. dec. 63. Wernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 400.*

10. Inſtituto poſſeſſorio ſummariiſſimo, jura petitorii non niſi colorandæ poſſeſſionis cauſa adducta eſſe cenſentur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 97.* quamvis utilis & non facile negligenda ſit proteſtatio, *Carpz. p. 1. c. 26. d. 7. n. 9.*

11. In camera imperii poſſeſſorium ſummariiſſimum non admittitur, niſi poſſeſſio utrinque dubia & metus armorum ſubſit, *Ordinat. camer. p. 2. tit. 22. §. 3.* In aliis vero locis admitti ſolet, etiamſi præſens metus armorum non ſubſit; ante omnia enim proſpiciendum, ut conſtituatur poſſeſſor, vel ob hoc ipſum, ut ſciatur, quis partibus actoris fungi debeat, *Mev. p. 3. dec. 96. n. 4. Stryck. uſ. mod. tit. uti posſid. §. 3.*

12. Poſ-

(i) Hæc controverſia compoſita eſt per *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 19* hoc modo: derjenige, ſo ein oder mehrere ruhige actus poſſeſſorios, und in poſſeſſione jurium & ſervitutum und zwar bey ſervitutibus continuis, wenigſtens eine jährige Poſſeſſ, in diſcontinuis aber, nebſt ſolcher jährigen Poſſeſſ, wenigſtens drey richtige actus vor ſich hat, in poſſeſſorio geſchützet, ꝛc.

(k) Vid. *quæ notata ſunt ad h. th. lit. i.*

12 Poſſeſſorium ſummariisſimum locum non habet, quando cum principe in regalium, vel immunitatis ab oneribus publicis, aut ſimili cauſa lis eſt, *Mev. p.3. dec. 205. Berger. elect. proc. poſſeſſ. th. 26.*

13. Alia eſt ratio vaſalli, qui inveſtituram de hoc vel illo jure, v.c. lignandi accepit: quodſi enim de modo ligna cædendi controverſia incidit, dubitandum haud eſt, vaſallum in præſentanea poſſesſione inniti poſſe, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 230.*

14. Obtinens in poſſeſſorio ſummario juſte litigat in petitorio, & ad expenſas (l) non tenetur, *Carpz. lib. 1. R. 18 n. 3.* Et victoria in judicio poſſeſſorio ſummariisſimo poſſeſſorem a reſtitutione fructuum perceptorum & percipiendorum in petitorio immunem (m) præſtat, ſcilicet quod ad fructus ante litis conteſtationem in petitorio perceptos & percipiendos, *Carpz. d. R. 18. n. 1. 2. Berger. El. Proc. Poſſeſſ §. 39.* diſſentit *Pfankuch. de poſſeſſ. ſummariiſſ. lib. 2. c. 16. n. 5. ſeq.* cujus opinionem recipi poſſe, ut, probata mala fide, poſſeſſor teneatur, putat *Berger. c. l.*

15. Lis, in poſſeſſorio ſummariisſimo mota, non habet effectum interrumpendæ præſcriptionis, ſi poſſeſſor in eo vicerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 330.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de uſucap. n. 4.*

16. add loc. *poſſeſſorium ordinarium. th. 1. 4. 5.*

PO-

(l) Aſt hodie ille, qui in poſſeſſorio ſummariiſſimo obtinuit, deinceps vero in poſſeſſorio ordinario vel petitorio ſuccumbit, pro malæ fidei poſſeſſore habetur, & non ſolum fructus perceptos & percipiendos reſtituere, ſed quoque omnes, etiam in poſſeſſorio ſummariisſimo cauſatas expenſas refundere tenetur, niſi aliæ circumſtantiæ pro eo militent, *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 20.*

(m) Vid. *quæ notata ſunt ad hanc theſin, lit. l.*

POSTORUM MAGISTER.

1. Magiſter poſtarum ad damnum reſarciendum tenetur, quoties vel minima ipſius culpa concurrit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 238.*

2. Si literæ cambiales, pecunia vel res pretioſæ per poſtam transmittendæ ſunt, illud in involucro earum expresſis verbis conſignandum, & poſtarum directori ſeu magiſtro indicandum eſt; quo intermiſſo, non ſolum denegatur actio, ſi deperdantur, ſed quoque propter defraudationem poſtæ pœnam incurrit, qui eas reticuit, vid. omnino *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 27. lit. b. p. 772. ſeq.* ubi binos caſus, quibus faſciculi poſtæ commisſi deperditi ſunt, recenſet, alterum, quo pecunia merces falſo nominata, habet *d. p. 772 ſeq.* alterum, quo minor ſummæ quantitas indicata, refert *p. 790. ſeq.*

3. Eo caſu, quo curſor literas vel faſciculos, quibus aurum vel clinodiæ ſunt inſertæ, vehens in prædones incidit, & ſpoliatur, tunc demum periculum eſt præfecti poſtarum, ſi in ſe ſuamque fidem recepit clinodias, aut debito tempore ſarcinam non commiſit curſori, aut eum aliud, quam conſuetum iter curſorium, den Poſt-Weg, currere jusſit, aut improvido & incurio curſori rem tradidit, aut quovis alio modo in culpa fuit, quo curſor invaſionis periculum ſubiret, *Horning. de jur. poſtar. c. 13. theor. 15.*

PRÆCEDENTIA.

1. Illi, qui ſunt in dignitate aliqua, præcedere debent aliis, qui talem non habent, etiamſi ſint natu majores, *l. 1. & 2. de alb. ſcribend.* quia dignitatum ordines ſunt ſervandi, prout eſt *rubrica* expreſſa *in C. ut dignitatum ordo ſervetur, Farinac. lib. 1. conſil. 94. n. 8.*

2. In habentibus parem dignitatem attendenda eſt prioritas temporis, *Brunnem. ad l. 1. C. de conſu lib. & ſprag. ab his pecun. n. 12. 13.*

3. Ad-

3. Advocati immatriculati actuarios ordine præcedunt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 175.* add. *Horn. de jur. prædr. dec. 2. n. 7.*

4. Opifex, ſenator factus, advocatos, qui eodem loco cives vel incolæ ſunt, præcedit, niſi per conſuetudinem contrarium doceri queat, *Berger. lib. 1. R. 280.*

5. Quando de jure præcedentiæ quæſtio eſt, non ad ſolum gradum, quem quis in ſuperiori aliqua facultate adeptus eſt, ſed ſimul ad officium, quo quis fungitur, attendi debet, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 236.*

6. Actus poſſeſſorius juris præcedentiæ, adverſus unum ex numero Doctorum exercitus, reliquis non præjudicat, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 74.*

7. add. loc. *conſiliarius. th. un.*

PRÆDIUM.

1. Alienatio pertinentiarum prædiorum in Saxonia Electorali peculiari mandato eſt prohibita, vi cujus etiam privati jus agendi fundatum habent, ad repetendas prædiorum ſuorum pertinentias, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 333. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. lib. 1. R. 198. & philoc. for. R. 35.*

2. Sed illud mandatum Elect. Saxonicum, ſecundum literam, ad prædia, ſub præfecturis Electoralibus ſita, adſtringendum, atque adeo ad cetera, quæ jurisdictioni nobilium & Senatuum patrimoniali ſubjecta ſunt, minus prorogandum eſt, *Berger. philoc. for. d. R. 35. p. 316. Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 144.*

3. Plane nullam de non diſtrahendis prædiorum pertinentiis extare legem prohibitivam, quæ ſimul neceſſariam divulſarum partium conſolidationem

cum

Digitized by Google

cum prædio principali jubeat, putat *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 27.*

4. Uti non cuivis civi prædia ruſtica, Bauer-Güther, ſibi comparare licet: ita nec ad licitandum admittendus, tametſi pro-vaſallum ſiſtere vel conſtituere velit, adeo ut, concurrentibus ruſticis, minus etiam licitantibus, prædia, Mandato Regio Electorali fuerint adjudicata, teſte *Barthio in hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. f. p. 417. ſeq.*

5. Deficientibus vero aliis emtoribus ruſticis, admittitur quidem civium licitatio & emtio, ſed non aliter quam conſtituto indoneo pro-vaſallo ruſtico, & datis reverſalibus, quod ſi idem illud prædium aliquando veniret, id non niſi in ruſticum alienari deberet, *Barth. c. l. p. 418. ſeq.*

6. Edictum generale Sax. Electorale, quo interdicitur civibus emere prædia ruſtica, capiendum eſt de illis tantum prædiis, quæ jurisdictioni præfectorum ſubjacent, non de ceteris, quæ non pertinent ad præfecturas, *Berger. lib. 2. R. tit. n. 2.*

PRÆSCRIPTIO.

1. Præcipuæ & magis frequentes præſcriptionum ſpecies potiſſimum tres ſunt: *mobilium* nempe rerum, quæ triennio perficitur; *immobilium*, quæ inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annorum ſpatio completur, *pr. J. de. uſucap.* & jurium ſeu actionum, quæ ſpatio annorum 30. vel 40. perficitur, *l. 3. l. 4. C. de præſcript. 30. annor. Carpz. p. 2. c. 3. d. 3. n. 5.*

2. In foro autem Saxonico duæ tantum reperiuntur expreſſæ ſpecies præſcriptionum: una eſt *annalis*, quæ res *mobiles* reſpicit, & completur ſpatio unius anni & ſex hebdomadarum, vulgo dicitur Jahr und

Digitized by Google

und Tag, das iſt, ein Jahr und 6. Wochen, **Landr.** *lib. 1. art. 28. pr. & lib. 2. art. 44. Carpz. d. def. 3. n. 6. & def. 9.* & quidem, ſecundum jus Electorale cum additamento trium, dierum, *Carpz. d. c. d. 5.* altera eſt *tricennalis*, quæ concernit bona *immobilia*, & completur curriculo 30. annorum, & unius anni, junctis ſex hebdomadis, **Landr.** *lib. 1. art. 29.* &, ſecundum jus Electorale, tribus diebus, *Carpz. d. def. 5.* eaque ad jura quoque, actiones & ſervitutes aliaſque res incorporales pertinet, *Coler. p. 1. dec. 20. n. 3. & 10. Heig. p. 1. qu. 16. n. 11. Carpz. d. def. 3. n. 8 ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 24. p. 260. & th. 25. not. 5. p. 264.*

3. Jure Saxonico mutatæ tantummodo ſunt præſcriptiones regulares ſive decretivæ: ſpeciales enim, quæ jure communi ex cauſa quadam peculiari in caſibus ſpecialibus introductæ, apud Saxones quoque uſu receptæ ſunt, *Carpz. p. 2. c. 3. d. 4. n. 7. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 24. not. 4. p. 260.*

4. Hinc fit, quod adverſus eccleſiam & pia loca in foro Saxonico non niſi 40. annis præſcribatur, *Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 2. Carpz. d. def. 3. n. 3.* veluti &, quæ de immemoriali & centenaria præſcriptione in cauſis exceptis de jure civili ſtatuta ſunt, in foro quoque Saxonico obtinent, *Heig. p. 1. qu. 16. n. 48. Carpz. c. l. n. 4.*

5. Non aliter quoque judicandum de præſcriptionibus, quæ ſpatiis brevioribus a jure civili terminantur, ut eſt biennii in actione de dolo; quinquennii in actione inofficioſi teſtamenti, adulterio &c. quæ nec in foro Saxonico ſublatæ ſunt, ſed unaquæque procedit in ſuo caſu, *Zobel. p. 2. diff. 1. Carpz. c. l. n. 5.* Sicuti & delicta vicennio in foro Saxonico

præ-

præſcribuntur, *Schneidew. ad J. tit. de uſucap. rubr. quot ſunt ſpecies præſcript. n. 55.*

6. Jure communi ad triennalem & longi temporis præſcriptionem bona fides requiritur, *pr. & §. 2. J. de uſucap. l. 2. C. de præſcript. long. temp. Schneidew. ad J. tit. de uſucap. n. 19.* Unde, cum præſcriptio Saxonica annalis ſurrogata eſt præſcriptioni triennali juris communis, *Rauchb. p. 2. qu. 28. n. 8.* nec hæc abſque bona fide ullum habebit effectum, *Goldb. de gerad. c. 9. n. 38. Carpz. p. 2. c. 3. d. 6.*

7. Jure civili in præſcriptione longiſſimi temporis bona fides non requiritur, ſed ſufficit cum poſſeſſione ſolus curſus 30. vel 40 annorum: tanto ſiquidem tempore tollitur omne jus, omnis actio realis, & perſonalis, non attenta bona fide, *l. 3. l. 4. l. 7. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. Carpz. d. c. d. 7. n. 1. & 2.* Aſt jure Canonico malæ fidei poſſeſſor nullo unquam tempore præſcribit, *c. fin. X. de præſcript.* quod cum mores noſtri ſequantur, ergo in foro Saxonico nequidem præſcriptio tricennalis cum mala fide perfici poteſt, *Heig. p. 1. qu. 16. n. 15. Carpz. d. def. 7. n. 6.* diſſentiunt *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 138. Hartm. Piſtor. obſ. 201. n. 5.*

8. Jure civili, in rebus immobilibus, requiritur ſaltem initio acquiſitæ poſſeſſionis bona fides, *§. 7. J. de uſucap.* jure autem canonico, quod mores hodierni ſequuntur, uſque ad extremum uſucapionis momentum, *c. ult. X. de præſcript. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 21. p. 253.*

9. Bona fides eſt probanda, probato autem titulo præſumitur, *Berger. c. l. not. 3. p. 254.* Plane in præſcriptione tricennali ſeu temporis longiſſimi, de jure civili pariter atque Saxonico non eſt opus aliqua

pro-

probatione ſive tituli, ſive bonæ fidei, ſed hæc ambo præſumuntur ex curſu longiſſimi temporis, *Heig. p. 1. qu. 16. n. 55. Carpz. d. def. 7. n. 12. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 25. not. 1. p. 263.*

10. Quodſi tamen is, contra quem præſcriptum eſt, velit probare malam fidem præſcribentis, omnino audiendus eſt; qua probata, præſcriptio nullum habet effectum, *Berlich. p. 2. concl. 4. n. 28. Carpz. p. 2. c. 3. d. 8.* Et judex pro conditione eorum, quæ rem circumſtant, jusjurandum, modo ſuppletorium, modo purgatorium ſuper mala fide dictare poteſt, *Berger. œcon. jur. c. l.*

11. Probatur mala fides conjecturis & præſumtionibus variis, veluti, quod ante contractum præſcribenti fuerit denunciatum, rem eſſe alterius, *l. 17. C. de R. V.* aut ſi de hoc inter vicinos fuerit fama; vel præſcribens contraxerit, non adhibitis ſolennitatibus, requiſitis a jure communi vel municipali, vel etiam adhibitis inſolitis cautelis; aliisque multis modis, quibus ſcientia rei alienæ probari poteſt, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. cent. 3. caſ. 252. Carpz. d. def. 8. n. 5. ſeq.*

12. Jure canonico & moribus hodiernis, bonam fidem ad præſcriptionem actionum perſonalium minus neceſſariam eſſe, & textum in *c. fin. X. de præſcript.* loqui de præſcriptione rerum, non actionum perſonalium, docent *Zanger. de except. p. 3. c. 10. n. 107. Franzk. ex. 5. qu. 7. n. 8. & 12. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de diverſ. tempor. præſcript. ad verba: requiritur autem. & E. D. F. tit. 11. obſ. 5. p. 383. Wernher. ſel. obſ for. p. 1. obſ. 183. & in ſupplem. ad eand. obſ.* & in præſcriptione contra jura, veluti: annuas præſtationes bonam fidem haud requiri, tradit *Wernher. ſel. obſ. for.*

p. 3. obſ. 94. diſſentiunt & ubique bonam fidem exigunt, *Mynſinger. cent. 4. obſ. 6. n. 3. ſeq. Cothmann. vol. 2. conſil. 63. n. 32. ſeq. Carpz. lib. 1. R. 33. Brunnem. ad l. 2. de diverſ. & tempor. præſcript. n. 6.*

12. Exemplum eſt in jure ſubcollectandi, quod magiſtratui competit municipali, itemque domino jurisdictionali: uterque ſi quidem exceſſum, Uberſchuß, colligat a ſubditis longiſſimo tempore, ejus nomine ſe adverſus condictionem indebiti, aut ſine cauſa, tueri poteſt exceptione præſcriptionis, quamvis ſit in mala fide: at mala fides obſtat, quo minus jus, ejusmodi collectas exigendi inpoſterum, per uſucapionem acquiri poſſit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 23. not. 4. p. 264.* add. *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 183.*

14. Nec ſecus eſt dicendum de præſcriptione actionum perſonalium affirmativa, utpura, cum ſoluto debito, heres debitoris ex ignorantia per 30. annos creditori ſolvit uſuras: ut enim tum denuo actio, v. c. ex mutuo, acquiratur, omnino opus eſt bona fide, utpote quæ toties requiritur, quoties non de exceptione agitur, ſed de actione reali aut perſonali per præſcriptionem requirenda. Mala fides impedit præſcriptionem actionis affirmativam, non negativam, *Berger. c. l.* add. *Carpz. p. 2. c. 2. d. 9. Mev. p. 3. dec. 288.*

15. Perfecta uſucapione, ſuperveniens mala fides non obeſt, nequidem in conſcientia, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 21. not. 3. p. 254.* Et, cum omnis obligatio, etiam naturalis, per præſcriptionem perimitur, *l. 1. §. 1. C. de annal. except. l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. E. kolt. ad ff. tit. de diverſ. tempor. præſcript. §. 4. Vasqu. lib. 1. qu. 53. n. 10.* licet diſſentiat *Wiſſenbach. & Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de præſcript.*

di-

diverſ. tempor. qu. 2. ſequitur, ne agnitionem quidem debitoris obeſſe quo minus ratio præſcriptionis habeatur, *Berger. Reſolut. Lauterb. de diverſ. tempor. præſcript. qu. 2. & E. D. F. tit. 11. obſ. 5. p. 391.* niſi aliud factum, v. c. promiſſio ſolutionis acceſſerit *Berg. dec. 87. n. 4.* vel agnitio ſit facta præſcriptione nondum completa, *Berg. dec. 91.*

16. Titulus pro herede ſufficit ad uſucapiendum, *Berger. elect. proc. poſſeſſ. th. 35.* Sed titulum pro herede, nullo titulo defuncti ſubnixum ad uſucapionem minus ſufficere, putant *Brunnem. ad l. ult. pro hered. & ad l. 1. C. eod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 399.* add. *Stryck. ad Lauterb. tit. pro hered. verb. non hereditarium. Huber. prælect. ad ff. tit. pro hered.*

17. Ad uſucapiendam ſervitutem neceſſarius eſt titulus verus, ſi poſſeſſor vel quaſi ſervitutis cauſam poſſidendi habet a non-domino, v. c. ſi a non-domino emit, uſucapione completa, tutus eſt contra supervenientem verum dominum, *l. ult. C. de præſcript. long. tempor. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 22. p. 254.*

18. Toties autem titulus verus non requiritur, ſed ſufficit præſumtus, ſcilicet ex ſcientia & patientia, quoties quis cauſam a domino habet; nimirum ſcientia & patientia eſt vice tituli, *Berger. c. l.*

19. In acquirendis præſcriptione juribus affirmativis, ſufficit uſus & patientia, *l. 10. pr. ſi ſervit. vindic. Berger. c. l. not. 1. p. 255.* in negativis autem, contra actus meræ facultatis, requiritur prohibitio, itemque coactio ab una, & patientia ab altera parte, *l. 18. §. ult. quemadm. ſervit. amitt. Berger. c. l.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 375. & p. 3. obſ. 81.* Et ſufficit unicus etiam actus prohibitivus, itemque coactivus ad uſucapionem juris prohibendi & cogendi: mo-

do eadem actu contrario non fuerit interrupta, *Berger. c. l. not. 2. p. 255.*

20. Quandoquidem jus molendi & coemendi cereviſiam eſt actus meræ facultatis; ut quandocunque velim, ubique locorum hoc jus exercere queam, mihi non præjudico, quamvis per tempus præſcriptum certo in loco eodem jure uſus ſim: niſi acceſſerit prohibitio aut coactio ex altera, & patientia ex mea parte, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 22. not. 1. p. 255.*

21. Quoties quis poſſidet vel ſine titulo, vel rem uſucapi vetitam, & quidem 30. vel 40. annis; toties, ſi poſſideat bona fide, acquirit dominium, ſin mala fide, exceptionem præſcriptionis, *l. 8. pr. & §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 25. p. 262.*

22. Multum autem intereſt, poſſeſſor dominium acquirat, an ſaltem exceptionem: exceptio eidem prodeſt, dum poſſidet; non amplius poſſidens non utitur exceptione. E contrario ei, cui dominium competit, competit quoque rei vindicatio contra quemvis poſſeſſorem, *Berger. c. l.*

23. Res furtiva non præſcribitur, neque a fure, nec alio quopiam poſſeſſore, quia vitium ipſam rem afficit, *§. 2. J. de uſucap. l. 11. C. de acquir. poſſeſſ.* Sed hoc tantum verum eſt in præſcriptione longi temporis, non etiam temporis longiſſimi, 30. videlicet annorum: nam per tale tempus purgatur illud vitium reale, ita ut etiam de jure civili ipſe fur rem furtivam præſcribat, *l. 3. l. 4. C. de præſcript. 30. annor. Carpz. p. 2. c. 3. d. 16.*

24. Quæritur: quanto temporis ſpatio bona hereditatis mobilia in foro Saxonico præſcribantur? R. diſtinguitur inter res hereditarias mobiles, ſeparatim

ratum exiſtentes, & bonis immobilibus vel juribus hereditariis cohærentes: pro illis poſt annum denegatur actio heredibus; pro his vero petitio durat 30. annis, anno & die, *Carpz. d. c. d. 10. Weſenbec. ad Schneidew. tit. de uſucap. rubr. quot ſunt ſpec. præſcript. n. 53. lit. b.* ubi: quod anno & die non præſcribatur hereditas, quamvis conſtet ex ſolis mobilibus.

25. Si pater hereditatem conjugis, ad liberos devolutam, poſſideat, nulla impedit præſcriptio, nequidem 40. annorum, quo minus liberi bona materna a patre petere poſſint, *Moller. 2. ſemeſtr. c. 6. n. 5. Carpz. p. 2. c. 3. d. 11.*

26. Reverentia uxoris erga maritum impedit præſcriptionem, etiam tricennalem, præſertim ſi mala fides præſcribentis doceatur, *Carpz. lib. 1. R. 40.*

27. In nomine principis paſſivo adverſus creditorem minus currit præſcriptio, propter reverentiam & conveniendi difficultatem, *Berger. dec. 86.*

28. Poſſidens hereditatem peregre abſentis, & de cujus morte dubitatur, nunquam eam præſcribit, deficiente ſcilicet bona fide, *Carpz. p. 2. c. 9. d. 3.*

29. Tempora præſcriptionis legalis contra pupillum non currunt, *l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* nec contra minorem, in ea ſcilicet præſcriptione, quæ non niſi decem annorum eſt inter præſentes, aut viginti inter abſentes, *d. l. ult. l. 3. C. quib. non objic. long. tempor. præſcript. Zanger. de except. p. 3. c. 10. n. 162.*

30. Præſcriptio 30. vel 40. annorum, licet pupillari ætate dormiat, *Guid. Pap. qu. 31. n. 4.* contra minorem tamen non ſolum incipit, ſed & cœpta currit, *l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Zanger. d. c. 10. n. 162.* citra ſpem reſtitutionis in integrum, *4. Fab.*

Digitized by Google

in Cod. lib. 2. tit. 20. def. 2. n. 4. Carpz. d. c. d. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 23. p. 258. diſſentiunt *Odd. de reſtit. in integr. p. 2. qu. 88. art. 4. & qu. 90. art. 1. n. 9. Franciſc. Cald. in l. 3. C. de reſtitut. in integr. verb. ſua facilitate. n. 46. 48.* Plane jure Saxonico tempus minorennitatis deduci, propterea, quod eo jure tempus 30. annorum ordinarii loco habeatur, tradit *Berger. c. l. not. 6. p. 259.*

31. In materia præſcriptionis ætas minorum majoribus non patrocinatur, *Carpz. p. 2. c. 9. d. 4.*

32. In obligationibus, ſub conditione aut die conceptis, præſcriptio demum ab adventu diei atque exiſtentia conditionis currit, *l. 7. §. 1. & 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 23. not. 7. p. 265.* niſi conditio ſit in poteſtate creditoris: tum enim præſcriptio computanda eſt ab eo ſtatim die, quo creditor neglexit differre actionem, *Berger. c. l.* add. *Brunnem. ad d. l. 7. n. 16.*

33. Præſcriptio debiti non niſi a tempore ſolutionis deſtinato currere incipit, *Gail. lib. 2. obſ. 18. n. 6. Carpz. p. 2. c. 1. d. 6.*

34. Inter principes imperii tempus ordinariæ præſcriptionis attenditur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 65.*

35. Reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ haud competit; quod quidem exaudiendum eſt de præſcriptione triginta annorum, anni & diei, *Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 2.* Nam contra præſcriptionem annalem, aliamve, quæ minori temporis ſpatio, quam 30. annis anno & die finitur, omnino datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, *Berlich. p. 2. concl. 10. n. 11.* Imo nequidem opus eſt reſtitutione in integrum, propterea, quod tem-

tempus annale ignoranti nunquam currit, *l. 15. §. 3. quod vi aut clam. Hartm. Piſtor. lib. 2. qu. 12. n. 26. Carpz. p. 2. c. 9. d. 1.*

36. Non valenti agere nulla currit præſcriptio, *l. 1. in fin. C. de annal. except. Pinell. ad auth. niſi tricennale. C. de bon. matern.*

37. Præſcriptio eſt ſtrictiſſimi juris neque ab uno caſu ad alium extenditur, neque a perſona ad perſonam, *c. 13. X. de re judic. Carpz. lib. 1. R. 66. n. 21.*

38. Tantum videtur præſcriptum, quantum poſſeſſum, *l. 18. §. fin. de acquir. poſſeſſ. Carpz. p. 2. c. 1. d. 6. n. 5.*

39. Absque poſſeſſione continuata præſcriptio non procedit, *l. 3. de uſucap. c. 3. de R. J. in 6to.* Quare, ſi probanda veniat præſcriptio, cauti eſſe debent advocati in formatione articulorum probatoriorum, ut dicta teſtium concludant tempus continuum, *Bartol. & Bald. in l. 27. de uſucap. Carpz. p. 2. c. 3. d. 26. n. 1. ſeq.*

40. Probatis tamen extremitatibus temporis ad præſcriptionem requiſiti, principio ſcilicet & fine, probata cenſetur continua poſſeſſio, nam probatis duobus extremis, principio ſcilicet & fine, præſumuntur media, *Carpz. d. def. 26. n. 4. ſeq.*

41. Add. loc. *commun. dividundo. th. 1.*

PRÆSCRIPTIO IMMEMORIALIS.

1. Præſcriptio temporis immemorialis æquiparatur privilegio principis, *c. ſuper quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* & nunquam videtur excluſa per legem aut ſtatutum, *Carpz. lib. 1. R. 38. n. 9. ſeq.*

2. Præſcriptioni immemoriali locus eſt, quoties nulla alia admittitur, adeo, ut omnia jura, quæ per

modum privilegii concedi poſſunt, etiam hac præſcriptione acquiri poſſint, *c. 26. X. de V. S. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 165. n. 1.* de quo tamen, ſi de præſcribendis juribus principis agatur, dubitat *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de uſucap. verb. non poſſunt.*

3. Præſcriptione immemoriali acquiruntur omnia illa, quæ alias non præſcriptibilia ſunt, *Surd. conſil. 127. n. 16. Cacher. conſil. 34. n. 44.* ob rationem, quod tempus immemoriale habeat vim juſtæ cauſæ, tituli, veritatis, legis, privilegii, juris denique pleniſſimi, *l. fin. de aqu. pluv. l. hoc jure. de aqu. quotid. Mynſinger. cent. 5, obſ. 29. 30. Kappen. dec. 57. n. 11.*

4. Qui præſcriptione immemoriali nititur, non tenetur probare ſolennia, circa alienationem rei alias neceſſaria, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 240.* in antiquis enim omnia legitime geſta præſumuntur, etiam in alienatione bonorum eccleſiæ & epiſcopi menſalium, *Maſcard. de probat. concl. 108. Horn. cl. 1. R. 10. p. 106.*

5. Præſcriptio immemorialis non eſt modus acquirendi, ſed probandi legitimum titulum, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 5.*

6. Ad præſcriptionem immemorialem tempus longiſſimum non ſufficit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 106.* nec ſufficit, quod nemo amplius ſuperſit, qui initii meminerit, vel teſtes de ſua ſaltem memoria deponant, ſed requiritur, ut inſuper aſſerant, non ſolum ſe vidiſſe, ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium actum, ſed etiam a majoribus & ſenioribus ſe audiviſſe, ita factum fuiſſe, nec unquam aliter, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 7. Stryck. de jur. ſenſ. diſſert. 3. c. 3. n. 15. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 165. & ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 106.*

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆSCRIPTIONIS INTERRUPTIO.

1. Præſcriptio ſemel bona fide inchoata extrajudiciali denunciatione vel proteſtatione non interrumpitur, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 103. Carpz. p. 2. c. 3. d. 1. n. 5.*

2. Sed in actionibus perſonalibus extrajudicialis interpellatio ad interrumpendam præſcriptionem ſufficit, *Wernher. ſel. obſ. for, p. 3. obſ. 164.*

3. Præſcriptio interrumpitur citatione, *Carpz. p. 2. c. 7. d. 4. & 6.* licet libellus ſit vitioſus, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 232. n. 2. ſeq.* & ut ineptus (a) rejectus, *Berger. dec. 89.*

4. Quod vero exaudiendum 1) de citatione judiciali, quæ fit prævia libelli oblatione; non etiam de citatione ad proceſſum extrajudiciarium, vulgo zur Verhör der Sachen, niſi poſt ejusmodi cognitionem extrajudicialem datum ſit decretum, *Carpz. d. c. d. 5.* 2) de citatione a judice competente emiſſa: per citationem enim, ab incompetente judice, pro quo etiam habetur judex ſuperior, emiſſam, non interrumpitur præſcriptio, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 232.* 3) de citatione rite inſinuata, & ad partis inſtantiam emiſſa: alias præſcriptio non interrumpitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 472.*

5. Facta prohibitio verbalis & extra-judicialis, ſeu impatientia adverſarii poſſeſſionem & præſcriptionem ſervitutis non interrumpit: niſi impatientia conjuncta ſit cum impedimento quodam, vel prohibitio

(a) Id quod comprobat *O. P. S. R. tit. 5. §. 4.* verbis: Wenn auch ſchon ſolchergeſtalt die Klage angebrachter maſſen verworffen worden, ſoll dennoch die vorher ergangene citation effectum interrumpendæ præſcriptionis haben.

tio effectum habuerit, *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 24. def. 10. n. 2. Carpz. p. 2. c. 7. d. 8.*

6. Præſcriptio, per litem in poſſeſſorio ſummariiſſimo motam, ſi poſſeſſor in eo vicerit, non interrumpitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 330.*

7. Per legem publicam prohibitivam interrumpitur præſcriptio ordinaria, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 220.* non item immemorialis, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 5. n. 116. ſeq.*

PRÆSTATIO JURAMENTI.

1. Nullus equidem terminus de jure civili eſt præfixus juramenti præſtationi: attamen ab interpretibus communiter receptum, ut intra terminum eum, qui probationi a judice conſtitutus eſt; deponatur juramentum, *Rauchb. p. 1. qu. 10. n. 32. Carpz. p. 1. c. 12. d. 5. n. 1.*

2. In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, ſex ſeptimanarum & trium dierum, a tempore lapſi decendii, poſtquam ſcilicet ſententia, per quam quis juſſus eſt jurare, vires rei judicatæ fuerit conſecuta, computandum, præſtari debere, putat *Carpz. d. c. d. 5. & 7.* idemque fatale quoque obſervandum eſt in juramento ſuppletorio & purgatorio, ſcilicet quoad cauſas civiles, juxta *Carpz. d. c. d. 13. & 14.* non autem quoad cauſas criminales & matrimoniales, *Carpz. d. c. d. 15. & 16.* nec reliqua juramenta legalia ad illum terminum juratorium ſunt adſtricta, *Carpz. d. c. d. 17.*

3. Verum enim vero terminum jurandi judex præfigit, quem eo nomine juratus (a) implorat; quod

(a) Hodie judex, ſive ad inſtantiam partium, ſive ex officio, intra octiduum, a tempore rei judicatæ computan-

quod ſi fecerit, jusjurandum pro deſerto non habetur, licet forte judex intra ſpatium Saxonicum terminum haud conſtituerit, *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. cap. 4. ſect. 4. §. 6. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 80.*

4. Sed hoc ita in judiciis inferioribus obtinet. In aula Electorali, & curiis provincialibus, quia certi per ſingulos annos termini conſtituti ſunt, quibus cauſæ in proceſſu ordinario agitantur, ſemper in termino ſequenti, poſt impoſitum juramentum, præſtari illud conſuevit, *Moller. lib. 4. ſemeſtr. c. 32. n. 3. Carpz. p. 1. c. 12. d. 5. n. 7.*

5. Neglecto (b) termino jurandi, jusjurandum pro deſerto habetur, ac lis ſecundum eum datur, cui jurari debuerat; ſcilicet, ut reus, ſi actor jurare debuit, abſolvatur, actor vero, ſi reus non juravit conſequatur id, ad quod actionem inſtituit, *l. 5. §. 4. de jurejur.* Land. R. *lib. 2. art. 11. in pr. O. P. S. tit. 18.* §. Wenn nun alſo. *Carpz. d. c. d. 19.* Idemque obtinet, ſi per procuratorem jurare juſſus compareat, *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 4. §. 7. lit. a.* Nec opus eſt, ut deferens eo caſu præſtet calumniæ juramentum, *Griebner. d. §. 7.*

6. Ad-

---

tandum, præfigit terminum ad jurandum, indulto integro ſpatio Saxonico, qualecunque demum juramentum fuerit præſtandum, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. § 7.*

(b) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 7.* ubi: Würde nun einer oder der andere, deme entweder, den Eyd vor Gefährte, oder den Haupt Eyd, oder auch beyde zugleich zu ſchweren, per ſententiam auferlegt, in termino nicht erſchienen, oder auch nicht würcklich ſchweren, ſoll nach Befinden und Unterſcheid der Fälle auf Verſäumniß des Eydes, oder daß dieſer por præſtito zu halten / auf vorhergehende Ungehorſams-Beſchuldigung des erſcheinenden Theils erkannt werden.

6. Admittitur tamen etiam poſt terminum præterlapſum juramenti præſtatio, ſi adverſarius contra eam non excipiat, *Carpz. d. c. d. 18.* Nam juramentum pro deſerto prius haberi non poteſt, quam ob id accuſata contumacia, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 120.*

7. In termino ad jurandum præfixo emanens, ſi quodammodo apparet de legitimo impedimento, non ſtatim condemnatur, nec juramentum pro deſerto habetur, *Rivin. c. l. en. 118.*

8. Pro deſerto juramentum haberi nequit, ſi terminus, præſtationi præfixus, circumducitur ab utraque parte, *Rivin. c. l. en. 119.* Nec juramentum fit deſertum, ſi juraturus prorogationem termini impetrat, *Rivin. c. l. en. 123. Carpz. p. 1. c. 12. d. 18. n. 2.* Unde fruſtranea eſt, impetrata dilatione, accuſatio contumaciæ, licet eam judex adverſario permittat, *Rivin. c. l. en. 124.*

9. Quando terminus jurandi, ad inſtantiam rei prorogatus, non continet ſpatium trium ſeptimanarum, ipſo emanente, licet actor juraturus ejus accuſet contumaciam, jusjurandum pro præſtito non habetur, *Rivin. c. l. 125*

10. Coram judicio mercatorio Lipſienſi quando quis citatus ad præſtandum juramentum emanet in termino, licet ſpatium trium ſeptimanarum ipſi nequaquam in citatione conceſſum, id pro deſerto habetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 126.*

11. Pro contumaci habendus non eſt, qui horis pomeridianis (c) in termino comparet, & ad jurandum paratus eſt, *Rivin. c. l. en. 127.*

12. Quod

(c) Imo hodie partes, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 5.* in termino, ad jurandum præſcriptio, ante *horam 12. meridianam* comparere debent; quod niſi factum alter

12. Quod ad juramenta legalia, qui in jurandi termino non comparuit, juramentum deſeruiſſe haud cenſetur: ſolet tamen comminatoria ferri ſententia de juramento præſtando, in proximo termino, bey Verluſt deſſelben, addita in expenſas condemnatione, *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 2. §. 10. & ſect. 4. §. 7. lit. b.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 8. p. 567. & p. 1. ſupplem. tit. 18. §. 24. p. 210.*

13. In termino jurandi non comparente reo, qui juramentum ſibi delatum actori retulit, utrumque juramentum, & principale, & calumniæ, pro præſtito habetur, *Carpz. lib. 3. R. 51. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 59.* diſſentit *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 4. §. 5.* Quæ deſertionis pœna non irrogatur, ſi adverſa pars minus recte accuſat contumaciam, *Rivin. d. tit. 18. en. 60.*

14. Quando juramentum relatum eſt præſtandum, non opus eſt, ut adverſa pars in perſona compareat, ſed ſufficit, per mandatarium comparuiſſe, *Rivin. c. l. en. 61.*

15. Etiam juramentum ſuppletorium & purgatorium præſtiti loco habetur, quum adverſa pars emanſerit in termino jurandi, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 11. p. 591. & part. 2. ſupplem. tit. 18. §. 32. p. 455.* diſſentit, & rectius hoc caſu judicem nihilominus exigere juramentum ab eo, cui id injunctum eſt, putat *Griebner. d. §. 5. lit. d.*

16. Nullum in judicio præſtatur juramentum, nec præſtitum alicujus momenti habetur, niſi a judice interloquente fuerit impoſitum, *Cravett. conſil. 196. n. 2. Moller. lib. 3. ſemeſtr. 3. n. 1. Carpz. p. 1. c. 12. d. 34. n. 3.*

---

alter contumaciam alterius juſte accuſat, *Krauſ. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 4. §. 19.*

Digitized by Google

n.3. Nihil ita efficit, qui propria ſponte jurat, aut ad jurandum in judicio ſe offert, *l. 3. pr. de jurejur. Carpz. c. l. n. 4.* quamvis judex, juranti hoc caſu connivens, interloqui, aut ſaltem probare conditionem jurisjurandi delatam cenſetur, *Cravett. c. l. Carpz. c. l. n. 4.* Plane ſtatim poſt litem conteſtatam reus, antequam deſuper feratur ſententia, juramentum delatum acceptare, (d) &, conſentiente actore, præſtare poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 108.*

17. Suſpicio perjurii, ex ſola vulgi opinione, aut prompta ad jurandum oblatione orta, cauſam ſufficientem haud præbet a juramenti præſtatione quenquam repellendi, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 95.*

18. Uſus fori fert, ut in cauſis criminalibus, cum jurejurando ſe reus a ſuſpicione criminis liberare debet, præſentia ſacerdotis requiratur, in civilibus contra & pecuniariis cauſis regulariter non exigatur, *Wernher. ſel. obſ. for p. 6. obſ. 480. n. 2.* Tota autem res arbitrio judicis pendet, qui, prout circumſtantiæ ſuaſerint, a memorata regula recedere, & aliud decernere poteſt, *Wernher. c. l. n. 3.*

19. Hinc fieri quandoque ſolet, ut etiam in cauſa criminali, ſi reus honeſtioris conditionis, & inte-

græ

(*d*) Imo hodie in cauſis exigui momenti debet *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 6.* ubi: Und obgleich, in Ermangelung anderen Beweiſes, denen Partheyen, auch hierunter der Eydes Delation ſich zu gebräuchen, unbenommen bleibet, ſo ſoll doch in ſolchem Fall einige Gewiſſens-Vertretung im geringſten nicht ſtatt haben, ſondern derjenige, deme der Eyd deferiret wird, nach Befinden, ſich deſſen Acceptation oder Relation halber erklären, und hierauf nach vorgängigen juramento calumniæ, die würckliche præſtation des deferirten oder referirten Eydes / nebſt dem deciſo in der Haupt-Sache ohne Anſtand erfolgen.

græ alias fidei atque exiſtimationis ſit, neque adeo gravibus indiciis oneratus, adhibitio ſacerdotis, vel initio ſtatim in ſententia, vel deinceps, reo urgente, omittatur, *Wernher. c. l. n. 4. Heil. in proc. inquiſit. c. 4. §. 15. in fin. p. 161.* Ex adverſo in cauſa quoque civili, ſi gravia indicia reum premant, atque is alias rudis aut levioris animi ſit, in quem perjurii ſuſpicio cadat, opera miniſtri verbi divini adhiberi poteſt, non tantum eo caſu, ubi jusjurandum purgatorium, ſed &, ubi ſuppletorium dictatur, *Wernher. c. l. n. 6.*

20. Equidem regulariter juramenta omnia, ſigillatimque jusjurandum calumniæ, præſente adverſa parte præſtari oportet; adeo ut quamvis perſonis egregiis & aliis, quæ ad judicem prodire impediuntur, domi jurare coram deputatis liceat, adverſarii tamen præſentia exigatur, *l. 2. §. 1. C. de jurejur. propt. cal. dand. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 429. n. 1.*

21. Sed ab hac regula excipiuntur mulieres honeſtæ vitæ, quæ, abſente etiam adverſario, ad juramentum domi præſtandum admittendæ ſunt, *auth. principales. §. 3. C. eod. nov. 124. c. 1.* etiam hodie, *Wernher. c. l. n. 2. 3.* licet diſſentiat *Lauterb. compend. jur. tit. de jurejur. p. m. 189.*

22. Juramentum regulariter præſtandum eſt in eo judicio, coram quo lis pendet, *l. 12. §. 4. C. de jurejur. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 585.* Poteſt tamen, urgentibus circumſtantiis, quandoque permitti, ut in loco domicilii juramentum præſtetur, *Schilter. ex. 23. §. 30. Wernher. c. l. n. 586. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. n. 140.*

23. Quodſi abſenti ſeu forenſi coram ſui domicilii magiſtratu jurare permittatur, non ſecundum illius loci uſitatam formulam, ſed judicii cauſæ conſuetam,

Digitized by Google

ſuetam, in copia ſimul a judice requirente ei transmittendam, jurandum eſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. n. p. 275.*

24. Quid autem, ſi formula juramenti ſit mutata a judice requiſito? Reſp. ſi mutatio formulæ non attingit cauſam, ſed formam tantum externam, & ſemel juratum eſt, propterea illud non erit repetendum, *Barth. c. l.* add. *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 5. not. 4. p. 548.*

25. Juramentum ea forma ac conceptione præſtari debet, qua eſt delatum, idque ſi non factum, denuo jurandum eſt, præprimis ſi juramentum fuerit relatum, *l. 3. §. ult. de jurejur. Carpz. lib. 3. R. 49.* add. *Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-Proc. c. 19. § 14.* vel ſi jam ſuper formula juramenti res judicata adſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 69. n. 1.*

26. Sed ab hac regula merito excipitur caſus, quo liquido apparet, ſuper circumſtantiis quibusdam juramentum delatum eſſe, quæ plane irrelevantes ſeu impertinentes ſint: tunc enim hæ a judice ex officio, partibus licet non petentibus, nec attenta re judicata, rejici ac inſuper haberi debent, vid. *l. 34. §. 8. de jurejur. ibique Brunnem. Wernher. d. obſ. 69. n. 2. 3. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 11. p. 187. & p. 2. ſupplem. tit. eod. §. 6. p. 416.* Jus jurandum fruſtratorium enim omnimodo, quamvis re judicata ſubnixum, evitandum eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 4. p. 1101.*

27. Jusjurandum ſuper puncto irrelevante, quem vocant, delatum adeo non attenditur, ut is, cui illud delatum eſt, quamvis probationem pro exoneranda conſcientia ſuſceperit, nec tamen perfecerit, nihilo

hilo magis ad jurandum teneatur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. c. l.*

28. Finge porro, libello contineri duo concludendi media, eaque ſigillatim, adæquata, quorum alterum ſine altero ſufficit ad condemnandum; Fac ſuper utroque reo deferri jusjurandum: minime illud jusjurandum, quemadmodum defertur, præſtandum eſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. c. l.*

29. Cum duo diverſi generis puncta, quorum alterum alterius eſt præjudiciale, libello inſeruntur, & jusjurandum ſolum reſpectu alterius defertur, judicis eſt, ante omnia probationem vel demonſtrationem puncti præjudicialis actori imponere, intereaque temporis jurisjurandi differre injunctionem, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 31. p. 452. & œcon. jur. c. l.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 144.*

30. Plane juramentum, etiam ſuper puncto per ſe irrelevanti delatum, præſtari tunc oportet, quando totius cauſæ deciſio ab eodem per modum transactionis ſuſpenſa eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 494.*

31. Impugnatio formulæ juramenti, absque plauſibili ratione, deſertionem operatur, *Rivin. c. l. en. 141.* Interea frivola licet fuiſſet exceptio contra formulam jurandi: attamen cum duobus demandata commiſſio, alter vero commiſſariorum abſens, juramentum pro deſerto non habebatur, teſte *Rivin. c. l. en. 142.*

32. Multum in materia jurisjurandi valet arbitrium judicis, ut interdum quoque exceptionum in ipſa delati, aut relati, ſuper actionis fundamento, jurisjurandi formula habere queat rationem, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 5. not. 4. p. 548.*

33. Juramentum non eſt deſertum, ſi paratum

Digitized by Google

adjurandum adverſarius non admittit, ob non ſolutas expenſas, modo hæ nondum moderatæ, *Rivin. c. l. en. 143.*

34. Cum verborum conceptio de juramenti ſit ſubſtantia, inde is, qui loqui nequit, verba juramenti, prævia de perjurio admonitione, manu propria ſcribere tenetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 146.*

35. De jure communi juramentum etiam per procuratorem, ad id ſpeciale mandatum habentem, præſtari poteſt, *l. 9. §. 6. l. ult. §. 2. de jurejur.* modo adverſarius conſentiat, *l. 12. §. 4. C. de R. C. Bartol. in l. 13. §. 13. de damn. infect. n. 14.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 5. p. 539.*

36. Jure vero Saxonico procurator non admittitur, ſed quisque in propria perſona jurare debet, *O. P. S. tit. 18.* §. **Es ſoll.** *Carpz. p. 1. c. 12. d. 39.* præterquam 1) in juramento fidelitatis & ſubjectionis, ob juſtas abſentiæ cauſas, *Mandat. Elect.* **Wegen Suchung der Lehn.** *de anno 1657.* §. **und anfänglich.** 2) in urpheda, quam præſtare oportet lictorem in animam rei, qui jurare detrectat, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 1. not. 2. p. 1087.*

37. Quando cauſa plures, ut conſortes, (e) aut tuto-

(e) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 5.* ubi: Hüffner, Anſpänner/ Gärtner, Häußler, Handfröhner, und andere dergleichen Perſohnen, ſo keine Gemeine conſtituiren, ſollen in Zukunfft, darmit die unnöthige multiplicatio juramentorum verhütet werde, gleichfalls durch dreye oder viere ihres Mittels, ſo die beſte Wiſſenſchafft der Sache haben, und von dem Gegentheil darzu erwehlet und benennet werden, die erkannten Eyde abzulegen zugelaſſen, und ſo dann die übrigen darmit verſchonet werden. Wann ſie aber an unterſchiedenen Orten wohnen, ſtehet Gegentheile frey, aus jeden Orte 2. biß 3. Perſonen darzu zu benennen.

tutores, aut aliter conjunctos concernit, in præſtandis juramentis, etſi hæc ita comparata ſint, ut per procuratorem jurari non poſſint, non tamen neceſſarium, ut omnes ſimul compareant, & corporaliter jurent, ſed ſufficit, unum omnium nomine jurare, ita tamen ut ſpeciale mandatum a ceteris exhibeat, ſecundum tradita *Mevii p. 1. dec. 237.* confer. vero *præjudicium*, quod exhibet *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. n. p. 275.*

38. Juramentum collegio (f) vel civitati delatum, non per ſyndicos, ſed per tres vel quatuor ſeniores, qui veritatem ſciunt, vel etiam juniores, ſi exactiorem negotii hujus notitiam habeant, præſtandum eſt, *l. 97. de condit. & demonſtrat. Conſtit. Elect. Sax. 13. p. 1. ibique Carpz. d. 1. & 2. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 1. not. 3. p. 1087.* idemque de juramento calumniæ aſſerendum, *Carpz. d. c. d. 4.* neque mandatum ad jurandum exhibere tenentur, *Carpz. lib. 3. R. 41.*

39. Regulariter arbitrio (g) univerſitatis vel collegii committendum eſt, per quas perſonas ex univerſitate vel collegio jurare velit, *Carpz. d. c. d. 3. n. 1. 2.* ita tamen ut illæ perſonæ deputatæ, ſi ſint ſuſpectæ vel inhabiles a parte adverſa recuſari, aliæque poſtulari ad jurandum poſſint, *Carpz. d. def. 3. n. 3.* Plane licere ei, contra quem juratur, non ſolum con-

(Hh) 2 tra

(f) Si ab univerſitate præſtandum eſt juramentum, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 5.* eodem modo proceditur, ut notatum eſt *hic ad th. 37. lit. e.*

(g) Sed hodie ei, a quo juramentum delatum eſt, electio conceditur, eousque, ut eas inter perſonas, a quibus juramentum præſtari debet, Syndicum & Poligraphum denominare poſſit, licet collegii aut univerſitatis membra non ſint, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

tra perſonas, ab univerſitate delectas, excipere, ſed etiam nonnullas ad actum jurandi denominare, poſt *Mev. p. 4. dec. 161.* docet *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 27. p. 221. & tit. 22. §. 2. p. 267. ſeq.*

40. Ceſſionarius, reluctante debitore, ad juramenti præſtationem non eſt admittendus: ſed ipſe (h) cedens juramentum, ſive delatum, ſive relatum, ſive item calumniæ, ſive principale, præſtare tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 338. Horn. cl. 11. ſent. 64. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 10. not. 3. p. 1117.* licet ceſſionarius ſit coheres, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 5. p. 538.* diſſentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 52.*

41. Si quis pro ſe, & ex jure ceſſo alterius, forſan coheredis, defert reo jusjurandum, reus autem id refert & petit, ut uterque juret, utrumque jurare oportere, putat *Berger. E. D. F. c. l.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 57. p. 277.*

42. Tutor & curator, deferentes juramenta, jurare in propria perſona de calumnia (i) obſtringuntur,

(*h*) Id quod comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 6.* niſi cedens extra territorium degat, vel ſit mortuus, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* quippe quibus in caſibus ceſſionario vel ſaltem de credulitate jurare permittitur; e contra cedentis heredes, niſi de veritate jurare poſſint, plane jurare non tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*i*) Quodſi tutores, curatoresve juramentum detulerint, non ſolum de calumnia jurare, ſed quoque juramentum relatum, etiam pro re nata de veritate, præſtare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 4.* ubi illud quoque ad curatores mente captorum, furioſorum, abſentium atque ſimilium perſonarum producitur. Quod ſi vero tutores, curatoresve juramentum præſtare non poſſunt, vel illud deferunt, hoc pupillis vel

tur, nec differre id ad annos majorennitatis principalium poſſunt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. b. p. 272.* Si tamen hi interea temporis majorennes facti fuerint, ipſi jurare coguntur, tametſi curatori illius præſtatio per ſententiam fuerit injuncta, isque ad præſtandum illud paratus eſſet, *Barth. c. l.*

43. Tutores regulariter ad præſtandum jusjurandum pro pupillo nec coguntur, nec, invito (k) adverſario, admittuntur: interdum tamen admittuntur, eo inprimis caſu, cum concurrant alii coheredes (l), ſive puberes, ſive majorennes, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 3. p. 532. Carpz. p. 1. c. 24. d. 11. & 12.* add. *Horn. cl. 7. R. 21. p. 390. b.* imo coguntur quoque,

vel minoribus prædicare non debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*k*) Imo hodie, invito adverſario, admittuntur, etiamſi juramentum jam defuncto, vel ab eo delatum fuerit; ita tamen, ut ſaltem de credulitate jurent. Ex prægnantibus vero cauſis judex præſtationem juramenti differre poteſt, donec pupillus 18. annum compleverit, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*l*) Quodſi inter plures conſortes, quibus ſuper uno eodemque puncto jurandum, unus vel plures majores, vel tales ſaltem ſint, qui ætatem 18. annorum exceſſerint, ille vel illi non ſolum pro ſe, ſed etiam loco reliquorum, qui 18. annum nondum attigerunt, pro re nata tamen de credulitate, ratione horum, juramentum injunctum præſtare poſſunt, adeo, ut hi poſt adeptam legitimam ætatem jurare amplius non teneantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18 §. 4.* Ex prægnantibus tamen cauſis judex præſtationem juramenti differre poteſt, donec litis c nſortes minores 18. annum compleverint, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* Quodſi vero litis conſors major jurare non valet, vel juramentum deſerit, hoc litis conſortibus minoribus præjudicare non debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

que; tum præcipue, cum delatum alteri jusjurandum ipſis relatum fuerit, *Berger. c. l.*

44. Si pupillus jusjurandum delatum volens ſuſceperit ac juraverit, omnimodo cuſtodiri debet jusjurandum, *l. 26. pr. de jurejur. Setſer. de juram. lib. 4 c. 3. n. 5. Carpz. p. 1. c. 12. d. 42. n. 9.* non autem cogitur jurare, *l. 34. §. 2. eod.* ſed differendum eſt jusjurandum, usque dum pubes (m) factus fuerit, *Carpz. c. l. n. 13. ſeq.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 137.* Plane, ſecundum hodiernam judiciorum praxin, rectius pupilli, ob infirmitatem judicii, plane a jurejurando arceantur, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 3. p. 532.*

45. Differtur quoque juramentum ſuper exceptionibus pupillo actori delatum, usque ad ejus pubertatem, quo tamen caſu reo deferenti juramentum malitiæ eſt inponendum, *Sichard. ad l. 1. C. de juram. propt. calumn. n. 9. Carpz. d. c. d. 43.*

46. Minores ad jusjurandum admittuntur quidem indifferenter, *Berger. c. l. not. 4. p. 532.* (imo non admittuntur moribus hodiernis, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. b. p. 272.*) minus autem prius coguntur, quam decimum octavum (n) ætatis impleverint annum, idque ſine diſcrimine ſexus, *Berger. c. l. Barth. c. l.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 336.* ubi: quoties impuberi, minorive delatum eſt in judicio a parte adverſa jusjurandum, hujus præſtatio uſque ad completum annum decimum octavum, ſine diſtinctione ſexus, ſuſpenditur.

47. Ef-

(*m*) Vid. *quæ notata ſunt hic ad th. 46. lit. n.*

(*n*) Minorennes, poſt annum 18. imo in cauſis matrimonialibus poſt annum 16. completum, ſine diſcrimine, injunctum juramentum præſtare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 4.*

47. Effectus jurisjurandi præſtiti eſt triplex, 1) ei, qui juravit, competit actio vel exceptio rei judicatæ; 2) non admittitur appellatio ejus, qui detulit jusjurandum, *l. 12. §. 3. de reb. cred.* 3) non quæritur de perjurio, *l. 1. C. eod. Conſtit. Elect. Sax. 15. p. 1. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 10. not. 5. p. 1119.*

48. Remiſſi jurisjurandi idem effectus eſt, qui eſt præſtiti, *l. 9. §. 1. de jurejur.* idque, quamvis abſenti, & ignoranti, aut per epiſtolam remiſſum ſit jusjurandum, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 6. p. 1120.*

PRÆSTATIONES ANNUÆ.

Vid. loc. *annuæ præſtationes.*

PRÆSUMTIO.

1. Præſumtio veritate vincitur, neque alia ejus vis eſt, quam ut onus probandi in adverſarium transferat, *l. 5. l. 24. & 29. de probat. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 26. n. 6.*

2. Præſumtio juris & de jure regulariter probationem contrarii non admittit, *c. 30. X. de ſponſal. Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 22. tit. 3. diſt. 5.* evertitur tamen per confeſſionem adverſæ partis, & veritatis evidentiam, ſive notorium, *arg. c. 6. X. de frigid. & malefic. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 1. not. 2. p. 1045.*

PRÆVARICATIO.

1. Prævaricatio in criminalibus committitur, quando accuſator non ex animo egit, & ſic reus per prævaricationem abſolutus fuit, qui eadem pœna afficitur, quam alias reus ſuſtinere debuiſſet, *l. 6. de prævaricat. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 1.* reus autem accuſatorem vel delatorem corrumpens, præterquam in cauſa ſanguinis, pro victo habetur, *l. fin. eod.*

Digitized by Google

Stryck. c. l. ubi quoque, quod hodie prævaricationis pœna ſit arbitraria, confer. *Huber. prælect. ad ff. tit. de prævaricat. §. un.*

2. Hodie hoc prævaricationis genus contingere poteſt in advocatis fiſci, *Stryck. c. l.* Sic quoque illi caſus huc referri poſſunt, quando parochiani, ſeu anciani ex ſtatutorum diſpoſitionibus delicta, in eorum parochiis ſeu villis perpetrata, denunciare tenentur, hi vero probationes veras ſubticent, *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 4. caſ. 323. n. 13. 14. & 15. Stryck. c. l.* vel non omnes reos deferunt, vel non omnium teſtium nomina edunt, *Matthæi de crimin. tit. de prævaricat. c. 1. in fin. Stryck. c. l.* item, quando tonſores vulnera non deferunt ad magiſtratum, ad quod tamen per ſtatuta locorum vel etiam vi præſtiti juramenti obligati erant, *Brunnem. ad l. 1. h. t.*

3. Alterum genus prævaricationis in cauſis civilibus occurrit, ſi cauſæ patronus arcana clientis ſui adverſario ejusdem prodit, teſtes optimos vel exceptiones omittit, & utrique parti litigantium conſilia ſuggerit; *l. 3. §. 2. h. t. Stryk. uſ. mod. h. t. §. 2.* item, qui non ex juſta cauſa, ſed mercede accepta, clientem deſerit, & in aliam partem tranſit, *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 4. caſ. 323. n. 5. Stryk. c. l.*

4. Prævaricationis notam evitare nequit advocatus, qui impugnat jura ejus, cui prius in ea cauſa patrocinium præſtitit, etiamſi id fiat contra alium adverſarium & in alio judicio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 4.*

5. Sed prævaricationem non committit, qui diverſo tempore, mutata circumſtantia facti vel opinione, contrarium priori conſilium alteri ſuppeditat, *Brunnem. ad l. 3. de prævaricat. n. 3. Stryck. uſ.*

uſ. mod. tit. eod §. 2. Imo prævaricationis non eſſe reum advocatum, qui cum uni parti operam præſtitiſſet, deinde ab hac dimiſſum adverſæ præſtat, ſi nihil ex iſtius cauſa prodit, tradit *Mev. p. 9. dec. 173.*

6. Pro prævaricatore non eſt habendus is, qui repetit libellum, ab alio advocato confectum, nomine actoris, & ad objectas exceptiones dilatorias reſpondet, poſtea vero patrocinium rei in ſe ſuſcipit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 5.*

7. In cauſa ejus, qui jurisdictionem patrimonialem habet, actuarius contra ſubditos, coram ſuperiore aut alio judice, citra notam prævaricationis, advocatus eſſe poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 2. en. 15.*

8. Pœna prævaricationis eſt arbitraria, veluti: pecuniaria, remotionis ab officio, relegationis, imo & fuſtigationis, *l. 1. §. 1. l. 2. de prævaricat. conſtit. crimin. art. 115. Brunnem. ad l. pen. de prævaricat. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 3. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 55.*

PRÆVENTIO.

1. In cauſis connexis ſemper locus eſt præventioni, ita ut cauſa ejus ſit primo tractanda, qui alterum prævenit, nec ante diſcuſſionem ac litem finitam alter audiri debeat, *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 385. Carpz. p. 1. c. 7. d. 20. Rivin. ſpecim. except. for. c. 4. n. 16. 17.*

2. Præventio realis per capturam perſonæ præfertur anteriori verbali præventioni, & certum eſt, in jure, per capturam præveniri jurisdictionem, *Farinac. lib. 1. tit. 1. qu. 7. n. 53.*

3. Præventio, facta contra unum ex complici-

bus, non inducit præventionem contra alios, prout in terminis oſtendit *Farinac. d. l. n. 62.*

PRECARIUM.

1. Precario conceſſa ad libitum revocari poſſunt, *l. 1. de precar. Mev. p. 8. dec. 402. Stryck. uſ. mod. tit. de precar. §. 1.* modo revocatio non ſit nimis intempeſtiva, de qua arbitratur judex, *arg. c. un. X. commod. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 8. p. 588.*

2. Pactum, ut ad certum tempus precario uti liceat, non valet, *l. 12. pr. de precar.* nec hodie *Berger. c. l.* confer. vero *Brunnem. add. l. 12. n. 5. Stryck. c. l.*

3. Quamvis uſus rei, precario datæ, accipientis ſive rogantis heredi permittatur, ideo tamen precarium non fit irrevocabile, ſed naturam ſuam retinet, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 5. p. 589.*

4. Preces præcedentes non mox involvunt precarium: cum etiam contractum commodati preces præcedant. Ergo neceſſe eſt, ut concedens clare exprimat, ſe uſum alteri precario concedere velle, niſi petens jam in anteceſſum declaravit, ſe non alio, quam precarii titulo uſum rei deſiderare, *Stryck. c. l. §. 3.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3 tit. 2. th. 8. not. 3. p. 589.*

5. Precarium eſt, cum alter cum altero ita paciſcitur, daß einer aus nachbarlichen Willen dem andern vergönne, einen gewiſſen Ort mit Netzen zu umſtellen. Ex quo conſequitur concedentem, ejusdemque heredes, idem illud, quandocunque libet, revocare, neque eidem unquam præſcribi poſſe, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. cent. 1. conſil. 60. p. 805.*

6. Qui precario poſſidet, adverſus omnes, præter eum, quem rogavit, defenditur, *l. 17. de precar. Mev. p. 8. dec. 409. n. 1.* Plane, etſi contra eum, qui

qui precarium repetit, non eſt defendendus, qui habuit: haud tamen id aliter obtinet, quam ſi tam de precario quam reſtituendi neceſſitate conſtat, *Mev. c. l. n. 2.*

PRETIUM.

1. Etſi pretium non ſit ſpecifice definitum, tamen ſi ita confertur ad aliud, ut inde certum eſſe poſſit, non eo minus contracta habetur venditio, *Fachin. lib. 2. controv. c. 1. Mev. p. 2. dec. 300. n. 8.*

2. Pretium, in quod ex pacto imputanda ſunt debita, peti non poteſt, etſi hæc adhuc ſint illiquida, *Mev. p. 5. dec. 327.*

PRINCEPS.

1. Princeps, non ſervatis apicipus juris, & absque ordine judiciario, ſola veritate inſpecta, inter ſubditos cognoſcere poteſt, *Neguzant. conſil. 26. n. 1. & conſil. 80. n. 39.*

2. Princeps contrahendo jure privatorum utitur, ideoque negotia, quæ forte, intuitu privati patrimonii, atque adeo non ut princeps, iniit, ſecundum regulas juris communis, quibus ſe ſubjeciſſe præſumitur, æſtimari debent; unde ſucceſſor illis non aliter obſtringitur, quam ſi ipſi ſimul heres exiſtat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 469. n. 1. 2. 3.*

3. Alia ratio eſt eorum contractuum, quos princeps, qua talis, ſeu quatenus rem publicam, in qua rerum potitur, repræſentat, celebrat: his enim tota reſpublica, cum eaque omnes ſucceſſores, ſive de cetero anteceſſorum heredes fiant, ſive non, obligantur, & vinculum contrahunt, quod, altera parte invita, rumpi nequit, *Wernher. c. l. n. 4. 5. & p. 5. obſ. 161. nec non in ſupplem. nov. ad. eand. obſ.* add. *Fab. de obligat. ſucceſſ. in offic. c. 5. n. III.*

4. Prin-

4. Principes imperii proteſtantes matrimonia ſua non aliter, quam per ſententiam, prævia cauſæ cognitione, latam, tuto dirimunt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 483.*

5. De principis poteſtate diſputare non licet, de voluntate autem ejus & ſcientia inquirere fas eſt, *Gail. lib. 2. obſ. 58. n. 7. Mev. p. 1. dec. 141. n. 7.*

PRIVILEGIUM.

1. Privilegia ſunt facti alieni, *c. 1. de conſtit. in 6.* itaque eorum ignorantia præſumitur, *l. plurium. de jur. & fact. ignor. Gail. lib. 2. obſ. 1. n. 9.*

2. Privilegia ſtricte ſunt intelligenda, & ſemper, ſalvo jure tertii, conceſſa intelliguntur, *Rol. a Valle vol. 4. conſil. 45. n. 12.*

3. Privilegia, quæ libertatem commerciorum reſtringunt, ſtrictiſſime interpretanda ſunt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 47.*

4. Privilegia ad alias perſonas, quàm quæ illis nominatim comprehenſæ ſunt, haudquaquam extendenda, nec de perſona ad perſonam porrigenda, *Carpz. p. 2. c. 12. d. 13. n. 6. Enenckel. de privileg. lib. 2. c. 4.*

5. Privilegium tantum diſponit, quantum loquitur, nec ultra caſus expreſſos extendi debet, *Hartm. Piſtor. lib. 1. qu. 33. n. 8. Richter. p. 1. dec. 4. n. 11.* præſertim ſi privilegium cum præjudicio tertii conjunctum ſit, cui nequaquam nocere, ejusdemque libertatem imminuere voluiſſe præſumitur is, qui conceſſit, *c. 19. c. 30. X. de privileg. Barbos. loc. comm. lib. 14. c. 73. ax. 1. n. 2.*

6. Privilegium ita interpretandum, ne commodo per illud quæſito privilegiatus excidat, *l. 19. de legat. 1. l. 72. §. ult. de condit. & demonſtr.* neque enim, quod

Digitized by Google

quod una manu conceſſum, per alteram quaſi auferri debet, *c. 4. de R. J. in 6. Brunnem, conſil. 185. n. 78. ſeq.*

7. Privilegium ampliatur & declaratur per rationem & cauſam, propter quam conceſſum eſt, atque adeo ratio potius attendi debet, quam verba expreſſa, *l. 77. §. 20. de legat. 1. Card. Tuſch. tom. 6. lit. R. concl. 31. n. 15.*

8. Privilegium vim atque effectum ſuum non extendit ad eos, qui præſcriptione tuti ſunt, *Gail. lib. 2, obſ. 1. n. 14. Barbos. loc. comm. lib. 14. c. 73. ax. 1. n. 2.*

9. Privilegium in præjudicium alterius dari non debet, ſed jus alterius per id quoquo modo ſalvum conſervandum eſt, *l. 46. de adminiſtrat. tutor. Barbos. c. l.*

10. Privilegia gratuita perſonalia; ea vero, quæ per modum conventionis titulo oneroſo acquiruntur, realia eſſe, præſumuntur, atque adeo ad quosvis heredes transmittuntur, præſertim, ſi quidem in iisdem facta fuerit mentio derer Erben, und Erbnehmen, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 25. p. 27. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 136.*

11. Privilegium heredibus datum regulariter non ad ſolos deſcendentes, ſed ad omnes alios heredes, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſuccedant, pertinet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 424.*

12. Privilegia precaria, i. e. cum clauſula liberæ revocationis, auf Wohlgefallen, auf Wiederruffen, conceſſa, morte concedentis non finiuntur, *c. 5. de reſcript. in 6. Schilter. ex. 1. th. 51. Berger. œcon. jur. c. l.*

13. Privilegium ob id, quod ex gratia profectum eſſe dicatur, pro lubitu revocari non poteſt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 377.*

14. Princeps privilegium, titulo oneroſo conceſſum,

Digitized by Google

ceſſum, nullo modo imminuere poteſt, *Enenckel. de privileg. lib. 3. c. 11. n. 44. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 88.* quippe quod irrevocabile eſt, *Peregrin. de jur. fiſc. tit. 3. n. 28. Carpz. dec. 87. n. 4 ſeq.*

15. Privilegia propter utilitatem publicam revocari poſſunt, ſive ſint gratuita, ſive onerosa, *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 12. §. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 242.*

16. Regula: privilegiatus ſuo privilegio adverſus æque privilegiatum non utitur. *l. 11. §. pen. de minor.* fallit 1) ſi alter de damno vitando, alter de lucro captando certet, *l. fin. ex quib. cauſ. maj. Carpz. p. 2. c. 5. d. 2. n. 2. ſeq.* 2) ſi unus ſit privilegiatus in genere, alter vero in ſpecie, *Carpz. lib. 2. R. 33.* 3) ſi aliud privilegium, veluti cauſæ ſimul concurrat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 140. n. 4.*

17. Privilegia non uſu expirant, *l. 1. de nundin. Enenckel. de privileg. c. 15. n. 27.* & quidem jure communi decem, jure vero Saxonico triginta annorum, anni & diei ſpatio, *Carpz. p. 2. c. 3. d. 23. d. 1.* niſi privilegio utendi occaſio non adfuerit, *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 10. Carpz. d. def. 23. Mev. p. 2. dec. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 108.*

PROBATIO.

1. Vox: beybringen, ad proceſſum ſummarium refertur, & nudam demonſtrationem, quæ ſine articulis fieri poteſt, indigitat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 182. n. 1.* cum ex adverſo vocabulum: erweiſen, proprium ſit proceſſus ordinarii, nec citra ſolennitatem expediri queat, *Wernher. c. l. n. 2.* conjunctim tamen utraque verba: beybringen und erweiſen, poſita, in cauſis ſummariis pro ſimplici demonſtratione habentur, *Wernher. c. l. n. 4.*

2. Ter-

2. Terminus probatorius, qui jure communi arbitrarius habetur, & judicantis moderamini conceditur, quantum ſcilicet is tempus probationibus deducendis præfiniret, *l. 1. C. de dilat. Gail. lib. 1. obſ. 53. n. 20. & obſ. 91. n. 12.* in foro Saxonico ad certum temporis ſpatium, nempe 6. ſeptimanarum & 3. dierum, eſt reſtrictus, **Land=R.** *lib. 1. art. 62. O. P. S. tit. 20. pr. Carpz. p. 1. c. 16. d. 1.* ad quem terminum Saxonicum probatio eſt adſtricta, licet hujus ſpatii haud facta fuerit mentio (a) in ſententia deſuper lata, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 1.*

3. Exceptio eſt in reo, de jure braxandi cereviſiam a ſe prætenſo, convento, quippe qui duos menſes habet, ad probandum jus ſuum, *Ord. Proc. Sax. de an. 1555. rubr.* **brauen, ſchencken.** *Carpz. d. c. d. 72. Rivin. c. l. en. 17.* quod bimeſtre ſpatium computatur, ſi is, cui hæc probatio injuncta interponat leuterationem, quam rejecit judex, ſtatim a die rejectionis, *Rivin. c. l. en. 18.*

4. Tempus termini probatorii non ſolum continuum eſt, ita ut nullis feriis, ſive ſolennes, ſive repentinæ illæ fuerint, interrumpatur, atque impediatur, *l. 3. C. de dilat. Moller. ad p. 1. c. 16. n. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 349.* ſed & de momento in momentum currit, a tempore ſcilicet rei judicatæ, (b) *Carpz. p. 1. c. 16. d. 8. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. p. 120. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 3. & 14.*

5. Nihil proinde agit actor, ſi ſententia, in qua probatio ipſi injuncta, per leuterationem ob neglectas litis ingreſſum impedientes exceptiones a reo ſuſpenſa, offerat articulos, extrahatque terminum ad editionem

(a) Id quod comprobat *O. P. S. R. tit. 21. §. 1.*
(b) *O. P. S. R. tit. 20. §. 1.*

nem & recognitionem documentorum, *Rivin. d. en. 3.*

6. Cum ſententia vires rei judicatæ non conſequatur, niſi ad ejus publicationem legitima præcedat citatio, hinc priusquam de hac conſtet, deſertionis arguenda non eſt probatio, *Rivin. c. l. en. 9.*

7. Remedia ſuſpenſiva ac devolutiva, licet deſerta, removenda prius ſunt, quam fatale probationis currit, *Rivin. c. l. en. 11.* quod quoque de illis, quæ poſt elapſum decendium interpoſita, dicendum eſſe, arbitratur, *Rivin. c. l.* Nulliter tamen interpoſita appellatio ab eo, qui nullam appellandi facultatem habuit, non ſuſpendit curſum termini probatorii, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 12.*

8. Currit autem terminus probatorius in caſu deſertionis a die pronunciatæ deſertionis, *O. P. S. tit. 20. pr. Carpz. p. 1. c. 16. d. 9.* in caſu renunciationis vero a die renunciationis, vel a tempore notificationis, leuterationi ab adverſa parte interpoſitæ renunciatum eſſe, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 10.*

9. Eo caſu, quo a ſententia, qua probatio injungitur, appellatur (c) ſed in prima inſtantia bene judicatum & male appellatum eſſe, ac proinde, cauſam ad priorem judicem remittendam, pronunciatur, terminus probatorius non a tempore remiſſorialium, ſed ſtatim a tempore rei judicatæ currere incipit, *Carpz. d. c. d. 11. Rivin. c. l. en. 24.* diſſentit *Berlich. dec. 99.* Pla-

(c) Appellatio contra ſententiam, qua probatio injungitur, interpoſita a judice ad quem, absque legitima cauſa, wenn nicht ſonderliche gravamina verhanden, non recipienda, quin potius appellans pro re nata, rejecta appellatione in ſimul immulctam 5. th. condemnandus eſt, juxta *O. P. S. R. tit. 20. §. 2.*

Digitized by Google

Plane a die rejectionis, ſtatim computandum eſſe terminum probatorium, putat *Rivin. ad* O. *P. S. tit.* 18. *en.* 14.

10. Contradicente parte adverſa, fruſtra offeruntur articuli probatoriales, & extrahitur terminus ad productionem teſtium ac recognitionem documentorum, ſi nondum ſuper litis conteſtatione atque exceptionibus annexis lata fuit ſententia, *Rivin. c. l. en.* 4.

11. Non tamen nocet probationis anticipatio; hinc etſi actor poſt litis conteſtationem, anticiparet articulorum probatorialium oblationem, nec intra ſpatium Saxonicum, poſtquam ſententia ſuper leuteratione lata vires rei judicatæ acquiſiverat, denuo offerret probationem, nec ad intempeſtive oblatam, ſeſe referret, ſed poſt elapſum demum bimeſtre ſpatium peteret terminum ad edendum & recognoſcendum, probatio tamen pro deſerta non habebatur, teſte *Rivin. c. l. en.* 5. add. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 8. *obſ.* 360.

12. Terminus probationi definitus, peremtorius eſt inchoative, non conſummative, i. e. non requiritur, ut intra eum probatio plene abſolvatur, ſed ſufficit, offerri (d) ſaltem articulos, cum denominatione teſtium & directorio, nec non copiis documentorum, etiam in ultimo fatalis illius momento, *Barth. hodeg. for. c.* 1. *§.* 36. *p.* 120. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 4. *obſ.* 241. *n.* 1. *Carpz. p.* 1 *c.* 16. *d.* 2. *& lib.* 3. *R.* 69.

13. Non ſtatim deſerta fit probatio, ſi quis tempore excluſus articulos probatoriales cum ſpecificatione documentorum, horumque partim originalibus aut copiis, partim etiam allegatione, ubi in actis

(Ii) depre-

(d) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 10. *§.* 1.

deprehendantur, prout in chartam conjecit advocatus, intra fatale exhibet ſecretario judicii; adſcriptoque præſentato ſecum aufert iterum, in hunc finem, ut nitidius ſaltem deſcribantur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 15.*

14. Si actuarius non annotat horam, qua articuli probatoriales oblati, præſumuntur juſto tempore exhibiti, *Rivin. c. l. en. 16.*

15. Si probatio offeratur judici per hominem, qui nec mandatarius nec advocatus eſt, eadem pro deſerta habetur, niſi principalis, ſuo juſſu id factum, jurejurando aſſeveret, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 243.*

16. Termino probatorio elapſo, nequidem in continenti mora purgari, nec articuli probatoriales offerri poſſunt, ſed producens cadit ſua probatione, *O. P. S. tit. 20.* §. Und dieweil. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 4. Mynſinger. cent. 2. obſ. 99. n. 1. ſeq.*

17. Poſt terminum elapſum variare, &, loco probationis per teſtes, ad probationem per documenta, & vice verſa, confugere non licet, *O. P. S. tit. 20.* §. Und dieweil. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 7.*

18. Intra terminum probationes ſuas producere impeditus, ex probabili cauſa, puta, morbo ſontico, peſte, bello, etiam poſt terminum audiendus eſt, *Carpz. d. c. d. 20.* add. *Gail. lib. 1. obſ. 105. & obſ. 107. Berlich. p. 1. concl. 14.* quilibet vero morbus, maxime ſi negotium per epiſtolam expediri potuerit, excuſationem non meretur, *Carpz. lib. 3. R. 72.*

19. Minor adverſus omiſſam probationem reſtituitur in integrum, *l. 38. §. 1. de minor. c. 3. X. de in integr. reſtit. O. P. S. c. l. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 12. Anton. Theſſaur. dec. 240. n. 3.* in tantum, ut hoc beneficium reſti-

reſtitutionis proſit etiam majoribus, ſi unam eandemque cauſam cum minoribus habeant communem, & ſimul inſtitutam, *Coler. p. 2. dec. 273. Carpz. p. 1. c. 16. d. 17. n. 2.*

20. Nec minus univerſitas adverſus omiſſam probationem in integrum reſtituitur, *O. P. S. tit. 20. §.* **Und dieweil.** quin & non ſemper beneficio reſtitutionis opus habet, ſed quandoque poſt terminum elapſum ejus probationes admittendæ ſunt, modo cauſam excuſationis leviusculam prætendere queat, *Carpz. d. c. d. 19.*

21. Majores ſoli litigantes ad beneficium reſtitutionis in integrum adverſus probationem omiſſam confugere non poſſunt, niſi aliquam cauſam rationabilem, veluti paupertatis, allegare queant, *Gail. lib. 1. obſ. 142. n. 1. Carpz. d. c. d. 17. n. 3. ſeq.*

22. Etſi probatio vel demonſtratio, ſub jactura beneficii reſtitutionis in integrum, injuncta fuerit, terminus probatorius tamen a judice prorogari poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 62.*

23. In appellationis inſtantia probari poſſunt ea, quorum probatio in priori inſtantia litigatoribus injuncta, ſed vel non ſuſcepta, *Bartol. & Dd. in l. per hanc. 4. C. de tempor. appellat.* vel ob elapſum terminum, a judice præfinitum, deperdita vel deſerta eſt, *Felin. in c. licet cauſam. 9. X. de probat. n. 18. Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 24. n. 2. Mev. p. 2. dec. 235. Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-proc. c. 33. §. 39. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 404.*

24. Sed hoc neutiquam extendendum ad eum caſum, quo ipſo jure probationibus certus eſt terminus præfinitus, veluti eſt terminus probatorius in foro Saxonico; quo termino in prima inſtantia præterlapſo,

pſo, atque ideo probatione deperdita, certe in ſecunda inſtantia denuo probatio non admittitur, *Hartm. Piſtor. d. qu. 24. n. 4. Carpz. p. 1. c. 21. d. 1. Mev. c. l. n. 4. Ludovic. c. l.*

25. Si quis intentionem ſuam, quam in prima inſtantia propoſitam teſtibus productis non probaverit, in appellationis inſtantia, adeoque publicatis & deductis atteſtationibus, denuo probare, eosdemque vel alios teſtes ſuper iisdem articulis examinari facere velit, audiendus non eſt, *clem. ult. de teſtib.* quæ diſpoſitio in foro communi, & Saxonico vigorem habet, *Conſtit. Elect. Sax. 21. p. 1. ibique Carpz. d. 2. Mynſinger. cent. 1. obſ. 41. in fin.*

26. Neque ſuper articulis prioribus directe contrariis in appellationis inſtantia teſtes examinari queunt, *d. c. 21. ibique Carpz. d. 3.* quod tamen fieri poteſt ſuper articulis indirecte tantum contrariis, *Farinac. de teſtib. qu. 75. c. 3. n. 139. ſeq. Carpz. d. c. d. 4.*

27. In appellationis inſtantia ſuper iisdem, aut directo contrariis, articulis admittuntur novæ probationes per inſtrumenta, *l. 4. C. de tempor. & reparat. appellat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. not. 3. p. 1141.* At, jure Saxonico, in leuterationis & appellationis inſtantia, nequidem probationi per inſtrumenta regulariter datur locus, *Carpz. proc. tit. 17. art. 1. n. 85. Berger. c. l. p. 1142.* confer. vero *Carpz. p. 1. c. 21. d. 5.* niſi noviter ſint reperta, *Carpz. proc. c. l. n. 91. ſeq. & lib. 3. R. 106.*

28. Non modo per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes in ſecunda appellationis inſtantia & leuteratione novæ admittuntur probationes in cauſis matrimonii, dotis, minorum, aliisque favorabilibus, *Carpz. proc. c. l. n. 95.* quas congeſſit *Berlich. p. 1. concl. 40.* aut ſi pars

ad

adverſa conſenſerit, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 23. n. 13. Carpz. c. l. & p. 1. c. 21. d. 7.*

29. Imo indiſtincte in foro quoque Saxonico nova proponi in appellationis inſtantia & probari poſſunt capitula, modo ab antiquis dependeant, *Berlich. p. 1. concl. 51. n. 16. Carpz. d. c. d. 8.* etiamſi conſulto in prima inſtantia fuerint prætermiſſa, *Carpz. d. c. d. 9.*

30. Probatio ſemper certis articulis includenda eſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 24.* etiamſi inſtrumentis ea perficiatur; nec ſufficit, ipſa originalia, vel initio ſtatim producta in actis jam dum contineri, vel intra terminum probatorium ſine articulis judici offerri, ſed tenor verborum, in argumentum probationis inde deſumendorum, in formam articulorum redigendus eſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. b. p. 126.*

31. Res vitioſa, de qua lis vertitur, fruſtra in judicio ad acta exhibetur, ſi injuncta probatio vel demonſtratio, niſi vitia certis includantur articulis, ſimulque teſtes deſuper examinentur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 28.*

32. Neceſſe non eſt, ut intra terminum probatorium documenta vel teſtes realiter producantur, atque illa recognoſcantur, hi examinentur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 15. not. 1. p. 1079. Carpz. p. 1. c. 16. d. 2.*

33. Nam fatale offerendi articulos probatoriales non extendendum eſt, ac ſi producens etiam intra illud teneatur extrahere terminum ad producendum, ſub pœna deſertionis, *Rivin. c. l. en. 54.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 241. n. 1.* Imo ne peti quidem hunc intra probationis fatale præciſe oportere, monet *Berger. c. l.*

Digitized by Google

34. Negligentia judicis, (e) in citandis & examinandis teſtibus, non nocet probationibus partium, *Carpz. d. c. d. 3. n.* 4. diligenter tamen producens inſtare tenetur, ut præfigatur terminus examini teſtium, nec non recognitioni documentorum, ſub pœna deſertionis, *O. P. S. tit. 20. pr. & §.* **nachdem aber.** *ibique Rivin. en. 51. 55. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 376. n. 1. Carpz. c. l. n. 6.*

35. Non vero ſimpliciter deſertionis pœna in hunc caſum definita eſt, ſed judicis arbitrio relictum, ut is, ex circumſtantiis, & ſpeciatim temporis tractu, negligentiam æſtimare & metiri debeat; hinc quatuor vel quinque menſium, intra quos nihil actum, ſpatium nequaquam ſufficit ad pœnam deſertionis, *Wernher. c. l. n. 3.* 4. add. *Rivin. c. l. en. 53.*

36. Sub prætextu, litem a reliquis litis conſortibus nondum eſſe conteſtatam, vel etiam in terminis amicabilis compoſitionis verſari partes, nequaquam liberatur actor a pœna deſertionis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 56.*

37. Qui moroſus eſt in ſolvendis ſportulis pro requiſitorialibus, ad judicem teſtium ordinarium trans-

(e) Oblata probatione judex inferior ſtatim, aut ad minimum intra tres ſeptimanas, ſub mulcta 5. th. terminum ad productionem teſtium, aut pro re nata ad recognitionem documentorum, aut ad reſpondendum ad articulos, quorum intuitu juramentum delatum eſt, præfigere, & ſimul productum, concesſo integro ſpatio Saxonico, *ſub comminatione aliqua*, veluti, ſi recognoſcenda ſint documenta, *ſub pœna recogniti*, aut, ſi reſpondendum ſit ad articulos, *ſub pœna confeſſi & convicti*, citare debet, juxta *O. P. S. R. tit. 20. §. 7.*

tranſmittendis, deſertionem probationis metuere debet, *Rivin. c. l. en.* 74.

38. Poſt examen teſtium debita quoque in procurandis rotulis navanda eſt opera, *Rivin. c. l. en.* 77. Rotulos tamen poſt lapſum quinque menſium, antequam accuſata eſſet producentis contumacia, exhibitos admiſſos fuiſſe, teſtatur *Rivin. c. l. en.* 78.

39. Si teſtes producti, examinati, rotulusque judici oblatus, licet vel per biennium producens non petat publicationem probationis ſuſceptæ, hæc tamen pro deſerta haberi nequit, *Rivin. c. l. en.* 79.

PROBATIO AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

1. Probatio ad perpetuam rei memoriam actori aliter non indulgetur, quam (a) cum 1) ſtatim agere non poteſt, quod contingit in debito, quod in diem vel ſub conditione debetur, *Mev. p. 6. dec. 302. n. 2. & 3.* 2) per adverſarii protelationes diu impeditur probatio, *Mev. c. l. n. 8. Rivin. ad* O. P. S. *tit. 27. en. 3.* vel 3) alia juſta cauſa ſubeſt, v. g. ſi teſtes ſint valetudinarii, aut decrepiti, aut diu abſfuturi, *O. P. S. tit. 27. §. 1. ibique Rivin. en. 2. Gail. lib. 1. obſ. 92. n. 3. Mev. p. 6. dec. 104.* add. *Berger. lib. 1. R. 208. n.* 4.

2. Reus vero probationem ad perpetuam rei memoriam indifferenter & abſque cauſa ſufficienti ſuſcipere valet, *c. 41. & 43. X. de teſtib.* modo id fiat ante (b) litis conteſtationem: poſtea enim non minus, quam ipſe actor, ad cauſas ſufficientes adſtruendas obſtri-

(a) Plane ſecundum *O. P. S. R. tit. 27.* hæc probatio non minus actori quam reo indifferenter conceditur.

(b) Indifferenter hæc probatio conceditur reo, *O. P. S. R. tit. 27.*

ſtrictus eſt, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. conſider. un. n. 2. 3. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 39.*

3. Hæc probatio regulariter per teſtes ſolum peragitur, *c. 41. X. de teſtib. c. 5. X. ut lit. non conteſt.* Aſt vero illa certis etiam caſibus, puta, cum periculum eſt, ne, ſi omittatur, actor neceſſaria probatione periclitetur, ad documenta (c) proferri poteſt, v. c. cumis, penes quem eſt documentum probationi inſerviens, longum periculoſumque iter in exteras provincias ingreſſurus, documentum ſecum auferre velit, maxime vero incertum ſit, utrum & quando reverſurus ſit; quandoquidem fieri poteſt, ut, priusquam ad probationem, ubi editio & recognitio facienda, deveniatur, ejusdem abſentia maximis lis difficultatibus exponatur, aut pars omni omnino probatione excidat, *Berger. E. D. F. tit. 27. obſ. 1. p. 796.* Quem in modum *Gailium lib. 1. obſ. 94. n. 1. & 2. itemque Carpzovium proc. tit. 13. art. 17. n. 51. ſeq.* qui, teſtimonium ad perpetuam rei memoriam per inſtrumenta fieri poſſe, negant, temperat *Suendend. ad Fibig. p. 539.*

4. Judex cauſæ competens quoad examen teſtium ad perpetuam rei memoriam adeundus, ipſique offerendi ſunt articuli, ut parti adverſæ ad danda interrogatoria communicet, & undique, prout moris ac ſtyli in probationibus (d) eſt, procedat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 27. en. 1.* add. *Mev. p. 6. dec. 203. Berger. dec. 353. n. 1.*

(*c*) Id quod comprobat *O. P. S. R. tit. 27.* ubi: ſolche auch in dem Fall, da ein Theil ſonſt an dem nöthigen Beweiß oder Gegen-Beweiß periclitiren mögte / zugleich auf die documenta erſtrecket haben.

(*d*) Vid. *O. P. S. R. tit. 27.* ubi: Es ſoll aber damit eben auf die Art, wie wegen Abhörung anderer Zeugen / ingleichen wegen Edition und Recognition anderer Urkunden oben verordnet, verfahren werden.

n. 1. 2. Excipe eum caſum, cum periculum maximum eſt in mora, v. c. teſtis fere in agone conſtitutus, *Grav. ad Gail. lib. 1. obſ. 94. n. 4. & obſ. 102. Horn. cl. 9. ſent. 2. p. 539. Berger. c. l. n. 4.*

5. Ex capite nullitatis impugnari nequit examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, quod ſuſceptum coram commiſſario, licet id inſtituat poſt mortem committentis, modo hic emiſſa citatione adhuc in vivis fuerit, *Rivin. c. l. en. 4.*

6. Appellatio contra productionem teſtium in perpetuam rei memoriam non eſt admiſſibilis, *Rivin. c. l. en. 5.* & appellatione interpoſita nihilominus ad examen teſtium procedi poteſt, nec attentatum committitur, *Rivin. c. l. en. 6.* add. *Berger. E. D. F. tit. 27. obſ. 1. not. 3. p. 797. Mev. p. 6. dec. 305.* poſt inhibitionem vero judex a quo teſtes examinare non poteſt, *Rivin. c. l. en. 7.*

7. Teſtimonium ad perpetuam rei memoriam certo termino non eſt adſtrictum, ſed potius, quoties neceſſitas exigit, repeti poteſt, *Suendend. ad Fibig. p. 54. Berger. E. D. F. tit. 27. obſ. 1. not. 3. p. 798.*

8. Publicata ad perpetuam rei memoriam probatione, ad ulteriorem nemo admittendus, niſi publicatio minus rite facta, quo caſu adhuc in poteſtate producentis eſt, denuo tam illius teſtis, quam aliorum examen petere, ac priorem probationem plane negligere, *Rivin. ad O. P. S. tit. 27. en. 8.*

9. Poſt litem negative conteſtatam actor ſtatim ſe declarare poteſt, quod vel ſolo teſtimonio ad perpetuam rei memoriam uti velit, *Rivin. c. l. en. 9.*

10. Etiam in cauſis criminalibus huic teſtimonio locus datur, non tantum ex parte rei, ejusdemque ſive accuſati, ſive inquiſiti, ſed & ex parte non accuſa-

Digitized by Google

toris minus, quam judicis, *Berger. E. D. F. tit. 27. obſ. 1. not. 3. p. 797. Matthæi de judic. c. 16. th. 31. Mev. p. 8. dec. 470.* quoad accuſatorem diſſentit *Carpz. dec. 41. Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 1.* Sane huic teſtimonio, cum judex ex officio & per inquiſitionem procedit, locum dat ipſe *Carpz. d. dec. 41. n. 18. & in proc. tit. 13. art. 7. n. 13. ſeq.*

11. Teſtibus in perpetuam rei memoriam rite examinatis, actor intra annum actionem inſtituere, ſub pœna præcluſionis tenetur, *c. 5. X. ut lit. non conteſt. Gail. lib. 1. obſ. 92. n. 4.* qui vero annus utilis eſt, & incipit currere cum facultate agendi, *Gail. c. l. n. 5. Mev. p. 6. dec. 302. n. 6.* Jure autem Saxonico hujusmodi teſtimonium non ſolum reus, ſed quoque actor, etiam poſt annum, perpetuo uſurpare, & actor, quandocunque voluerit, actionem ſuam inſtituere poteſt, *O. P. S. tit. 27.* §. **Wann nun.** *ibique Philipp. Berlich. p. 1. concl. 46. n. 68. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 11. not. 2. p. 1067.*

12. Si quis examinari petat teſtes pro ſua ſaltem informatione, ut ipſi conſtet, an fundatam habeat actionem, id tanquam teſtimonium ad perpetuam rei memoriam non eſt conſiderandum, adeoque ab altero impediri non poteſt, *Rivin. ad. O. P. S. tit. 27. en. 10.* add. *Hartm. Piſtor. lib. 1. qu. 39. n. 12.*

PROBATIO PRO EXONERANDA CONSCIENTIA.

1. Non modo in juramento delato, ſed quoque in juramentis legalibus quibusdam locum habet probatio pro defendenda conſcientia, *O. P. S. tit. 19.* §. **Wenn nun einer.** *ibique Rivin. en. 1. Carpz. lib 3. R. Suendend. ad Fibig. p. 576. Brunnem. ad l. 30. de jure-*

Digitized by Google

jurejur. n. 4. veluti: in juramento purgatorio, (a) *O. P. S. c. l. ibique Ziegler. ad verb.* **und andern dergleichen Fällen.** *Carpz. p. 1. c. 22. d. 16. Brunnem. c. l. n. 3.* in juramento minorationis, *Ziegler. c. l.* quando quis fructus mediante juramento indicare tenetur, *Ziegler. c. l.* quando quis, deficiente inventario, juratam hereditatis ſpecificationem edere adſtringitur, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 1. Suendend. ad Fibig. p. 576.*

2. Hæc probatio locum non habet in juramento editionis, (b) *O. P. S. tit. 26. §. 1. Ziegler. c. l.* in juramento diffeſſionis, in proceſſu executivo, (c) *Carpz. p. 1. c. 14. d. 22. Ziegler. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 2.* in juramento relato, *O. P. S. tit. 19. pr. ibique Ziegler. ad verba:* **Welcher den Eyd anfänglich** *deferirt. Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 13. ſeq.* in juramento ſuppletorio, *Carpz. d. c. 14. d. 21. Zigler. c. l. ad verba:* **und andern dergleichen Fällen.**

3. In cauſis injuriarum hodie in foro Saxonico defenſio conſcientiæ locum non habet, propter *mandatum Regium de an. 1716.* quod exhibet *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 126.*

4. Admittitur probatio pro exoneranda conſcientia, etiamſi jurare juſſus eam ſibi non reſervaverit, nec per ſententiam latam ei expreſſe illa fuerit reſervata, (d) *O. P. S. tit. 19. §. 1. Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 8.*

5. Ac-

(a) Imo hodie conſcientiæ defenſio in juramento purgatorio locum non habet, *O. P. S. R. tit. 32.*

(b) Id quod comprobat quoque *O. P. S. R. tit. 26. §. 2.*

(c) Neque in aliis levioribus cauſis, pro quibus reputantur, quæ ſummam 50. florenorum non excedunt, locum habet probatio pro exoneranda conſcientia, *O. P. S. R. tit. 1. §. 6. & tit. 19. §. 2.*

(d) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 6. lit. f.*

Digitized by Google

5. Acceptato vero ſemel juramento, ad probationem pro exoneranda conſcientia recurſus non datur, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 3. Berlich. p. 1. concl. 33. n. 6. Carpz. proc. c. l. n. 10. Brunnem. ad. l. 30. tit. de jurejur. n. 4.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. a. p. 270.* ubi, quod durante octiduo (e) variationi ſit locus.

6. Unde, loco oblationis ad jurandum, per ſententiam jurare juſſus, ſe conſcientiam probationibus exonerare velle, ſe declarare tenetur, & quidem intra octiduum (f) a tempore rei judicatæ computandum, *O. P. S. tit. 19. §.* Wann einem. *ibique Rivin. en. 4.* quo elapſo hæc probatio amplius non admittitur *Rivin. c. l. en. 7.* quod octiduum, ſi renunciatur remediis ſuſpenſivis, ſtatim incipit ratione renunciantis, *Rivin. d. en. 4.*

7. Sicuti oblatio ad jurandum pro confirmanda ſpecificatione non ſubjacet octiduanæ præſcriptioni: ita nec probatio pro liberando reo a jurata ſpecificatione, *Rivin. c. l. en. 5.*

8. Heredi vix permiſſam eſſe fucultatem defendendi conſcientiam probationibus, ſi defunctus ſtatim, peracta litis conteſtatione, juramentum ſibi delatum ac-

(e) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 6. lit. f.*

(f) Sed hodie ſtatim poſt litem conteſtatam, aut ad minimum in ultima poſitione reus ſe declarare debet, an juramentum delatum acceptare, aut referre, aut conſcientiam defendere probationibus velit; quo intermiſſo ad hanc probationem non amplius admittitur, ſed præſtatio juramenti, abſque reſervatione relationis aut defenſionis conſcientiæ injungitur. Eodemque modo res ſe habet, ſi relatio ſuper ejusmodi factis ſit ſuſcepta, ubi illa locum non habet, *O. P. S. R. tit. 18. §. 1.*

acceptaverit, antequam vero rite ſe obtulerit, moriatur, exiſtimat *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 151. n. 38. 39.*

9. Quæ de non anticipanda oblatione ad jurandum diſpoſita, nequaquam ad probationem pro exoneranda conſcientia ſunt trahenda, ſed ad hanc anticipando ſe offerre licet, *Rivin. c. l. en. 10. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 54. lit. a. p. 263. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 19. §. 32.* Inde Senatus Appellationum, quamvis actor nondum renunciaverat leuterationi interpoſitæ, reus e contra ad probationem pro exoneranda conſcientia ſeſe obtulerat, hanc tamen pro deſerta non habebat, teſte *Rivin. c. l.*

10. Hinc quoque reus, cui probatio pro exoneranda conſcientia in ſententia permiſſa, ſi ſuſpendit illam a viribus rei judicatæ, & poſtea, nondum facta renunciatione, offert articulos ſuos probatoriales, nequaquam anticipat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 9.* eo ipſo vero, quo defenſionem conſcientiæ offert, remediis ſuſpenſivis renunciat, atque vires judicati ſententia conſequitur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 60. p. 286.*

11. Delato minori ſuper factis propriis juramento, ei, ad ſe declarandum, probationibus conſcientiam exonerare, an jurare velit, ad completum 18. annum usque, non eſſe concedendam dilationem, ſed, ad maturandum proceſſum, ejus curatorem defendere probationibus conſcientiam teneri, idque vero non procedere in factis alienis, ubi relationi locus eſt, cum *Berger. in E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 4. p. 536.* docet *Barth. c. l. §. 61. p. 286. ſeq.*

12. Qui per probationem declinare intendit juramentum, neceſſe quidem habet, ut intra terminum Saxonicum articulos offerat, *O. P. S. tit. 19. §. 1. ibique Rivin.*

Digitized by Google

Rivin. en. 11. Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 20. non etiam, ut præciſe intra dictum ſpatium ulteriorem extrahat terminum, pro expeditione eorum, quæ interlocutoria injunxit, *Rivin. c. l.*

13. Aſt coram judicio mercatorio Lipſienſi non tantum quis intra octiduum ſe declarare debet, quod conſcientiam probationibus defendere velit, ſed intra idem ſpatium, ſub pœna deſertionis, offerre articulos, *Rivin. c. l. en. 8.*

14. Terminus Saxonicus, pro conſcientia per probationes exoneranda, incipere in foro Saxonico non a die rei judicatæ, (g) nec factæ oblationis, ſed ab octidui elapſi tempore, tradit *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 42.* Verum enim vero eundem terminum a tempore factæ oblationis currere, docent *Svendend. ad Fibig. p. 1343. Ziegler. ad O. P. S. tit. 19. verb.* **auch hernach.** *Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-Proc. c. 19. §. 31. Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 6. Berger. E. D. F. tit. 19. obſ. 2. not. 6. p. 617. ſeq.* quod ipſum docuit *Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 367.*

15. Oblatio articulorum pro exoneranda conſcientia ſpeciale mandatum non requirit, *Rivin. c. l. en. 22.* ubi quoque: Ita cum ad hanc defenſionem offerret ſe ipſe reus intra octiduum, poſtea vero intra ſpatium Saxonicum articulos probatoriales exhiberet is, qui neque advocatus cauſæ, nec procurator eſſet, actore accuſante contumaciam, ac petente probationem pro deſerta haberi, ob præſumtionem, juſſu ipſius articulos oblatos fuiſſe, reſpondebant Scabini Lipſ. **daß Klägers Suchen wegen verſäumten Beweiſes nicht ſtadt hat.**

16. Non

(g) Imo a die rei judicatæ currit terminus Saxonicus, juxta *O. P. S. R. tit. 19. §. 2.*

16. Non ſolum documentis, ſed & teſtibus peragi poteſt probatio pro exoneranda conſcientia, *Ludovic. c. l. §. 33.* quæ vero includenda eſt articulis, nec ſine his documenta ad recognoſcendum produci ſufficit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 12.* adeoque rotuli a notario vel etiam judice non requiſito confecti loco probationis adhiberi nequeant, *Rivin. c. l. n. 13.* multo minus ſubſiſtit ex ſolis atteſtatis ſuſcepta probatio, *Rivin. c. l. en. 14.*

17. Sed in defenſione conſcientiæ nudam demonſtrationem ſufficere, docent *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 19. p. 458. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 59. lit. a. p. 285.* & eam ſine articulis admiſſam eſſe præjudicio comprobat, *Barth. c. l. §. 61. lit. b. p. 289.*

18. Super articulis defenſionalibus in hac probatione deferri nequit juramentum, *Barth. d. §. 61. p. 287. Rivin. c. l. en. 15.* Nec exceptiones peremtoriæ hic ſunt tractandæ, ſed tantummodo factum abjurandum (h); adeo ut articuli deſuper confecti pro impertinentibus habeantur, *Berger. E. D. F. tit. 19. obſ. 2. not. 2. p. 608. Barth. c. l. §. 54. p. 284.* licet exceptio ita ſit comparata, ut totam litem dirimat, *Rivin. c. l. en. 18.* quod tamen limitatur, ſi facto in libello qualitas ab actore ſit annexa, quæ per exceptionem eliditur, *Rivin. c. l. en. 17.*

19. Si libellus ita formatus: Beklagter ſey ihm vor empfangene Wahren 100. Rthl. ſchuldig worden, articuli ſunt impertinentes ſuper ſolutione, compenſatione, &c. non etiam, ſi dixerit actor: Beklagter ſey ihm 100. Rthl. vor empfangene Wahren ſchuldig, oder ſchuldig verblieben, *Rivin. d. en. 18.*

20. Quam-

(h) Id quod etiam convenit *O. P. S. R. tit. 19. §. 2.*

Digitized by Google

20. Quamvis articuli probatoriales, ſi continent non ipſum factum, ſuper quo jusjurandum delatum, ſed ſaltem exceptiones oppoſitas, tanquam impertinentes rejiciantur: ipſa tamen probatio non eſt deſerta, ſed juramenti præſtatio (i) injungitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 19. Berger. E. D. F. tit. 19. obſ. 2. not. 4. p. 614. ſeq. Barth. hod. for. c. 1. §. 59. p. 84.* cum ad juramentum datur regreſſus, licet omnes articuli ſint impertinentes, *Rivin. c. l. en. 28. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 66.*

21. Probatio pro exoneranda conſcientia irrelevans ab initio ſtatim rejicienda eſt ex officio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 16.* Hinc illa probatio unico ſaltem teſte, vel pluribus quidem, ſed aut plane inadmiſſibilibus, aut non omni exceptione majoribus, ita ut ad ſuppletorium juramentum ſit deveniendum, peragenda, non admittitur, *Rivin. c. l.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 61. p. 287.*

22. In probatione pro exoneranda conſcientia ſolis quidem libris mercatoriis non magis, ac unico teſte, uti licet: bene tamen cum adminiculantibus documentis aliis, vel teſte etiam unico, ceu præjudicio comprobat *Barth. in hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 467.*

23. Contra probationem pro exoneranda conſcientia reprobatio non admittitur (k) neque in Saxonia, *O. P. S. tit. 19. §.* Wenn nun. *Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 24. ſeq.* neque extra Saxoniam, *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 19. §. 34.* Imo in hoc probatio-

(i) Confer. vero *O. P. S. R. tit. 19. §. 2.* ubi: und wann ſolche, (ſcil. articuli,) unzuläßig oder unſchlüßig, der regreſſ. ad juramentum gleichfalls nicht geſtattet werden.

(k) Id quod convenit quoque *O. P. S. R. tit. 19. §. 2.*

Digitized by Google

bationis genere nequidem interrogatoria admittit *Carpz. c. l. n. 29. ſeq.* quoad merita ſcilicet cauſæ; aſt contra teſtium perſonas (l) omnino admittuntur, ſecundum *dec. Elect. Sax. nov. 19. Svendend. ad Fibig. p. 1347.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 20.* Imo extra Saxoniam, deficiente prohibitione etiam interrogatoria ſpecialia, cauſæ merita concernentia, admittenda eſſe, putat *Ludovic. c. l.*

24. Abſoluta conſcientiæ defenſione, perinde ut in probationibus aliis terminus ad publicandum atteſtata, ſi teſtibus ea peracta, præfigitur, ſin documentis, ad experiundum deſuper, citatio emittitur, quæ diſceptationes, vel in ſcriptis (m) de ſex ſeptimanis in ſex ſeptimanas offerendæ, vel oretenus tantum, ſi atteſtata & documenta non adeo plura ſint, fiunt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 62. p. 290.*

25. Datur regreſſus ad juramentum ei, qui nihil (n) probavit, *O. P. S. tit 19.* §. Wenn nun. *ibique Philipp. conſid. 2. & Rivin. en. 26. 27. Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 34.* imo licet teſtes producti directo contrarium

(Kk)

(*l*) Atque id comprobat *O. P. S. R. c. l.*

(*m*) Sed juxta *O. P. S. R. tit. 29. §. 3.* ſuper hac probatione, licet vel maxime per teſtes peracta ſit, diſceptationes in ſcriptis non permittuntur, ſed oretenus tantum peragi debent, ad quod, abſoluta eadem probatione, judex protinus ex officio brevem terminum præfigere debet, quo exiſtente intra ſeptiduum, in quod tamen dies feriati, die Sonn- und Feyer-Tage non connumerantur, concludendum, & ab actore, ſine diſcrimine incipiendum eſt.

(*n*) Imo ſi nihil probatum, ad præſtationem jusjurandi hodie regreſſus non datur. Aliqua vero ex parte ſi probatio facta fuerit, ita, ut ad juramentum ſuppletorium vel purgatorium deveniri poſſit, deſuper interloquendum eſt, *O. P. S. R. tit. 19. §. 1.*

rium depoſuerunt contra producentem, *Rivin. c. l. en. 29.* add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. in addend. ad c. 19. §. 36.* Sed contrariam ſententiam placuiſſe Supremo Appellationum judicio, meminit *Rivin. c. l.*

26. Nec minus ad juramentum admittendus eſt, qui, intra fatale probationis pro ſublevanda conſcientia, huic renunciat, (o) *Svendend. ad Fibig. p. 1348. Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 25. Berger. E. D. F. tit. 19. obſ. 2, not. 4. p. 613.* imo & qui, poſtquam ſemiplene probavit, injunctum ſuppletorium deſeruit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 61. p. 288.*

27. Qui ſuccumbit in conſcientiæ defenſione, intra octiduum, poſtquam ſententia deſuper lata vires rei judicatæ eſt conſecuta, ad jurandum ſe offerre (p) tenetur, licet vel maxime in prima ſtatim oblatione de regreſſu ad juramentum ſit proteſtatus, *Rivin. c. l. en. 24. Barth. c. l.* quæ oblatio fieri poteſt per procuratorem, etiamſi ipſius mandato haud inſerta offerendi ad jurandum clauſula; *Rivin. c. l. en. 23.* confer. vero *Barth. c. l.*

28 Illi, qui in probatione pro exoneranda conſcientia defecit, juramentum referre integrum non eſt, *O. P. S. tit. 19. §. 2. Carpz. proc. tit. 11. art. 5. n. 39.* quod ad Saxoniam reſtringit, *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 19. §. 36.*

29. Qui probationem pro exoneranda conſcientia deſerit, non modo ab ulteriori probatione ſed quoque a juramenti præſtatione excluditur, *O. P. S. c.*

(o) Sed juxta *O. P. S. R. tit. 19. §. 1.* ille, qui ſemel ad probationem pro exoneranda conſcientia ſe obtulit, ad juramentum regreſſum non habet, licet illi probationi renunciare velit.

(p) Sed confer. *quæ notata ſunt ad th. 25. lit. n.*

Digitized by Google

S. c. l. ibique Rivin. en. 30. Carpz. c. l. n. 45. Eum tamen ad probationem exceptionum, litis conteſtationi antea annexarum, admittendum eſſe, putat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 47. lit. a. p. 251.* confer. vero *Horn. cl. 12. R. 95. p. 927. b.*

30. Ad abuſus hujus probationis referendum, ſi quis ſuſceptæ probationi renunciet, & ad jurandum ſe offerat, quod fieri omnino conceditur; multoque magis a doli ſuſpicione proxime abeſt, qui, abſoluta tali poſt aliquot annos probatione, ſecutaque deſuper ſententia, eam pro inſufficiente declarante, eaque, interpoſita leuteratione & appellatione, confirmata, intra octiduum poſt rem judicatam juramentum acceptat, & ad jurandum ſe offert, in termino autem, præſtito etiam jamdum ab adverſario calumniæ juramento, ei rurſus renunciat, negata affirmat, & ad exceptionum peremtoriarum probationem confugit; id quod tamen omne indulgetur, vid. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 59. lit. b. p. 285. & §. 47. lit. a. p. 251.* confer. vero *loc. exceptio. th. 4. ſeq.*

31. Add. loc. *replica. th. 4.*

PROBATORIALES ARTICULI.

1. Articuli parti adverſæ, cum nominibus teſtium & copiis documentorum, una cum citatione transmittendi ſunt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 13. not. 3. p. 1068.*

2. Examen teſtium in proceſſu ordinario nullum effectum habet, quando articuli ad danda interrogatoria adverſæ parti communicati haud ſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 147.*

3. Articuli probatoriales, nec non directorium teſtium, poſt terminum, mutare nequit actor,

Carpz. lib. 3. R. 86. n. 6. ſeq. omiſſionem tamen unius vel alterius articuli in examine, ſi teſtes juramentum nondum dixerunt, petere poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 93.*

4. Mutatio directorii teſtium etiam poſt terminum probatorium admittitur, quando per errorem, inverſo ordine, articuli in directorio ſunt expreſſi, *Rivin. c. l. en. 94. Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 2. not. 2. p. 651.*

5. Nonnunquam etiam poſt fatale novum teſtium examen eſſe inſtituendum, ſuper articulis obſcuris, cum declaratio, non mutatio articulorum eſſe videatur, notat *Berger. c. l.*

6. Poſt terminum productionis, ſi nondum præterlapſum ſpatium Saxonicum, probationi præfinitum, additionales articuli ſunt admittendi, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 92.*

7. Aſt poſt terminum probatorium non admittuntur articuli additionales, *O. P. S. tit. 20. §.* **und dieweil die.** *Carpz. p. 1. c. 16. d. 5.* niſi ratione replicæ, modo actor juret, ſe de factis in articulis additionalibus comprehenſis, ante lapſum terminum notitiam haud habuiſſe, vid. *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 3. not. 8. p. 667. & p. 1. ſupplem. p. 285. Rivin. c. l. en. 121.* vel teſtis denominatus ſit mortuus, in ejusque locum alius ſubſtituendus, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 88. lit. a. p. 150.*

8. Quando articuli probatoriales, ceu impertinentes, per ſententiam rejecti ſunt, judex novum terminum probatorium, altera parte invita, concedere nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 285.*

9. Super articulorum probatorialium impertinentia etiam coram judice requiſito diſceptari poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 23. en. 3.*

10. Su-

Digitized by Google

10. Super illativis articulis juramentum deferri nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 37.*

11. Probanti ſuper uno eodemque articulo diverſo probandi modo uti licet, adeo, ut & teſtes denominare & ſimul etiam documenta proferre poſſit, *O. P. S. tit. 24. ʃ. 1. Kraus. proc. judic. lib. 1. c. 3. ſect. 1. §. 13.*

12. Aſt ſuper uno eodemque articulo ſimul inſtrumenta aut teſtes produci, & ſimul jusjurandum deferri non poteſt, *O. P. S. tit. 18. §. 3. ibique Ziegler. verb.* zugleich und *conjunctim. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 13. p. 1103.* ne tum quidem, cum adverſa pars ſponte ſua ad ejusmodi articulos reſpondit, & ſententia, qua ei injunctum eſt jusjurandum, tranſiit in rem judicatam, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 4. p. 163.*

13. Cum articulans non fateatur contenta in articulis; hinc ſi reprobans format articulos, ac pro eorum confirmatione articulorum recognitionem petit, nihil agit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 55.*

14. Quod dicitur: articuli probatoriales ad recognoſcendum reproduci non poſſunt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1074.* capiendum eſt de eadem cauſa, eodemque proceſſu. Alia enim eſt ratio articulorum & rotulorum, quos adverſa pars alia in cauſa, alioque proceſſu judici porrexit; hi, quo minus, ut recognoſcantur, produci poſſint, nihil vetat, quum productio ideo fiat, ut articulos pariter ac rotulos, ab adverſa parte exhibitos eſſe, comprobetur: id quod vix aliter, quam per recognitionem contingit, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 8. p. 259.*

15. Imo articuli probatorii interdum pro conditione eorum, quæ rem circumſtant, in eadem cau-

ſa, & in eodem proceſſu, ad recognoſcendum produci poſſunt, & in tantum attendendi ſunt, in quantum religioni judicis juſtum æquumve videtur; videlicet ut ipſe jusjurandum, vel ſuppletorium, vel purgatorium decernat, *Berger. p. 1. ſupplem. ad* E. D. F. *tit. 25. §. 4. p. 292. ſeq.*

PROCESSUS BANNITORIUS.

1. Juxta indolem proceſſus banni, de quo vid. *Carpz. pract. crimin. qu. 136. & Krauſ. de proc. judic. lib. 2. c. 10. ſect. 2.* adhuc hodie pronunciari ſolet, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 181.*

2. Proceſſus Banni apud Saxones etiam contra juratum adminiſtratorem locum habet, quando ſufficiens ad ſuſpendii pœnam quantitas in propriam utilitatem doloſe ab eo converſa eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 181.*

PROCESSUS CAMBIALIS.

Vid. loc. *cambium.*

PROCESSUS DESERTIONIS.

1. In hoc proceſſu a reo actori juramentum deferri nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 59.*

2. Ad Proceſſum deſertionis haud deveniendum eſt, priusquam magiſtratui eccleſiaſtico ſive conſiſtorio de malitioſa deſertione, ejusque circumſtantiis conſtet, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 58. Mev. p. 4. dec. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 204. n. 24. ſeq.*

3. Præter malitiam deſerentis omnem diligentiam in loco, ubi is commoratur, inveſtigando adhibitam eſſe oportet prius, quam edictalis citatio fiat; quo intuitu hodie tria teſtimonia a magiſtratibus diverſorum locorum, in quos, veriſimile eſt, deſertorem ſeceſſiſſe, exigi ſolent, *Berger. el. proc. matrim.*

tb.

Digitized by Google

th.50. Wernber.c. l.n. 27.add. *Carpz.c. l. def.* 59.*n*. 4. Aliquando etiam, deficiente alia probatione, juramento locus eſt, *Wernber.c. l.n. 29.& p. 4.obſ.134. n.4.5. Carpz. d.def.59.n.7.ſeq.* add. *Beyer. addit.ad Carpz. juriſprud. eccl. lib.3.def. 58.Stryck. de deſert. malit. §.36.*

4. Deinde ad officium judicis pertinet, ut prius, quam deſertionis proceſſum decernat, in vitam tam deſerentis, quam perſonæ deſertæ inquirat. Sæpius enim perſona deſerta tantas deſertori creat moleſtias, ut cohabitare eidem ſine quotidianis jurgiis & litibus non poſſit, ſed deſertione ſibi quietem parare neceſſum habeat; quo quidem caſu iniquum foret, malitiæ ipſius deſertæ indulgere, & mox contra deſertorem, ut malitioſum, procedere; de hoc ergo ut eo melius conſtet, non raro magiſtratus inferioris relatio requiri ſolet, *Stryck.c.l.§.37.* add. *Beyer.c. l.*

5. Nec decerni ſolet proceſſus deſertionis, priusquam teſtimonium innocentiæ, vitæ & morum judici offeratur, daß ſie ſich in Abweſenheit ihres Mannes ehrlich und unverweißlich gehalten habe, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def.59. n.2.3. Stryck. de deſert. malit. §.36.* Sed ad impetrandum deſertionis proceſſum teſtimonia caſtitatis neceſſaria haud eſſe, cumque a deſerta inſtitui poſſe, licet ab alio, abſente deſertore, ſe imprægnari paſſa fuerit, docet *Wernber. ſel. obſ.for.p.4.obſ.35.*

6. Si ſuſpiciones emergant, quod conjugum alter alterum, communi conſilio inito, deſeruerit, ut viam ſibi divortio ſecundisque nuptiis aperiat, juramento purgatorio eas elidet, ſi audiri ac deſertionis proceſſum ſibi aperiri velit, *Wernber. ſel. obſ.for. p. 1. obſ. 204.n.134.ſeq.*

Digitized by Google

7. Denique & temporis, quo deſertor abeſt, ratio habenda venit; cujus quidem determinatio non uniformis eſt, & hodie plerisque in locis prudentis judicis arbitrio relinqui ſolet; ut itaque, habita ratione circumſtantiarum, ad impetrandum deſertionis proceſſum unus annus, imo & dimidius abſentiæ ſufficere poſſit, *Carpz. c. l. def. 60. Stryck. c. l. §. 38. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 204. n. 30. ſeq. & p. 4. obſ. 134.*

8. Quibus diligenter & circumſpecte expenſis, deſertionis proceſſus, parte deſerta petente, tuto decernitur, idemque fit mediante citatione edictali, eademque regulariter triplici, in trium diverſorum dominorum territoriis intimanda, *Carpz. jurisp. eccleſ. lib. 3. def. 61. 62. 63. Stryck. de deſert. malit. §. 40. Wernher. d. obſ. 204. n. 32.* quarum quælibet integrum ſpatium Saxonicum in ſe contineat, neceſſe eſt, *Krauſ. proc. judic. lib. 2. c. 6. §. 22.* confer. *Berger. cl. proc. matrim. §. 50.*

9. Qua citatione legitime facta, ſi deſertor contumax ſit, & emaneat, fertur tandem ſententia, per eamque totus proceſſus deſertorius terminatur, *Carpz. c. l. def. 66. Stryck. c. l. §. 41. Wernher. c. l. n. 33. Krauſ. c. l. §. 23.*

10. Ceterum triplici illa citatione opus eſt in caſu, ubi ex ſola deſertione ad divortium agitur: aliter ſe res habet, ſi præter deſertionem inſuper probari poſſit, deſerentem tempore deſertionis adulterium commiſiſſe. Hoc enim ſi doceri poſſit, & quidem tantum per præſumtiones, ſed fortiſſimas, *c. 12. X. de præſumt.* non neceſſum erit, deſertionis proceſſum peragere, ſed mox divortio, etiam ſine edictali citatione, locus eſſe poterit, *Stryck. de deſert. malit.*

ſect.

ſect. 6. §. 42. confer. *Carpz. jurispr: eccleſ. lib. 3. def. 69. Nicolai de divort. & repud. p. 1. c. 3. n. 25. 26.*

PROCESSUS EXECUTIVUS.

1. In proceſſu executivo exceptio in continenti liquida eſſe cenſetur, cujus veritas per inſtrumentum publicum notarii probatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 321.*

2. In hoc proceſſus genere, ad probandas exceptiones, depoſitiones & rotuli teſtium non admittuntur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 198.* diſſentiunt *Berlich. p. 1. concluſ. 84. n. 82. ſeq. Carpz. p. 1. c. 8. d. 29. & 30.*

3. Si charta blanca, quam vocant, aliter extenſa fuerit, atque illius contenta inferunt, executive agi nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 260.*

4. Proceſſus executivus ex literis inveſtituræ contra tertium inſtitui non poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 191.*

5. Proceſſus executivus ex inſtrumento guarentigionato inſtitui poteſt ab herede (a), & contra heredem, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 151. n. 89. Berger. E. D. F. tit. 5. obſ. 2. not. 1. p. 132. & philoc. for. R. 51. p. 396. nec non Reſolut. Lauterb. tit. de judic. ad verb. extraordinarium* add. loc. *inſtrumentum guarentigionatum. th. 22.* itemque a ceſſionario, (b) *Berger. E. D. F. c. l.* add. *loc. ceſſio actionis. th. 46.* ita tamen ut actor ante omnia, reo negante vel excipiente, prædictam qualitatem, nempe: ſe eſſe ceſſionarium; vel creditoris heredem, vel reum eſſe

(*a*) Vid. loc. *legitimatio ad cauſam. th. 1. lit. a.*
(*b*) Vid. loc. *legitimatio ad cauſam th. 1. lit. a.*

Digitized by Google

heredem debitoris, demonſtrare debeat, *Berger. E. D. F. c. l. & Reſolut. Lauterb. c. l.* add. *Wernher. c. l.*

6. Neque vero eam in rem neceſſaria ſunt inſtrumenta guarentigionata, ſed ſufficiunt, teſtes & juramenti delatio, propterea, quod illæ circumſtantiæ ſint extrinſecæ, neque ipſam ingrediantur inſtrumenti, in libellum deducti, ſubſtantiam, ſed potius proceſſum executivum, in ſe ſatis fundatum, præparent, & tantisper ſuſpendant, *Berger. c. l.* add *Wernher. c. l.* Imo juramenti delatio etiam poſt negationem, a reo peractam, ſe eſſe heredem, fieri poteſt, *Beger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 3. p. 107. Wernher. c. l. n. 90.*

7. Vox: Einlaſſen, petitioni recognitionis, in libello adjecta, indoli proceſſus executivi haud repugnat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 388.* dummodo a vocabulo: Antwort, quod executivo agendi generi haud quaquam convenit, abſtineat, *Wernher. c. l. n. 3. & compend. jur. lib. 4. tit. 28. §. 11.*

8. Quando in proceſſu executivo reo, præter recognitionem, etiam reſponſio ad libellum, Antwort, per rem judicatam injuncta eſt, exceptiones altioris indaginis admittendæ ſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 358.*

PROCESSUS INHIBITIVUS.

Vid. loc. *inhibitio.*

PROCESSUS INJURIARUM.

1. Forum competens in injuria ſcripta eſt, ubi inſinuata, non, ubi ſcripta eſt, ejusdemque loci jura attendi debent, ſi de punienda hujusmodi injuria agitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 137.*

2. Actio injuriarum adverſus reum in foro domicilii

micilii intentanda eſt, non in loco injuriarum evomitarum, niſi ibidem deprehendatur, eique inſinuetur citatio, vid. *dec. Elect. Sax. nov. 89. ibique Philipp. obſ. 1. Carpz. lib. 2. R. 26. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 428.*

3. Advocatus vero, in productis adverſarium proſcindens, injuriarum coram eodem judicio, etſi alibi domicilium ſuum habeat, conveniri poteſt, *Philipp. ad dec. 89. obſ. 2.*

4. Poteſt aliquando judex advocatum, qui injuriis & verbis contumelioſis in ſuis ſcriptis uſus eſt, ſine prævia reſponſione, ohne Vernehmung, arbitrarie punire, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 207.* confer. loc. *advocatus. th. 31. 32.*

5. Qui calore iracundiæ verbo injuriam dedit, poteſt ex pœnitentia & contrariæ vocis declaratione judicio injuriarum ſe eximere ad litem usque conteſtatam, *arg. l. 48. de R. J. A. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 20. def. 11. Carpz. p. 4. c. 42. d. 11. n. 1.* Nam per ejusmodi declarationem tollitur & cauſa injuriarum & conſequenter actio atque condemnatio, *l. 5. ubi Salycet. C. de injur. Felin. in c. dilect. 8. n. 6. X. de except.*

6. Quin & regulariter in levioribus injuriis ſe liberat ab actione injuriarum reus in foro Saxonico, ſi ante litem conteſtatam ſe verba illa, quæ tanquam injuriora ab actore acceptantur, eo animo non protuliſſe, ſed alia de cauſa, ut ea loqueretur, commotum fuiſſe, dicat, ac de bona fama & exiſtimatione injuriati judicialiter & publice teſtetur, *Ordinat. judic. Curial. D. Mauritii de an. 1548. Carpz. c. l. n. 2. 3. Barth. in Schacher. colleg. pract. lib. 47. tit. 10. ad verbum: ceſſat. p. 957. Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 31. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 16. not. 9. p. 800.* ubi ait, hanc legem Saxo-

Saxonicam a vulgo injuriantium male ad actionem æſtimatoriam proferri. Sed confer. *ordinat. Polit. Sax. de an. 1661. tit. 5. §. 1. & 2.* ubi in genere diſpoſitum, quod ejusmodi declaratio judicialis ſufficiat quidem in injuriis dubiis & ambiguis, non autem in manifeſtis. Quæ diſpoſitio procul dubio adhuc hodie, etiam in Luſatia ſuperiore, obtinet, cum *mandato Regio de duell. §. 18.* juſſi ſunt judices, ſecundum diſpoſitionem *Ordinat. Polit. Sax. tit. 5. §. 1. 2. & 3. & tit. 7. §. 8.* Injurias inter perſonas, *§. 1. d. mand. de duell.* non memoratas obvenientes dirimere.

7. Quid autem, cum ejusmodi declaratio honoris ſit facta, de expenſis ſtatuendum? ℞. diſtinguendum eſt, utrum declaratio honoris acceptata ſit ab actore vi ſententiæ; an libere: priore caſu reus præſtat expenſas; poſteriore autem caſu expenſæ ab utroque litigantiam præſtandæ ſunt niſi actor cum acceptaret oblatum ſibi declarationem, de ſumtibus proteſtatus fuerit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 16. not. 9. p. 800.*

8. Hodie in foro Saxonico, in cauſis injuriarum, abolitis formalibus & ſolennibus actionibus, ſive ſint ad æſtimationem, ſive ad palinodiam, formalis, & ordinarius, & ſummarius, proceſſus plane eſt abrogatus, & juſſi ſunt judices ad nudam ab injuriato factam denunciationem, de ſimplici & plano, ſola rei veritate inſpecta, ad modum proceſſus, quem vocant Rügen-Proceſſ, procedere, vid. *mand. de duell. de an. 1712. §. 22. & ſpec. mandat. de an. 1716.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 488.*

9. Solennis tamen libellus a judice, in vim nudæ denunciationis, ferri poteſt, cum eo non obſtante officio ſuo, in cauſa ſummarie pertractanda, fungi poſ-

ſit,

ſit, *Mencken. Diſp. de proc. quo cauſæ injur. ex mandat. reg. de an. 1712. perag.* §. 1.

10. Copiam denunciationis injurianti, ad reſponſionem citato, communicari, vel citationi inſeri, opus haud eſt, ſed ſufficit, generaliter cauſam in citatione exprimi, vi *peculiaris reſcripti de an. 1721.* vid. *Wernber. ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 122.*

11. Ipſe reus in termino comparere tenetur, procurator ejus non admittitur, vi *peculiaris mandati de an. 1716. Mencken. c. l.* §. *16.* imo nequidem cum advocato accedere debere reum, reſpondit Fac. Witteb. apud *Wernher. c. l. p. 607.* add. *Mencken. c. l.*

12. Denuncians autem per procuratorem comparere poteſt, *Mencken. c. l.* Imo ut denuncians in termino compareat, injuriantem provocet, & denunciationem repetat, neceſſe non eſt, *Mencken. c. l.* §. *13.*

13. Facta denunciatione, non ſtatim judicem citationes decernere, ſed imprimis a denunciante exigere debere, ut aut documenta, quæ ad cauſam facere poſſunt, & quæ in denunciatione alleganda ſunt, originaliter producat, aut teſtes denominet, aut, deficiente alia probatione, libellum denunciationis juramento ſuo corroboret, deinde ad examen teſtium, ſi tales præſto ſint, ante omnia procedendum, idque ſummariter, prævio juramento, fieri debere, tradit *Mencken. c. l.* §. *2.* & *10.* ubi denique ait, ante citationem unius teſtis depoſitionem ſufficere, reliquorum differri poſſe, usque dum a reo facta ſit reſponſio.

14. Sed alium eſſe fori uſum, &, licet hæc non obſervata, ſed reus ſtatim ſub pœna confeſſi & convicti citatus fuerit, ob contumaciam nihilominus pro confeſſo & convicto eum haberi poſſe, ipſe non negat *Mencken. c. l.* §. *4. 5.* Plane in cauſis injuriarum ſub pœna

Digitized by Google

pœna confeſſi & convicti hodie in Sax. Elect. citatum pro contumace haberi non poſſe, niſi indiciis gravatus fuerit, docet *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 197.*

15. Unicus teſtis injuriantem minimum ad purgatorium gravat, & majoris omnino momenti eſt unici teſtis jurata depoſitio, quam ipſius denunciantis confirmatio jurata denunciationis, quæ ſola tamen ad id, ut reo purgatorium dictitetur, ſufficit, *Mencken. Diſp. de proc. quo cauſæ injur. ex mandat. reg. de an. 1712. perag. §. 5.*

16. Si teſtes plane non deponant, quæ denuncians expectaverat, adhuc integrum ipſi eſt, denunciationem juramento ſuo confirmare, *Mencken. c. l. §. 6. Wernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 278.*

17. Denuncians ad juratam coſirmationem admittitur, licet alia ratione, puta teſtibus vel documentis injurias probare poſſit, *Mencken. c. l. §. 7. 8.* ubi etiam animadvertit, probabilem videri illam ſententiam, quæ teſtes adhuc admittit, ſi reus juramentum purgatorium præſtare paratus ſit.

18. Ut reus per juratam denunciationis confirmationem ad purgatorium gravetur, neceſſe eſt, ut denuncians ad veritate juret, niſi forte de circumſtantia agatur, de qua non niſi de credulitate jurari poſſit, ex. gr. ſi animo, injurandi dictum factumque quid a reo, aſſeret, *Mencken. c. l. §. 9.*

19. Quodſi in termino reus non compareat, & citatio ei rite inſinuata, & legitimum ſpatium complexa fuerit, pro confeſſo ſtatim & convicto declaratur; nec terminus pro circumducto poterit haberi, ſi uterque litigantium emaneat; nec opus eſt, ut rei emanentis contumacia accuſetur, adeo ut, ſi nihilominus provocet, & contumaciam rei accuſet, aut etiam

cum

cum eo procedat actor, expenſas minus neceſſarias faciat, quas a reo repetere non poteſt, *Mencken. c. l.* §. 13. 14.

20. Denunciatus, ſub pœna confeſſi & convicti citatus, pro tali eſt habendus, ſi in ſcriptis ad denunciationem reſpondeat, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 122. n. 8. p. 608.*

21. Reum exceptiones ſuas reſponſioni annectere poſſe, &, ſi circa hoc negotium conſilio peritiorum uti velit, id ipſi propter favorem defenſionis indulgendum eſſe, notat *Mencken. c. l.* §. 17.

22. Defenſionales teſtes judici ſiſtere non prohibetur reus, *Mencken. diſp. de proc. quo cauſ. injur. ex mandat. reg. de an. 1712. perag.* §. 20. cui quoque ante ſententiam aliquando concedi defenſio poteſt, *Mencken. c. l.* §. 12.

23. Quodſi denuncians injurias plene non probaverit, non facile ad ſuppletorium admittendus eſt, niſi denunciatio aut ſemiplene aut plus quam ſemiplene probata ſit, aut metus perjurii non relinquat juramento purgatorio locum, *Mencken. c. l.* §. 23.

24. Si actor de veritate jurare nequeat, ſed tantum alieno teſtimonio fidem habeat, aut ſi de animo injuriandi non ſatis conſtet, juramento purgatorio locus eſt, etiamſi injuria ſemiplene aut magis etiam quam ſemiplene probata ſit, *Mencken. c. l.*

25. Quamvis ſolum denunciantis juramentum ad id ſufficiat, ut reo poſſit purgatorium dictari vi *peculiaris mandati de an. 1716.* attamen in cauſis gravioribus ſolam denunciationem, juramento confirmatam, non ſemper id efficere, ut purgatorium inculpato injungi poſſit, maxime ſi denuncians ſit ejusmodi perſona, quæ alias ad ferendum teſtimonium non facile admitte-

mitteretur, exiſtimat *Mencken. c. l. §. 26.* Imo quandoque contra ſententiam, quæ purgatorium injungit, defenſionem concedendam eſſe, putat *id. c. l. § 27.*

26. Denuncians illas expenſas, quas provocando in termino præfixo & contumaciam non comparentis accuſando, teſtes cumulando, aut per ſimiles ambages fecit, non recuperabit, *Mencken. c. l. §. 29.*

27. In cauſis injuriarum judex reo copiam actorum ad perluſtrandum, antequam ſint completa, & ita inſtructa, ut nihil ſuperſit, quam ut reus cum ſua defenſione audiatur, facere non tenetur; neque præciſe neceſſum eſt, ut terminus inrotulationis præfigatur, *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 122. p. 605. ſeq.*

28. Sententia in cauſis injuriarum lata vires rei judicatæ non nanciſcitur, ſed adhuc corrigi poteſt, elapſo jam decendio. Quodſi vero defenſio reo denegetur, ſententia ſtatim vires rei judicatæ habebit, & executioni mandari poterit, *Mencken. c. l. §. 32.*

29. Judex ſuper maledictis in principem cognoſcere nequit, ſed hæc ad ipſum principem referenda ſunt, ſecundum *l. un. C. ſi quis imper. maled. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 483.* Imo nequidem ad ſummariam reſponſionem adigendus eſt reus prius, quam de principis voluntate conſtet, *Wernher. in ſupplem. ad d. obſ. 483.* Igitur ſi judex nihilominus procedat, totus proceſſus vitio nullitatis laborat, *Wernher. in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

PROCESSUS INQUISITORIUS.

Vid. loc. *inquiſitio.*

PROCESSUS ORDINARIUS. (a)

1. Regulariter proceſſu ordinario cauſæ ſunt ven-

(a) Vid. loc. *libellus ineptus. th. 17. lit. d.* & loc. *proceſſus ſummarius. ad rubr. lit. a.*

Digitized by Google

ventilandæ, ſi ſpeciatim aliud non ſit conſtitutum aut receptum, quod ab allegante probandum venit, *Mev. p. 2. dec. 171. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 70. n. 1.*

2. Proceſſus ordinarius hoc ipſo in ſummarium mutatus haud eſſe cenſetur, quod tantum reſponſio ad libellum, Antwort, per rem judicatam injuncta, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 459.*

PROCESSUS POSSESSORIUS.

Vid. loc. *Poſſeſſorium judicium. poſſeſſorium ordinarium. poſſeſſorium ſummariiſſimum.*

PROCESSUS REASSUMTIO.

Vid. loc. *reaſſumtio proceſſus.*

PROCESSUS SUMMARIUS. (a)

1. Summarius proceſſus locum habet, quoties ſingularis favor vel ſubjecti, vel objecti, vel finis adeſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 2. p. 2.* de cauſis ſummariis vid. *Zanger. de except. p. 1. c. 1. n. 66. Carpz. proc. tit. 1. art. 1. n. 47. Martin. ad* O. P. S. *tit. 1. §. 1. n. 12.*

2. In proceſſu ſummario, licet pleraque, quæ ad proceſſum ordinarium ſpectant, negligantur, ac, ſola facti veritate inſpecta, procedatur; ſubſtantialia tamen

(a) Sed hodie in foro Saxonico, ſi excipias poſſeſſorium, diſcrimen inter proceſſum ordinarium & ſummarium ſublatum eſt, adeo, ut, ſi executive agi nequeat, ſecundum nunc præſcriptum ordinarium modum ſit procedendum, *O. P. S. R. in append. §. 1.* ita tamen, ut in cauſis opificiariis, aliisque ad politiam ſpectantibus, item ſi duo opificia de jure quodam diſceptant, ſecundum *Ord. Polit. de an. 1661. cap. 9. in fin.* proceſſus ordinarius non ſit concedendus, neque prolixitates tolerandæ, ſed in iis, perinde ut in caſibus, qui exprimuntur in *O. P. S. R. tit. 1. §. 6.* ſecundum formam *ibidem* præſcriptam, de ſimplici & plano procedatur, *O. P. S. R. in append. §. 2.*

men proceſſus a jure naturali inducta omitti non poſſunt, puta: cauſæ cognitio, citatio, qualis qualis facti narratio & petitio, ut reus deliberare poſſit, cederene velit, an contendere, neceſſariæ dilationes, terminorum aſſignationes atque exceptiones, aliqualis adverſæ partis reſponſio vel contradictio, articulorum exhibitio, & meritorum cauſæ diſputatio, probationes neceſſariæ & defenſiones legitimæ, examinatio teſtium ſub juramento, *Carpz. p. 1. c. 2. d. 17.*

3. Terminus productionis, in proceſſu ſummario, nullum fatale conſtituit: licet enim uſu fori, inprimis Saxonici, id quidem invaluit, ut teſtes & documenta, quæ in termino præfixo haud producuntur pro deſertis haberi ſoleant; attamen cum praxis hæc nulla lege ſuſtineatur, merito ſtrictiſſime explicanda, atque ad proceſſum ordinarium reſtringenda eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 294.*

4. Jure Saxonico Electorali in *reſolut. gravam. de an. 1661. §. 8.* nova quædam ſummarii proceſſus (b) ſpecies, evitandæ ſolennis demonſtrationis, abbreviandæque adeo litis gratia introducta eſt, executivo proceſſui quam proxime accedens. Nimirum, ſi actor documenta non quidem guarentigiata, ſed alia, adeo ut etiam rotuli extrajudiciales ſufficiant, *Horn. diſſert. de ſummar. proc. ad §. 8. reſolut. gravam. th. 19. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 4. lit. a. p. 453.* imo & libri mercatorii, etiamſi juramento non confirmati, adeoque ſemiplenam tantum probationem habentes, *Barth. c. l. §. 7. p. 458. Horn. d. diſſ. th. 43. & 47.* quibus in continenti omnia libelli capita doceri queant, habeat, permittitur ei, oblato in ſcriptis, cum copiis documentorum,

(b) Quid abrogatus eſt per *O. P. S. R. in append. §. 1.*

torum, libello, petere citari reum ad reſpondendum actioni & recognoſcendum documenta, *Barth. d.* §. 4. *p.* 451.

5. Sed, rotulos teſtimoniales, quamvis judiciales ſint, minus ſufficere, ut ex iisdem, ſecundum practicam §. 8. *Reſolut. Grav.* agi poſſit, niſi reus illis uſus fuerit adverſus actorem, tradit *Berger. œcon. jur. lib.* 4. *tit.* 30. *th.* 1. *not.* 3. *p.* 1161. *ſeq.*

6. Quando vel unicum libelli caput ex documentis liquidum non eſt, huic proceſſui ſummario irregulari locus non eſt, ſed libellus tanquam ineptus rejicitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 4. *obſ.* 39. *Barth. d.* §. 4. *lit. a, p.* 453.

7. Quamvis actor, cauſam ordinariam juxta *reſolut. gravam. de an.* 1661. *tit.* von Juſtitien-Sachen. §. 8. ſummariter tractans, in termino poſcat ſaltem documentorum recognitionem, non etiam reſponſionem ad propoſitam actionem: attamen ſuſtinetur libellus, nec ut ineptus rejicitur, *Rivin. ad O. P. S. tit.* 5. *en.* 39.

8. Reo in termino contumaciter emanente, ſub pœna confeſſi & convicti necnon recogniti reſponſio & documentorum recognitio cum refuſione expenſarum injungitur, *Barth. hodeg. for. c.* 2. §. 5. *p.* 453. Sin compareat & reſpondeat quidem, ſed documenta recognoſcere detrectet, vel, recognitis documentis, haud reſpondeat, prævia contumaciæ accuſatione, ad recognoſcendum ſub pœna recogniti vel ad reſpondendum ſub pœna confeſſi & convicti condemnari, & deinde denuo ad legalem terminum citari debet, *Barth. c. l.*

9. Sin rurſus emaneat vel præſens non reſpondeat, nec recognoſcat; documenta habentur pro recognitis, reusque pro confeſſo & convicto declaratur & condemnatur, *Barth. c. l.* §. 6. *p.* 455. adeo ut nequi-

Digitized by Google

dem liber mercatorius confirmatione juratoria indigeat, *Horn. diſſ. de proc. ſummar. ad §. 8. reſol. gravam. th. 43. p. 59. & th. 47. p. 66. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. p. 458.* atque exceptiones peremtorias quaſi pure confeſſus in pœnam amittat, *Barth. c. l. p. 459.* ita tamen, ut eas in reconventionis judicio vel ſeparata actione in ordinario conventionis judicio contra actorem deducere, non obſtante ei contumacia in principali judicio commiſſa, poſſit, *Barth. c. l. §. 6. p. 455.* Plane etiamſi documenta in contumaciam pro recognitis habeantur, reum tamen non ſtatim oportere condemnari, ſed ei cum exceptiones adverſus inſtrumenta tum contra demonſtrationem ſervari tradit *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 25. §. 1. p. 1965.*

10. Citationi vero quoad utrumque, annexis reſponſioni exceptionibus, ſatisfaciens non ſtatim ut confeſſus condemnatur, ſed contraria exceptionum demonſtratione ei reſervatur vel imponitur, *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 6. p. 455.* quam teſtibus vel documentis aut reſervata jurisjurandi delatione deducere poteſt, *Barth. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 335. n. 3. Berger. E. D. F. tit. 16. obſ. 1. not. 1. p. 461.* Aſt, ſi juramenti delatio non fuerit reſervata, non niſi teſtibus & documentis peragi poterit demonſtratio, *Barth. d. §. 6. lit. a. p. 455.*

11. Quamvis judex plerumque redemonſtrationi terminum Saxonicum præfigat, hoc tamen non facto, perinde ut in proceſſu ſummario regulari nullum fatale currit, ſed ad inſtantiam actoris a judice legale ſpatium ad exhibendum eam determinari debet; niſi reus ipſe dilationem ſponte petens eo ipſo terminum Saxonicum agnoverit, & ſe ei adſtrinxerit, teſte

teſte *Horn. in diſſ. de proc. ſummar. ad* §. *8. reſol. gravam. th. 49. Barth. hodeg. for. c. 2.* §. *7. p. 558.*

12. Sed terminum contrademonſtrationis currere, non, ſicuti in proceſſu ſummario in ſpecie, eoque regulari, a die inſinuatæ citationis ad procedendum ſuper demonſtratione, ſed ab eo die, quo ſententia, qua ſuper recognitione inſtrumentorum, in libellum deductorum, pronunciatur tranſiit in rem judicatam, cum citatio ad procedendum ſuper demonſtratione, eaque in libello anticipata, aut peti aut decerni non ſoleat, quamvis quo minus & peti & decerni poſſit, nihil impediat, tradit *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in addit. tit. 25.* §. *1. p. 1967.*

13. In redemonſtratione deducenda reum perinde, ut in libello formando actori licuit, rotulos extrajudiciales æque ac judiciales uſurpare, eorumque recognitionem & ad eos reſponſionem ab actore exigere poſſe, propugnat *Horn. in diſſ. de proc. ſummar. ad* §. *8. reſol. gravam. th. 20. & 21. p. 25. ſeq.*

14. Non ſemper conſultum eſt, proceſſum ſummarium ex *d.* §. *8.* inſtitui: ſiquidem actori nulla nova demonſtratio indulgetur; quippe hæc reprobatio reprobationis foret, quæ juri haudquaquam congruit. Et habet, quod ſibi imputet actor, quod replicam adverſus rei exceptiones vel non inſeruit libello, vel omnino hunc procedendi modum incautus elegit, quo omnis alia probationis ſpecies, puta: per teſtes, & delationem jusjurandi, nec non replica contra exceptiones, quatenus libello haud comprehenſa eſt, præcluditur, *Wernher. c. l. n. 4. Barth. hodeg. for. c. 2.* §. *7. p. 459.* confer. *Horn. diſſ. de proc. ſummar. ad* §. *8. reſol. gravam. th. 52. p. 75.* ubi quod male actori a nonnullis reſervata fuiſſet ſimul in ſententionando con-

Digitized by Google

contraria demonſtratio, idque, leuteratione interpoſita, a facultate Wittebergenſi correctum eſſet.

PROCURATOR.

1. Procurator non admittitur, ſed perſonalis (a) comparitio neceſſaria eſt in cauſis criminalibus, *pr. & §. 1. de public. judic. l. 1. an per alium cauſ. appell. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 198.* & in cauſis matrimonialibus, *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 3. c. 3. §. 1.* quod ipſum tamen de primo termino exaudiendum: nam deinceps, perinde ut in aliis cauſis, litem per procuratorem inſtruere & perſequi non prohibetur; *Berger. elect. proc. matrim. th. 16. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 182.*

2. Quando plures procuratores ſimpliciter, nec in ſolidum, conſtituti ſunt, non niſi conjunctim (b) in judicio admittuntur, *c. 6. de procurat. in 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 348.*

3. Quodſi vero plures procuratores in ſolidum ſunt conſtituti, unus ſine altero admittitur: ille vero, qui litem conteſtatus eſt, alterum ita excludit, ut nihil (c) quicquam deinceps valide agat, *l. 32. de procurat.*

(*a*) Confer. loc. *amicabilis compoſitio. th. 1. lit. a.*

(*b*) Imo hodie, pluribus conſtitutis procuratoribus, non neceſſe eſt, ut omnes conjunctim compareant, ſed etiam unus ex illis, ſive ſimpliciter, ſive cum clauſula: ſamt und ſonders / conſtituti fuerint, admittitur, ſecundum *O. P. S. R. tit. 7. §. 3.* ubi: Wenn die Vollmacht zweyen oder mehrern zugleich ertheilet worden, mögen ſie entweder zuſammen, oder auch einer unter ihnen allein erſcheinen, ſie ſeyn gleich in der Vollmacht ſchlechterdings oder ſamt und ſonders conſtituiret.

(*c*) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 2. lit. b.*

Digitized by Google

rat. c. 6. de procurat. in 6. Quod quidem licet hodie non obſervetur: ſed, ſi duo pluresve in ſolidum conſtituti ſunt, alter alterum haud excludit, etſi ſolus cauſam in aliquo termino tractaverit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 38.* tutius tamen eſt, ut, vitandæ litis cauſa, in mandato, in duos concepto, abſtineas verbis: *in ſolidum*; & potius utaris verbis; *conjunctim ac diviſim*, **ſamt und ſonders**; quippe quo caſu (d) unus, & uterque ſimul valide agunt, nec per unius intromiſſionem in cauſa alter excluſus cenſetur, *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 3. not. 2. p. 241. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 348. n. 5.*

4. Procurator extrajudicialis ſubſtituere poteſt, *Mev. p. 5. dec. 177. n. 4.* judicialis vero poteſtatem ſubſtituendi non habet, niſi hæc in ſpecie ipſi commiſſa, *Mev. c. l. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 11. §. 8.*

5. Mandatarius, qui citra clauſulam: *toties quoties*, poteſtatem ſubſtituendi & ſubſtitutionem revocandi accepit, non niſi ſemel utramque hanc facultatem exercere poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 51. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 242. n. 7.*

6. Procurator vi poteſtatis iterum iterumque ſubſtituendi, in mandato ſibi conceſſæ, non poteſt ſubſtituto facultatem ulterius ſubſtituendi conferre, *Wernher. d. obſ. 242.*

7. Facultas ſubſtituendi non comprehendit poteſtatem revocandi ſubſtitutionem; quin potius tali caſu procurator poſt factam ſubſtitutionem amplius in judicio valide nihil agit; cum mandatum ipſius per ſubſtitutionem extinctum, *c. 3. de procurat. in 6. Rivin. c. l. en. 55.*

8. Is, qui poteſtatem habet ſubſtituendi, facta ad certum proceſſus articulum ſubſtitutione, nihilo

(d) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 2. lit. b.*

ſecius in reliquis capitibus non ſolum ipſe progredi, ſed& alium ſubſtituere poteſt, *Berger. E.D.F. tit. 7. obſ. 3. not. 1. p. 240.*

9. Qui habet poteſtatem revocandi toties quoties, is, ducto argumento a conſequenti ad antecedens, non poteſt non ſimul habere facultatem toties quoties, ſive iterum iterumque ſubſtituendi, *Berger. c. l.*

10. Mandatarius, quamvis habeat poteſtatem ſubſtituendi, & deinceps novo mandato ſpeciatim obtineat poteſtatem renuntiandi, tamen non poteſt alium, cum eadem poteſtate renuntiandi ſubſtituere, ſed hanc in rem opus habet nova ſubſtituendi clauſula, ita, ut ei novo mandato iterum ſubſtituendi poteſtas debeat conferri. Nam clauſula ſubſtituendi, priori mandato inſerta, adſtricta eſt ad ſolos actus, eo contentos: non vero ad omiſſos, cujusmodi eſt actus renunciationis, producenda, *Berger. c. l.*

11. Non neceſſe eſt, ut mandatario poteſtas conferatur, alteri concedendi facultatem renunciandi, ſed ſufficit ſola ſubſtituendi clauſula, quæ non minus ad actus ſpeciales, quam ad generales, mandato contentos profertur, *Berger. c. l.*

12. Quando ſubſtitutus procuratoris aliquid in judicio neglexit, non ſtatim procurator conveniri poteſt, ſed ſubſtitutus ante omnia excutiendus eſt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 190.*

PRODIGUS.

1. Quamvis revera aliquis prodigus ſit, niſi tamen publice pro tali a magiſtratu declaratus fuerit, valide ſe obligat, *l. 10. de curat. furioſ. l. 12. de tutor. & curat. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 38. def. un. n. 5. Wernb. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 179.*

PRO-

PRODUCTIO DOCUMENTORUM.

Vid. loc. *inſtrumentorum productio.*

PRODUCTIO TESTIUM.

Vid. loc. *teſtium productio.*

PROMISSIO. PROMISSOR.

1. Promiſſio, indefinite concepta, ad certi quid præſtandum non obligat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 380. n. 7.*

2. Si quis alicui rem promiſerit ſimpliciter, deinde vero rurſus alii jurato promittat, promiſſio poſterior non præjudicat priori: quandoquidem promiſſor priori ad rem tradendam, poſteriori vero ad intereſſe præſtandum obligatus eſt, *Ziegler. ad Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 13. §. 8. verb. ad omnino impoſſibilia. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 166.*

3. Ex promiſſione certarum præſtationum annuarum, etſi ex certo fundo, tantum jus perſonale oritur; ut itaque eo nomine novus emtor illius fundi non teneatur, & ne tum quidem, ſi ea conditione prædium veneat, qua habuit venditor, *l. ult. ff. 1. de contrab. emt.* tales enim præſtationes perſonales fundum nequaquam afficiunt, nec ſine lege tacita hypotheca temere fingi debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 97.* add. *Brunnem. ad l. ult, de contrab. emt. n. 2. ſeq.*

PROPRICIDIUM.

1. Qui ſine animo fraudulento, ex furore potius, melancholia, vel alia animi impotentia, ſibi mortem conſciverunt, non plectuntur, ſed in margine coemeterii, temperatis ceremoniis, ſepeliuntur, *Berger. jurispr. crimin. p. 97. & part. 2. ſupplem. obſ. 104. Stryck. uſ. mod. tit. de bon. eor. qui ant. ſentent. §. 2.*

add. *Heig. p. 2. qu. 36. n. 74.* maritus autem, qui uxorem ſuſpenſam vinculis ſubito ſolvit, pœna immunis eſt, *Berger. d. obſ. 204.* add. *Stryck. c. l.*

2. Qui vero extra caſum melancholiæ, conſcientia ſceleris, tædio vitæ, & quæ ſunt ſimilia, ſe ipſum interfecit, illi ſepultura honeſta denegatur, & cadaver per feneſtras ejectum, vel ſub domus limine extractum a carnifice in loco infami & cadaveribus deſtinato, vel ſub patibulo defoditur, *Carpz. pract. crimin. qu. 2. n. 30. Berger. c. l. Stryck. c. l.*

3. Male tamen carnifices omnia eo in loco, ubi propricidium commiſſum, quæ ipſi ſtantes juxta cadaver infra, ſupra, ſurſum ac deorſum in circumferentia gladio tangere poſſunt, ſibi ceu lucrum aliquod certiſſimum vindicant: cum enim conſuetudo hæc ſit irrationabilis, & ſæpe cum præjudicio tertii innocentis conjuncta, cujus res in eo loco forſan deprehenduntur, hinc carnificibus hoc nequaquam concedendum, *Stryck. uſ. mod. tit. de bon. eor. qui ante ſent. §. 2. Carpz. c. l. n. 32.*

4. Si reus, de crimine quopiam capitali confeſſus vel convictus, ex conſcientia delicti patrati ſe ipſum interfecerit, & executionem ſupplicii prævenerit, dubitandum non eſt, quin ejusdem cadaver, ſuſpendi, rotæ affigi vel comburi queat, *Heig. p. 2. qu. 37. n. 32. Carpz. pract. crimin. qu. 131. n. 48.*

5. In dubio, licet quis in carcere mortuus deprehendatur, non præſumitur ſibi mortem intuliſſe, ſed eum potius naturaliter mortuum eſſe, præcipue, ſi manifeſta ſigna non adſunt; Sicut & in dubio illi, qui extra carcerem ſibi manus inferunt, magis ex melancholia, quam ex propoſito manus ſibi intuliſſe cenſentur, *Heig. p. 2. qu. 36. n. 34. Stryck. c. l. §. 1.*

6. Eo

Digitized by Google

6. Eo caſu, quo quis autochiriam attentavit, eam tamen perficere non potuit, impeditus forſan, ille, ſi tædio vitæ, impatientia doloris aut ex furore, vel malancholia vulnus ſibi intulit, nulla pœna affici poteſt, ſed miniſtris eccleſiæ, aliisque piis Chriſtianis committi debet, qui ipſum ab ulteriori attentato dehortentur, *Carpz. pract. crimin. qu. 2. n. 38. ſeq. Stryck. c. l.* §. *3.* ſin vero manus propterea intulit, quia ſpe alieni lucri fruſtratus fuit, & propter alias ſimiles cauſas, tunc pœna arbitraria, carceris, relegationis interdum fuſtigationis locum habet, *Carpz. c. l. n. 41. Stryck. c. l.*

PROTESTATIO.

1. Proteſtationis ea vis eſt, ut agentis jus illæſum conſervet, atque in tuto collocet, efficiatque, ne ex actu illo, cui adjicitur aliquod damnum ad proteſtantem redundet, *l. 8. §. 6. de oper. nov. nunciat. l. 20. de acquir. heredit. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 51. n. 1. Carpz. p. 1. c. 17. d. 16. n. 6.*

2. Proteſtatio, in aliqua cauſa interpoſita, ad aliam cauſam extendi non poteſt, *l. at ſi quis.* §. *plerique. de religios.*

3. Proteſtatio, quæ facto contraria eſt, proteſtanti nihil prodeſt, *Gail. lib. 1. obſ. 73. n. 7.*

4. Proteſtatio novi juris nihil acquirit, ſed vetus tantum conſervat, *Weſenbec. conſil. 49. n. 27.*

5. Proteſtatio: *ſalva judicis reverentia*, in remediis leuterationis & appellationis neceſſaria non eſt, nec excuſat, ſi quis judicem injuriis laceſſat, vid. *Suendend. ad Fibig. p. 818. Barth. hodeg. for. c. 1.* §. *75. lit. g. p. 334.*

PROTIMISEOS SEU RETRACTUS JUS.

1. Jus protimiſeos, der Vorkauff, das Einſtands-

ſtands-Recht, item die Nähergeltung differt quidem a jure retractus, den Wiederkauff, Rück- und Näher-Kauff, dum illud denotat facultatem, venditionem adhuc perficiendam, oblato eodem pretio, quod tertius ſolvere paratus erat, impediendi; hoc vero tribuit facultatem, venditionem perfectam reſcindendi. Sæpius tamen utrumque confunditur, & unum pro altero capitur: nam cui datur jus protimiſeos, iidem etiam regulariter conceditur jus retrahendi, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 1. §. 3. Hahn. ad Weſenbec. tit. de reſcind. vendit. verb. retractu. Ludovic. uſ. pract. diſtinct. juridic. lib. 18. tit. 1. diſt. 10.*

2. Jus protimiſeos ſive retractus jure civili prorſus abrogatum eſt, *l. 14. C. de contrab. emt. Carpz. p. 2. c. 31. d. 1.* adeoque nec hodie locum habet, niſi iis in locis, ubi ſpeciali ſtatuto vel conſuetudine introductum eſt, *Carpz. d. c. d. 2.* add. *Mev. p. 2. dec. 251. n. 2. 3.* confer. vero *Stryck. e. l. §. 9.* ubi, quod non omnis retractus jure juſtinianeo exterminatus, isque hodie tantummodo conſuetudinarius ſit. Nam juxta *l. 16. de reb. autor. judic. poſſid.* agnatus, qua ſimul creditor eſt, in venditione ſub haſta extraneo præfertur, *Stryck. c. l. §. 10. Carpz. dec. 54. n. 10. Brunnem. de concurſ. credit. c. 7. §. 11.* quo jure quilibet creditor præ extraneo gaudet, *d. l. 16. Bergèr. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 11. p. 658.* Jure vero Saxonico Electorali illud jus protimiſeos, quod competit jure crediti, exulare, teſtatur *Berger. c. l. not. 1. p. 659.* Deinde jus protimiſeos adhuc jure communi viget in fundo emphyteutico, *l. fin. C. de jur. emphyt. Stryck. c. l. Carpz. p. 2. c. 31. d. 6.* confer loc. *emphyteuſis. th. 14.* Porro juxta *l. un. C. non lic. habitat. metroc. ſua loc.* etiam hodie, ſi civis ruſtico vicini pagi aut civi vicinæ civitatis prædium venderet, pate-

patebit cuilibet civi ejusdem cum venditore civitatis jus retractus, *Stryck. c. l.* §. *10. & 11.* add. *Brunnem. de jur. peregrin. membr. 2.* §. *28. Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 659.* Denique fiſco principis jus protimiſeos tribuitur in metallis diſtrahendis, *l. 1. C. de metallar. Stryck. c. l. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 19.* §. *8. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 10. not. 4. p. 657.*

3. Hæc ſunt retractuum exempla, quæ jus commune a *l. 14. C. de contrah. emt.* exemit. Reliqua ex locorum moribus invaluerunt; inde non iisdem regulis ubique cenſentur, ſed præprimis inveſtigandum & ſequendum eſt, quod in unoquoque loco obſervatur, idque petendum ex ſtatuto & conſuetudine locali, cujus obſervantia varia non ſolum per provincias, ſed & per civitates eſt, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 1.* §. *14.* add. *Mev. p. 2. dec. 251.* Quicunque igitur ex alio capite protimiſin prætendit, neceſſe habet, ut ſpeciale ſtatutum illic loci introductum, moresque deſuper præciſe receptos doceat, *Stryck. c. l.*

4. Qui ex jure vicinitatis retrahere cupit, ſtatutum tenetur allegare & probare, *Richter. dec. 76. n. 87. Stryck. c. l.* §. *16. Berger. œcon. jur. lib. 3. c. 5. th. 11. not. 2. p. 659.* Sic in provinciis Thuringiæ viget ſtatutum, quod ſi de agro, alias individuo, pars ejus, cum conſenſu ſuperioris, alienetur in Titium emtorem, ut deinceps, ſi eandem partem ulterius vendi contigerit, jus retractus competat ei, cujus prædio quondam unita fuit; quod jus vulgo ſolet appellari jus congrui, das Geſpielde, *Coler. p. 2. dec. 229. Carpz. p. 2. c. 31. d. 3.* & competit etiam ei, qui partem fundi poſſidet bona fide, quamvis ejusdem verus dominus non ſit, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 659.*

5. Communis & indiviſa alicujus rei poſſeſſio non tri-

tribuit jus protimiſeos, *Carpz. d. c. d. 22. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 6.* §. *17.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 12. not. 1. p. 660.* Dantur tamen caſus excepti, quibus etiam jure communi ſocio licentiam retrahendi non adimendam eſſe, volunt Dd. Nimirum, ſi venditor ſocius extraneo rem vendat ad ſolam æmulationem, damnumque ſocii, *Sichard. ad tit. C. de rer. commun. alienat. n. 2. Mev. p. 7. dec. 44. Stryck. c. l.* ſi alter ſocius in re communi majorem partem habeat, *Stryck c. l.* item ſi res communis ſit individua, *Struv. dec. ſabbath. c. 18. dec. 12.* ubi: ſocius, etiam minorem partem habens, præfertur extraneo emtori, *Stryck. c. l.*

6. Si plures coheredes domum; prædiumve aliud paternum commune poſſideant, illudque extraneo cuipiam vendant, unus ex coheredibus idem pretium offerendo jus protimiſeos exercere poteſt, *Carpz. p. 2. c. 31. d. 4. Berger. œcon. jur. c. l.* diſſentit *Berger. dec. 160.*

7. Conſuetudine hiſce in provinciis introductum eſſe, ut, ſi creditor, pecuniam, particulariter ſive diſtinctis terminis ex fundo aut domo aliqua ſibi ſolvendam, pro parata pecunia vendere velit, poſſeſſor iſtius fundi ſive domus, ceu debitor pecuniarum illarum jure protimiſeos præferatur, teſtatur *Carpz. p. 2. c. 31. d. 5.*

8. Retractum, ob dominium directum, in bonis etiam cenſiticis locum habere, tradit *Berger. E. D. F. tit. 40. p. 1326. & part. 2. ſupplem. tit. 40. §. 18. p. 811.* diſſentiunt, & in bonis cenſiticis jus protimiſeos dari, negant *Carpz. d. c. d. 7. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. differt. 6. c. 2. §. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 428.* niſi vel pacto, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliud introductum, *Stryck. c. l. Wernher. c. l. n. 3.* vel juſta

ſubſit-

ſubſit cauſa renuendi ſubditum, *Carpz. c. l. n. 6. Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 13.*

9. In pleriſque Germaniæ locis retractum conſanguinitatis iterum receptum eſſe, teſtantur *Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 1. Brunnem. ad l. 14. C. de contrah. emt. n. 3.* de quo latius differentem vide *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 2. §. 20. ſequ.* Jure autem Saxonico tantummodo liberis jus protimiſeos competit in bonis avitis, adeo ut ab eo omnes alii canſanguinei arceantur, *Conſtit. Elect. Sax. 31. p. 2. ibique Carpz. d. 10. & 11.* niſi aliud ſpeciali alicujus loci ſtatuto vel conſuetudine introductum eſſe doceatur, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2.*

10. Ab hoc retractu gentilitio liberi impuberes, iique pauperes, qui propria bona non habent, non ſunt excluſi in Saxonia Electorali, *Berger. dec. 217. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 258.* cum aliunde pecuniam mutuo poſſint ſumere, *Hartm. Piſtor. lib. 2. qu. 131. n. 20.* add. *Stryck. c. l. c. 1. §. 14. & 15. item. c. 2. §. 24.* ubi in fine habet, quod pater ipſe, ſua pecunia, ſed tamen nomine filii, retrahere poſſit.

11. Ille, qui tempore venditionis nondum conceptus, ſed poſtea conceptus naſcitur, jus retractus exercere non poteſt, *Berger. d. dec. 217. n. 11.* add. omnino *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 3. §. 40.*

12. Si plures liberi concurrant, tunc omnes conjunctim ad retrahendum erunt admittendi, *Matth. de Afflict. de jur. protimiſ. §. 1. n. 64.* & ſi res dividi commode nequeat, præfertur ille, qui prius provocavit, vel, ſi ſimul provocaverint, res ſorte eſt dirimenda, *Carpz. p. 2. c. 31. d. 10. n. 5. ſeq. Matth. de Afflict. c. l. §. 63.* confer. *Stryck. c. l. §. 32.*

13. Uno ex liberis recuſante retractum, ejus portio

portio reliquis accreſcit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. not. 2. p. 662. Berlich. p. 2. concl. 39. n. 36.* confer. autem *Stryck. c. l. §. 34.*

14. Ad effectum jus protimiſeos exercendi, illa etiam bona, pro avitis habentur, quæ a liberorum redimentium avo provenerunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 151.* Verum bona avita, juri protimiſeos ſubjecta, dici ſolummodo ea, quæ a parentum avis, liberorumque proavis & ulterioribus parentibus proveniunt, tradit *Carpz. p. 2. c. 31. d. 14.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. not. 1. p. 661.* in quem modum quoque reſponderunt Dni Wittenbergenſes apud *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 151.*

15. Pluribus bonis uno pretio venditis, ſub quibus etiam avita continentur, horum intuitu ſeorſim jus retractus exerceri nequit, *Struv juriſprud. for. lib. 3. tit. 11. §. 34. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 222.* confer. *Berlich. d. concl. 39. n. 74.* Verum ſola avita bona, prætermiſſis reliquis, retrahi poſſe, docent *Rennem. juriſpr. Rom. Germ. membr. 3. diſp. 33. th. 20. Richter. dec. 76. n. 47. Berger. c. l. not. 5. p. 663.*

16. Liberi bona avita, a parentibus alienata, non niſi ante traditionem judicialiter factam, reſtituto venditionis pretio, redimere poſſunt, *Conſtit. Elect. Sax. 31. p. 2. ibique Carpz. d. 10. n. 1. & d. 12. n. 1.* poſt factam judicialem reſignationem & traditionem res non amplius eſt integra, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. p. 664.*

17. Nondum vero facta traditione judiciali, poſt annum etiam a tempore venditionis effluxum, bona avita a liberis revocari poſſunt, *Carpz. d. def. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 264.* Nec ſola traditio

extra-

Digitized by Google

extrajudicialis hoc jus protimiſeos linearium impedit, *Carpz. d. c. 31. d. 13. Wernher. c. l.*

18. In ſola venditione, non etiam in permutatione, transactione aliove coutractu jus protimiſeos in bonis avitis locum habet, *Carpz. d. c. d. 16. 17. Berlich. p. 2. concl. 39. n. 50. ſeq.* Nec de bonis avitis teſtari prohibentur parentes, *Carpz. d. c. d. 15.*

19. Jus retractus ſeu protimiſeos, quod liberis competit ceſſare, ſi uni ex familia bonum avitum ſit venditum, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 153.*

20. Liberos in ditionibus Electoris Saxoniæ ad jus protimiſeos, ſi bona avita publice ſub haſta vendantur, admitti negat *Berlich. d. concl. 39. n. 60.* Quod quidem conceditur facta jam adjudicatione & addictione bonorum ſub haſta venditorum: e contra ante adjudicationem omnino etiam in ſubhaſtationibus retractui (a) locus datur, *Carpz. p. 2. c. 31. d. 18. Philippi de ſubhaſt. c. 4. comm. 12. Berger. dec. 162.* Etiam poſt adjudicationem jus protimiſeos exerceri poteſt, ſi hæc provenerit ex vitioſa ſubhaſtatione, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 54.*

21. Jus retractus ſalvum manet atque illæſum, dumne fatalia ejusdem præterierint: etiamſi poſt ela-

(a) Confer. *O. P. S. R tit. 40. §. 3.* ubi: Es bleibet aber auch denen Mit-Belehnten biß zum termino licitationis frey, die Lehns-Schulden zu tilgen, und dadurch die adjudication des Lehns zu verhindern, dahingegen wenn daſſelbe einmahl ſub haſta würcklich erſtanden worden, die Mit-Belehnte, ſo in eine oder andere Schuld conſentiret, weder das jus retractus, noch das jus protimiſeos, als welches letztere auch in dieſem Fall des Schuldners Söhnen und Deſcendenten, wenn es gleich ein bonum avitum wäre, nicht zuſtehen ſoll, daran exerciren mögen.

elapſum ſubhaſtationis tempus licitator in promptu habeat pretium, idemque tum temporis ſtatim ſolvere retracturus nequeat. Nec integrum eſt licitanti, poſt ſubhaſtationem rite peractam, ad jus retractus, quo tertius gaudet, intervertendum pluris licitari, *Berger. E. D. F. tit. 40. obſ. 5. p. 1273.*

22. Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, extraneo cedi nequit, *Berlich. p. 2. concl. 39. n. 47. Carpz. d. c. d. 19.* Et in genere jus retractus ex conſanguinitate cedi non poteſt, *Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 47. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 6. c. 2. §. 37.* niſi cognato, qui, ſublato cedente, alias proximus fuiſſet, *Berlich. c. l.* add. *Brunnem. de ceſſ. act. c. 4. n. 32. Stryck. c. l. §. 36.*

23. Cognatus proximus, cui ex ſtatuto vel conſuetudine jus retractus competit, ſi facta denunciatione renunciet juri protimiſeos, aut dicat, *ſe emere nolle*, ad retrahendum alterius non admittitur, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* quamvis cognatum verbis: *ſe emere nolle*, jus retractus a ſe non abdicare, exiſtimet *Berlich. p. 2. concl. 40. n. 48.*

24. Si præſens ſit conſanguineus venditioni, tanquam teſtis vel notarius, etſi ei non contradicat, vel de jure ſuo proteſtetur, ſibi tamen non præjudicat, quin jure retractus, quod ex loci ſtatuto vel conſuetudine habet, etiamnum uti poteſt, *Carpz. d. def. 1. n. 1.*

25. Retractus gentilitius requirit bona immobilia, *Reinking. de retract. linear. qu. 3. n. 105. ſeq. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 1. §. 20.* inſuper & avita illa immobilia eſſe debent, juxta *Mev. p. 2. dec. 254. Richter. dec. 76. n. 39. Struv. ex. 23. th. 60.* adeoque hic retractus in re, quam collateralis primus compara-

paravit, non obtinet, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. not. 2. p. 662.*

26. Verum enim vero verba ſtatuti ubivis locorum & conſuetudinis repetitum uſum eſſe indagandum, &, ſi hæc de bonis in genere loquantur, retractum valere tam in bonis avitis quam noviter quæſitis, cum *Reinking. c. l. n. 10. & 34.* docet *Stryck. c. l. §. 23.* compara *Berger. p. 2. R. 171. n. 1.* ubi: retractus gentilitius jure Germanico obtinet, ſine diſcrimine bonorum, itemque in linea collaterali.

27. Si conſanguineus rem retractam iterum extraneo vendat, venditor antiquus retrahere poteſt: quoniam noviſſima venditio hic inſpicienda erit, *Reinking. de retract. gentilit. qu. 2. n. 367. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 2. n. 22.*

28. Ubi retractus gentilitius in linea collaterali eſt receptus, ibi liberis quoque competit facultas, bona ad aſcendentibus alienata revocandi, adeo ut filius proprio jure admittatur ad retrahendum, ſive heres patris alienantis fiat, ſive minus, *Berger. p. 2. R. 171. n. 2. 3. Stryck. c. l. §. 23.* imo etiam vivo adhuc patre, *Stryck. c. l.* ubi diſſentientes citat.

29. Si pater ſe obligavit in caſum retractus, & promiſit rem a nemine retrahendam, filio non licere retrahere, volunt *Mangil. de evict. qu. 138. n. 19. Zœſ. de retract. n. 53.* niſi paterna hereditate abſtinere malit, *Reinking. d. qu. 2. n. 61. & 506.* Sed adhuc retractui eſſe locum, ita tamen ut filius, qua heres patris, emtori ad intereſſe teneatur, exiſtimat *Stryck. c. l. §. 25.*

30. Proximus agnatus jure protimiſeos intra annum uti debet: poſtea vero non auditur, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2. ibique Carpz. d. 2. & 5.* etiam extra Saxoniam, *Mynſinger. cent. 4. obſ. 51. n. 4. 5. 7. Gail. lib.*

2. obſ. 19. n. 11. Reinking. de retract. gentilit. qu. 7. n. 1. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. not. 9. p. 664. add. *Brunnem. ad l. 14. C. de contrah. emt. n. 7.* quamvis non improbabilem eſſe eorum opinionem, qui, jus retractus gentilitii non niſi 30. annis extingui, ſtatuunt, opinetur *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 4. §. 46.*

31. Currere incipit annus, ad retrahendum indultus, non a tempore traditionis, uti volunt *Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 17. Berlich. p. 2. concl. 40. n. 28.* ſed a tempore venditionis, *Carpz. p. 2. c. 32. d. 3. Berger. E. D. F. tit. 40. obſ. 4. not. 4. p. 1270. Stryck. c. l. c. 3. §. 5.* qui annus civilis, non ſaxonicus eſt; *Carpz. d. c. d. 4.* diſſentit *Berlich. dec. 115.* & utilis eſt ratione initii, continuus vero ratione curſus, ita, ut præſtructa ſcientia, ſtatim currat a tempore contractæ emtionis venditionis; *Berger. œcon. jur. c. l.* adeoque nec abſenti nec ignoranti currit, *Carpz. c. l. d. 6.*

32. Actio ex retractu legali eſt in rem ſcripta, *Hahn. ad Weſenbec. tit. de reſcind. vendit. verb. retract.* & non ſolum datur contra emtorem, ejusve heredes, ſed & contra tertium poſſeſſorem, ſi res jamdum fuit tradita, *Berlich. p. 2. concl. 40. n. 100. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 4. §. 5.* ac cum nullitatis querela ſubalternative cumulari poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 13. not. 11. p. 665.*

33. Denique jus protimiſeos concedi poteſt non ſolum ultima voluntate, *Carpz. p. 2. c. 32. d. 9. n. 1. Stryck. c. l. c. 1. §. 13.* ſed etiam pacto, *l. 122. §. coheredes de V. O. Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 3. Carpz. p. 2. c. 31. d. 9.* quod non ſolum in emtione venditione, ſed & in aliis contractibus fieri poteſt; imo etiam in locatione conductione, ut ſcil. conductor prælationem in caſum,

ſum, ſi finito termino locationis, dominus alteri rem locare velit, habeat, *Mev. p. 7. dec. 205. Stryck. d. c. 1. §. 7.*

34. Jus retractus, præſertim ex ſpeciali conventione, quæſitum, ſtricte ſemper interpretandum, neque ultra caſus, quorum mentio expreſſe facta, extendendum, *Mod. Piſtor. p. 2. qu. 93. Berlich. dec. 95. n. 8.* Quocirca, ſi de venditione verba pacti aut ultimæ voluntatis concepta ſint, retractui in donatione, permutatione, vel alienatione teſtamento facta locus non erit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 298. n. 2. Carpz. p. 2. c. 32. d. 14. 16.* niſi ab una parte, cum re permutata, ſimul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit, *Carpz. d. c. d. 15.*

35. Et jus protimiſeos conventionale locum non habet in diviſionibus, *Carpz. d. c. d. 18.* ac in caſum ſucceſſionis ab inteſtato, *Carpz. d. c. d. 17.* nec impedit, quo minus emtor liberis ſuis rem juri retractus ſubjectam vendere queat, *Carpz. d. c. d. 19.*

36. Aſt jus protimiſeos, in caſum venditionis reſervatum, ſeu pacto acquiſitum, vel legatum, obtinet quoque in datione in ſolutum, cum locum venditionis obtinet, vel potius ipſa venditio eſſe intelligitur, *Wernher. d. obſ. 298. n. 3.* add. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 1. §. 20.*

37. De forma & natura juris protimiſeos eſt, ut tantum ſit annexum emtionis venditionis, *Roſenth. de feud. c. 9. concl. 86. n. 2. ſeq. Stryk. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 1. §. 27.* Et in nullo alio contractu huic juri locus eſt, quam ubi certa pretii quantitas vel in pecunia vel in ſpecie æſtimata datur, *Tuſch. pract. concl. 583. n. 17. lit. J. Sande lib. 3. tit. 5. def. 4. in addit.*

38. Sed non eadem per omnia deciſio obtinet in retractu conventionali, potius hic verba paciſcentium ſunt ponderanda, &, pro eorum ampliatione & reſtrictione, vel licebit, vel non licebit retrahere. Si enim aliquis retractum reſervaverit in caſum alienationis cujuscunque, quod facere omnino poteſt, tunc nihil prohibet, quo minus in teſtamento alienata retrahere poſſit ille, qui eo pacto ſibi proſpexit, cum juxta. *l. 9. §. 2. C. de ſec. nupt. l. 69. ff. de legat. 2.* alienationis verbum & heredis inſtitutionem & legatum complectitur, *Stryck. c. l. §. 29.*

39. Retractui conventionali etiam in venditione ſub haſta locus eſt, ita quidem, ut idem ille, elapſo tempore ſubhaſtationis ante adjudicationem; utpote quæ loco eſt traditionis, exerceri poſſit, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 3. Horn. cl. 13. R. 7. p. 972. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 14. not. 4. p. 667.* diſſentiunt *Philipp. de ſubhaſt. c. 4. comm. 12. n. 27. Svendend. ad Fibig. p. 1061.* vid. *Barth. diſſenſ. 90.* add. *th. 20. hic.*

40. Jus protimiſeos conventionale extraneo cedi poteſt. *Carpz. p. 2. c. 32. d. 20.* niſi ad ſolum paciſcentem jus retrahendi fuerit reſtrictum, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 2. §. 6.*

41. Jus protimiſeos conventionale cum perſona contrahentium non extinguitur, ſed ad heredes tranſit, tam teſtamentarios, quam ab inteſtato, *Carpz. d. c. 32. d. 21. Stryck. c. l. §. 3.* niſi pacto particula taxativa: *tantum*, ſimilisve inſerta fuerit, *Stryck. c. l. §. 4.* Nec heres admittendus erit, ſi conventum ſit cum hac clauſula: *ſi paciſcens voluerit, petierit, Stryck. c. l. §. 5.* ſecus ſi dictum fuerit; *cum voluerit, Stryck. c. l.*

42. Licet pactum juris protimiſeos non ſolum per-

perſonam emtoris reſpiciat, ſed & ejusdem heredes omnes complectatur, *Carpz. d. def. 21. n. 1.* attamen ad maritum aliamve perſonam, cui ex ſtatuto certa bonorum portio defertur, hoc trahi non debet, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 3. n. 6.* Quare ſi vidua, defuncto marito, ex ejusdem bonis fundum, retractui conventionali ſubjectum, jure portionis ſtatutariæ conſecuta fuerit, pacto illi juris protimiſeos haudquaquam eſt obſtricta, ſed pro lubitu, quando, & cui voluerit, fundum vendere poteſt, *Carpz. d. c. d. 22.*

43. Jus protimiſeos individuum habetur, & ab herede pro parte in ſolidum exerceri poteſt, *Reinking. de retract. conſanguin. qu. 2. n. 84. Horn. cl. 11. R. 18. n. 3.* confer. vero *Stryck. d. ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 6. c. 3. §. 30. ſeq.*

44. Jus protimiſeos conventionale evaneſcit, quando quis rei, juri protimiſeos ſubjectæ, factus eſt dominus in ſolidum: ſi vero pro parte dominium acquiſitum, jus hoc ſupermanet in reliquis partibus, *Horn. d. R. 18. n. 1. 2.*

45. Venditori liberum non eſt, a venditione ſemel inita recedere, ſi videat, alium jure protimiſeos uti velle, *Sande lib. 3. tit. 5. def. 6.*

46. Pactum juris protimiſeos obligat quidem venditorem bonorum, ad denunciationem faciendam ei, cui jus retractus ex pacto eſt acquiſitum, an bona emere velit, necne: attamen ſi, omiſſa denunciatione, venditor contra pactum bona tertio cuidam vendiderit atque tradiderit, contra tertium illum poſſeſſorem non datur actio ad rem retrahendam, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2. ibique Carpz. d. 8. Gail. lib. 2. obſ. 16. n. 4. Mev. p. 6. dec. 145. n. 1. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 6. c. 4. §. 1.* etiamſi contrahentes ex-

preſſe prohibuerint, ne res alienaretur, *Gail. d. obſ. 16. n. 6. Stryck. c. l.* Datur tamen actio ad intereſſe contra venditorem, *d. c. 32. ibique Carpz. d. 8. n. 8. Mynſinger. cent. 6. obſ. 69. Stryck. c. l. §. 2.*

47. Neque is, cui jus protimiſeos ex diſpoſitione teſtatoris competit, bona alienata revocare, ſed ſolummodo adverſus heredem ad intereſſe agere poteſt, *Carpz. d. c. d. 9.* Plane ex retractu teſtamentario competere actionem in rem, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 14. not. 1. p. 666.*

48. Aliter autem res ſeſe habet in caſu nondum factæ traditionis. Etenim quia tum poſſeſſio etiamnum penes venditorem eſt, adverſus eum ex jure protimiſeos ad complementum promiſſionis & venditionem faciendam agi poterit, *Carpz. p. 2. c. 32. d. 10.*

49. Imo etiam contra emtorem, ceu tertium poſſeſſorem, ex jure protimiſeos conventionali agere licet, 1) ſi ejus intuitu conſtituta ſit hypotheca judicialis, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2. ibique Carpz. d. 11. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſ. 6. c. 4. §. 3. Berger. c. l.* 2) ſi emtor pactum illud ſciverit, fraudisque particeps fuerit, *Carpz. d. c. d. 12. Mev. p. 5. dec. 28. Stryck. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 425.* (diſſentit *Struv. ex. 23. th. 48.*) imo quamvis non fuerit in mala fide, ſed v. c. a venditore falſo perſuaſus, emtorem juri ſuo renunciaſſe, rem compararit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 14. not. 1. p. 666.* idque, ob paritatem rationis, ad tertium emtorem, atque ulteriores poſſeſſores, ejusmodi pacti conſcios, profertur, *Berger. œcon. jur. c. l.* 3) Si pactum hoc protimiſeos ineatur, adjecta lege commiſſoria, ita ut, quo caſu res in tertium ſine prævia denunciatione fuerit alienata,

ta, ſit inemta, ſeu contractus ſit ipſo jure nullus, *Coler. dec. 15. n. 52. Stryck. c. l.*

50. Juri retractus ex pacto alicui competenti, quamdiu res non venditur, nullo unquam tempore præſcribitur. Ad vendita re, ſive ad revocationem agatur, iis ſcil. caſibus, ubi hoc permiſſum eſt, ſive ſaltem ad intereſſe, eidem juri præſcribitur demum 30. annis, anno & die, *Conſtit. Elect. Sax. 32. p. 2. ibique Carpz. d. 13.* id quod etiam de retractu teſtamentario aſſerendum, *Berger. c. l. not. 3. p. 667.*

51. Antequam retrahenti res tradatur, refundere tenetur pretium, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 4. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 6. c. 4. §. 16.* idque non ſolum juſtum, ſed & majus, tale ſcil. de quo inter emtorem & venditorem convenit, & quidem eadem ratione, iisdemque terminis, quibus ab emtore promiſſum aut præſtitum, *Conſtit. Elect. Sax. 33. p. 2. ibique Carpz. d. 1. & 7. Stryck. c. l. §. 16. 17. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 165. & p. 10. obſ. 306.*

52. Excipe: niſi 1) illud majus pretium ſit ſimulatum & fraudulentum, ubi per juramentum veritas extorqueri poteſt, *Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 10. Carpz. d. c. d. 2. Stryck. c. l. §. 18.* 2) pacto juris protimiſeos de certo pretio conventum, *d. c. 33. ibique Carpz. d. 3. n. 1.* Aſt in concurſu creditorum res ſubjecta retractui, quanti plurimi valet, ſub haſta vendi debet, licet de pretio certo in pacto retractus conventum fuerit, *Carpz. d. def. 3. n. 3. ſeq.* niſi per illud pactum fideicommiſſum familiæ ſimul conſtitutum, *Horn. cl. 16. R. 6.*

53. Retrahens reſtituere non tenetur pretii augmentum, quod perfectæ jam venditioni acceſſit, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 5.* confer. omnino *Stryck. de ſucceſſ.*

Digitized by Google

ab inteſt. diſſert. 6. c. 4. §. 21. Et, ſi emtor rem ſibi venditam rurſus alii, ſed longe pluris, vendat, retrahens non pretium illud majus ſecundæ venditionis, ſed quod in prima venditione ſolutum fuit, reſtituit, *Berlich. p. 2. concl. 41. n. 23. Carpz. d. c. d. 6. n. 2. ſeq.* id quod quoque reſtituendum eſt quarto poſſeſſori, licet is ex caſu lucrativa rem teneat, *Carpz. d. def. 6. n. 6.*

54. Non ſolum autem pretium retrahens emtori reſtituere tenetur, ſed quoque impenſas meliorationis *neceſſarias*, non etiam *utiles* ac modicas ad conſervationem ædificiorum factas, *Carpz. p. 2. c. 32. d. 7.* imo & utiles *Stryck. c. l. §. 29.* atque inſuper laudemium, omneque id, quod emtionis cauſa erogatum, veluti: ſumtus bibales moderatos, & in inſtrumentum venditionis conficiendum erogatos, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 8. Stryck. c. l. 25. 26.*

55. Si impuberes adſint, quibus jus retrahendi competit, tutor eorum adigi poteſt, ut ſe declaret, an jure retractus uti velit, nec impuberum majorennitas expectanda eſt, *Berger. dec. 218.*

56. Si ſententia alicui reſervetur jus protimiſeos, atque eo nomine alteri ſecuritatis præſtatio injungatur, non ſufficit, ſcripturam a reo eſſe actori traditam, qua is promittit, jus protimiſeos, ſed requiritur, ut hypotheca realiter ejus rei cauſa conſtituatur: cum vocabulum ſecuritatis, Verſicherung, in ſententia poſitum indicat hypothecam, *Berger. dec. 127.*

PROTOCOLLUM.

1. Protocollis notariorum tribuitur plena fides, *Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 5. c. 7. n. 9.* Et cum notariis ea contingat, quanto magis iis debetur, qui judi-

judiciis præficiuntur, & in his publicum munus gerunt, *Mev. p. 1. dec. 119. n. 2.* Protocolla enim judicialia fidem actorum judicialium, ideoque plenam fidem faciunt inter partes, quoad ea, quæ ad protocollum dictantur, *Ruland. d. lib. 5. c. 6. n. 2. in fin.*

2. At ita demum eam autoritatem obtinet protocollum, ſi rite confectum, non cancellatum, nec defectuoſum, aut imperfectum, *Mev. d. dec. 119. n. 4. 5.* Nam protocolli non rite confecti nulla fides eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. def. 21.* Et protocollum mancum & imperfectum, ſeu qua ſolennitatem, ſeu qua partium voluntatem, fidem amittit, præſertim in omiſſis ſeu non rite recteque deſcriptis, *Maſcard. de probat. concluſ. 1250. n. 40. Menoch. de A. J. Q. caſ. 187. n. 39. ſeq.*

3. Protocollum adeo imperfectum, ut ex illo non appareat ſatis de voluntate partium, aut circumſtantiis actus geſti, nullam plane eſt, nec probationem facit, nec ei ſtatur, *Menoch. d. caſ. 187. n. 20. Maſcard. d. d. concluſ. 1250. n. 4.*

4. Pro actis publicis, ideoque & pro protocollis judicialibus, quæ eorum vim habent, ſemper ſtat præſumtio, *Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 5. cap. 6. n. 21.* locum tamen reperit contraria probatio, præſertim erroris, *Mev. p. 1. dec. 102. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 12. n. 11.* Imo etiam juramenti delationem contra protocollum ſeu regiſtraturam judicialem locum habere tradit *Wernher. d. obſ. 12. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* etſi partes eidem ſubſcripſerint modo ſpeciales circumſtantiæ adducantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 218.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 6. th. un. not. 9. p. 951.*

5. Protocollo judiciali major debetur fides, quam

quam contrariæ aſſertioni judicis in decreto vel inſtrumento judiciali, *Mev. p. 8. dec. 479.* modo protocollum a notario judicii rite & plene ſit confectum atque integrum: nam ſi aliqua parte mancum & mutilum carens ſuis requiſitis, quod forte notarius partium allegationes aſſequi non potuit, aut in perceptione aberravit, magis ſtatur judicum præſertim plurium aſſertioni, donec aliud probetur, *Mev. p. 1. dec. 120.*

6. Protocolli judicialis exemplum, licet antiquum, regulariter vim probandi non habet, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 162.*

7. Protocollum extenſum fidem ſuam amittit, ſi cum protocollo non undequaque conveniat, *Meyer. in colleg. Argent. de fid. inſtrum. n. 18.* Nam protocollum majorem habet fidem, ac quod ex illo expeditur, ita ut, cum inter ſe contrariantur, magis ſtetur protocollo, *Ant. Fab. in. Cod. lib. 4. tit. 17. def. 24. Mev. p. 1. dec. 119. n. 3.* tanquam matrici alterius inſtrumenti *Mev. p. 8. dec. 479. n. 1.* qua voce inſignitur protocollum, ideo quia ex illo inſtrumenta extenſa recipiunt robur & probationem, non e contra, *Maſcard. de probat. concluſ. 1250. n. 6.* Ut itaque protocollo ſive imbreviaturæ major fides merito habenda ſit, quam inſtrumento, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 8. p. 1058.*

8. Cum inſtrumentum caret vitio viſibili, non eſt neceſſaria, nec injungenda protocolli, ex quo deſumtum vel extractum fuit, exhibitio, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. def. 17. n. 1.* Sed hoc intelligendum de eo caſu, quando protocollum eſt penes ipſum adverſarium, *Roland. a Vall. vol. 1. conſil. 44. n. 16. Mev. p. 8. dec. 404. n. 2.* confer. vero *Mynſinger. cent. 6. obſ. 29. Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 401.*

9. Se-

9. Secus igitur res ſeſe habet, ubi a notario id poſtulatur in ea ſpecie, quando illo opus eſt, aut ad perquirendam veritatem inſtrumenti, aut ad convincendam ejus falſitatem, aut ad hauriendum dubiorum verborum ſenſum. Pro hoc æqua & neceſſaria eſt exhibitio, adeoque a notario extra judicium ſcribente recte exigitur, *Mev. d. dec. 404. n. 3. 4. 5.* add. *A. Fab. d. tit. 16. def. 18. Ruland. de commiſſar. p. 2. lib. 5. c. 7. n. 8.*

10. Judicii ergo actuarius, vel, eo refragrante, judex multo minus negare debet parti protocolli judicialis copiam petenti, præſertim in ea cauſa, de qua agitur, habiti: etſi vel eſſet ratio quædam, cur parti non facienda eſſet exhibitio, *Mev. p. 8. dec. 404. n. 6. ſeq.*

PROVOCATIO EX L. DIFFAMARI.

1. Ex lege: *diffamari*, agendum eſt coram judice diffamati, *Gall. lib. 1. obſ. 9. n. 3. Carpz. p. 1. c. 7. d. 27.* Plane provocatio ex lege: *diffamari*, coram quocunque (a) judice; quamvis intuitu utriusque incompetens ſit, intentari poteſt, *Carpz. dec. 213. Mev. p. 3. dec. 112. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 109. n. 3.*

2. Neque diffamans habet, de quo conqueratur, cum deinceps electionem habeat, utrum actionem principalem in foro diffamationis, an coram ordinario diffamati judicio movere velit, *Wernher. d. obſ. 109. Carpz. lib. 2. R. 34.* add. *Berger. elect. proc. prov. th. 20.*

(a) Aſt hodie provocatio ex lege: diffamari non, niſi in judicio, ubi cauſa principalis ventilari poteſt, intentanda eſt, juxta *O. P. S. R. tit. 5. §. 6. in fin.*

Digitized by Google

th. 20. niſi aliud per rem judicatam injunctum fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 112.*

3. Aſt in cauſa matrimoniali provocatio ex lege: *diffamari*, coram judice ſeculari inſtitui nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 29.*

4. Proceſſus legis: *diffamari*, non tantum in cauſa ſtatus, ſed etiam in aliis, civilibus, criminalibus, perſonalibus, realibus, poſſeſſoriis & mixtis judiciis locum habet, *Ord. Camer. Imper. lic. 2. c. 25. in pr. Heig. p. 2. qu. 8. n. 2. Carpz. d. c. d. 28. n. 1.*

5. In delictis quidem locum habet proceſſus diffamatorius: ſi modo diffamatus magis innocentiæ fidem, quam vindictam quærere velit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 27.* Aſt in cauſis criminalibus huic provocationi locus non eſt contra accuſatorem agere ceſſantem, *Rivin. c. l. en. 28.*

6. Poſſeſſor actione ex lege: *diffamari*, conveniri non poteſt, *Carpz. p. 2. c. 7. d. 13. Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 24. Berger. dec. 482. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 227. & obſ. 309.* Imo ejusmodi provocatio pro actu poſſeſſionis turbativo haberi, & propterea ex interdicto: uti poſſidetis, a provocato agi poteſt, *Carpz. d. def. 13. n. 8. 9. it. in proc. tit. 20. art. 2. n. 41. Wernher. d. obſ. 227. n. 4.* Et quod magis ipſi poſſeſſori hoc judicio provocatorio adverſus provocantem experi licet: modo ſententia, per quam hic a limine judicii repellitur, vires rei judicatæ acceperit, *Wernher. d. obſ. 227. n. 5. Berger. elect. proc. prov. th. 15.*

7. Ex lege: *diffamari*, vel etiam ex lege: *ſi contendat*, non poteſt agi adverſus creditorem, debitum conditionale vel in diem prætendentem, antequam conditio extiterit, vel dies venerit, *Carpz. p. 1. c. 7. d. 30.*

8. Pro-

8. Propter ſpolium per modum exceptionis objectum, durante lite, provocatio ex lege: *diffamari*, locum non habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 344.*

9. Actione principali a provocato in judicium deducta, contra hunc ex lege: *diffamari*, agere haud licet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 30.* At, ſi actio, prout propoſita, per ſententiam rejecta fuit, aliam vero actor inſtituere ceſſat, a reo ex lege: *diffamari*, provocari poteſt, *Rivin. c. l. en. 31.* Idemque judicium eſt de eo, qui ſuccumbit in poſſeſſorio ſummariiſſimo, atque cunctatur inſtituere poſſeſſorium ordinarium aut etiam petitorium, *Rivin. c. l. en. 32.*

10. Antequam proceſſus ex lege: *diffamari*, decernatur, ſummarie ſaltem probanda (b) eſt diffamatio, *O. P. S. tit. 1.* §. Alſo ſoll man auch. *ibique Rivin. en. 20. Carpz. d. c. 7. d. 28. n. 3. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 177. Gail. lib. 1. obſ. 10. n. 7. Mev. p. 3. dec. 393.* & quidem teſtibus vel documentis, imo & copiis, non quidem nudis, uti volunt *Mynſinger. centur. 5. obſ. 81. n. 5. Ziegler. ad O. P. S. tit. 1. in. fin* ſed vidimatis; juramenti autem delatio non admittitur, *Rivin. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 228. Berger. elect. proc. prov. th. 27. Mev. d. dec. 393. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 15. lit. c. p. 49.*

11. Pro obtinenda citatione (c) ſufficit quidem ali-

(b) Et quidem juxta *O. P. S. R. tit. 5. §. 5.* aut copia judicialiter vidimata documenti, quo diffamatio probari debet, aut ad nimirum unius teſtis jurata depoſitione.

(c) Citatio nec hodie in Saxonia, ſicuti alias fit in aliis proceſſibus, ſtatim ſub præjudicio injungitur, *O. P. S. R. tit. 5. §. 6.*

aliqualis demonſtratio: ad impoſitionem vero ſilentii perpetui, ſi provocatus diffamationem neget, plenior (d) requiritur probatio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. cn. 21.*

12. In Provocatione ex L. *diffamari*, petitum ita formatur, ut certus adverſario, terminus ad agendum præfigatur, & ſi agere ceſſet, ipſi perpetuum imponatur ſilentium, *Rivin. c. l. en. 22.*

13. Sed modus procedendi in proceſſu ex L. *diffamari*, eſt ſummarius, adeoque, quam fieri poteſt, maxime reſtringi a judice par eſt. Unde ſi provocatus diffamationem fateatur, & ſuper exceptione veritatis juramentum deferat, hujus præſtatio (e) ſtatim pro-

(*d*) Provocans ſtatim in termino, ſi provocatus diffamationem neget, paratus eſſe debet, documentum in originali producere, aut, niſi adhuc aliud teſtimonium juratum, ad integrandam probationem, ad acta dare poſſit, juramentum ſuppletorium præſtare, *O. P. S. R. c. l. §. 5.*

(*e*) Confer. *O. P. S. R tit. 5. §. 5.* ubi: Diffamant hingegen, wenn er der diffamation geſtändig, oder deren/nur gedachter maſſen, zur Nothdurfft überführet, nach Befinden entweder alſoſort über dem fundamento actionis principalis ſich der Eydes delation oder Beweiſes gebrauchen/ oder daß ihme die Anſtellung der Haupt-Klage, und zwar nicht in gedoppelter, ſondern nur ordentlicher Sächſiſcher Friſt auferleget werde, gewärtig ſeyn ſolle. Porro *ibidem §. 6.* diſponitur: Es iſt aber gleichwohln, da der Diffamant zum Behuff ſeiner intention, in judicio principali ein inſtrumentum guarentigionatum in Händen hätte/ und den Diffamaten wenigſtens 4. Wochen ante terminum zu deſſen recognition citiren lieſſe, dieſer, ohne daß es deßhalber eines abſonderlichen Proceſſes gebrauche, daſſelbe in termino ſub poena recogniti zu recognoſciren verbunden.

provocanti a judice injungenda, neque novo ac peculiari libello opus eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 334.* add. *Rivin. c. l. en. 25.* ubi etiam, quod ſi provocatus ad exceptionem reſpondere detrectet, id ipſi ſub præjudicio injungitur.

14. Si provocatus diffamationem confiteatur, & actionem inſtituere velle, vel diffamationem probare ſe oſtendat, duplex (f) terminus Saxonicus ei concedi ſolet ſub pœna perpetui ſilentii, *Svendend. ad Fibig. p. 1562. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 20.* quamvis etiam unicum terminum Saxonicum ſufficere, recte moneat *Berger. in elect. proc. provoc. th. 32. Griebner. proc. judic. lib. 2. c. 8. §. 8. Rivin. c. l. en. 21.*

15. Diffamans poſt elapſum terminum ulterius ad agendum vel probandum admittendus non eſt, *Rivin. c. l. en. 22.* confer. vero *Carpz. dec. 213.*

16. Provocatus ex l. *diffamari*, quando ſe ad probationem offert, eam non ſemper præciſe per articulos peragere tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 166.*

17. Ne diffamans perdat juramenti delationem ſuper fundamento actionis, eo caſu, ubi ipſi probatio vel demonſtratio injungitur per ſententiam, recte eam ſuſpendit interpoſita leuteratione, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 35.*

18. Si provocatus in primo termino non compareat, hodie ſtatim ſub pœna perpetui ſilentii (g) reſpondere jubetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 26. Berger.* (Nn) *elect.*

(f) Sed hodie ſimplex tantum ſpatium indulgetur, *O. P. S. R. tit. 5. §. 6. in fin.*

(g) Quod comprobat *O. P. S. R. tit. 5. §. 6.* ubi etiam, quod inſimul in expenſas ſit condemnandus.

elect. proc. prov. §. *30.* adeoque neceſſe non eſt, ut provocatus prima vice, bey Straffe Ungehorſams, ſui officii admoneatur, *Berger. c. l.* §. *31. Griebner. princ. proc. judic. lib. 2. c. 8.* §. *8. lit. a.*

19. Si quis ſententiæ comminatoriæ non ſatisfaciat, tandem perpetuum ei ſilentium injungitur, & in expenſas etiam condemnatur, (h) *Berger. ſupplem. ad elect. proc. provoc. p. 22. Griebner. c. l.* §. *10.* add. *Rivin. c. l. en. 27.*

20. Add. loc. *provocatio ex L. ſi contendat. th. 2. lit. a. th. 5.*

PROVOCATIO EX L. SI CONTENDAT.

1. In provocatione ex lege: *ſi contendat*, implorans petit, ut certus præfigatur adverſario terminus ad agendum, aut, ſi agere nolit, ipſi ſilentium imponatur, juxta formulam *Svendend. ad Fibig. p. 1591. Carpz. p. 1. c. 7. d. 29. & lib. 3. R. 64. n. 8.* add. *Hering. de fidejuſſ. c. 25. n. 133. & c. 30. n. 75.*

2. Plane non ad agendum, ſed ad replicandum, (a) vel: zur Einlaſſung auf die exceptiones, adverſarium in hoc proceſſus genere provocari, tradit *Mencken. diſp. 2. th. 18. Griebner. princip. proc. judic. lib. 2. c. 8.* §. *2. Berger. dec. 480. n. 1.* adeoque petitum ita formandum, ut judex, exceptionem propoſi-

(b) Id quod conforme quoque eſt *O. P. S. R. c. l.*

(a) Id quod conforme eſt *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5.* §. *5.* ubi: ob auch wohl der Unterſcheid zwiſchen denen remediis provocatoriis ex lege diffamari, & ex lege ſi contendat, indem fürnemlich Gegentheil bey dem erſteren ad agendum, bey dem andern aber ad replicandum auf die angeführten exceptiones zu provociren, zur Gnüge bekandt, auch dahero eines mit dem andern nicht zu vermengen.

poſitam reo competere, eaque contra actoris intentionem tutum eſſe, ſua ſententia declaret, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 1. en. 22.* vid. omnino *Lauterb. diſp. de remedio legis: ſi contendat. c. 1. th. 4.*

3. Quodſi aliter & contra indolem atque naturam hujus remedii petitum formatum ſit, veluti: ut provocato diffamationis probatio, eaque deficiente perpetuum injungatur ſilentium (b) libellus, tanquam ineptus, rejici omnino debet, *Rivin. c. l. & ſpecim. except. for. c. 23. n. 3. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 315.*

4. Nihilominus, qui alterum provocat ex lege: *ſi contendat*, citra ineptitudinem libelli impoſitionem perpetui ſilentii petit: cum impoſitio ſilentii non de ipſa actione capienda ſit, quam provocans alteri competere fatetur, ſed de replica, quam forte adverſus exceptiones ejusdem habuit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 487.* confer. *Griebner. princip. proc. judic. lib. 2. c. 8. §. 2. lit. b.*

5. Suſtinetur libellus ex lege: *ſi contendat*, ut provocatio ex lege: *diffamari*, ſi modo demonſtratio ab initio ſupplicationi pro decernenda citatione juncta fuerit, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 1. en. 23.*

6. Provocatio ex lege: *ſi contendat*, locum ſaltem habet, ſi provocans habeat exceptiones peremtorias vel dilatorias, merita cauſæ concernentes, *Stryck. introduct. ad prax. for. c. 5. §. 7. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 6. §. 5.*

 7. Hæc

(b) Sed hodie propterea provocatio ſimpliciter non eſt rejicienda, in ſententia tamen definitiva juxta naturam hujus remedii pronunciandum eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 5.*

Digitized by Google

7. Hæc provocatio datur contra venditorem emtori, cui exceptio ſimulationis adverſus contractum competit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 72.*

8. Is provocare nequit, cujus exceptiones non ſunt ita comparatæ, ut, inſtituta actione principali, opponi poſſint; unde fruſtra, qui ex chirographo aut cambio debet, creditorem ſuum provocat, ut ad exceptiones illiquidas reſpondeat, *Berger. elect. proc. prov. th. 52. Ludovic. c. l. §. 6. Griebner. c. l. §. 3.*

9. Provocationi ex lege: *ſi contendat*, locus eſt, etſi diffamatio nec præceſſerit, nec demonſtretur, *Carpz. p. 1. c. 7. d. 29. Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 22.*

10. In provocatorio hoc remedio, non provocato, (c) ſed provocanti, injungitur probatio, *Berger. dec. 480. Griebner. princip. proc. judic. lib. 2. c. 8. §. 2. lit. a.* diſſentit *Carpz. lib. 3. R. 64.* putans, provocato incumbere probationem, ex hoc principio, quia in hoc etiam judicio provocatus ad agendum compellatur.

11. Reus exceptione tutus ex lege: *ſi contendat*, provocare debet in judicio, quod competens (d) eſſet, ſi actor eum conveniret ſua actione, *Berger. œcon. jur.*

(*c*) Si provocatus in primo termino contumaciter emanſerit, vel reſponſionem omiſerit, hæc ipſi injungitur ſub comminatione: Bey Verluſt der habenden Replic, und der Verwarnung, daß Provocant mit ſeinen exceptionibus, wider Provocatens Anſprüche geſichert ſeyn ſolle. Deinde ſi in altero termino iterum contumax fuerit, ad pœnam amiſſionis, auf die würckliche Straffe des Verluſts, pronunciatur, ſimulque, perinde, ac in primo termino, in expenſas fit condemnatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 7.*

(*d*) Quod expreſſe jubet *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 6.*

jur. lib. 4. tit. 32. th. 1. not. 4. p. 1191. add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 6.* §. 7.

12. Unde, ſi dominus juriſdictionalis ſubditum provocat ex illa lege coram proprio ſuo judicio, provocatus ſe tueri poteſt exceptione fori incompetentis, *Berger. c. l.*

13. Quodſi provocans duplici gaudeat foro, in arbitrio provocati eſt, utrum, ubi provocatus eſt, reſpondere, an in altero loco contra provocantem agere velit, *Mencken. Diſp. 2. §. 19. Griebner. c. l. §. 4.*

14. Add. loc. *provocatio ex L. diffamari. th. 7.*

PROXENETA.

1. Proxenetæ, qui ad negotia, inter plures concilianda, miniſterium ſuum adhibent, præſtant dolum & latam culpam, non levem, *l. 2. de proxenet. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 34. not. 2. p. 708.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de proxenet. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 2.*

2. Proxeneta, niſi utraque parte conſentiente, ad dicendum teſtimonium non tenetur, *nov. 90. c. 8. Berger E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 2. p. 712. & Reſolut. Lauterb. tit. de teſtib. ad verba: hæc neceſſitas.* Imo, ſi neuter in eum conſentiat, ne admittendus quidem eſt, quamvis velit, *Berger. E. D. F. c. l. Farinac. de teſtib. qu. 60. n. 406. ſeq.* quanquam, alterutro petente, teſtimonium quidem ferre poteſt, ſed non cogitur, *Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 254. ſeq.* confer. *Stryck. c. l. §. 3. Huber. prælect. ad ff. tit. de teſtib. §. 8.* ubi: proxenetæ, qui contractibus & transactionibus conciliandis utrinque adhibentur, a teſtimonio non arcentur, quia talibus maxime in probationibus utimur. Proxenetæ tamen teſtimonium minorem, quam ſemiple-

nam probationem facit, *Horn. cl. 16. R. 10. p. 1240. b.* Plane proxeneta, a magiſtratu, præſtito juramento, confirmatus, nullo diſcrimine, partes conſentiant, nec ne, teſtis eſſe poteſt; *Müller. ad Struv. ex. 28. th. 39. lit. ξ.*

3. Quod proxeneta, qui ſupra viceſimam dotis & donationis propter nuptias ſibi cavit, atque accepit, id cogatur reſtituere, & inſuper luat pœnam decem librarum auri, cavetur *l. ult. C. de ſponſal.* quæ vero lex, tanquam conſtitutio græca, ex Baſilicis a Cujacio reſtituta, autoritate vacat, *Wiſſenbach. ad d. l. ult. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 12. lit. δ. p. 136. & lib. 2. R. 281.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de proxenet. §. 4.*

4. Proxeneticum, licet ab initio non fuerit promiſſum, extra ordinem tamen petitur, *l. 1. de proxenet.* ſi vero proxeneta ultra modum quid petit, judex modum pro natura negotii conſtituere debet, ne altera pars gravetur, *l. fin. eod. ibique Brunnemann. n. 1. Stryck. uſ. mod. tit. de proxenet. §. 1.*

5. Qui proxenetæ rem aliquam dedit, ut eandem pro 100. th. pignori obliget, ille vero eandem pro 150. th. oppignoravit, integro 150. th. ſolvere tenebitur, quia factum proxenetæ præſtare tenetur, qui eum adhibuit, *Carpz. dec. 120. Stryck. c. l. §. 2.*

PUBLICATIO SENTENTIÆ.

Vid. loc. *ſententiæ publicatio.*

PUBLICATIO TESTAMENTI.

Vid. loc. *teſtamenti apertura & publicatio.*

PUPILLUS.

1. Negotium pupilli, adhuc infantis, ſolus tutor gerit, nomine infantis, *l. 18. §. 2. C. de jur. deliber. Hopp. ad*

ad verb. pupillis. pr. J. de autorit. tutor. Ab infante vero nullum negotium valide contrahitur, nequidem accedente tutoris autoritate, *d. l. 18. §. 3. Stryck. de cautel. contr. ſect. 1. c. 2. §. 3.* Aſt pupillus, infantia major, ipſe negotium gerit, autoritate tutoris, *pr. J. de autor. tutor. ibique Hopp. l. 37. §. 1. ad SC. Trebell. Stryck. c. l.*

2. In actibus judicialibus licentia tutori competit, utrum malit ipſe ſuſcipere judicium, an pupillum exhibere, ut ipſo autore judicium ſuſcipiatur: pro infantibus vero ipſe tutor judicium ſuſcipit, *l. 1. §. 2. de adminiſtr. tutor. Stryck. c. l.*

3. Si itaque pupilli infantis res ſit v. gr. vendenda, contractus tutoris nomine concipitur: Es verkauffet Titius im Nahmen ſeines Pflegbefohlnen; ſi vero pupilli, infantia majoris, nomen pupilli exprimendum, & tutoris autoritas ſubjicienda eſt, hoc modo: Es verkauffet Mevius mit Beyſtand und Vollwort ſeines Vormundes Titii, *Stryck. c. l. Hopp. c. l.*

4. In judicialibus, ſi res pupillum, infantia majorem, concernat, utrinque recte dicitur: Es erſcheinet Sempronius, Kläger, in Aſſiſtentz ſeines Vormundes, Javoleni; vel: Es erſcheinet Javolenus in Vormundſchafft des Sempronii. Si vero infantem cauſa concernat, hoc modo dicendum: Es erſcheinet Sempronius in Nahmen ſeines Pflegbefohlnen, Mevii; *Stryck. c. l.*

5. Hodie quidem communiter amplius attendi non ſolet, an pupillus ad huc infans ſit, an jam infantiam egreſſus: ſed tutor fere ſolus pleraque negotia expedit pupilli ſui nomine, *Franzk. ex. 3. ad J. qu. 4. in fin. Schilter. ex. 37. th. 127. & 131.* Tutius tamen eſt, id diſcrimen, jure civili conſtitutum, hodieque obſervari,

ri, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. p. 196. Horn. cl. 4. R. 9. p. 249.* Imo negotia magni momenti ſolum tutorem peragere non poſſe, docet *Stryck. in uſ. mod. tit. de autor. tutor. §. 5.*

6. Nullus contractus cum infante geri poteſt, adeo ut promiſſio infanti facta penitus non ſit obligatoria, etiamſi de commodo infantis agatur, *Stryck. de cautel. contr. ſect. 1. c. 2. §. 4. & 6.* Poſſeſſionem tamen infans non tantum acquirere poteſt, tutore autore, *l. 32. §. 2. de acquir. & amitt. poſſeſſ. Hopp. c. l.* Sed etiam interdum ſine eo, puta rerum mobilium donatarum atque traditarum, *l. 3. C. eod. Hilliger. in Donell. lib. 5. c. 11. lit. e. Hopp. c. l.* Hinc quoque in infantem per conſtitutum poſſeſſio & dominium rei mobilis donatæ transferri poteſt, *Stryck. c. l.*

7. Sicuti vero extra caſum mobilium donatorum infans, & furioſus poſſeſſionem acquirere nequeunt, *l. 1. §. 3. de acquir. poſſeſſ.* ita nec per conſtitutum poſſeſſorium, *Stryck. de cautel. contr. ſect. 1. c. 2. §. 6.*

8. Pupillus alium ſine autoritate tutoris ſibi obligare poteſt, *pr. J. de autor. tutor. ibique Hopp.* Itaque, quod pupillo promiſſum aut donatum eſt, valet, etiamſi non intercesſerit tutoris autoritas, *l. 9. pr. de autor. tutor. l. 2. de acceptil. Hopp. c. l.* Aſt pupillus absque tutore alii non obligatur, *pr. J. de autor. tutor. ibique Hopp.*

9. Hinc ex contractu bilaterali pupillus non tenetur, ſi nolit; alter vero tenetur, ſi pupillus velit; adeoque in arbitrio eſt pupilli, velitne diſcedere a contractu, an non, alter vero ab eo reſilire non poteſt, *l. 13. §. 29. de act. emt. Hopp. ad verba: pupilli non obligantur. pr. J. de autor. tutor.* Ne igitur alter nimis prægravetur, conſultum eſt ipſi, ut agat adverſus pupil-

pillum, quo tutore autore declaret, velitne implere contractum, an verò ab eo recedere, *d. l. 13. §. 27. & 28.* Hac enim facta declaratione, non licebit amplius variare pupillo, *Hopp. c. l.*

10. Pupillus ſine tutoris autoritate obligatur 1) ſi ex contractu locupletior ſit factus, *l. 5. pr. &* §. *1. de autor. tutor. Hopp. c. l.* 2) Si dolum commiſerit in contractu, *l. 1. §. 15. depoſ. l. 4. §. 26. de dol. mal. except. Hopp. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 2. p. 200.* 3) Si ex re ipſa oriatur obligatio, *l. 46. de O. & A. Hopp. c. l.*

11. Pupillus regulariter ſtare tenetur contractibus, cum ejus tutore initis, eoque adverſus ipſum utiles actiones, quæ cum directis eundem effectum habent, *l. 47. de negot. geſt.* dantur, *l. 4. C. quand. ex fact. tut. l. 26. in fin. C. de adminiſtr. tut. Carpz. lib. 5. R. 78. n. 4. ſeq.*

12. Hinc ex facto & contractu tutoris, ratione tutelæ inito, finita illa, pupillus jam majorennis factus, conveniri poteſt, *l. 8. de adminiſtr. tutor. l. 1. C. quand. ex fact. tutor. Carpz. c. l. n. 1. ſeq.*

13. Unde quoque fluit, quod etiam ex tali documento, cui tutor contrahens officii intuitu ſubſcripſit, proceſſus executivus contra pupillum locum habeat; neque audiendus eſt, in hoc proceſſus genere, pupillus, ſi forte ad beneficium reſtitutionis in integrum provocet: niſi læſio in continenti liquida ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 386. n. 2. 3. Berger. elect. proc. exec. §. 14.*

14. Aſt ex mutuo pupillus non tenetur, priusquam verſio in ejus utilitatem a creditore probetur, *l. 3. C quand. ex fact. tutor. Carpz. d. R. 78. n. 12. ſeq.* confer. omnino loc. *minor. th. 28. 29. 30.* in qua probanda

banda tutor creditori aſſiſtere tenetur, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 37. n. 42. Carpz. c. l. n. 21.*

15. Pupilli, quorum nomine damnoſa patris hereditas per tutorem adita eſt, ſui juris facti, abſtinere poſſunt, etiam ſine reſtitutione in integrum, *Mev. p. 3. dec. 17. & p. 6. dec. 29.*

16. Add. loc. *minor. per tot.* & loc. *tutor. per tot.* loc. *reſtitutio in integrum.*

Q.

QUARTA FALCIDIA.

1. Heres, legatis oneratus, detrahere poteſt partem hereditatis quartam, *pr. J. de L. Falcid. Berger, œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. p. 419.* ſive in teſtamento ſit inſtitutus, ſive ab inteſtato veniat, *l. 18. ad L. Falcid. l. 5. l. pen. C. eod. Harprecht. ad pr. J. de L. Falcid. n. 12. Carpz. p. 3. c. 1. d. 12.*

2. Detractio Falcidiæ locum habet non ſolum in legatis & codicillis, *Carpz. d. c. d. 6. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Falcid. §. 1.* ſed & in donationibus mortis cauſa, tum jure civili, *l. 5. C. ad L. Falcid. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 37. def. 8. Carpz. d. c. d. 1. n. 1. ſeq. Stryck. c. l.* quam jure Saxonico communi, *Carpz. d. def. 1. n. 5. ſeq. Richter. p. 1. dec. 22. n. 38.* licet ſint inter conjuges, *Carpz. d. c. d. 2.*

3. Bonis conjugi ita donatis, ut poſt mortem ejus reſiduum perveniat ad heredes donatoris, hiſce de Falcidia cautio eſt præſtanda, *Carpz. d. c. d. 3.*

4. Facta donatione omnium bonorum mortis cauſa per uxorem marito, detrahenda eſt in Foro Saxonico Falcidia etiam de bonis mobilibus, *Carpz. d. c. d. 4.*

5. Aſt

5. Aſt jure Saxonico Electorali, quando donationes omnium bonorum mortis cauſa judicialiter factæ ſunt, uti fieri debent, Falcidia detrahi nequit, *Conſtit. Elect. Sax. 1. p. 3. ibique. Carpz. d. 5. Berlich. p. 3. concl. 1. n. 46. Stryck. uſ. mod. tit. de mort. cauſ. donat. §. 4.*

6. Quarta Trebellianica vero in Electoratu Saxoniæ prohibita non eſt in donatione omnium bonorum mortis cauſa, ſi illa, forſan ob defectum alicujus ſolennitatis invalida, ſaltem jure fideicommiſſi ſubſiſtat, *Rauchb. p. 1. qu. 29. n. 22. Berlich. d. concl. 1. n. 52. Carpz. d. c. d. 7.* diſſentit *Moller. ad d. c. 1. n. 6.*

7. Ceſſat detractio Falcidiæ in pactis dotalibus, *Carpz. p. 3. c. 1. d. 11.* tam ſimplicibus quam mixtis, *Berlich. p. 3. concl. 1. n. 54. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſſert. 8. c. 5. §. 48.* diſſentit quoad pacta mixta, *Hahn. de jur. rer. concl. 72. n. 10.* confer. *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Falcid. §. 1.* Quod capiendum eſt de conjuge ſuperſtite, ut ei, tanquam heredi univerſali, quarta Falcidia detrahi non poſſit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 2. p. 419.*

8. Jam finge: pacta dotalia ita concipi, ut, marito defuncto, vidua bona, eaque cum propria, tum mariti, retinere, behalten, poſſit, hac tamen lege, ut ea deinceps defuncta, univerſa bona ad filios prædefuncti mariti, ex priore matrimonio natos oporteat devolvi, zurück fallen ſollen. Quæritur, utrum viduæ heredes ab inteſtato quartam Trebellianicam deducere queant? affirmatur: quia vidua, in bonis propriis, ipſamet pro fideicommittente, ceteroqui, ratione bonorum mariti inita, pro herede fiduciaria mariti habetur. Atquin utrinque viduæ heredibus ab inteſtato Trebellianica debetur: 1) ratione bonorum

vi-

viduæ, tanquam heredibus fiduciariis; 2) ratione bonorum *mariti*, tanquam heredibus heredis fiduciariæ, in caſum mortis fideicommiſſo gravatæ, *Berger. c. l. & lib. 2. R. 224.*

9. Quarta Falcidia æſtimatur ſecundum quantitatem hereditatis, quæ fuit tempore mortis, atque adeo incrementum fortuitum heredi prodeſt, decrementum autem nocet, §. *2. J. de L. Falcid. l. 73. eod. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 3. p. 420.*

10. Antequam ratio Falcidiæ habeatur, eaque computetur, deducendum eſt æs alienum, §. *3. J. de L. Falcid. Carpz. p. 3. c. 1. d. 19.* quo pertinet legitima liberorum, *Berger. c. l. not. 4.*

11. Falcidia pro rata cujusque legati eſt detrahenda, §. *3. J. ad L. Falcid. Carpz. d. def. 19. n. 4. ſeq.*

12. Si plures heredes, in certis tamen partibus, ſint inſtituti, & a ſingulis nominatim legata relicta, ſingulis detrahere licet quartam, §. *1. J. de L. Falcid.* ſecus, ſi ſine partibus inſtituti, & ab omnibus ſimpliciter legata relicta, *Vinn. ad d. §. 1.*

13. Liberi aut parentes, legato aut fideicommiſſo gravati, præter legitimam, Falcidiam aut Trebellianicam deducere non poſſunt, *l. 8. §. 9. 11. & 15. de inoffic. teſtam. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 37. def. 6. Gail. lib. 2. obſ. 121. n. 4. Carpz. d. c. d. 20. Hopp. ad verba: poteſt rogare eum. §. 10. J. de fideicomm. heredit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 2. p. 434.* Quin & filius, qui Falcidiam ex legatis adeptus eſt, ab inofficioſi querela depellitur, *l. 8. §. 9. 11. & 15. de inoffic. teſtam. Carpz. d. def. 20. n. 6.*

14. Ex legato autem & fideicommiſſo conditionali, vel in diem filius ejusve heredes, ultra legitimam, Falcidiam aut Trebellianicam etiam detrahere valent,

c. Ray-

Digitized by Google

c. Raynutius. 17. & c. Raynaldus. 18. X. de teſtam. A. Fab. d. def. 6. n. 2. Gail. d. obſ. 121. n. 1. 2. Carpz. p. 3. c. 1. d. 21. Hopp. ad verba: poteſt rogare eum. §. 10. J. de fideicomm. heredit. & legitimam quidem ſtatim; Trebellianicam autem, conditione reſtitutionis exiſtente, *Berger. c. l. & lib. 1. R. 300. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 458. & in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 445. n. 6.*

15. Finge caſum, ubi pater unicam filiam teſtamento ſic inſtituit heredem, *ut, ſi ſine liberis deceſſerit, ſucceſſio fieret ſecundum jus commune, & ſtatuta ac conſuetudines loci.* Quibus quidem verbis pater indicat fideicommiſſum conditionale, &, filiæ aufert teſtamentifactionem, eandemque ab inteſtato mori jubet. Sane hoc caſu filia ſuper legitima, quæ efficit trientem, libere diſponit, atque exiſtente conditione, i. e. *ſi ſine liberis deceſſerit*, per heredem, teſtamento a ſe inſtitutum, v. c. maritum, quartam Trebellianicam deducit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 2. p. 434.*

16. Trebellianica etiam tum deducitur, cum legitima pro numero liberorum eſt ſemis, *Berger. c. l. p. 435.* Computum autem ſic eſt inſtituendum, ut legitima, ſive triens fuerit, ſive ſemis, ſtatim de aſſe, & deinde, i. e. exiſtente conditione aut die veniente, quarta Trebellianica de reſiduo detrahatur, *Berger. c. l. Heig. p. 1. qu. 32. n. 16. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 7. c. 1. th. 19.*

17. Si teſtamentum filii aut filiæ, in quo parentes ſunt præteriti, ſubſiſtat jure fideicommiſſi, ex appoſita clauſula codicillari, quæritur, quomodo deducenda legitima & Trebellianica, ſi de jure communi defuncti fratres aut ſorores una cum parentibus exiſtant heredes ab inteſtato? ℞. ante omnia quarta illa ex ſenatus conſulto Trebelliano parentibus & defuncti fratribus aut

aut ſororibus communis detrahenda, eaque inter ipſos in partes æquales diviſa, demum, quod legitimæ ſolis parentibus debitæ deeſt, ſupplendum erit, *Carpz. lib.3. R. 113.*

18. Modus, Falcidiam detrahendi ab alimentis vel uſufructu legato, in *l. 68. pr. ad L. Falcid.* propoſitus, hodienum in uſu eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 10. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. œcon. jur. lib.2. tit. 4. th. 31. not. 4. p. 420.* ubi etiam: imo ſatius eſt, retinere ex reditu annuo ſingulis annis quartam partem.

19. Legatis integris, i. e. ſine detractione Falcidiæ ſolutis, locus eſt condictioni indebiti, ſiquidem ſoluta ſint ex errore facti, *l. 10. C. de jur. & fact. ignor. Berger. c. l. not. 9. p. 421.* non item, ſi ex errore juris, *l. 9. C. ad L. Falcid. Berger. c. l.* Imo ſi heres ſciens uni, alterive, integra legata ſolvat, etiam reliquis ad exſolvenda integra legata tenetur, *nov. 1. c. 3. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. member. 2. §. 18.*

20. Cum juſte dubitatur, utrum lex Falcidia locum habitura ſit, nec ne, a legatario exigi poteſt cautio de reſtituenda parte quarta, vel ea ſupplenda, *tit. ff. ſi cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur. Berger. c. l. not. 11. p. 422.* quæ quidem cautio ceſſat 1) ob paupertatem legatarii, *l. 6. eod.* 2) ob minuta alimenta relicta, *l. 3. §. 4. eod.* 3) in fiſco, *l. 3. §. 5. eod. Berger. c. l.*

21. Heredi in Falcidiam imputatur omne id, quod jure hereditario habet, *l. 74. ad L. Falcid. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 5. p. 420.*

22. Quarta Falcidia a teſtatore prohiberi poteſt; *auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falcid.* At enim prohibitio expreſſe fieri debet: tacita prohibitio, v.

c. ut

Digitized by Google

c. ut integra legata ſine deductione, ohne Abzug, præſtentur, non ſufficit, *nov. 1. c. 2. §. 2. dec. Elect. Sax. 43. Carpz. p. 3. c. 1. d. 13. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. membr. 1. §. 2. ſeq. Berger. c. l. not. 6. p. 420.* diſſentiunt *Berlich. p. 3. concl. 1. n. 72. Finckelth. obſ. 120. Rittersh. ad novell. p. 6. c. 5. n. 11, 12.*

23. Falcidia locum non habet in legatis ad pias cauſas, *nov. 131. c. 12. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. membr. 3. §. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 92. & in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 21. n. 166.* Idque ſecundum communem atque uſu receptam ſententiam, indiſtincte, etiamſi mora aut inficiatio non intervenerit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 7. p. 421. Rittersh. ad nov. p. 6. c. 5. n. 31. Struv. ex. 36. th. 6.* confer. vero *Stryck. c. l. Giphan. ad l. 7. C. ad L. Falcid. Huber. prælect. ad J. tit. ad L. Falcid. n. ult.*

24. In hoc legato, ut & ceteris, a lege Falcidia exceptis, decrementum non eſt reliquorum legatariorum, ſed heredis damno, *Carpz. d. c. d. 17. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 7. p. 421. Stryck. c. l. §. 12.* quanquam hujusmodi legata privilegiaria etiam in tantum legatarios ſimplices onerant, in quantum hi, ſicubi hereditas non ſufficiat, nihil aut parum conſequantur, *Berger. c. l. Carpz. d. c. d. 18.*

25. Ceſſat itidem deductio Falcidiæ 1) in teſtamento militari, *l. 7. C. ad L. Falcid. Berger. œcon. jur. c. l. not. 8. p. 421. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. membr. 1. §. 8. ſeq.* 2) in legato rei immobilis, quæ nullo tempore debet alienari, *nov. 119. c. 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 31. not. 8. p. 421. Zaſ. ad ff. ad L. Falcid. n. 43.* 3) in herede, qui α) inventarium non confecit, *nov. 1. c. 2. §. 2. Berger. c. l. Stryck. d. c. 22. membr. 2. §. 1. ſeq.* In Saxonia vero omiſſio inventarii non excludit Falcidiam,

Stryck.

Digitized by Google

Stryck c. l §. 6. β) coactus fuit hereditatem aditam fideicommiſſario reſtituere, §. 7. *J. de fideicommiſſ. heredit. Berger. c. l.* γ) doloſe egit, ut intercideret legatum, *l. 59. ad L. Falcid. Berger. c. l.* confer. *Stryck. c. l. §. 11. ſeq.* ubi plures caſus recenſet, quibus heres facto ſuo privatur Falcidia.

QUARTA TREBELLIANICA.

1. Portio illa, quæ heredi, cujus fidii, ut hereditatem alteri reſtituat, commiſſum eſt, ex SCto Trebellianico debetur, ad heredes transfertur, quantumvis accepta non ſit, *l. 10. C. ad L. Falcid. Schult. in addit. ad Mod. Piſtor. p. 4. qu. 131. n. 213. Carpz. p. 3. c. 14. d. 25.*

2. In hereditatibus fideicommiſſo gravatis fiduciarius ſaltem heres Trebellianicam deducit, non etiam heres fideicommiſſarius, qui forſan juſſus eſt, alteri hereditatem reſtituere, niſi fiduciarius Trebellianicam non deduxerit in gratiam fideicommiſſarii, *l. 1. §. 18. ad SCt. Trebell. Harprecht. in §. eum quoque. 11. n. 2. J. de fideicomm. heredit. Carpz. p. 3. c. 1. d. 14. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 1. p. 434.*

3. Heres, in re certa inſtitutus, & fideicommiſſo gravatus, non detrahit Trebellianicam, *Peregrin. de fideicomm. art. 3. n. 5. & 7. Carpz. d. c. d. 15.*

4. Detractio quartæ Trebellianicæ a teſtatore prohiberi poteſt, *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 14. th. 10. lit. a. Chriſtin. vol. 5. dec. 204. n. 16. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. membr. 1. §. 16.* Quamvis aliqui inter liberos primi gradus & alios diſtinctionem faciant, ut in his prohibitio valeat, non in illis, quod faciunt *Gail. lib. 2. obſ. 138. n. 16. Barry de ſucceſſ. lib. 15. tit. 8. n. 4.* Sed nec hanc diſtinctionem admittunt *Bachov. d. th. 10.*

lit.

Digitized by Google

lit. b. Stryck. c. l. Huber. prælect. ad ff. tit. ad Sct. Trebell. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 7. n. 127. ſeq. Berger. philoc. for. qu. 4. p. 83. ſeq. & œcon. jur. c. l. not. 2. p. 436.

5. Quartæ Trebellianicæ detractio in fideicommiſſis, familiæ conſervandæ cauſa relictis, & bonis alienari prohibitis, locum non habet, per *auth. ſed & in ea. C. ad L. Falcid. ibique Brunnem.* confer. *Knipſchild. de fideicomm. famil. tit. 6. n. 148. ſeq.*

6. Heres Trebellianica privatur ob non factum inventarium, *Wiſſenbach. ad ff. tit. de jur. deliber. th. 22. Struv. ex. 33. th. 57. Stryck. de cautel. teſtam. c. 22. memb. 2. §. 10.* diſſentiunt *Peregrin. de fideicomm. art. 3. n. 74. Gail. lib. 2. obſ. 138. n. 9. Richter. ad auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falcid. n. 105.*

7. In genere notandum, quod, in quibus teſtamentis Falcidia locum non habet, in illis etiam Trebellianica ceſſet, *l. 3. §. 1. ad Sct. Trebell. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. §. 31. Berger. philoc. for. qu. 4. p. 84.*

8. Fructus, poſt aditam hereditatem, ante conditionem aut diem, percepti in Trebellianicam imputantur, *arg. l. 6. C. ad Sct. Trebell. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 2. p. 436.* Diſtinguendum autem eſt inter fructus, quartæ detrahendæ, & inter fructus, qui ex reliquis tribus quartis percipiuntur: nam illi non imputantur, eoque in computum haud quaquam veniunt, *Carpz. dec. 21. Berger. philoc. for. qu. 6. p. 89. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 7. n. 44.* diſſentit *Panciroll. conſil. 89. n. 6.*

9. Liberis primi gradus fructus in Trebellianicam non imputantur, *l. 6. ad Sct. Trebell. ibique Brunnem. n. 7. Schilter. ex. 40. §. 24.* niſi a tempore litis conteſta-

(Oo) teſta-

teſtatæ percepti, *c. 16. X. de teſtam. Berger. c. l.* nec intereſt, liberi unam detrahant, an duas quartas, *Berger. c. l.* Hæc vero juris diſpoſitio ad nepotes extendi non debet, *Gail. lib. 2. obſ. 133. n. 5. Sande lib. 4. tit. 7. def. 6. Wernher. d. obſ. 7. n. 56. ſeq.* diſſentit *Menoch. vol. 1. conſil. 982. n. 14.* confer. *Brunnem. ad d. l. 6. n. 7.*

10. Omnia, quæ in heredem, non tantum hereditario, ſed & alio jure, ut puta legati, aut donationis mortis cauſa, a teſtatore profecta ſunt, in quartam Trebellianicam imputantur, *c. 91. ad L. Falcid. Berger. philoc. for. qu. 6. p. 88.* confer. *Müller. ad Struv. ex. 36. th. 31.* ubi limitationes.

11. Add. loc. *Quarta Falcidia. th. 13. 14. 15. 16. 17.*

QUIETANTIA.

Vid. loc. *Apocha.*

R.

RAPINA.

1. Omnis raptor ſive prædator, qui homines vi aggreditur, manuque violenta ſpoliat, gladio punitur, *Ord. crimin. art. 120.* Land-R. *lib. 2. art. 13. Conſtit. Elect. Sax. 13. p. 4.* atque poſt peractam executionem, ex obſervantia diuturna, cadaver rotæ affigitur, *Carpz. pract. crimin. qu. 90. n. 12. ſeq.*

2. Hæc pœna obtinet 1) etiamſi ſemel tantummodo rapinam in via commiſerit, *Carpz. c. l. n. 22. Berger. jurisprud. crimin. p. 65.* diſſentit *Stephan. ad ordinat. crimin. art. 126.* 2) in pluribus delicti ſociis, *Carpz. c. l. n. 34.* 3) in nobilibus, *Carpz. c. l. n. 39.* 4) in raptore rei minimæ, *Carpz. c. l. n. 42. Berger. c. l. p. 66. & in p. 1. ſupplem. obſ. 18.* 5) etiamſi res rapta reſtituatur,

Digitized by Google

tur, *Carpz. c. l. n. 55. Berger. cc. ll.* & raptor pœnitentia ductus, antequam in carcerem conjiciatur, rem vi oblatam ſpoliato reddat, *Carpz. c. l. n. 58.* 6) in illis, qui licet ipſi manus non admoveant, neque res e manibus viatoris auferant, attamen in robbariam conſentiunt, in ipſo actu opem præſtant, & viatores aggrediuntur, verbis aut minis terrorem incutiendo, ac præveniendo, ne effugere queant, aut ſi effugiant, res relinquere cogantur, & poſtea de rapina participant, *Carpz. c. l. n. 62.* 7) in illis, qui etiam in villis, oppidis & ædibus privatis homines rebus ſuis vi ſpoliant, *Carpz. c. l. n. 71.*

3. Si raptor, ſpolio non contentus, ſpoliatum inſuper graviter percutiat & vulneret, propterea pœna rapinæ exaſperanda non eſt, modo animus interficiendi abſuerit, *Carpz. c. l. n. 30. Berger. jurispr. crimin. p. 65.*

4. Ceſſat pœna ordinaria in rapina, 1) ſi non eſt violenta, *Carpz. pract. crimin. qu. 91. n. 2. ſeq.* 2) in permutatione violenta & coacta, cum accuſatio criminalis ceſſat, quando dolus vel delictum per actionem ex contractu vel quaſi purgari poteſt, *Carpz. c. l. n. 9. ſeq. Berger. c. l. p. 66.* 3) Si ſervus juſſu & mandato domini rapinam perpetravit, & de ea nihil quicquam ſperavit aut participavit, *Carpz. c. l. n. 14.* mandans vero ordinaria pœna tenetur, *Carpz. c. l. n. 21. ſeq.* 4) in attentato robbariæ, effectu non ſecuto, *Carpz. c. l. n. 31.* 5) ſi prædator in via publica aggrediatur ac ſpoliet eum, a quo prius fuit deprædatus atque offenſus, *Carpz. c. l. n. 36.* 6) Si aliam juſtam ob cauſam judex pœnam robbariæ ordinariam mitigandam eſſe putet, ut: ſi quis ob diræ famis neceſſitatem edulia ſurripue-

rit, *Carpz. c. l. n. 48.* confer. autem *Berger. p. 1. ſupplem. ad Juriſpr. crimin. obſ. 18.*

5. Ille, qui & furtum & rapinam commiſit, pro arbitrio judicis, modo gladio, cum impoſitione rotæ, modo ſuſpendio punitur, *Carpz. c. l. n. 49. ſeq. Berger. juriſpr. crimin. p. 66.*

6. Quæritur, an princeps, comes, aut alius dominus, in cujus territorio facta eſt deprædatio, viatori damnum reſarcire teneatur? Id quod affirmatur, modo 1) dominus ſpoliatis dederit ſalvum conductum & 2) deprædatus via regia uſus fuerit, nec ab ea deflexerit, *Carpz. pract. crimin. qu. 91. n. 58. ſeq.*

RAPTUS CRIMEN.

1. Qui honeſtam feminam libidinis cauſa abducit, capite plectitur, *§. 8. J. de public. judic. l. un. C. de rapt. virg. Ordinat. crimin. art. 118.* & hodienum pœna gladii regulariter obtinet, *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 31.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 9. p. 830. qui ibidem not. 2. p. 831.* putat, quod etiam adhuc hodie, juxta *d. l. un.* bona raptoris & miniſtri, perſonæ, quæ raptum paſſa eſt, applicanda ſint, niſi ea, quæ rem circumſtant, movere poſſint judicem, ut hinc ab illo legis rigore tantiſper recedat.

2. Requiritur autem, ut femina de loco in locum diverſum abducatur: non autem ſufficit, ſi commodioris uſus gratia in aliam cameram ſeducatur, *Theodoric. in colleg. crimin. diſp. 6. th. 8. Carpz. pract. crimin. qu. 40. n. 26.*

3. Ceſſat hodie pœna gladii, ſi rapta vult nubere raptori, *Carpz. pract. crimin. qu. 75. n. 68. Stryck. ad Lauterb. tit. ad L. Jul. de vi publ. verb. ducere non poteſt.* item ſi quis rapit mulierem conſentientem, vel ſibi

de-

deſponſatam, *c. 6. & 7. X. de raptor. Coler. dec. 176. n. 107. Stryck. uſ. mod. c. l.* refragante quidem jure civili, *l. un. C. de rapt. virg. Hopp. ad verba: raptus virginis. §. 8. J. de public. judic.* vel concubitus non fuerit ſecutus, ſed raptor pœnitentia ductus ab illo concubitu ſponte deſtiterit, ubi alias eum commode perficere potuiſſet, vid. *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 32. th. 3. lit. d. Ziegler. ad Lancellott. lib. 4. tit. 8. §. 5. verb. abducitur.* addunt quoque caſum, ſi quis raptam mox, poſtquam illam abduxit, per benedictionem ſacerdotalem ſibi jungi curat, *Hahn. ad Weſenbec. tit. ad L. Jul. de adulter. n. 21. verb. abducitur.* Quibus cauſis pœna extraordinaria dictatur, quæ perpetua relegatio eſſe ſolet, *Hahn. c. l. Stryck. c. l.*

4. Pœna quoque extraordinaria ſaltem locum habet, ſi quis non perſonam honeſtam, ſed meretricem, quæ alias pudorem jam vulgaverat, libidinis cauſa abducit, licet invitam, *Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 31. Hopp. ad verba: raptus virginis. §. 8. J. de public. judic.*

5. Si femina fuerit rapta non libidinis ſatiandæ cauſa, nec crimen raptus committitur, nec ejusdem pœna obtinebit, ſed hoc caſu raptor, ob vim commiſſam, arbitraria pœna affici debet, *Theodoric. colleg. crimin. diſp. 6. th. 8. in fin. Carpz. pract. crimin. qu. 40. n. 28. Hopp. c. l.*

6. Qui opem huic flagitio dederunt, etiam puniuntur capite, *§. 8. J. de public. judic.* hodie vero ſaltem arbitrarie, *Hopp. ad. d. §. 8. in uſ. hod.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 9. not. 1. p. 831.* ubi: hodiernis moribus fere diſtinguitur inter adjutorem, in actu rapinæ, & extra actum rapinæ conſtitutum: alter capite plectitur; alter extra ordinem punitur.

 7. Etiam

Digitized by Google

7. Etiam feminæ capitalis pœna infligitur, ſi ipſa marem libidinis cauſa rapuerit, *Wiſſenb. vol. 2. diſp. 35. th. 4. Stryck. c. l.*

8. Parentes, qui raptori dolorem remittunt, deportatione plectendi ſunt *l. un. §. 2. de rapt. virg.* qui rigor hodie non curatur, *Berger. c. l. not. 5.*

RATIHABITIO.

1. Ratihabitio facit negotium ratihabentis, *l. 6. §. 9. de negot. geſt. l. 1. §. 14. de vi & vi armat. Stryck. uſ. mot. tit. de negot. geſt. §. 2.* add. *Mev. p. 2. dec. 95. n. 6.*

2 Ratihabitio reducit negotium ad id tempus, quo contractum, ita, ut idem ſit quoad effectum juris, ac ſi ratihabentis conſenſus ab initio ſtatim interveniſſet, *l. fin. C. ad S. I. Maced. l. 6. §. 9. de negot. geſt. l. 60. l. 152. §. 2. de. R. J. Mev. p. 2. dec. 17. n. 9. Horn. cl. 4. R. 7. p. 238. b.* modo tempeſtive ſit facta, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 257. n. 5.*

3. Quod dici ſolet, ratihibitionem reducere negotium ad illud tempus, quo contractum fuit, locum non habet, re non amplius integra, *Carpz. p. 1. c. 19. d. 6. n. 6.*

4. Fictionem translativam, per quam tempus, quo ratum habetur geſtum, retrotrahitur ad tempus geſti negotii, impedit contradictio adverſarii, per quam præventa ratihabitio retrahi amplius non poteſt, *Barboſ. ad c. 10. de R. J. in 6to. n. 2. Wernher. c. l. n. 6.*

5. Ratihabitio non tantum expreſſe, ſed quoque tacite fit, non modo verbis, ſed etiam factis, *l. ſi proponas. §. 1. de inoffic. teſtam. Mev. p. 1. dec. 216. n. 15.*

RA-

RATIONES. RATIONUM REDDITIO.

1. Rationibus reddendis obnoxii ſunt quilibet alienæ rei curatores & adminiſtratores, non privati tantum, ut tutores, ſocii negotiorum geſtores, procuratores, & executores, ſed & qui publicam rem tractant, *l. 14. C. de adminiſtr. tut. l. 2. §. 1. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. clement. 2. §. ut autem. de religioſ. dom. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 209. n. 1. Heig. p. 1. qu. 20. n. 1. ſeq.*

2. Ratio reddi debet vel principi vel ſenatui, vel populo, ſecundum reipublicæ ſtatum & gubernationis formam: qua in re & privilegia & conſuetudines attendi debent, *Heig. d. qu. 20. n. 11. ſeq.*

3. Rationes reddi debent illi, qui adminiſtrationem commiſit, *l. 1. §. officio. de tutel. & rat. diſtrah. Mev. p. 7. dec. 177. n. 3.*

4. Rationes cum reddi debere certum ſit, & cui reddi debeant ſubtile, non ideo redditio debet ſuspendi, ſed coram judice ejusve commiſſariis fieri, *Mev. p. 8. dec. 94.*

5. Rationum diſcuſſio, antequam inventarium exhibitum & examinatum eſt, fieri non debet, *Mev. p. 6. dec. 84.* nam caput rationum inventarium eſſe dicitur & ſine eo ratio accepti & impenſi conſtare nequit, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 8.*

6. Rationes adminiſtrationis reddendæ in loco, ubi adminiſtratum eſt, *l. 19. §. 1. de judic. l. 1. C. ubi de ratioc. Heig. c. l. n. 43. Mev. p. 5. dec. 298. & p. 7. dec. 392. Berger. E. D. F. tit. 4. obſ. 9. p. 94. & part. 2. ſupplem. p. 72.* nec intereſt, utrum, qui adminiſtrat, ſub jurisdictione ejus, cui reddi debeant, vivat, an non *Mev. p. 2. dec. 123. & p. 8. dec. 267.* Nec tantum hoc obti-

obtinet in publicis adminiſtrationibus, ſed etiam in privatis, *l. 4. l. 6. C. de edend. Mev. p. 5. dec. 298. n. 2.*

7. Etiam tunc rationes reddi debent, ubi nihil percipi potuiſſe allegatur, *Mev. p. 2. dec. 220.*

8. Rationes reddi debent ſumtibus, non adminiſtratoris, ſed domini; *Berger. dec. 371.* add. *Munoz. ab Eſcobar de ratiocin. adminiſtr. c. 25. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 31. def. 1. n. 5. ſeq.* confer. *Mev. p. 2. dec. 128. & p. 5. dec. 400.* ubi limitationes.

9. Rationis redditio, etſi frequentius finito negotio petatur: attamen eo durante quoque poſt annum non incommode poſtulatur, ut, quamvis non ex toto ratio reddatur, ſaltem inſpicere eam liceat, *clement. 2. de religioſ. domib. Heig. p. 1. qu. 20. n. 41.*

10. In rationibus ſingula accepta & expenſa ſpeciatim ſunt deſignanda, non ſummatim, *Mev. p. 8. dec. 178.* add. *Heig. c. l. n. 31.* & omnino *Cothmann. vol. 5. R. 30. n. 30.* Quarum vero expenſarum ratio habenda in rationibus ſit, definit *Mev. p. 6. dec. 185. & dec. 187.*

11. Ad rationes extricandas ſæpiſſime calculatores (a) conſtituuntur, ut, vivis & calculatis omnibus datis & acceptis, pleniſſima ſecuritas adminiſtratori comparetur, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 209. n. 35. Heig. p. 1. qu. 20. n. 16. 17. 18.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 28.*

(a) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 28. §. 2.* ubi: In wichtigen Rechnungs-Sachen aber, ſind vor allen Dingen 2. oder 3. calculatores zu verordnen/ und zu ſolchen Ende abſonderlich zu verpflichten, welche die Rechnungen und gezogenen defecte, von Poſten zu Poſten, durchgehen/ die liquiden von denen illiquiden ſepariren, und jede in gewiſſe claſſes und numeros bringen, auch darüber ihren Bericht und Gutachten ad acta geben ſollen.

Digitized by Google

28. en. 10. qui ſi non voluntate partium aſſumti ſint, jurare neceſſe habent, *Garſ. de expenſ. c. ult. n. 18. 19. Heig. c. l. n. 19.* & in præſentia partium calculationem inſtituunt, quæ vero ſi in contumaciam ſuſcepta, reſponſio injungitur, *Rivin. c. l. en. 11.*

12. Semel rite reddita ratione, neque probato aliquo errore calculi, quamvis allegetur læſio, tamen non retractantur, quæ geſta ſunt, ex *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vid. *Heig. d. qu. 20. n. 44. Brunnem. ad l. un. C. de error. calcul. & l. 2. C. de apoch. public. Horn. cl. 16. R. 2. p. 1209. b.* Redditis enim ſemel rationibus, non ulterius inquirendum, ſed plena ſecuritas quæſita eſſe intelligitur, *l. 2. C. de apoch. public. Weſenbec. p. 1. conſil. 3. n. 8.*

13. Rationes denuo & ſæpius ſunt calculandæ, ad poſtulationem ejus, qui errorem in computatione allegat & probat, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 36. 37.* add. *Mev. p. 1. dec. 206. n. 6.* Error calculi enim, non obſtante pacto liberatorio, usque ad 30. annos retractari poteſt, propter *l. 8. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertinent. l. un. C. de error. calcul. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1256. n. 9. ſeq. Heig. c. l. n. 35. 39.*

14. Rationes adminiſtratorum civitatis, licet ſubſcriptæ & expunctæ, retractatari poſſunt, &, iis quidem vivis, intra 20. annos, mortuis autem intra decennium; *l. 13. §. 1. de diverſ. tempor. præſcript. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 2. p. 78. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 228.* imo, ob errorem calculi, expunctæ intra 30. annos revocari poſſunt, *l. 8. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. Berger. c. l.*

15. Rationes ſemel expunctæ retractari non poſſunt, ob errorem calculi, ſi deſuper adminiſtrator rem judicatam impetraverit, vel calculatorum arbi-

trium publica magiſtratus autoritate confirmatum fuerit, *l. un. C. de error. calcul. Heig. p. 1. qu. 20. n. 20. ſeq.* add. *Berger. c. l.* & confer. omnino *Rivin. ſpecim. except for. c. 43. n. 5.* illo unico caſu excepto, cum videlicet in ipſa ſententia & confirmatione judicis error aliquis, in jure aut facto conſiſtens, deprehendatur, *Heig. c. l. n. 24.* add. omnino *Suendend. ad Fibig. p. 382. Rivin. c. l.*

16. Eadem eſt ratio transactionis, *l. un. C. de error. calcul.* ſi modo ſuper errore jam antea allegato ſit transactum, *Mev. p. 4. dec. 300. Rivin. c. l. n. 6.* confer. *Heig. c. l. n. 25. 26. 27.* non, ſi ſaltem ſuper ipſa cauſa, *Munoz ab Eſcobar de ratiocin. adminiſtrat. c. 41. n. 33. Brunnem. ad l. 8. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertin. Rivin. c. l.*

17. Nec attenditur error calculi, ſi notabilis quantitas fuerit remiſſa: cum hoc modo modicus erit defectus, qui in rationibus & calculo non curatur, *l. 32. d. condit. & demonſtrat. Munoz. ab Eſcobar. d. c. 41. n. 11. Brunnem. conſil. 97. n. 97. Rivin. ſpecim. except. for. c. 43. n. 8.*

18. Si quis jurejurando aliquem, redditis rationibus, liberaverit, perinde ille tutus erit, atque ſi per ſententiam vel transactionem liber pronunciatus fuiſſet, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 28.*

19. Rationes, a principe ejusve procuratore approbatæ, regulariter retractari non debent, *l. 2. C. de jur. fiſc. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 466.*

20. Licet debitor exceptioni erroris calculi expreſſe renunciaverit, nihilominus regreſſus ad hanc ipſi datur, niſi transactio ſupervenerit expreſſa, dato aliquo a parte adverſarii, *Carpz. proc. tit. 22. art. 3. n. 41. ſeq. Svendend. ad Fibig. p. 383.* Sed hanc exceptio-

ptionem non eſſe admittendam, ſi ei fuerit in ſpecie renunciatum, cum *Jaſon. in l. un. C. de error. calcul. n. 3.* ſtatuit *Berlich. p. 1. concl. 84. n. 65.*

21. Tutiſſimum eſt, ſi præmiſſo rationum examine, renuncietur errori calculi, deſuper tranſigatur, addita ſtipulatione de non ulterius calculando, ac denique transactio jurejurando confirmetur, *Rivin. ſpecim. except. c. 43. n. 10.*

22. Tam in privatis quam publicis rationibus, ſtante re judicata, transactione vel jurejurando, quæſtio rationum reddendarum refricari nequit, præterquam ubi doloſe etiam ſic liberatio extorta probari poteſt, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 29.* quod tamen ſic accipiendum eſt, ut non perpetuo ſed intra biennium ſaltem de dolo agere liceat, licet excipi perpetuo poſſit, *Heig. c. l. n. 34.*

23. Elapſo præſcriptionis tempore, illa rationum expunctarum capita, quæ in illas plane non relata, ſed omnino prætermiſſa erant, urgeri nequeunt, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 228.*

24. Inter ſocios & fratres, inter quos arctior quædam neceſſitudo intercedit, non adeo ſtricte rationum omnia momenta expendenda, ſed, omiſſa ſcrupuloſitate, arbitrio boni viri locus eſt; quemadmodum neque alias adeo ſtrictæ probationes circa expenſas requiruntur, ſufficitque interdum veriſimiliter eas concludere, *l. 72. de condit. & demonſtrat. Heig. c. l. n. ult.*

25. Medium coercendi eum, qui rationes, aut juratam ſpecificationem edere recuſat, eſt jusjurandum in litem, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 434.*

26. Quamvis debitor rationes a ſe confectas creditori transmiſerit, idemque eas apud ſe retinuerit; non

non tamen ideo contenta approbaſſe, & tacendo acquieviſſe ejuſmodi ſcripturæ videbitur; ſed integrum illi erit, nihilominus ad rationum redditionem debitorem compellere: quamvis contra ſcribentem ipſum calculus iſte plene probet, *Heig. p. 1. qu. 20. n. 40.*

27. Rationes ante decennium oblatæ, & intra tantum temporis ſpatium non improbatæ, ſi veroſimiles, ſolutionem probant *Mev. p. 1. dec. 79.*

RATIONES DECIDENDI.

1. Rationes decidendi ut in ſententia exprimantur, neceſſe non eſt, nec judex ad id tenetur, *Carpz. proc. tit. 16. art. 1. n. 65. Stryck. introduct. ad prax. for. c. 22. §. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 172. n. 1.* Si tamen a regula in pronunciando recedit judex, rationem exprimere debet, *Stryck. c. l.* confer. *Brunnem. proc. c. 27. n. 20.*

2. Verum hodie in Saxonia ſententiis definitivis, interlocutoriis mixtis, & iis, quibus pronunciatur, daß die Klage oder das Suchen ſchlechterdings, angebrachter maſſen oder geſtalten Sachen nach nicht ſtadt hat, vel quibus, ad leuterationem vel appellationem, prior ſententia reformatur aut declaratur, rationes decidendi ſunt inſerendæ, vel ſeorſim adjungendæ, *O. P. S. R. tit. 34. §. 4.*

3. Publicata ſententia, ſi pars petat, ut illa ad idem Collegium juridicum remittatur, ejuſque declaratio cum rationibus expetatur, judex ſumtu petentis hoc non poteſt detrectare, *Berger. lib. 2. R. 277. n. 3.*

4. Rationes decidendi, ſuper ſententia, ad requiſitionem judicis, lata, huic quidem ex poſtfacto a dicaſterio ſunt communicandæ, non autem uni alterive litigantium, *Carpz. c. l. n. 79. ſeq. Lyncker. dec. 945.*

Ber-

Digitized by Google

Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 4. not. 6. p. 1039. diſſentit, & etiam parti communicandas eſſe rationes decidendi, docet *Brunnem. cent. 5. dec. 60. n. 6. & proc. civil. c. 27. n. 22.*

5. Add. loc. *advocatus. th. 30.*

REASSUMTIO PROCESSUS.

1. De jure reaſſumtio proceſſus, actore vel reó defuncto, non adeo videtur neceſſaria, ſed heredes defuncti ſtatim comparere & proceſſum continuare poſſunt: cum inſtantia active & paſſive ipſo jure ad heredes transmittatur, *l. 33. de fidejuſſ. l. 29. de oper. libert. l. 19. de judic. Carpz. p. 1. c. 11. d. 16. n. 1. Mev. p. 4. obſ. 153. n. 1. 2.*

2. Verum nihilominus ubique locorum receptum eſt, ut heredes ad proceſſum continuandum non admittantur, priusquam illum legitime reaſſumſerint, teſte *Gail. lib. 1. obſ. 109. n. 5.* Quod & diſerte approbatum (a) eſt in *O. P. S. tit. 17.* in tantum ut, litis reaſſumtione non præcedente, nullitas committatur, *Berlich. p. 1. concl. 27. n. 4.*

3. Quocunque etiam tempore alteruter litigantium moriatur, proceſſus eſt reaſſumendus ab heredibus, non modo ante, ſed & poſt concluſionem cauſæ, *Schult.* qu.

(*a*) Hodie vero, in foro Saxonico Electorali, reaſſumtio litis, quantum ad heredes, penitus eſt abrogata, etiamſi ipſemet defunctus, ſine procuratore, litem in judicio tractaverit, ita ut heredes, absque formali reaſſumtione, litem continuare, vel eidem, ſi actoris heredes ſint, refuſis adverſario expenſis a defuncto cauſatis, renunciare teneantur, nulla habita ratione beneficii deliberandi. Fatalia vero non niſi prætérlapſo quadrimeſtri ſpatio, a tempore mortis defuncti computando, iis currunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 17. §. 1.*

Digitized by Google

qu.52. n.1. & 2. Carpz. d. def.16. n. 6. & 9. quin etiam ante litis conteſtationem, modo terminus ſaltem unicus, vivente adhuc reo vel actore, præſſerit, *Carpz. d. def.16. n. 6. 7.* nam ſi defunctus nullam adhuc actum judicialem peregerit, ceſſat litis reaſſumtio, *Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-Proc. c.36. §. 3.*

4. Reaſſumtio proceſſus fieri nequit in ſcriptis, *Rivin. ad O. P.S. tit.17. en.14.* Plane extra Saxoniam ſolenni litis reaſſumtione non eſt opus, ſed ſufficit, ſi heredes in ſcriptis ſe declarent, quod judicium a defuncto cœptum continuare velint, vel re ipſa cauſam proſequantur, v. c. citationem petendo, procuratorem conſtituendo, &c. *Ludovic. c. l.* §. 7. vid. omnino *Mev. p. 4. dec.153. & p.5. dec. 2. Brunnem. ad l. 34. de judic. n. 3. & ad l. 58. de act. & obligat.*

5. Contumax jubetur reaſſumere ſub comminatione: **daß widrigen Falls** lis pro reaſſumta **zu halten**, tandemque lis pro reaſſumta declaratur, *Gribner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 7. ſect. 4.* §. 3. add. *Berlicb. p. 1. concl. 27. n. 25. Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-Proc. c. 36.* §. 5. modo citatio ſpatium Saxonicum continuit, *Rivin. c. l. en. 15.*

6. Renunciare tamen cauſæ licet, modo heres renuncians expenſas (b) litis adverſario reſtituat; a qua reſtitutioni tertius ſucceſſor (c) eſt immunis, *Griebner. c. l.*

7. Quamdiu lis non reaſſumta, fruſtra accuſatur con-

(*b*) vid. *quæ notata ſunt ad th. 2. lit. a.*

(*c*) ſingularis ſucceſſor, ſi liti renunciet, non reſtituit expenſas ante factas, ſed eas adverſarius repetit, ab eo, qui litem antea ſuſcepit, aut, eo mortuo, ab ejus heredibus, aut, ſi officialis fuerit, ab eo, cujus juſſu lis cœpta eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 17. §. 2.*

contumacia heredum, *Rivin. c. l. en. 16.* Et ob eandem rationem nec probatio deſerta declaratur, *Rivin. c. l. en. 17.*

8. Reaſſumtione (d) litis eſt opus, 1) etiamſi defunctus per procuratorem litem peregerit, *Gail. lib. 1. obſ. 109. n. 6. Carpz. p. 1. c. 11. d. 18.* ſi ſcilicet clauſula *heredum* deficiat in mandato, *Rivin. c. l. en. 5. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 2. p. 1126.* 2) ſi ipſe defunctus ſine procuratore (e) cauſam ſuam tractaverit in judicio, *Rivin. c. l. en. 6. Berger. c. l.* 3) ſi per intromiſſionem principalis mandatum tacite fuerit revocatum, *Rivin. c. l. en. 7.* 4) ſi tutor, curatorve vel ipſemet vel per actorem litigaverit, & deceſſerit, *Berger. c. l.* & quidem hoc caſu, ſi actorium a ſolo tutore vel curatore fuerit ſubſcriptum, *Rivin. c. l. en. 8.*

9. Lis quoque reaſſumenda a ſucceſſore (f) ſingulari, ad quem lis translata eſt, veluti emtore, *Rivin. ad O. P. S. tit. 17. en. 10.* ceſſionario, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 27. th. 2.* ſimultanee inveſtitis, expectativariis, fideicommiſſariis & ſimilibus, *Berger. E. D. F. tit. 17. obſ.*

(d) ſed hodie, nullo habito caſuum diſcrimine, quod ad heredes reaſſumtione litis non eſt opus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 17. §. 1.*

(e) nequidem hoc caſu opus eſt reaſſumtione litis, vid. *quæ notata ſunt ad th. 2. lit. a.*

(f) Adhuc hodie, ſi lis officii intuitu geritur, vel cœpta ad ſucceſſores ſingulares devolvitur, reaſſumenda eſt lis, ita, ut ejusmodi ſucceſſores ſtatim ſub comminatione: daß lis pro reaſſumta gehalten werden ſoll, conceſſo duplici ſpatio ſaxonico, ad reaſſumtionem litis ſint citandi, qui deinde litem in eo ſtatu, quo ab anteceſſore relicta eſt, continuare, aut adminimum in termino præfixo illi renunciare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 17. §. 2.* add. *quæ notata ſunt, ad th. 6. lit. c.*

obſ. 1. not. 2. p. 487. & ſucceſſori in officio, ſi anteceſſor intuitu officii egerit, & ante litem finitam obierit, *Griebner. princip. proc. judic. §. 2.*

10. Si unus ex litis conſortibus moriatur, eique alter ſuccedat, hic quidem proceſſum continuare poteſt, ipſi tamen, etiam non petente adverſario, litis reaſſumtio iis in caſibus, ubi locum habet, ex officio injungitur, *Rivin. c. l. en. 13.*

11. Ex ſola reaſſumtione proceſſus tacita ratihabitio non infertur, ut per eam etiam vitia latentia & geſta a falſo procuratore approbata cenſeantur, *Rivin. c. l. en. 18.* Et exceptioni nullitatis per ſolam reaſſumtionem proceſſus tacite non renunciatur, *Berger. dec. 426.*

12. Reaſſumtione litis opus non eſt, mortuo mandatario, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 6. def. 14. n. 8.* tutore vel curatore, *A. Fab. d. def. 14. n. 11. Berlich. p. 1. concl. 27. n. 26.* aut minore majorenni facto, *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 36. §. 3.*

13. Proceſſus reaſſumtio in cauſis ſummariis penitus omitti poteſt, *Berlich. p. 1. concl. 27. n. 24.* Quemadmodum quoque in Judicio Mercatorio Lipſienſi absque præcedente litis reaſſumtione cauſæ ſint continuandæ, niſi ſucceſſor ſit ſingularis, Leipz. Handels-Ger. Ordn. *tit. 14.*

14. Eo caſu, quando quis per procuratorem cum clauſula: *pro ſe ac ſuis heredibus*, conſtitutum cauſam tractavit, reaſſumtio proceſſus ſublata eſt, *Rec. Imper. de an. 1654. §.* auch zum 4ten *verſ.* ſo ſollen die Gewälde. *Mandat. Elect. Sax. de an. 1655. Reſolut. grav. de an. 1661. tit.* Von Juſtitien-Sachen. *§. 19. & 20. Berger. E. D. F. tit. 17. obſ. 1. p. 483. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit. 17. en. 1.*

15. Sed

15. Sed hoc ita, ut mandatarius, ſecundum *de Rec. Imper. c. l.* intra ſpatium trium menſium, & vi *memorati mandati Elect. Sax.* intra terminum Saxonicum heredum nomina judici ſignificare, ac, ſalva hereditatis renunciatione, continuare proceſſum teneatur, *Rivin. c. l. Berger. c. l. obſ. 2. p. 488. ſeq.*

16. Heredes a lite reaſſumenda immunes quoque ſunt, etiamſi, defuncto principali, ſtatim alium conſtituant mandatarium, ſi modo priori poteſtas data fuit a defuncto, pro ſe ſuisque heredibus, *Rivin. ad O. P. S. tit. 17. en. 2.*

17. Mandatarius defuncti in primo ſaltem termino admittitur: ſed injuncta heredum nominatione & legitimatione poſt elapſum ſpatium præfinitum, ulterius in proceſſu progredi nequit, *Rivin. c. l. en. 3.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 27. th. 2. not. 3. p. 1126.* ubi: atque, elapſo ſpatio deliberandi, ſe prædictorum heredum nomine de integro legitimare. add. & ipſe *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 17.* ubi: mandatarius poſt mortem principalis in jus vocari poteſt, durante annali deliberandi ſpatio.

18. Quamvis mandatarius poſt mortem mandantis teneatur heredes nominare & legitimationem novam exhibere: per hoc tamen ipſi non eſt ademta libera facultas renunciandi mandato, *Rivin. ad O. P. S. tit. 17. en. 4.*

RECANTATIO INJURIARUM.

Vid. loc. *declaratio honoris.*

RECEPTATORES FURUM.

1. Furum, rerumque furtivarum receptatores eadem pœna tenentur, qua fures ipſimet afficiuntur, *l. 1. de receptat. l. 48. §. 1. de furt. l. 1. C. de his, qui latron. vel*

(P p) *al.*

al. crimin. reos occult. **Landr.** *lib. 2. art. 13. Dambouder. in prax. rer. crimin. c. 102. n. 7. c. 110. n. 53. c. 116. n. 1. ſeq. Zanger. de quæſt. & tortur. c. 2. n. 118.*

2. Verum Dd. hoc ſolum intelligunt de eo caſu, ſi receptatores ſocietatem criminis cum ipſis delinquentibus contraxerunt, atque auxilium præſtiterunt, ut itaque ob ſolam furum receptionem arbitraria tantum pœna obtineat, *Carpz. pract. crimin. qu. 87. n. 51. ſeq. & qu. 134. n. 40. ſeq. Brunnem. ad l. 1. C. de his qui latron. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 6. not. 1. p. 810. Stryck. uſ. mod. tit. de receptat. §. 1.* confer. vero *Schilter. ex. 49. th. 40. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 492.*

3. Plane in Saxonia Electorali furum receptatores hodie pœna ſuſpendii afficiuntur, etſi directo de furto non participarint, vid. *mandat. de an. 1719.* **Wegen geſchwinder** *Exequi***rung der Räuber und Diebe, §. Wir wollen auch nicht weniger.** verb. Inſonderheit aber und vornehmlich ſollen auch die Diebes-Wirthe und Hehler 2c. 2c. wenn ſie gleich von dem Diebſtahl directo ſelbſten nicht mit participiret 2c. 2c. auf gleichmäßig geſchwinde Arth, eben die Straffe, wie die delinquenten ſelbſt, auszuſtehen haben. add. *Wernher. c. l.*

4. Requiritur autem 1) ut furum receptatores ad minimum de furto participarint indirecte, als durch leichtere Verkauffung der geſtohlnen Sachen, oder deren Verzehrung bey denenſelben, oder ſonſten, vid. *mandat. declarator. de an. 1720.* quod exhibet *Wernher. d. obſ. 492. n. 13.* juncto alio *mandato de an. 1721.* quod habet *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 6. obſ. 492. n. 5.* 2) ut lucrum illud indirectum attingat quantitatem 12. thalerorum & 12. groſſorum vid. *memorata mandata*

data. In quo poſteriori hæc tanquam notatu digna, adhuc occurrunt, 1) daß die Diebe und der Hehler nicht pro ſociis gehalten werden, und dasjenige, was der letztere hernach participiret, oder, wenn er mit gerechnet worden, participiren können, denen erſteren nicht zu ſtatten kommen ſolle; 2) daß der Hehler mit der ordentlichen Straffe des Stranges beleget werden könne, wenn er gleich nicht auf einmahl und von einem, ſondern nach Gelegenheit von mehrern Diebſtählen, (als welche hierunter, wenn der Hehler nicht wegen der Verheimlichung, und deſſen, ſo er davon genoſſen, bereits geſtraffet, allerdings zuſammen zu rechnen) das geſetzte quantum genoſſen hat; 3) daß extra caſum participationis indirectæ, dergleichen Hehler, wenn ſchon dasjenige, ſo ſie von geſtohlnen Sachen verheimlichet, ein mehrers betragen mögte, nicht mit der Todes-Straffe, ſondern nach Befinden mit einer andern pœna extraordinaria zu belegen; 4) daß denen Hehlern, wenn ſie von dem geſtohlnen ſelbſt 12. Rthl. 12. gl. directe oder indirecte participiret, weder die nahe Verwandniß mit dem Diebe, noch die von dem Diebe erfolgte reſtitution, oder von dem beſtohlnen dem Diebe beſchehene remiſſion zu ſtatten komme.

RECOGNITIO DOCUMENTORUM.

Vid. loc. *inſtrumentorum recognitio.*

RECOGNITIO PER TESTES.

Vid. loc. *inſtrumentorum recognitio. th. 49. 50. 51. 53. 54.*

RECONVENTIO.

1. Reconventio jure communi cum cauſa conventionis ſimul & pari paſſu in eodem judicio agitari

debet, ita tamen, ut conventio actoris, ceu primi & principalis litigatoris, per ſingulas judicii partes primo loco, mox reconventionis negotium tractetur, & tandem utrumque una definiatur ſententia, *Schult. obſ. 30. n. 5. Carpz. p. 1. c. 7. d. 1. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 38. §. 3. Mev. p. 4. dec. 166.*

2. Statim ante litis conteſtationem inſtitui debet reconventio; cui etiam in continenti, poſt litem conteſtatam & reſponſionem ad libellum actoris factam tenetur reſpondere actor reconventus, *c. 1. extr. de mut. petit. nov. 96. c. 2. auth. & conſequenter C. de ſentent. & interlocut. Carpz. d. c. d. 2. n. 1.* At poſt litis conteſtationem ulterius reconventio non admittitur, *A. Faber. in Cod. lib. 3. tit. 1. def. 25. Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 383.* add. *Berger. E. D. F. tit. 6. obſ. 1. not. 1. p. 186.*

3. Aſt jure Saxonico reconventio demum tractari poteſt finita (a) conventione per realem (b) ſolutionem, aliamque ſatisfactionem, durch würckliche völlige Zahlung, unlaugbahre Compenſation, oder andere Satisfaction, Land-R. *lib. 3. art. 12. O. P. S. tit. 6. §. 1.*

(*a*) Hodie vero reconventio una cum conventione ſimul & pari paſſu agitari, imo & pro re nata anticipari poteſt, ita tamen, ut, ad evitandas confuſiones, utraque diverſo proceſſu, habitis ſeparatis actis, peragatur, nec reconventio impedimento ſit proceſſui conventionis, executioni & rigori cambiali, Verfahren nach Wechſel-Recht, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 1.*

(*b*) Licet conventio non impediat, quo minus reconventio in judicium deduci poſſit: attamen, ſi eo ventum, ut finita ſit conventio, wenn Kläger den Beklagten würcklich ausgeklaget, actor invitus in cauſa reconventionis ulterius progredi non tenetur, donec reus, facta ſolutione plenaria, a judicio conventionis ſe liberaverit, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

§. 1. Carpz. p. 1. c. 7. d. 8. & 16. Ludovic. Einleit. zum *Civil-Proc. c. 38. §. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. p. 1029.*

4. In cauſis injuriarum vero reconventio, (c) una cum conventione, usque ad litis conteſtationem tractari poteſt, ad effectum ſcil. hereditariæ tranſitionis, *O. P. S. tit. 6. §. 3. ibique Rivin. en. 3. Carpz. d. c. d. 13. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. not. 7. p. 1033.* Alia eſt ratio actionis injuriarum, quæ ex cauſa famoſa, tanquam præjudiciali, dimanat: in hac enim ante finitam conventionem non proceditur, nequidem ad litis conteſtationem, *Berger. c. l. Rivin. c. l. en. 4. Carpz. d. c. d. 14.* confer. vero *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 1. n. 31. ſeq.*

5. Non aliter finita intelligitur conventio, quam ſi reus actori omne id, quod ipſi adjudicatum eſt, plene præſtiterit, *Conſtit. Elect. Sax. 7. p. 1. ibique Carpz. d. 16. O. P. S. tit. 6. §. 1. Wernher. c. l. n. 77.* Unde conſequitur, fructus & ſumtus litis reſtitutos eſſe debere, modo iidem in ſententia adjudicati fuerint, *Carpz. d. c. d. 17. & lib. 2. R. 42. Wernher. c. l. n. 81.*

6. Hinc judicatum deponi, regulariter non ſufficit, *Wernher. c. l. n. 78.* adeo ut non admittenda ſit reconventio, ſi reus pecuniam, in quam fuerat condemnatus, in judicio depoſuerit atque arreſtaverit, quod facere non poteſt, *Coler. p. 2. dec. 273. n. 7. Carpz. d. c. d. 18. & lib. 2. R. 43.*

7. Quodſi vero actor (d) peregrinus ſit, aut in terris Saxonicis bona immobilia haud poſſideat, eoque difficilis adverſus illum executio reddatur, ſi forte in

(Pp) 3 recon-

(c) Sed hodie in cauſis mutuarum injuriarum ceſſat reconventio, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 2. in fin.*

(d) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 8. lit. e. & f.*

Digitized by Google

in reconventione eundem ſuccumbere contingat; hinc alius caſus emergit, quo actor reconventionem pati tenetur, antequam ipſi ſolutum & ſatisfactum, eoque conventio finita ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 1. n. 82.*

8. Poteſt nimirum reus hoc caſu interim, dum reconventionis judicium peragitur, pecuniam, ad quam actori exſolvendam condemnatus eſt, judicialiter deponere, (e) donec actor cautionem de ſolvendo in caſum ſuccumbentiæ præſtet: modo reus probabiles (f) ſaltem cauſas, ſe non calumnioſe, actoris vexandi cauſa, depoſitionem exigere, deducat, ſimulque (g) libellum reconventionis ſtatim offerat, *O. P. S. tit. 6. §.* Es wäre denn. *ibique Philipp. conſiderat. 3. Carpz. p. 1. c. 7. d. 19. Wernher. c. l. n. 83.*

9. Cautio illa regulariter, datis fidejuſſoribus vel pignoribus, præſtari debet, nec actor ab eadem liberatur, licet initio litis jam pro reconventione & expenſis caverit, *Wernher. c. l. n. 84.*

10. Licet in *O. P. S. tit. 6. §.* Es wäre denn. *verb.* Jedoch daß auch der Deponens ſeine Reconvention-Klage alſobald würcklich übergebe, videa-

(e) Quod etiam comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 1.*

(f) Imo quandoque reo, qui depoſitionem urget, juramentum malitiæ a judice injungi poteſt, quod ſi in termino præfixo non præſtet, qua depoſitionem non eſt audiendus, ſed repellendus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 1. in fin.*

(g) Reus, ſi, poſt factam depoſitionem vel præſtitam cautionem, in inſtituenda reconventione moras nectat, judex ad præcedentem actoris implorationem, ſpatium Saxonicum illi ad libellum reconventionis offerendum, ſub pœna præcluſi, absque prævia ſententia, præfinire debet; quo neglecto, reconventio amplius non admittitur, *O. P. S. R. tit. 6. §. 2.*

Digitized by Google

deatur eſſe ſtatuendum, quod deponens pecuniam eo caſu, ubi reconventus non eſt in terris Saxonicis poſſeſſionatus, reconventionis libellum ſtatim edere debeat: hæc tamen verba declaranda ex ſubſequenti §. Dieweil aber. verbis: auch dabey dem beklagten Theil ein gewiſſer Termin zu ſeiner Reconvention benennet, ꝛc. ita, ut particula: alſobald, accipiatur cum aliquo temporis laxamento; ſcilicet ut offeratur intra ſpatium (h) a judice præfixum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 17. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 238. & p. 4. obſ. 1. n. 93. ſeq.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. not. 5. p. 1031. ſeq.*

11. Si reo ad inſtituendam reconventionem certum determinatum fuit ſpatium, eo elapſo, niſi ulteriorem dilationem impetret, amplius non admittitur, (i) *Rivin. c. l. en. 18. Wernher. d. p. 1. obſ. 238. n. 6.*

12. Secundum principia juris communis reconventionis via perpetuo patet, ſi modo ea ſit actionis in hoc judicium deducendæ indoles, ut 30. annos duret. Poteſt tamen etiam in foro communi judex certum terminum reo definire, intra quem reconventionem, niſi ab illa præcludi velit, movere debeat, *Wernher. d. p. 4. obſ. 1. n. 90. 91. Rivin. c. l. en. 19.*

13. Præterea exceptio nondum finitæ conventionis actori non prodeſt, ſi ipſe a lite deſiſtat: quando enim ſemel conventio inſtituta eſt, jus reo quæſitum eſſe intelligitur, eo cum effectu, ut deinceps actorem, ſi forte liti renunciet, coram eodem judice ſtatim convenire poſſit, *Ziegler. ad Lancellot. lib. 3. tit. 9. §. 1. verb. compellendus erit, Suendend. ad Fibig. p. 778.*

(*h*) De quo vid. *quæ notata ſunt ad th. 8. lit. g*
(*i*) De quo vid. *quæ notata ſunt ad th. 8. lit. g.*

Digitized by Google

Neque vero ad hunc effectum opus eſt, ut lis in conventione conteſtata ſit, quod requirere videtur *Carpz. p. 1. c. 7. d. 15.* ſed ſola citatio, reo inſinuata, ſufficit, quæ forum reſpectu reconventionis competens reddit, *Wernher. c. l. n. 126. Berger. E. D. F. tit. 6. obſ. 1. not. 5. p. 196.*

14. Jure communi reconventio locum habet in cauſis etiam ſeparatis, *l. 1. §. ult. de extraord. cognit. c. 3. de reſcript. in 6. Martin. ad O. P. S. tit. 6. §. 1. n. 14. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 38. §. 2.* Jure autem Saxonico non niſi in cauſis connexis (k) obtinet, *O. P. S. tit. 6. §. 1. Carpz. d. c. d. 8. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 237.* quæ, ante finitam reconventionem, nequidem ſeparatim & coram alio judice per modum conventionis tractari poſſunt, *Carpz. p. 1. c. 7. d. 9. Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 2.*

15. Convenit Jus Saxonicum cum civili in eo, quod reus actorem coram judice conventionis, licet alias illi ſit incompetens, reconvenire poſſit, *l. 14. C. de ſentent. interlocut. nov. 96. c. 2. O. P. S. tit. 6. §. 3. Carpz. p. 1. c. 7. d. 3. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 305. n. 71. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. not. 2. p. 1030.* quem actor quoque tanquam ſuſpectum recuſare non poteſt, *Carpz. d. def. 3. & lib. 2. R. 39. n. 25. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 241. n. 6.* quamvis diſſentiat *Brunnem. ad auth. & conſequenter. C. de ſentent. & interlocut. n. 1.* modo cauſa ita ſit comparata, ut judex per modum conventionis deſuper cognoſcere poſſit, *Carpz. d. c. d. 4. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 38. §. 2. Wernher. d. obſ. 241.*

16. Co-

(*k*) Adeo, ut cauſæ ſeparatæ, ad ordinarium cujusque forum remittantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 2.*

Digitized by Google

16. Coram arbitris reconventio locum non habet, *Berlich. p. 1. concl. 22. n. 43. Carpz. p. 1. c. 7. d. 5.* Nec procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri poteſt, *Molign. de reconvent. qu. 17. Carpz. d. c. d. 6.* quod & ad tutorem vel curatorem, nomine pupilli vel minoris agentem, extendit *Berlich. p. 1. concl. 21. n. 13.*

17. Jure civili reus cogi non poteſt, ut reconventionem coram judice conventionis inſtituat, ſed hoc libero ejus arbitrio relictum; ut hinc, prætermiſſo judice, qui priorem litem terminavit, actorem ad aliud forum, quod competens ſit, trahere, & ibi reconvenire queat: ſi modo conventionis judicium plene finitum ſit, *nov. 96. c. 2. auth. & conſequenter. C. de ſentent. & interlocut. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 1. n. 23.* Nec ſecus eſſe de jure Saxonico, tradit *Wernher. c. l. n. 146. ſeq.* diſſentiunt, & hoc jure neceſſitatis eſſe, ut reconventio coram eodem judice (l) inſtituatur, coram quo conventio ventilata erat, volunt *Suendend. ad Fibig. p. 770. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. not. 1. p. 1029.*

18. Secundum principia juris civilis reconventioni in cauſis executivis locus non eſt: niſi cauſa reconventionis pariter ſit executiva, *Rittersh. ad nov. p. 9. c. 17. n. 6. Cothmann. vol. 1. conſil. 17. n. 65. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 21. th. un. not. 6. p. 1032. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 240. n. 1. & p. 5. obſ. 214.*

19. Aſt jure Saxonico reconventioni etiam in cauſis ſummariis & executivis locus eſt, *O. P. S. tit. 6.*

(*l*) Quam ſententiam comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 2.* verbis: **Und wie im übrigen, die** Reconvention **an das** Judicium conventionis **ohne, dem gebunden.**

§. 3. Carpz. p. 1. c. 7. d. 24. nec non in cauſis cambialibus, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 69. lit. a. p. 318.* imo, ſi reus peregrinus, aut miles, vel alius non poſſeſſionatus, atque ſic de fuga ſuſpectus ſit, depoſitio ad cautionis ſufficientem usque præſtationem locum obtinet, teſte *Barthio. c. l.* licet reconventionis cauſa ſit altioris indaginis, *Carpz. d. c. d. 25. Barth. c. l.*

20. Hinc in reconventione condici poteſt pecunia, cujus exſolutio in proceſſu executivo reo fuit injuncta, *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 6. Wernher. d. p. 1. obſ. 240.* Et creditor cambialis reconventioni rem judicatam fruſtra opponit, quamvis, durante conventione, ab eadem ſimpliciter abſolutus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 114.*

21. Econtra ſi in proceſſu ordinario (m) vel ſummario per ſententiam condemnatus ſolverit, illud quod præſtitit, per modum reconventionis tanquam indebite ſolutum repetere nequit: cum enim in utroque proceſſus genere reprobatio & contrademonſtratio permiſſa ſit, ſibi imputet reus, quod, ſe non debere, legitime haud deduxerit, *Rivin. c. l. en. 7. Wernher. ſel, obſ. for. p. 1. obſ. 24.*

REDITUS ANNUI.

Vid. loc. *annui cenſus, ſive Reditus.*

REGALIA.

1. Regalia non niſi tempore immemoriali contra principem præſcribuntur, *c. 26. §. præterea. X. de V. S. Rec. Imper. de an. 1548.* Wann auch ein ausgezo-

(*m*) In quo, cum reus exceptiones ſuas in reprobatione deducere poſſit, ſi easdem omiſerit, vel deſeruerit, plane ceſſat reconventio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 6. §. 2.*

Digitized by Google

gezogener. & §. Wo aber innerhalb Menſchen Gedencken. Land-R. *lib. 1. art. 2. Carpz. p. 2. c. 3. d. 24. Mev. p. 7. dec. 158. n. 14.* compara *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 5. n. 93. ſeq.* confer. vero *Beyer. ſpecim. jur. german. lib. 2. c. 2. §. 38. ſeq.* ubi, quod nequidem præſcriptioni immemoriali adverſus principem locus ſit.

2. Contra privatum vero regalibus ordinario tempore præſcribitur, *c. 26. §. præterea. X. de V. S. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 25. not. 3. p. 263. Beyer. c. l. §. 48.* Excipe jus venandi, quod in Electoratu Saxonico non magis contra privatum, quam contra principem ordinario tempore præſcribitur *Ord. Proc. de an. 1555. tit.* daß keiner auf des andern Grund und Boden. §. So wollen wir. *Carpz. lib. 1. R. 44. & d. c. d. 25. Ziegler. d. jur. maj. lib. 2. c. 14. §. 44. 45. Berger. c. l.*

3. In juribus regiis juſta cujusquam adverſus ſuperiorem non creditur poſſeſſio; ideo ejus allegatio adverſus hunc non proficit, donec doceatur titulus, *Reinking. de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 3. c. 3. n. 50. ſeq. Mev. p. 1. dec. 102. n. 12.*

REGISTRATURA.

1. Actuarius verba loquentium ita, uti proferuntur, conſignare, &, ſi cum perſonis jurium & latinæ linguæ ignaris negotium ſit, formulas latinas evitare, & omnia germanicis verbis aperte planeque explicare debet. Quodſi enim de præcedente ejusmodi interpretatione, certiorationeque non conſter, ejusmodi clauſulæ, invitis partibus, tantummodo ex conſuetudine adjectæ præſumuntur, *Horn. cl. 12. R. 112. p. 954.*

2. Re-

2. Regiſtraturis actuarii vel ſecretarii jurati (a) tum demum fides habenda, ſi propria manu omnia fideliter conſignet, & actis nihil quicquam ſubtrahat, ſed ſuo quidvis loco relinquat, *c. 11. X. de probat. ibique Felin: n. 13. Rosbach. in proc. judic. c. 8. n. 4.*

3. Regiſtraturæ non aliter fidem merentur, quam ſi præſentibus (b) perſonis judicialibus factæ ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 91. n. 4. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 2. §. 1. p. 20.* Propterea tamen fides regiſtraturæ judicialis non imminuitur, quod perſonæ judiciales, quæ adfuerunt, ſpeciatim haud nominatæ ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 259.* Nec neceſſe eſt, ut regiſtraturis judicialibus nomina a Scabinis (c) ſubſcribantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 243.*

4. Superintendentes, ut regiſtraturas ſuas mediante juramento confirment, pro re nata adigi poſſunt, *Wernher. ſel. obſ. forenſ. p. 2. obſ. 481.* quod tamen in Saxonia Electorali, peculiari *mandato de an.*

(a) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 5.* ubi: Und weiln hiernechſt keinen Regſtraturen völliger Glaube beyzulegen, als die von denenjenigen gehalten, ſo zu deren Fertigung und zu denen Acten würcklich verpflichtet: So ſollen, zu Verhütung des ſonſt beſorglichen Diſputats, alle andere, ſo hierzu nicht vereydet, des regiſtrirens ad acta, bey Vermeidung der Nullität, und 5. Rthl. Straffe, ſo offt, darwider gehandelt wird, ſich gäntzlich enthalten.

(b) Imo regiſtraturæ in cauſis civilibus, a partibus ſubſcriptæ, valent, etiamſi ſcabini vel perſonæ judiciales præſentes non fuerint, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 6.*

(c) Equidem in *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* requiritur ſubſcriptio ſcabinorum, ita tamen, ut, eadem licet deficiente, regiſtratura alias legitime confecta, non ſit invalida.

an. 1709. mutatum, & ejusmodi regiſtraturis vis ſemiplene probandi (d) data eſt, *Wernher. in ſupplem. ad p. 2. obſ. 481.*

5. Regulariter quidem regiſtraturæ ex capite falſi impugnari, & contra illum, qui easdem confecit, per modum inquiſitionis procedi poteſt, quando res aliter, ac geſtæ ſunt, in illis conſignatæ reperiuntur. Sed hoc merito reſtringitur ad ejus generis regiſtraturas, quibus alteri noceri, ac damnum inferri poteſt: alias enim, ſi tale metuendum non ſit, haudquaquam apparet, quomodo falſi crimen propterea locum habere poſſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 363.*

REI VINDICATIO.

1. Libellus in actione rei vindicatoria ineptus haud eſt, quando rei vel pretii reſtitutio petitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 266. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 42. p. 225.*

2. In actione rei vindicatoria exceptioni dominii in reprobatione locus eſt, quamvis eadem litis conteſtationi haud adjecta fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 14.*

3. Aliquis pecuniam ſuam, quam in alienos uſus impendit, etſi credita ſit, ſi finis crediti deſinit, ubi extat, vindicare poteſt, & ſufficit, ubi eadem quantitas eſt, etſi non iidem nummi exiſtunt, *Mev. p. 7. dec. 152.*

4. In rei vindicatione poſſeſſor reſtitutionem facere debet, etiam pretio, quod forte ſolverit, non recepto, *l. 23. C. de R. V. l. 2. C. de furt. Huber. prælect. ad ff. tit. de rei vindic. §. 2.*

5. Rei vindicatio de re immobili etiam in foro Saxo-

(d) Ut itaque Superintendentes easdem juramento confirmare non teneantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 5.*

Digitized by Google

Saxonico, ſine reſignatione judiciali, cedi poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 18. not. 7. p. 247.*

RELATIO JURAMENTI.

1. Relatio juramenti (a) vel ante ſententiam, ſuper delatione jurisjurandi ferendam, inter reſpondendum, ſtracks beym Verfahren, in quacunque poſitione, vel poſt ſententiam ſuper jurisjurandi delatione latam, antequam illa vires rei judicatæ acceperit, mediante leuteratione fieri, vel reus reſervare ad minimum proteſtando, durante adhuc decendio, relationem & declarationem intra octiduum, intra quod alias citationem ad præſtationem juramenti extrahere neceſſe habet, faciendam debet, quæ quidem reſervatio etiam per modum ſolennis leuterationis fieri poterit: quod ſi non obſervaverit, relatio juramenti ulterius locum non habet, *O. P. S. tit. 18. §. 8. Carpz. p. 1. c. 14. d. 2. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 8. not. 1. p. 1111.* vid. omnino *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 57. p. 278. ſeq.* confer. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 19. §. 19.* ubi etiam, quod jure communi determinatum non ſit, quando juramentum ſit referendum, adeoque id fieri queat, donec juramentum delatum ſit acceptatum.

2. Si

(*a*) Hodie reus ſtatim in termino, quando ad libellum reſpondet, bey der Litis conteſtation, vel ad minimum in ultima poſitione ſe declarare tenetur, an juramentum acceptare, aut referre, aut conſcientiam probationibus defendere velit; quod niſi fecerit, ſimpliciter præſtatio jurisjurandi delati a judice injungitur abſque reſervatione relationis vel probationis pro exoneranda conſcientia, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit 18. §. 1.* Eodemque modo procedendum eſt, ſi ſuper articulis eliſivis, in probatione exceptionem, & reprobatione juramentum ſit delatum, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 2.*

2. Sicuti in arbitrio rei eſt, proſequi leuterationem, &, ſecuta demum reformatoria vel declaratoria potius, intra octiduum poſt rem judicatam referre jusjurandum, aut pendenti leuterationi renunciare, intraque octiduum a renunciatione referre juramentum, vel ſe declarare, quod conſcientiam defendere probationibus, aut jusjurandum acceptare velit: ita quoque actor ſtatim pro removendo gravamine & præſcindenda leuteratione vel appellatione in reſervationem conſentire poteſt, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 58. p. 280. ibique lit. b. p. 282.*

3. Quod ſi vero ante ſententiam ſub fine litis conteſtationis reus de relatione juramenti proteſtatus ſit, nullo remedio ſuſpenſivo nec ulteriori proteſtatione opus eſſe perhibet *Barth. d. §. 58. p. 281.* & in teſtem vocat *Rivinum ad* O. P. S. *tit. 18. en. 54. p. m. 636.* ubi tamen de eo altum eſt ſilentium.

4. Si relatio reſervata in ſententia, reus non habet neceſſe, ut intra decendium in leuteratione referat, aut ſe declaret, quod relatione uti velit, ſed ſufficit intra octiduum poſt rem judicatam juramentum referri, verba enim O. P. S. *d. tit.* §. Ferner die *Relation &c.* quod reus, qui ante ſententiam de relatione juramenti non proteſtatus, id neceſſario intra decendium per modum leuterationis referre debeat, aut ſaltem ſe declarare, quod relatione pro lubitu uti velit, haud ſunt trahenda ad illum caſum, quando relatio reſervata in ipſa ſententia, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 18. en. 54. Barth. c. l.*

5. Juramentum, quod ſemel acceptatum, poſtea referri non poteſt, *Zanger. de except. p. 3. c. 16. n. 18. ſeq. Carpz. d. c. 14. d. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 9. p. 1112.* Plane, durante adhuc octiduo, revocari

cari acceptationem, vel relationem juramenti, vel electam pro exoneranda conſcientia probationem & variari ſic pro lubitu poſſe, putat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 56. lit. a. p. 270.*

6. Locum habet juramenti relatio tantum in juramento delato, *l. 34. §. 7. l. 38. de jurejur. O. P. S. tit. 18. §.* Ferner die *Relation. Carpz. p. 1. c. 14. d. 7. n. 1.* non autem in juramentis legalibus, *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 4. §. 2. Carpz. d. c. d. 7. 8. 9. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 151. n. 14.*

7. Referri tantummodo poteſt jusjurandum in facto alieno & communi, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 8. p. 111.* non ergo in facto proprio illius, cui delatum eſt jusjurandum, *O. P. S. tit. 18. §.* **Weil es aber.** *Carpz. d. c. d. 10. Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 259.* etiamſi illud non ſolum conſcientiæ, ſed quoque ſcientiæ ac notitiæ ejus fuerit commiſſum, *Carpz. d. c. d. 11. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 58.* vel præſente altera parte geſtum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 214.* confer. vero *Donell. lib. 24. c. 21. lit. o. Lauterb. diſp. de relat. jurisjur. th. 75.*

8. In factis alienis referri poteſt juramentum 1) etiamſi deferenti ea minus nota ſint, quam illi, cui juramentum delatum eſt, *Griebner. princip. proc. judic. lib. 1. c. 4. ſect. 4. §. 2. lit. a.* confer. vero *Berger. c. l. & Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 567.* 2) etiamſi conſcientiæ tantum commiſſa, *Griebner. c. l.*

9. Factum commune ſi tantum conſcientiæ commiſſum, non poſſe referri juramentum, communis eſt opinio, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 48.* ubi vero quoque teſtatur, hanc ſubtilitatem non curare ſupre-

ſupremum Appellationum judicium, ſed reſpicere qualitatem factorum, an locus ſit relationi.

10. Factum commune non dicitur illud, cujus aliquam notitiam uterque litigantium habet, ſed in quo gerendo uterque concurrit, v. g. ſi ſuper contractu ſecum celebrato actor jusjurandum deferat, ac dicat, ſe ipſi rem vendidiſſe, aut centum mutuo dediſſe; vel reus excipiendo contendat, creditori jam a ſe per actualem ſolutionem ſatisfactum eſſe, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1, obſ. 214. n. 5.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 55. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 8. not. 4. p. 1112.* At promittere, injuriam facere alteri, quamvis præſenti, factum unius eſt proprium, *Wernher. c. l.*

11. Quando reus juramentum ſuper facto proprio delatum refert, id pro deſerto (b) judicatur, *Rivin. c. l. en. 56.*

12. Si quis jusjurandum refert adverſario, cum eventuali oblatione ad jurandum, ſi forte in uno aut altero relationi non ſit locus, petitque citationem ad videndum jurari, fruſtra ejus contumacia accuſatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 57.*

13. Sententia juramenti relationem, citra diſtinctionem factorum, an propria ſint, an aliena, concedens, legaliter de his ſaltem intelligenda, *Rivin. c. l. en. 49.*

14. Quodſi omnia facta in libello, ſuper quibus juramentum delatum, ſint propria, relatio autem in

(Q q) ſen-

(*b*) Quod vero per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 1. in fin.* mutatum eſt, dum ibi diſponitur, quod, ſi relatio quoad iſta facta ſuſcepta ſit, quorum intuitu locum non inveniat, præſtationem jurisjurandi delati judex ſimpliciter injungere debeat.

ſententia, quæ in rem judicatam tranſiit, reſervata, etiam relatum erit præſtandum, *Rivin. c. l. en. 50.*

15. Referens juramentum in oblatione ad jurandum verbis generalibus uti poteſt: quod quoad facta aliena jusjurandum referre velit, licet non exprimat in ſpecie, ſuper quibus punctis, *Rivin. c. l. en. 51.*

16. Electio, utrum quis jurare, an jusjurandum referre velit, morte deferentis non amittitur, licet heredes ejus ſint impuberes, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 385.* diſſentit *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 15.*

17. Reus non excluditur probatione exceptionum antea litis conteſtationi ſubjunctarum, ſi actori delatum, ſuper fundamento actionis, juramentum referat, hicque illud præſtet, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 47. lit. a. p. 250.* diſſentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 62.* add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 16. §. 4. p. 394. ſeq.* ubi: quod actor, cui a reo jusjurandum ſuper mutuo relatum, & ſuper exceptione remiſſionis delatum eſt, tantummodo illud, non hoc, juret, quia reus cum negat mutuum, amittit exceptiones, quæ mutui exiſtentiam præſtruunt.

18. Relatio jurisjurandi eadem forma, qua delatum eſt, fieri debet, *l. 34. §. 7. de jurejur. Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 5. not. 4. p. 546.* Hinc juramentum, delatum ſuper actione, referri ſuper exceptione nequit, *Berger. c. l.* nequidem in cauſis connexis, *Lauterb. Diſp. de relat. jurisjur. th. 94. Berger. c. l.* diſſentit *Hilliger. in Donell. lib. 24. c. 13. lit. r.*

19. Poteſt tamen ille, cui relatio facta, de ſumma ſeu quantitate litis quid remittere, &, contradicente licet adverſario, in minorem quantitatem jurare, *Berger.*

ger. E. D. F. in additam. p. 1793. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 57. lit. a. p. 280.

RELAXATIO JURAMENTI.

1. Quacunque ex cauſa contra præſtitum juramentum agere & experiri quis velit, non admittitur, antequam ab eo fuerit abſolutus: nam propter periculum perjurii abſolutio a vinculo jurisjurandi omnimodo neceſſaria eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 15. def. 1. Carpz. p. 2. c. 36. d. 1. n. 1. 2.*

2. Facultas juramentum relaxandi pertinet ad principem, *Conſtit. Elect. Sax. 36. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* qui vel immediate eam, vel per alios, veluti conſiſtoria exercet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 266.* add. *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 3. c. 5. §. 13.*

3. Et quamvis pontifices poteſtatem juramenta relaxandi ſibi ſolis attribuerunt, *c. 13. X. de judic. c. 34. X. de elect. c. 28. X. de jurejur.* Attamen tractu temporis res ad priſtinum ſtatum & jus antiquum rediit, dum etiam Cameræ Imperiali poteſtas abſolvendi a juramento ad effectum agendi conceſſa eſt, *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 24. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 23. & obſ. 25. n. 2. Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 427.*

4. Non niſi juſta ex cauſa & prævia cognitione juramentum relaxari debet, *d. conſtit. 36. ibique Carpz. d. 2. Gail. lib. 1 obſ. 23. n. 4.* confer. omnino *Mev. p. 1. dec. 132.* Nec impediet relaxationem, quod quis juraverit non petere relaxationem juramenti, *Felin. in c. præterea. 2. X. de ſponſal. n. 19. & in c. debitores. 6. X. de jurejur. n. 9.*

5. Relaxatio urphedæ ſeu juramenti ad effectum agendi fieri poteſt, parte etiam adverſa non citra, neque audita, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 15. def. 1. n. 11. Carpz. p. 2. c. 36. d. 3.* quod autem neceſſe erit, quando per

relaxationem juramenti obligatio in totum tolli debeat, *Gail. lib. 1. obſ. 22. n. 3. & 7.* confer. *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 33.*

6. Denegatur abſolutio a juramento, quando apparet, petenti relaxationem nullam competere actionem, *Gail. d. obſ. 22. n. 4. Carpz. d. c. d. 4.*

7. Non indiget jurans relaxatione juramenti, ſi is, in cujus favorem juratum eſt, obligationem remittat: quia remittente parte, ipſemet deus juramentum remittere videtur, *Gail. lib. 1. obſ. 24. n. 1. Carpz. d. c. d. 6.* Quod non modo fit expreſſe, ſed & tacite, cum reus ſine oppoſitione non factæ relaxationis actioni reſpondet, *Mev. p. 1. dec. 132. n. 11.*

8. Nec opus eſt juramenti relaxatione in contractu confirmato, ſub verbo veritatis: beym Wort der ewigen Wahrheit: quia illa promiſſio verum juramentum non eſt, *Carpz. d. c. d. 8. Mev. d. dec. 132. n. 7.* Multo minus relaxatione opus eſt in promiſſione ſub fide principis aut nobilis facta, *Carpz. d. c. d. 10.*

9. Reus, ſi tantum juraverit, non vindicare carceres, absque relaxatione urphedæ via juris experiri poteſt adverſus judicem, *Gail. lib. 2. obſ. 22. n. 5. & 6. Carpz. p. 2. c. 36. d. 5.* add. *Mev. d. dec. 132. n. 8.*

10. Heres, experiri volens contra juratum defuncti contractum, non tenetur petere abſolutionem a juramento, per defunctum præſtito, *Gail. lib. 1. obſ. 27. n. 2. Carpz. d. c. d. 7.*

11. Denique ſi juramentum plane & notorie eſt invalidum atque non obligatorium, nulla opus eſt relaxatione, *Gail. lib. 1. obſ. 22. n. 3. Mev. p. 1. dec. 132. n. 9.*

RELEGATIO.

1. Quoties quis relegatus eſt a magiſtratu ſupre-

premo, h. e. ab eo, qui ſuperioritatem territorialem habet; toties relegatus intelligitur a tota ejusdem, etiam ſubvaſallorum, non tamen confœderatorum, provincia, *Carpz. dec. 98. Berger. jurisprud. crimin. p. 31.*

2. Quoties autem quis relegatus eſt a magiſtratu inferiori, toties relegatus intelligitur tantum a diſtrictu illius loci, in quo magiſtratus jurisdictionem habet, *l. 7. §. 10. & 15. de interdict. & relegat. Carpz. p. 4. c. 47. d. 3. Berger. c. l.* Neque aliter in Luſatia obtinet, teſte *Carpz. pract. crimin. qu. 130. n. 33.*

3 Plane ubivis fere locorum conſuetudine generali introductum eſſe, ut ab una civitate aut præfectura alicujus principis migrare juſſus a tota provincia & ducatu iſtius principis cenſeatur bannitus, teſtantur *Clar. lib. 1. ſentent. §. ult. qu. 71. n. 4. Vincent. de Francb. p. 1. dec. 129. n. 2.* add. *Berlich. p. 5. concl. 71. n. 10.*

4. Jure Saxonico Electorali relegatus a magiſtratu inferiore, puta præfecto, ſenatu civitatis aut domino jurisdictionali, ex tota provincia Electorali Saxonica relegatus intelligitur, *Conſtit. Elect. Sax. 47. p. 4. ibique Carpz. d. 1. 2. & pract. crimin. qu. 130. n. 27. & 28. Berger. jurisprud. crimin. p. 32.* imo & ex aliis eidem connexit ditionibus, v. c. comitatu Hennebergico, ut & Episcopatibus, puta Miſenenſi, Martisburgenſi & Numburgenſi, *Carpz. d. c. d. 4. & pract. crimin. quæſt. 130. n. 30. & 34.* & vice verſa, *Carpz. pract. crimin. c. l. n. 37.* non tamen etiam e Luſatia, utpote quæ ſeorſim & proprio regitur, *Berger. c. l.*

5. Et hoc ita obtinet, ſive quis cum fuſtigatione, ſive absque ea, ſive in perpetuum, ſive ad certum tempus relegatus fuerit, *Conſtit. Elect. Sax. 47. p. 4. ibique Carpz. d. 2. n. 2.*

6. Si reus relegandus nec urphedam præſtare, nec in exilium ire velit, carcere ad id compellendus eſt, ubi in contumacia perſeverans per aliquot tempus pane & aqua cibari poteſt, *Carpz. pract. crimin. qu. 130. n. 38.* Quodſi vero relegandus nec tum parere & in exilium ire velit, nullum aliud ſupereſt coercendi remedium, quam ut e provincia & finibus ejiciatur, præſtita prius urpheda per lictorem in animam rei, ac relegatione per publicum proclama affixum omnibus manifeſtata. Cujus effectus hic eſt, ut relegatus, ſi revertatur, pœnam perjurii incurrat, non minus ac ſi ipſemet urphedam præſtitiſſet, *Carpz. c. l. n. 41.*

7. Quoties relegatio indefinite eſt dictitata, toties perpetua intelligitur, *Carpz. p. 4. c. 47. d. 5.* Quoties autem relegatio temporalis indefinite dictitata eſt, toties decennalis intelligitur, *Berger. jurisprud. crimin. p. 31.*

8. Relegati jura civitatis non amittunt, *Berlich. p. 1. dec. 65. n. 5. Carpz. p. 4. c. 47. d. 9. Berger. c. l.*

9. Conceſſa relegato facultate negotiandi in loco, ex quo bannitus fuit, videtur etiam conceſſum jus commorandi, *Carpz. d. c. d. 10.*

10. Maritum ex ſuo delicto bannitum, haud tamen vagabundum, uxor ſequi tenetur, *Hartm. Piſtor. obſ. 148. Carpz. d. c. d. 7.* Salvo tamen arbitrio judicis, utpote cujus eſt, habere rationem rerum ac rationum domeſticarum, *Heig. lib. 2. qu. 14. Berger. jurisprud. crimin. p. 33.* ſalvaque mulieri revertendi licentia quandocunque velit, citra animum tamen ibidem manendi, *Berger. c. l. Carpz. d. c. d. 8.*

11. Plane in adulterio conjux, cum pro conjuge intercedit, ſeſe ſimpliciter obligat ad ſequendum, *Conſtit. Elect. Sax. 19. p. 4. Berger. jurisprud. crimin. p. 33.*

Digitized by Google

p. 37. &, ſi ſequi nolit, carcere & deinceps relegatione coercendus, *Berger. c. l.*

12. Relegatus ab uno loco in alio poteſt admitti ad officia & honores, *Felin. in c. cum contingat. 13. in pr. X. de for. compet. Carpz. p. 4. c. 47. d. 11.* quia relegationis effectus ſive punitio non extenditur extra territorium relegantis, *Schneidew. in. §. 2. & ſeq. J. quib. mod. jus. patr. poteſt. ſolv. n. 13.* ergo nec infamia, ceu acceſſorium relegationis, *l. 3. l. 4. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Carpz. c. l. n. 6.* quamvis relegatio in ſe ſpectata non infamat, *arg. l. 22. de his, qui not. infam. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 151.*

13. Quod quidem intelligendum, ſi relegatio facta fuerit ob delictum punitionis arbitrariæ, cui pœnam turpitudinis non lex conſtituit, ſed judex. Si quis vero relegatus fuerit ex tali delicto, cui lex ipſa pœnam infamiæ conſtituit, relegatus certe etiam alio in loco pro infami habebitur, ac per conſequens ab officio honorabili repellendus eſt, *Coler. p. 2. dec. 185. n. 3. Carpz. p. 4. c. 47. d. 12.*

14. Non omnis relegatio academica promotioni in miniſtrum eccleſiæ impedimento eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 424.*

15. Relegationis tempore finito, læſio exiſtimationis finitur; unde teſtis talis pro inidoneo haberi non poteſt, *Horn. cl. 12. R. 46.*

16. Relegati, ſi revertantur, & provinciam, ex qua ſunt relegati, ingrediantur, extraordinaria pœna, pro judicis arbitrio, plectuntur, *l. 8. §. 7. de pœn. Carpz. p. 4. c. 48. d. 1. n. 1.*

17. Jure Saxonico Electorali relegatus, qui contra præſtitam urphedam revertitur, prima vice abſciſſionis digitorum, altera fuſtigationis pœnam ſubire,

Digitized by Google

tertiâ autem vice perjuris capite plecti debet, *Conſtit. Elect. Sax. 48. p. 4. ibique Carpz. d. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 52. n. 1.*

18. A quo tamen rigore merito judex recedit, quando juſta & probabilis cauſa adeſt, ut puta, ſi ex circumſtantiis appareat, dolum abeſſe & meram ſimplicitatem in cauſa fuiſſe, cur relegatus reverſus fuerit, *Wernher. c. l. n. 2. Carpz. d. c. d. 5. Berger. p. 1. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 10. & p. 2. ſupplem. obſ. 20. & 21.* Idemque dicendum in caſu, ubi reus nondum duplicem pœnam corporis afflictivam, nempe abſciſſionis digitorum & ſuſtigationis ſuſtinuit, *Wernher. c. l. n. 3.*

19. Digiti non toti, ſed priores ſaltem digitorum articuli refugis abſcinduntur, *Carpz. p. 4. c. 48. d.* 2 add. *Stryck. uſ. mod. tit. de L. Cornel. de falſ. §. 9. Berger. juriſprud. crimin. p. 24.*

20. Ad certum tempus relegati, revertentes, abſciſſis digitis, denuo ad tempus illud, non in perpetuum relegantur, *Carpz. d. c. d. 3.*

21. In Saxoniæ Electoratu abſciſſione digitorum non puniuntur refugæ, qui ſaltem ex diſtrictu judicii, aus dem Weichbild, ſunt relegati, *Carpz. d. c. d. 4.*

22. Non tantum principum, ſed etiam ſummorum judiciorum, imo aliquando inferiorum eſt, relegato in civitatem redeundi indulgentiam concedere, ex juſta ſcilicet atque probabili ratione, *Mev. p. 8. dec. 172.*

RELUITIO.

1. Jure Saxonico debitor, intra annum, (a) non Saxo-

(a) Sed hodie intra ſex tantum menſes debitori facultas re-

Digitized by Google

Saxonicum, uti putat *Berlich. dec. 115.* ſed civilem, *dec. Elect. Sax. nov. 11. Carpz. p. 1. c. 32. d. 52.* fundum creditori poſt factam licitationem adjudicatum redimere, vel pinguiorem emtorem offerre poteſt, *O. P. S. tit. 39. §.* **darmit aber.** *ibique Philipp. conſider. 10. Carpz. d. def. 52.* eoque beneficio gaudet, etſi bonis ceſſit, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 12. not. 4. p. 1223.* Nec efficit creditor bona ſibi adjudicata intra annum alienando, quo minus ea debitor a tertio poſſeſſore redimere queat, *Carpz. d. c. d. 53.*

2. Jus reluendi competit etiam debitorum liberis, ſi modo hereditatem paternam beneficio inventarii defendunt, *Rivin. ad* O. P. S. *tit. 39. en. 62.* add. *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 12. p. 1216. & p. 2. ſupplem. ad tit. 39. p. 671. 680. 699. & 715.* Si enim hereditati paternæ ſemel renunciaverint, ad jus reluendi redire haud permittitur, *Rivin. c. l. en. 63.*

3. Si filius & filia concurrant, uterque pro rata ſua ad reluitionem admittendus, imo licet domus, quæ ſubjacet relutioni, filio jam fuerit adjudicata, filia tamen adhuc pro ſua rata admittenda eſt, *Berger. dec. 490. n. 6. ſeq.*

4. Currere incipit annus reluitionis a tempore factæ realis adjudicationis (b) non etiam a termino adjudicationi præfixo, nec ab exmiſſione debitoris, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 54. Martin. ad* O. P. S. *tit. 39. §. 13. n. 54. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 31.* Sed il-

(Qq) 5 lum

reluenti vel pinguiorem emtorem offerendi competit, vid. *Ord. Proc. Sax. Sec. tit. 39. § 19.*

(b) & hodie ſemeſtre ſpatium, intra quod debitori facultas eſt fundum reluendi, vel pinguiorem emtorem offerendi, a tempore adjudicationis currere videtur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 19.*

Digitized by Google

lum a die licitationis perfectæ, ſive finitæ ſubhaſtationis, incipere, tradit *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 11. not. 2. p. 1211. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 60.*

5. Sufficit, debitorem intra anni ſpatium ſe ad reluitionem vere & actualiter offerre, licet pretium & expenſas non exſolverit, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 55. Svendend. ad Fibig. p. 1071. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 4. not. 7. p. 1157.* diſſentit, & reali ſolutione (c) intra annum opus eſſe, exiſtimat *Rivin. c. l. en. 61.*

6. Si debitor ante elapſum anni ſpatium ſe offert verbaliter ad reluendum, ad realem ſolutionem, intra annum præſtandam, terminus ipſi ſtatuendus, *Rivin. c. l. en. 64.*

7. Debitori, fundum adjudicatum redimenti, non tenetur creditor ad rationum redditionem & reſtitutionem fructuum, quippe quos jure dominii percipit, *Carpz. d. c. d. 56. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 12. not. 4. p. 1223.*

8. Aſt debitor, res adjudicatas intra annum reluens, creditori obligatus eſt ad refundendas meliorationes & impenſas, ſi quas fecerit, *O. P. S. tit. 39. §.* da aber der Schuldner. *ibique Rivin. en. 66. Carpz. d. def. 56. n. 1. Berger. c. l. & not. 6. p. 1224. ſeq.*

9. Creditor eo caſu, ſi debitor intra annum pinguiorem emtorem obtulerit, huic antefertur, (d) ſi qui-

(c) Imo hodie intra ſemeſtre ſpatium realis ſolutio vel judicialis depoſitio pecuniæ fieri debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 19.*

(d) adhuc hodie; quod ſi vero novo emtori fundum adjudicatum cedere malit, expenſas meliorationum non recuperat. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 19.*

Digitized by Google

ſi quidem tantumdem, quod hic obtulerit, ſolvere velit, *O. P. S. c. l. Berger. c. l. not. 1. p. 1217.*

10. Jus relutionis extraneis heredibus non competit, *Berger. c. l.* diſſentit *Martin. ad* O. P. S. *tit. 39. §. 13. n. 24.* nec extraneo cedi poteſt, *Svendend. ad Fibig. p. 1065. Berger. c. l.*

11. Debitor, bona creditori adjudicata redimens, non tenetur præſtare domino laudemium, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 57.*

12. Jus relutionis adſtrictum eſt ad eum caſum, ſicubi, non reperto extraneo, (e) ipſemet creditor, neceſſitate quaſi coactus, licitatur, nec licitum ejus alius ſuperat, ſed eodem adjudicatio ipſi facta eſt, *Carpz. d. c. d. 59. n. 1. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 12. not. 2. p. 1218. & part. 1. ſupplem. ad eund. tit. §. 15. p. 399. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 281. n. 2.*

13. Ceſſat ergo jus reluitionis 1) adverſus extraneum licitatorem, ſive ab initio ſtatim fuerit licitatus, ſive poſt licitationem, a creditore factam, majus pretium obtulerit, *Carpz. d. c. d. 58.* imo 2) adverſus creditorem, ſi vel tanquam primus licitator ad tantundem, quod extraneus licitatus eſt, ſeſe obtulerit, vel ei ab extraneo jus licitationis ceſſum ſit, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 12. not. 2. p. 1218.* add. *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 198. Carpz. proc. tit. 25. art. 5. n. 15. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 281. & in ſupplem. ad. eand. obſ. nec non p. 8. obſ. 291.* vel primum licitatorem ſuperavit, vel, prævia judicis taxatione, bona ſubhaſtata, atque,

(*e*) imo hodie certo reſpectu debitori competit jus reluendi vel pinguiorem emptorem offerendi, quando extraneo fundus ſubhaſtatus adjudicatus eſt, vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 19.*

atque, nullo emtore invento, qui majus pretium offerret, creditori volenti adjudicata, *Berlich. c. l. n. 195. Carpz. p. 1. c. 32. d. 59. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 16. p. 400.* vel absque prævia ſubhaſtatione a debitore creditori bona in ſolutum data fuerint, *Carpz. d. c. d. 9.*

14. Multo magis deficit reluitio, cum creditor, qui rem, ſuperatis ceteris, obtinuit tertio eam ceſſit, quum ejusmodi ceſſionarius non amplius pro creditore habeatur, *Berger. dec. 493.*

15. Plane debitori jus reluitionis apud Saxones, ſine diſcrimine, competere, quando creditor, prædium ipſius emit, poſt *Nicol. in proc. p. 3. c. 10. n. 17. & Svendend. ad Fibig. p. 1066.* ſtatuit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 32.*

16. In rebus mobilibus ſubhaſtatis, & creditori licitanti adjudicatis, debitori jus redimendi non competit, *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 97. Carpz. p. 1. c. 32. d. 34. n. 8.* Plane jus reluitionis ad res mobiles pretioſas, item incorporales, veluti jus tonſtrinam habendi, proferendum eſſe, putat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 4. not. 5. p. 1157. & E. D. F. tit. 39. obſ. 11. not. 2. p. 1214.*

17. Res, quam a creditore reluit debitor, denuo ſub haſta vendi poteſt, ſi quidem, id fieri, creditorum interſit, *Berger. c. l. obſ. 12. not. 3. p. 1221.* Nec vero intereſt regulariter, debitor ipſemet rem poſſideat, an tertius, modo ab illo cauſam habeat, *Berger. c. l.*

REMISSIO DEBITI.

1. Remiſſio debiti valet, etiamſi non ſit a debitore acceptata, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. p. 275. & lib. 2. R. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 391.*

2. Remiſ-

2. Remiſſio debiti inſinuationem judicialem non requirit, etſi quingentos ſolidos excedat, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 276. Horn. cl. 12. R. 54.*

3. Ex lapſu longi temporis præſumitur remiſſio actionis & debiti, *l. pen. C. commun. divid. l. ſolennibus. C. de R. V. Menoc. lib. 3. præſumt. 135. n. 7. Mev. p. 1. dec. 160. n. 5.*

4. Ex ſola chirographi poſſeſſione induci non poteſt tacitum pactum de non petendo, ſed ex ea demum reſtitutione, quæ per ipſum creditorem, aliumve mandantis creditoris nomine facta probatur, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 1. Carpz. p. 2. c. 29 d. 12. n. 2.* Nihilominus pro debitore haud levis inde oritur præſumtio, ſi integræ ſit exiſtimationis, quæ ipſi prodeſſe poteſt hactenus, ut vel in creditorem onus probandi transferatur, vel petenti debitori de chirographi redditione juramentum in ſupplementum deferatur, *Carpz. c. l. n. 3. ſeq.* vid. omnino *Maſcard. de probat. concl. 476.*

5. Eo enim caſu, quo creditor debitori chirographum reddidit, inter ipſos, ne debitum petatur, conventum videtur, *l. 2. §. 1. d. pact. Carpz. d. def. 12. n. 10. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 3. not. 1. p. 877.* etiamſi plures tabulæ ejusdem debiti fuerint ſcriptæ, nec omnes redditæ, *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 6. th. 3. lit. 6.*

6. Verum, quodſi creditor duo chirographa ejusdem argumenti habet, & retento altero, alterum debitori reddit, non ſtatim præſumitur, tacite pactus eſſe de non petendo, ſecundum tradita *Bergeri c. l.* & *in Reſolut. Lauterb. tit. de pact. qu. 1.* niſi debiti remiſſio facta a debitore probetur, qui ſi id docere nequeat, non ipſi, ſed creditori jusjurandum deferendum eſt, nem-

Digitized by Google

nempe ut juret, chirographum a ſe redditum non eſſe, animo remittendæ obligationis, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*

7. Plane exceptionem tacitæ remiſſionis, ſive pacti taciti de non petendo, quæ ex ſola redditione chirographi debitori datur, minus ſufficere in proceſſu executivo, tum præſertim, cum non liquet chirographum redditum eſſe a creditore; ſed eam exceptionem, tanquam turbidam, rejiciendam eſſe in judicium reconventionis, docet *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 3. not. 1. p. 878.*

8. Quoad alios in eodem chirographo obligatos nihil operatur ejusmodi reſtitutio, *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 8. th. 3. lit. b.* niſi illius, cui redditum eſt chirographum, interſit, alterum etiam liberari, veluti ſi correi & ſocii ſimul ſint, *Vinn. lib. 1. qu. 6. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de pact. verb. nihil operatur.*

9. Si creditor partem crediti remiſerit ſub promiſſione vel ſpe facta ſecuturæ mox ſolutionis reliqui, hac non præſtita, non injuſte totum petit, & remiſſionis ſeu pacti de non petendo exceptionem replicatione doli mali, atque conditionis non præſtitæ repellit; & ſufficit, probare eam mentem remiſſionis fuiſſe, etſi illa conditio non fuerit ejus inſtrumento inſerta, *Mev. p. 9. dec. 80.* niſi debitor juſtam excuſationem habeat, *Mev. p. 7. dec. 209.*

10. Remiſſiones debiti, factæ aliena debita in ſe recipienti, ipſi tantum, non debitori, nec aliis creditoribus proficiunt, *Mev. p. 4. dec. 114.*

RENUNCIATIO

1. Renunciatio facti eſt, nec præſumitur, *l. 8. de*

de uſur. l. 22. de probat. c. 5. X. de renunciat. Menoch. lib. 3. præſumt. 45. n. 11.

2. Renunciationes ſtricti juris ſunt, *l. 26. C. ad Sct. Vellej.* Nec præſumitur renunciatio, aut intelligitur alia, quam ex manifeſtis verbis apparet, *l. 35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. Mev. p. 1. dec. 99. n. 4.*

3. Renunciatio exceptionum generalis non valet, niſi præceſſerit ſpecialium quarundam exceptionum enumeratio, *l. 4. §. 4. ſi quis caut.* hoc vero ſi factum; tunc generalis renunciatio etiam quod exceptiones non expreſſas valida eſt, *Cuno de pact. lib. 1. c. 24. n. 86. Stryck. uſ. mod. tit. ſi quis caut.* §. *9.* add. *Mev. p. 9. dec. 186.* Illæ tamen exceptiones expreſſæ connexionem quandam habere debent cum non expreſſis, ut ita colligi poſſit probabiliter de reliquis cogitatum fuiſſe, *Stryck. de cautel. contract. Sect. 1. c. 5. §. 3. Weſenbec. conſil. 42. n. 53.*

RENUNCIATIO HEREDITATIS.

Vid. loc. *hereditatis renunciatio.*

REPETUNDARUM CRIMEN.

1. Nullum ſupereſt dubium, quin etiam hodie judices aut alii officiales repetundarum teneantur, ſi dona vel munera pro facienda vel non facienda juſtitia acceperint, *Hopp. ad* §. *11. J. de public. judic. in uſ. hod. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. repetund. §. 1.*

2. Pœna hujus criminis quadruplum eſt, ab accipentibus reſtituendum, *l. 1. & fin. C. ad l. Jul. repetund.* Plerumque tamen arbitraria eſt, & quidem exilium; aliquando etiam capitalis, ſi judex pro accepta pecunia innocentem ad mortem condemnavit, *l. 7. §. 3. ff. eod. Stryck. c. l. Hopp. ad. d. §. 11. verb. repetun-*

petundarum. Solent etiam hodie officiales ob hoc delictum ab officio removeri, *Grænweg. de LL. abrog. tit. C. ad L. Jul. repetund. Hopp. c. l. in uſ. hod.*

REPLICA.

1. Contra exceptionem, in continenti liquidam, replica altioris indaginis locum non habet, ſed actor a limine judicii repellitur, ita tamen, ut deinceps eam, nova ſeparataque actione, ad convellendam exceptionem, in judicium deducere poſſit, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 1. not. 3. p. 505. & tit. 39. obſ. 3. not. 6. p. 1087.* etiamſi ſimpliciter pronunciatum ſit: daß die Klage nicht ſtatt hat, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 15. th. 2. not. 3. p. 1000.*

2. Replica enim altioris indaginis adverſus exceptionem, in continenti liquidam, libello inſerti poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 326. & p. 8. obſ. 354. Horn. cl. 16. R. 19.* vid. omnino *Berger. E. D. F. cc. ll. & p. 2. ſupplem. in additam. ad tit. 5. §. 1. p. 1773. nec non elect. proc. exec. th. 36. ſeq. it. œcon. jur. c. l. p. 999.* modo ne captioſe inſeratur, *Berger. E. D. F. tit. 5. obſ. 4. not. 4. p. 171. ſeq.*

3. Actor replicam haud amittit, quamvis exceptiones a reo objectas negaverit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 211.*

4. Super replica non recte formantur articuli ab actore, ſi conſcientiam probationibus defendere inſtituit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 352. Berger. E. D. F. tit. 19. obſ. 2. p. 606.*

REPROBATIO.

1. Jure communi terminus reprobationis eſt arbitrarius, *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 18. §.*

5. at

5. at in foro Saxonico definitus, (a) ſcilicet 6. hebdomadum & 3. dierum, *O. P. S. tit. 21. §. 1. Berger. E. D. F. tit. 21. obſ. 1. p. 696.* etiamſi probatio ſpatium extraordinarium habuerit, e. g. duo menſes in jure braxandi, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 5. §. 1. lit. a.*

2. Hic terminus reprobatorius currit a die inſinuatæ citationis (b) ad publicationem probationis per teſtes ſuſceptæ, non a die termini ad publicandum præfiniti, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 1. Berger. c. l.* licet terminus ad publicanda atteſtata ſit prorogatus, *Rivin. c. l. en. 2. Griebner. d. §. 1. lit. c.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 365.*

3. Quando probatio per documenta ſaltem peracta, terminus reprobatorius incipit a tempore inſinuatæ citationis ad procedendum, *O. P. S. tit. 21. §. 2. ibique Rivin. en. 3. Berger. c. l.* niſi ſententiæ interlocutoriæ, quæ ſuper recognitione documentorum fertur, inſertum ſit, daß nunmehro mit dem bedingten Gegen-Beweiß zu verfahren; quo caſu terminus reprobatorius incipit a die judicati, inſeri autem hoc nequit, niſi in ſpecie petitum ſit, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. c. l. en. 4. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. ſect. 5. §. 2.*

4. Si pars petierit, ſimul pronunciari, daß nunmehro mit dem bedingten Gegen-Beweiß zu verfahren, judex vero eandem clauſulam omiſerit, non ideo

(Rr) repro-

(a) Intra terminum ſaxonicum reprobatio judici eſt offerenda, licet hoc ſpatium in ſententia definitum non ſit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 21. §. 1.*

(b) At hodie terminus reprobatorius ſtatim ab eo tempore, quo producto articuli probatoriales inſinuati ſunt, currit; de qua inſinuatione legitima regiſtratura ad acta conſignanda eſt ſub pœna 5. th. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

reprobatio petenti ademta cenſeri debet, *Ziegler. ad O. P. S. p. 114. in fin.* ad quàm ſemper iis in caſibus, quibus alias locum invenit, reus admittitur, licet eam ſibi nec reſervaverit, nec ea ipſi in ſententia reſervata fuerit, *O. P. S. tit. 21. §. 1.*

5. Pro abbrevianda lite poteſt judex, etiam extra ſententiam, finita probatione, ad inſtantiam actoris, reprobationi terminum præfigere Saxonicum, ita ut fatale inchoetur a notificatione termini, *Rivin. d. en. 4.* confer. vero *Griebner. d. §. 2. lit. c.*

6. Terminus reprobatorius etiam a die inſinuatæ citationis ad publicandas atteſtationes computandus eſt eo caſu, cum probatio teſtibus pariter & inſtrumentis inſtruitur: modo inſtrumentorum recognitio facta eſt: hac enim nondum peracta, non obſtante citatione ad publicanda atteſtata, terminus reprobatorius non currit, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 21. §. 1. p. 504.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 11.* ubi: quamdiu ratione probationis adhuc aliquid eſt expediendum, tamdiu reprobationis fatale haud currit.

7. Reproducens citationem prævenire, reprobationeque fungi poteſt prius, quam ad publicandam probationem citatus fuerit, *O. P. S. tit. 21. §.* **Jedoch wollen wir.** quo caſu terminus reprobatorius currit ab eo ipſo tempore, quo ad reprobandum ſe obtulit, *Berlich. p. 1. concl. 38. n. 5. Carpz. p. 1. c. 16. d. 12. n. 5.*

8. In terminum reprobatorium non computari diem factæ inſinuationis ad publicandum, tradit *Berlich. c. l. n. 4. & Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 105.* diſſentiunt, & hunc terminum de momento in momentum currere, aſſerunt, *Carpz. c. l. n. 7. Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 12.*

9. Si

9. Si defectus in citatione deprehenditur, a cujus inſinuatione fatale reprobationis computandum, hæc deſerta cenſeri nequit, *Rivin. c. l. en. 13.*

10. Si reprobatio offeratur judicio per hominem, qui nec mandatarius, nec advocatus eſt, eadem pro deſerta habetur, niſi principalis, ſuo juſſu id factum, jurejurando aſſeveret, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 243.*

11. Reprobatio deſerta non eſt, quam quis judici exhibet, antequam actor id, quod ipſi intuitu exceptionum dilatoriarum injunctum eſt, præſtiterit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 75.*

12. Reprobatio intra fatale, quod a lege vel judice eſt definitum, neceſſario abſolvi non debet, ſed ſufficit, ſi eo durante, articuli cum nominibus teſtium & directorio, nec non ſpecificatione & copiis documentorum judici exhibeantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 241. n. 1.*

13. Regulariter quis ad reprobationem per teſtes non admittitur, poſteaquam atteſtata dedicit, *nov. 90. c. 4. c. 25. X. de teſtib. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 27. n. 1.* Unde, ſi reus de hoc ſit ſuſpectus, juramento ab illa ſuſpicione ſe liberare debet, *Philipp. ad* O. P. *S. tit. 21. conſider. 1.*

14. Sed ſingularis hæc diſpoſitio juris reſtringenda eſt ad caſum ſolennis publicationis, vel ubi quis facto & voluntate ſua, unde conſenſus in publicationem argui poſſit, teſtificata didicit, *Wernher. c. l. n. 3.* Sic, ſi reus in termino publicationis compareat, ille reprobationi renunciaſſe intelligitur, propterea quod poſt factam publicationem reprobationi non ſit locus, *Berger. E. D. F. tit. 21. obſ. 1. not. 5. p. 700.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 18.* Quare cautela reo, ad publi-

candam probationem teſtimonialem citato, ſubminiſtranda eſt, ut in termino contra publicationem proteſtetur, aut plane non compareat, *Svendend. ad Fibig. p. 642. & 645. Berger. c. l.*

15. Si reus in termino coram actuario judicii nomen profiteatur, quod vulgo vocant das Angeben in Termino, ſed mox recedat a judicio atque adeo ipſimet publicationi atteſtationum non interſit, neque aliunde earundem conſequatur notitiam, idem reus re adhuc integra, i. e. non elapſo termino cum reprobatione eſt audiendus, & ſi forte ſuſpicione impetratæ notitiæ prematur, jurejurando ſe purgabit, quod atteſtationes actoris non didicerit, *Berger. c. l.* add. *Svendend. ad Fibig. p. 647. ſeq. & Rivin. c. l. en. 17.*

16. Multo minus ergo reprobatio amiſſa cenſetur, cum uterque litigantium in eodem termino publicationis emanſerit, adeoque ille pro circumducto debeat haberi; ut proinde deridenda ſit actuarii regiſtratura, qua continetur, in contumaciam utriusque atteſtationes pro publicatis habendas eſſe, *Berger. c. l. p. 701.*

17. Porro via reprobationi nequaquam præcluſa intelligitur, ſi quis aliunde, v. g. a teſte notitiam atteſtatorum hauſerit, *Gail. lib. 1. obſ. 105. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 27. n. 4.* Unde in caſu, quo per imprudentiam rotulum actis inſeruerat actuarius, reprobationem reo, atteſtata quamvis inſpexiſſet indultam fuiſſe, teſtatur *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 19.*

REPROBATORIALES ARTICULI.

1. Articuli reprobatoriales propterea inadmiſſibiles haud ſunt, quod circumſtantiæ ſpeciales, quibus

ex-

Digitized by Google

exceptiones proponuntur, litis conteſtationi adjectæ non fuerint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 215.*

2. Super articulis reprobatorialibus probationi directo contrariis, jusjurandum deferri nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 26. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 47. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 21. §. 2. p. 506.* ubi, quod ejusmodi articuli reprobatoriales loco impertinentium habeantur. Sed ejusmodi articuli reprobatoriales non eſſe impertinentes, quibus facta, in libellum deducta, directo negantur, quamvis ſuper iisdem a reo actori deferatur jusjurandum, at delationi jurisjurandi locus merito denegetur, cum ſibi imputet reus, quod tempeſtive atque in ipſa litis conteſtatione jusjurandum actori non detulerit, ſed permiſerit judici, ut probationem ordinariam dictitaret, docet *id. Berger. in E. D. F. tit. 21. obſ. 1. not. 2. p. 699.*

3. Si quis ſuper iisdem articulis reprobatorialibus nominet teſtes, ſimulque deferat juramentum, declarare ſe debet, an juramenti delatione uti velit, *Rivin. c. l. en. 31.*

4. Eventualem juramenti delationem, ſi teſtis pro non admiſſibili habeatur, admittere noluiſſe Scabinos Lipſienſes, teſtatur *Rivin. c. l. en. 32.*

5. Plane in articulis reprobatorialibus, ſuper uno eodemque objecto, & editionem inſtrumentorum peti, & jusjurandum deferri poſſe, præjudicio comprobat *Berger. dec. 344.*

6. Si in articulis reprobatorialibus defertur juramentum, neceſſe eſt, ut reprobans extrahat terminum, in quo adverſarius ad contenta articulorum reſpondeat: quodſi recuſet, reſponſio ſub pœna confeſſi & convicti injungitur, *Rivin. c. l. en. 27.* Imo

Digitized by Google

præſtatio juramenti ſtatim, pro lite abbrevianda, per interlocutoriam injungi poteſt, *Rivin. c. l. en. 28.*

7. Non opus eſt ſpeciali reſponſione ad ſingulos articulos reprobatoriales, ſuper quibus juramentum eſt delatum, ſed ſufficit, ſi quis reſpondeat generaliter, *Rivin. ad* O. *P. S. tit. 21. en. 29.*

8. Juramenti delatio ſuper articulis reprobatorialibus in termino præciſe non eſt repetenda, ſed ſufficit, ſi petatur ad eos reſponſio, *Rivin. c. l. en. 40.*

9. Repetitio articulorum vero, ſuper quibus juramentum delatum, ſub comminatione injungitur ceſſanti, nec ſtatim ad deſertionem perveniri poteſt, *Rivin. c. l. en. 42.*

REPUDIATIO HEREDITATIS.

Vid. loc. *hereditatis repudiatio.*

RESCRIPTUM.

1. Principis reſcriptum, absque prævia cauſæ cognitione, vel ad nuda ſupplicata & narrata unius partis impetratum, non obſtringit litigantes, ſed quocunque tempore, etiam poſt decendium, omiſſa licet interpoſitione leuterationis vel appellationis, ei contradici poteſt, *l. 4. C. de ſentent. & interloc. l. 2. l. 5. l. 6. C. comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones autoritatem rei judicatæ non habere. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 9. Carpz. p. 1. c. 26. d. 18.*

2. Aſt reſcripta principum, quæ deciſiva audiunt, atque prævia cauſæ cognitione emanarunt, partibusque rite publicata ſunt, lapſu decendii, a tempore publicationis, vim rei judicatæ conſequuntur, *l. 2. C. ut lit. pend. c. 5. X. de ſentent. & re jud. Carpz. 1. c. 26. d. 19. & lib. 6. R. 118. n. 15. Mev. p. 2. dec. 195. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 23. not. 5. p. 24. Wernher. ſel. obſ.*

Digitized by Google

obſ. for. p. 3. obſ. 188. n. 1. & p. 4. obſ. 194. nec non in ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 188. niſi adverſus ea vel potius eorundem publicationem, eamque a judice inferiore factam, leuteratio aut appellatio interponatur, *Berger. œcon. jur. c. l.*

3. Si reſcripta principis executiva habeant adjunctam clauſulam juſtificatoriam: *ſi te gravatum ſenſeris*, & illa, haud etiam præcedente citatione vel cauſæ cognitione valere, teſtatur experientia, *Gail. lib. 1. obſ. 19. n. 5. Carpz. d. def. 19. n. 4.*

4. Reſcriptum, prævia cauſæ cognitione datum, non tollitur per aliud ſequens, *Brunnem. ad l. 1. & 2. C. comminationes, epiſtolas. &c.* add. *Mev. p. 2. dec. 182.* niſi prius ex falſa teſtatione eſt emiſſum, cujusmodi reſcriptum non tranſit in rem judicatam, *Berger. dec. 8.*

5. Ad reſcripta requiritur, *ut preces impetrantium veritate nitantur*, quæ clauſula jure civili eſt exprimenda, *l. ult. pr. C. de diverſ. reſcript.* canonico autem jure ſubintelligitur, *c. 2. X. de reſcript. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 23. not. 2. p. 23. Mev. p. 2. dec. 195. n. 3. Stryck. uſ. mod. tit. de conſtit. princip. §. 7.*

6. Per falſa narrata, celatamve veritatem impetrata reſcripta, ſi quidem ſint *gratiæ*, ipſo jure ſunt nulla, *clem. 1. de præbend. & dign. c. 2. X. de fil. presbyt.* ſin *juſtitiæ*, infirmantur, oppoſita exceptione ſub- & obreptionis, *l. 2. & tot. tit. C. ſi contra jus, &c. Berger. c. l.* add. *Mev. p. 1. dec. 264.*

7. Pendente quæſtione ſuper exceptione ſub- & obreptionis non habet vires reſcriptum, nec ex eo impetranti ſubvenitur, niſi quatenus in poſſeſſione reperitur, *c. ſuper. literis. X. de reſcript. Zanger. de except. p. 2. c. 17. n. 3. Mev. p. 2. dec. 183.*

Digitized by Google

8. Factum illicitum haud eſt, ſi quis contra reſcriptum principis exceptionem ſub- & obreptionis modeſte opponat, aut circa ejus vim a collegio juridico ſe informari petat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 49.*

9. Si in cauſa communi plures imperatori preces obtulerint, in reſcripto vero unius tantummodo ex ſociis facta fuerit mentio, reliqui ſocii recte ſub ejusmodi reſcripto intelliguntur, eoque frui poſſunt, *l. 1. C. de diverſ. reſcript. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 145. n. 101.*

10. Reſcripta regulariter perennia ſunt, niſi 1) ad certum tempus reſtricta ſint, *l. 2. C. de diverſ. reſcript.* 2) impetrans ex negligentia reſcripto intra annum non utatur, & adverſarius interea aliud reſcriptum impetrarit, *c. 23. X. de reſcript. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 23. not. 6. p. 24.*

11. In quacunque republica aut provincia princeps utitur poteſtate legis ferendæ abſoluta, in ea ejusdem reſcripta faciunt jus commune: non item ejus, qui adſtrictam habet poteſtatem, puta vel ratione concurſus, i. e. ut alii, præter principem, de eadem poteſtate participent; vel ratione conſilii tantum, ut ſunt ordines provinciales, die Land-Stände, utpote qui ex pacto ſeu conventione ſaltem, ut conſiliarii, in partes vocantur, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de conſtit. princip. §. 6.*

RESIDUI CRIMEN.

1. Crimen de reſiduis eſt, quo pecunia publica, quæ apud aliquem ex adminiſtratione eſt, retinetur, & in publicum ſeu in rationes non refertur, *l. 2. l. 4. §. 3. ad L. Jul. peculat. Struv. ex. 49. th. 80.*

2. Pœna hujus criminis eſt reſtitutio rei interverſæ

verſæ, cum tertia ejus parte, *l. 4. §. 5. ad. L. Jul. peculat. Hopp. ad verb. de reſiduis. §. 11. J. de public. judic.* quam pœnam bina vice a Facultate juridica Francofurtenſi dictitatam eſſe, meminit *Stryck. in uſ. mod. tit. ad L. Jul. peculat. §. 4.*

3. Aſt hodie hujus criminis reos, non quidem ut alios fures ſuſpendio, extraordinarie tamen pro arbitrio judicis puniri, tradit *Carpz. p. 4. c. 14. d. 1. & pract. crimin. qu. 85. n. 10. ſeq. Struv. c. l. Berger. jurisprud. crimin. p. 49.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. ad L. Jul. peculat. §. ult.*

4. Jure Saxonico Electorali perfidi adminiſtratores ſuſpenduntur, ſi ſumma interverſa 100. florenos Miſnicos excedat vel ſaltem æquet, *Conſtit. Elect. Sax. 41. p. 4. ibique Carpz. d. 2.* add. *Conſtit. noviſſ. de an. 1705. Berger. c. l. & œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 19. ibique not. 3. p. 846.*

5. Fuſtigatione & perpetua relegatione puniuntur adminiſtratores, ſi ultra 50. infra tamen, 100. florenos interverterint, *d. c. 41. ibique Carpz. d. 3. Berger. œcon. jur. d. th. 19. p. 845.* Plane juxta *d. conſtit. noviſſ. de an. 1705.* fuſtigationi cum perpetua relegatione locus eſt, ſi ſumma intercepta 50. florenos attingat, verbis: Da aber ſelbige biß 50. oder drüber, jedoch nicht auf 100. Gülden anſtiege.

6. Quod ſi denique ſumma ſit infra 50. florenos, carceris vel relegationis temporalis, pœna obtinet, *d. c. 41. ibique Carpz. d. 4. Berger. c. l.* quæ tamen ceſſat, cum reus duplum ejus, quod ſubtraxit, refundere poſſit, vi peculiaris *edicti de an. 1584. Carpz. pract. crimin. qu. 85. n. 27.*

7. Aſt juxta *memoratam conſtitutionem de an. 1705.* perfidus adminiſtrator punitur relegatione, & qui-

Digitized by Google

quidem perpetua, ſit infra 50. ultra tamen. 30. decennali, ſi intra 30. ultra tamen 20. quinquennali, ſi infra 20. ultra tamen 10. & denique carcere, ſi infra 10. florenos interverterit; nec his caſibus a pœna liberatur reus, etſi duplum reſtituere velit.

8. Quo pœna ſuſpendii locus ſit, neceſſe eſt 1) ut de corpore delicti certo conſtet, *Carpz. p. 4. c. 41. d. 7.* nuda rei confeſſio minus ſufficit, *Berger. jurisprud. crimin. p. 49. in fin.* 2) ut fidelis adminiſtratio jurato ſit promiſſa, *memorata conſtit. de an. 1705. verb.* und deßhalber in Pflicht genommen. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 124. Carpz. pract. crimin. qu. 85. n. 35. ſeq. Berger. c. l. p. 50.* 3) ut de animo furandi & dolo conſtet, utputa ſi in rationibus, quas exhibet, pecuniam adminiſtrationi ſuæ commiſſam, ſupprimat, *Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 37. ſeq.* Plane indicia doli non ſufficiunt, ſed confeſſio delinquentis requiritur, qua deficiente, ſi reus indiciis ſufficientibus gravatus, is vel torturæ ſubjiciendus, vel jusjurandum purgatorium eidem deferendum eſt, *Carpz. c. l. n. 40. 41.*

9. Adminiſtratores, ſi ex negligentia quicquam ſubtricuerint, aut pecuniam in proprios uſus converterint, animo & propoſito eam poſtea reſtituendi & in rationes ſubſequentes referendi, neutiquam ſuſpendendos, ſed arbitrarie tantum puniendos eſſe, putat *Carpz. p. 4. c. 41. d. 8. & pract. crimin. qu. 85. n. 37. & 57.* confer. vero *memorata conſtitutio de an. 1705. verb.* Und denn ferner die Ausflucht, daß der meineydige Einnehmer, bey verübter Untreue, das entwendete wieder zu erſetzen, des beſtändigen Vorſatzes geweſen, niemanden, wenn er auch ſolches eydlich, oder in der Tortur erhalten wolte, zuſtatten kommen ſoll.

10. Intervertere dicitur ille, qui in rationibus reſi-

reſiduum omittit: ſecus fuerit cum ante redditas rationes pecunia utatur: tum enim quidem ad centeſimas uſuras tenetur, juxta *l.38. de negot.geſt. l.54. de adminiſtr. & peric. tut.* ceteroqui mitius punitur, v. c. carcere, ſi quidem reſtituat id, quod intercepit, *Berger. œcon.jur. lib.3. tit.11. th.19. not.2. p.846.*

11. Num *Conſtitutio Elect. Sax. de an. 1705.* von anvertraueten Guthe, etiam pertineat ad caſum, ubi juratus adminiſtrator ex pecunia, fidei ipſius commiſſa, ſuum ſalarium anticipando capit, dubium eſſe, & in ejusmodi caſu authenticam Potentiſſimi Legislatoris interpretationem petendam eſſe, cenſuit Ordo Wittebergenſis, teſte *Wernher. ſel. obſ. for. p.5. obſ.132.*

12. Pœnam ſuſpendii exulare in adminiſtratoribus perfidis, ſiquidem damnum, antequam in carcerem conjiciantur, reſarciant, præſertim ſi dominus illud acceptet, tradit *Carpz. pract. crimin. qu. 85. n. 53. ſeq. & p. 4. c. 41. d. 6. Berger. juriſprud. crimin. p.50.* imo, etiamſi damnum poſt incarcerationem demum reſtituant, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.11. th.19. not.6. p. 847.* add. *ejusd. Reſolut. Lauterb. tit. ad L. Jul. peculatus. verb. pœna hujus criminis eſt.* Sed juxta *memoratam conſtitutionem de an. 1705.* reſtitutio a pœna, neque ſuſpendii, neque fuſtigationis relevat; quin potius ex bonis perfidi adminiſtratoris, etſi ultimum ſupplicium vel pœnam corporis afflictivam ſuſtineat, reſtitutio damni fieri debet, add. *Berger. œcon. jur. c. l. not. 7. & jurispr. crimin. p.168. n.9.*

RES ECCLESIASTICA.

Vid. loc. *eccleſia.*

RESIGNATIO JUDICIALIS.

1. Reſignatio tria complecti intelligitur, 1) ut alie-

alienans jus ſuum judicialiter reſignet, **Land.R.** *lib. 2. art. 30.* 2) ut rem immobilem judicialiter tradat, **Weichbild.** *art. 60. in fin.* 3) ut ſequatur inveſtitura judicialis, die Anweiſung und Belehnung, **Weichbild.** *art. 20. Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 25. n. 4.*

2. In foro Saxonico, ante reſignationem judicialem dominii, emtor nec rei vindicationem, nec actionem publicianam habet, neque etiam hypothecam valide conſtituit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 25.*

3. Reſignatio judicialis in cauſa domini jurisdictionalis coram proprio judicio, ex perſonis judicialibus atque actuario, conſiſtente, fieri poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 2. §. 3. p. 33. ſeq.* qui illud *ibid. p. 34. ſeq.* ad præfectos extendit.

4. Add. loc. *dominium, th. 7. 8.*

RES IMMOBILIS.

1. Res per ſe mobiles, ad certum aliquem locum deſtinatæ, pro immobilibus habentur, *Coler. p. 2. dec. 286. n. 170. ſeq. Gail. lib. 2. obſ. 11. n. 4.* Sed accipiendum hoc de deſtinatione aliqua reali, quando ſcilicet res mobiles immobilibus affiguntur & annectuntur, ita ut ſalva ſubſtantia ab immobilibus nequeant divelli, *Goldbeck. de gerad. c. 4. n. 59. Carpz. p. 3. c. 24. d. 10. n. 4.*

2. Ut maxime ergo lecti ac linteamina in diverſorio ad hoſpitium ſint animo uxoris deſtinata: per id tamen mobilium naturam non mutaſſe cenſentur, cum ſolo haud ſint affixa, nec realiter deſtinata; ergo ad inſtar reliquorum mobilium marito cedunt, *Carpz. c. l. n. 6. ſequ.* diſſentiunt *Heig. p. 2. qu. 15. n. 25. Berlich. p. 3. concl. 30. n. 23.*

3. Add. loc. *res incorporalis. th. un.* loc. *res nobilis. th. 3. 4.*

RES

RES INCORPORALIS.

1. Res incorporales proprie nec mobiles ſunt, nec immobiles: improprie tamen mobilibus, vel immobilibus accenſentur, 1) ob naturam objecti cujus cauſa competunt, *l. 15. de R. J.* ut nomina & actiones, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 8. p. 218.* 2) ob naturam ſubjecti inhæſionis, ut jurisdictio, ſervitutes, quæ prædiis inhærent, *l. 12. C. de præſcript. long. tempor. in fin. Berger. c. l. p. 219.* 3) ob aliam cauſam, ut annui reditus, iique proprie tales, *Berger. c. l.* vid. omnino *loc. annui reditus. th. 11. ſeq.*

RES JUDICATA.

1. Res judicata pleniſſimum jus tribuit, quod nec princeps ex poteſtate plenaria immutare & auferre poteſt cuique, *l. fin. C. ſentent. reſc. non poſſ. Menoch. de A. J. Q. lib. 1. qu. 52. n. 2.* confer. *Mev. p. 7. dec. 1. n. 1.*

2. Res judicata pro veritate habetur, *l. 207. de R. J.* & de non ente ens facere dicitur, *Jaſon. in l. Julian. n. 2. de condict. indeb.* non aliter tamen, quam ſi ex vera cauſa fertur, *Mev. p. 3. dec. 104.* interea vero juſta ac bona præſumitur, *Mod. Piſtor. p. 2. qu. 75. n. 10.*

3. Res judicata nequidem propter nova documenta reſcindi debet, *l. 27. de except. rei jud. l. 4. C. de re judic. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 4. def. 13. n. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 290.* niſi lata ſit 1) contra utilitatem publicam, *l. 35. de re judic. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 5. not. 4. p. 1040.* 2) occultatis dolo adverſarii documentis, *arg. l. 19. C. de transact. Berger. c. l.* 3) pro eo, qui jusjurandum ſuppletorium præſtiterit, *l. 13. C. de R. C. Berger. c. l.* ubi obſervat, proceſſum tamen ſeparatum eſſe inſtituendum, neque eidem prius, quam

Digitized by Google

quam ſententiæ paruerit reus, locum concedendum eſſe. Ceteroqui ſententia reſcinditur, 1) ex falſis documentis pronunciata, *l. 33. de re judic. Berger. c. l. p. 1041. Wernher. c. l. n. 5.* 2) ex errore peritorum, veluti chirurgorum, profecta, *Berger. c. l.* add. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 5.* 3) contra matrimonium lata, *c. 7. X. de ſentent. & re judic. Berger. c. l.*

4. A re judicata per pactum recedi non poteſt, niſi inter contrahentes expreſſe agatur, quod priorem obligationem ex re judicata novare velint, *l. ult. C. de novat. Schneidew. ad §. 3. n. 9. J. quib. mod. toll. obligat. Carpz. d. c. d. 20.*

5. Ut exceptioni rei judicatæ locus detur, requiritur 1) ut eadem res petatur, *l. 12. l. 13. de except. rei judic. Zanger. de except. p. 3. c. 15. n. 6. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 18. th. 3. not. 14. p. 1018.* 2) ut eadem adſit petendi cauſa, *l. 11. §. 4. eod. Zanger. c. l. n. 44. ſeq. Berger. c. l.* 3) ut inter easdem quæſtio revocetur, *l. 3. l. 14. eod. Zanger. c. l. n. 59. ſeq. Berger. c. l.*

6. Qui agit ad totum conſequendum, dicendo, ſe totius eſſe dominum, v. c. es gehöre ihm die gantze Lücke zu, & poſteà ſuccumbit, non repellitur exceptione rei judicatæ, ſiquidem deinceps de parte experiri velit: daß jedoch die Helffte der Lücke ihm eigenthümlich zuſtändig, *Berger. c. l.* Id autem tantummodo procedit in partibus diviſis, ex quibus conſtituitur totum: ſecus, cum ſingulæ partes ſint indiviſæ: ſic, qui totum fundum petiit, & ſuccubuit, ei exceptio rei judicatæ opponi poteſt, ſi poſtea partem fundi petere velit, *l. 7. de except. rei judic. Berger. c. l.*

7. Exceptio rei judicatæ locum habet, quamvis cauſa impulſiva alia eſſe commemoretur, *Berger. dec. 428.*

8. Res

Digitized by Google

8. Res judicata inter ſolos litigatores jus facit: tertio vero regulariter nec prodeſſe nec obeſſe poteſt, *l. 63. de re jud. Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 29. n. 1. Carpz. p. 1. c. 26. d. 15.* Unde exceptio rei judicatæ non datur feminæ, ſiquidem eadem actione conveniatur, a qua jam ante maritus ejus fuit abſolutus, *Berger. lib. 2. R. 55. & œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 5. not. 6. p. 1041.*

9. Accidit tamen quandoque, ut etiam tertio, contra quem actum non eſt, noceat ſententia inter alios lata, quando nempe cauſa tractatur cum legitimo contradictore vel defenſore, qui primas habet agendi & defendendi partes, a quo jus aliorum dependet & derivatur, quod maxime accidit in cauſis præjudicialibus de ſtatu, *l. 25. de ſtat. homin. l. 27. §. 1. de liber. cauſ. Carpz. d. c. d. 16. n. 1. 2.* itemque ſi de jure primogenii aut fideicommiſſi tractetur, ut ſententia lata noceat iis, qui vocentur poſt primum, *l. 29. de inoffic. teſtam. l. 44. de re judic. A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 19. def. 4. Carpz. c. l. n. 3.*

10. Ita demum ſententiam inter alios latam tertio præjudicare, tradit *Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 29. n. 12. 14.* ſi hic cauſam habeat ab alio, contra quem prolata eſt ſententia. Verum ſic nimis reſtringi aſſertionem JCti in *l. 63. de re judic.* & parere ſententiam inter alios latam exceptionem rei judicatæ, quoties eadem eſt cauſa vincendi, idemque cauſæ ſtatus apud judicem eundem, putat *Carpz. d. def. 16.*

11. Ceſſionario agente, ſiquidem abſolvatur reus, huic competit exceptio rei judicatæ contra cedentem, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 19. not. 6. p. 252.*

12. Nocet creditoribus, etiam non vocatis, ſententia inter alios creditores, pro herede debitoris, lata,

e. g.

Digitized by Google

e. g. per quam pronunciatum eſt, heredem reum eſſe cum beneficio legis & inventarii, *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 19. def. 15. Carpz. p. 1. c. 26. d. 17.* niſi probetur colluſio vel gratia, ut ex unius facto lædatur alius, *Carpz. d. def. 17. n. 4.* Sed confer. *Mev. p. 3. dec. 285.* ubi, quod res judicata contra unum creditorem, qui nomine omnium creditorum contra debitoris liberos egit, non obſit reliquis creditoribus, etſi quoad hos ſimul ſententia dicta fuerit.

RES LITIGIOSA.

1. Per actionem realem, qua dominium directum vel utile urgetur, res efficitur litigioſa, ſicut & ipſa actio realis in judicium deducta litigio afficitur, *auth. litigioſa. C. de litig. Carpz. p. 1. c. 32. d. 22. n. 3. Huber. prælect. ad ff. tit. de litig. §. 1. in ſchol.* & quidem per ſolam citationem, *Zæſ. ad ff. tit. de litig. n. 2. Franzk. lib. 1. Reſolut. 11. n. 7.* ſed demum poſt litis conteſtationem, juxta *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 18. p. 649.*

2. Actio perſonalis fit litigióſa per litis conteſtationem, *l. 2. C. de litig. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 4. Mev. p. 6. dec. 17. n. 7. Carpz. c. l. n. 4. Huber. c. l. §. 3.* confer. autem *Berger. c. l.* Alia vero eſt ratio rei, quæ petitur per actionem perſonalem, utpote ſi emtor agat ex emto ad conſequendam rem venditam, quæ nunquam efficitur litigioſa per actionem perſonalem *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 40. n. 7. 8. Carpz. c. l. n. 5.* add. *Huber. d. §. 3. in ſchol.*

3. Imo ſunt, qui putant, etiam per actionem perſonalem rem fieri litigioſam, ſiquidem ea ex cauſa habili ad acquirendum dominium agatur, ut animadvertit *Franzk. lib. 1. reſolut. 11. n. 24.*

4. Alienatio rei litigioſæ eſt ipſo jure nulla, *l. 2. & 4.*

& 4. C. de litigioſ. Franzk. d. reſolut. n. n. 61. ſeq. confer. vero *Huber. prælect. ad ff. tit. de litig. §. 1.* Et ſi actor alienaverit, datur poſſeſſori, qui de re, quam tenet, litigat, exceptio litigioſi, adverſus eum, qui rem interim a petitore comparavit, *l. 1. §. 1. de litig. Huber. d. §. 1. ibique ſchol.* Sin vero reus alienaverit, una cum eo, in quem alienatio facta, mulctatur ſecundum dictum *l. ult. C. de litig. Huber. d. §. 1. in ſchol. & §. 2.* confer. omnino *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 19. & 20. p. 649.* eademque pœna tenetur actor, qui actionem alienavit, *Huber. d. §. 1. in ſchol.*

5. Verum alienationem rei litigioſæ valere, ſi alienans judicium pati velit, perinde ac ſi adhuc poſſideret, propter *l. 3. §. ult. de alienat. mutand. judic. cauſ.* tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 185.* Imo hodiernis moribus actionem litigioſam cedi poſſe, præjudicio comprobat *Berger. c. l. not. 22. p. 650.* Et quod magis, moribus hodiernis res litigioſas vendi, permutari, obligari, & alio modo in alium transferri poſſe, ſalvo tamen jure tertii, ita ut ſententia, poſtea in alienantem lata, adverſus rei litigioſæ poſſeſſorem executioni mandari poſſit; teſtantur *Wiſſenbach. ad ff. tit. de litig. th. 26. Lyncker. anal. ad Struv. ex. 46. th. 51.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de litig. §. ult. ibique ſchol,* ſine novo proceſſu, *Horn. cl. 9. R. 20. p. 549. b.* modo citatio aliqua cum notificatione præceſſerit, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 1. not. 2. p. 1072.*

RES MOBILIS.

1. Merces in tabernis mobilium loco habentur, tam jure communi, *l. 66. de V. S. ubi Gœdd. n. 4. Heig. lib. 2. qu. 15. Carpz. p. 3. c. 24. d. 9. n. 5.* quam Saxonico, propter peculiare *reſcriptum de an. 1617.* apud *Berlich.*

Digitized by Google

p. 2. concl. 29. n. 41. quas itaque in Saxonia maritus, defuncta uxore, lucratur, *Heig. c. l. Carpz. d. def. 9. n. ult.*

2. Unde quoque corpus pharmaceuticum, Apothecker Wahren, jure imprimis Saxonico Electorali, vi *memorati reſcripti*, inter res mobiles refertur, atque adeo, defuncta uxore proprietaria, ad maritum, tanquam heredem mobiliarem, defertur; idque indiſtincte, ſive apotheca ad domum deſtinata ſit, & privilegiaria, ſive minus, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 6. p. 215. Reſolut. Lauterb. tit. de act. emt. & vend. verb. idem tradit de pharmacopolio. it. E. D. F. tit. 46. obſ. 1. ibique not. 1. p. 1569. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 215. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

3. Verum merces in tabernis & apothecis ad res immobiles referunt *Joh. de Caſtillo p. 1. controv. jur. c. 38. n. 26. Riminald. jun. conſil. 177. n. 20. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 6. & dec. 286. n. 164. ſeq. Franzk. ad ff. tit. de act. emt. & vendit. n. 205.* ita ut, vendita domo, etiam apotheca, quæ iisdem finibus continetur, vendita intelligatur, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. c. 15, n. 26. ſeq.* Atque apothecas ad domum deſtinatas & privilegiatas *memorato reſcripto de an. 1617.* contineri, negant *Berlich. p. 3. concl. 30. n. 26. & Esbach. ad Carpz. p. 3. c. 24. d. 9.*

4. Jus ipſum habendi pharmacopolii, certis ædibus datum, jure immobilium cenſeri, dubitari nequit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 215. n. 4.*

5. Res mobiles vindicari poſſunt in foro loci, ubi ſitæ ſunt, ſive poſſeſſor ibi domicilium habeat, ſive non, ſive etiam ibi perpetuo manſuræ, ſive in alium locum transferendæ ſint, *Carpz. proc. tit. 3. art. 3. n. 9. ſeq. VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 61.* Verum enim vero,

ro,

ro, forum rei ſitæ quoad res mobiles eo in primis caſu, quando in alium locum transvehendæ ſunt, ceſſare, putat *Joh. Faber. ad l. ult. ubi in rem actio.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

1. Reſtitutio in integrum (a) non ſolummodo incidenter, *l. 46. §. item quæritur. de procurat.* ſed etiam principali intentata actione impetrari ſolet, *l. 16. §. 2. de minor. l. 4. de in integr. reſtitut. l. 15. quod met. cauſ. Carpz. lib. 2. R. 93. n. 1.*

2. Reſtitutio in integrum adverſus rem judicatam, quæ litis ingreſſum impedit, non incidenter, ſed principaliter peti debet, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 362.*

3. Reſtitutio in integrum etiam per procuratorem peti poteſt, *l. 1. C. per procurat. reſtit.* dummodo is ſpeciale mandatum habeat, *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 32. d. 1. Carpz. lib. 2. R. 99.* niſi incidenter tantum petatur reſtitutio, ubi ſufficit mandatum generale, *Sfort. Odd. reſtitut. in integr. qu. 32. art. 13. n. 69. Carpz. c. l. n. 12.*

4. Quando reſtitutio in integrum jure exceptionis petitur, nulla temporis præſcriptione excluditur, *l. 5. §. fin. de dol. mal. except. Carpz. lib. 2. R. 96. n. 1. 2.*

5. Quando vero reſtitutio in integrum via actionis

(S s) 2

(a) Reſtitutio in integrum, tanquam remedium ordinarium, in foro Saxonico non obtinet, tanquam remedium extraordinarium autem, quatenus minoribus, piis cauſis, aliisque competit ex juris diſpoſitione, in viridi eſt obſervantia, vid *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 37. §. un.* ita tamen, ut contra ſententiam, prævia comminatione, bey Verluſt des beneficii reſtitutionis in integrum, latam, nulla amplius admittatur reſtitutio in integrum, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

nis peti velit, intra quadriennium poſtulanda eſt, & quidem a minore læſo, poſt adeptam majorennitatem, *l. ult. C. de temp. in integr. reſtit. Carpz. d. R. 96. n. 3.* ab eccleſia, poſt contractum vel negotium perfectum, cujus reſciſſio petitur, *c. 1. X. de reſtit. in integr. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. qu. 19. art. 3. n. 21. ſeq. Carpz. c. l. n. 4.* Nec aliud de civitatibus, aliisque univerſitatibus ſive communitatibus habendum, *Sfort. Odd. c. l. n. 24. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 37. n. 93. Carpz. c. l. n. 5.*

6. Sed hoc ita, niſi rationabilis juſtaque cauſa ſubſit, quæ poſt effluxum quadriennium reſtitutionem in integrum univerſitati ſive eccleſiæ largiri ſuadeat, *c. 1. X. de reſtit. in integr. Sfort. Odd. d. qu. 19. art. 5. n. 57. Carpz. c. l. n. 9.* puta: ignorantia ſententiæ latæ, damnive dati, *Carpz. c. l. n. 11.* quia hoc quadriennium non currit, niſi a die ſcientiæ, *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. qu. 20. art. 4. n. 37. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 23. def. 3. n. 5.* læſio enormiſſima. *Sfort. Odd. d. tr. p. 1. qu. 19. art. 7. n. 66. ſeq. Carpz. c. l. n. 14.* vel ſi de collectis, aliisque oneribus agatur, inter dominum & ſubditos, *Carpz. c. l. n. 15.*

7. Reſtitutioni locus non datur, priusquam doceatur læſio: nec enim judex reſtitutionem decernere poteſt, antequam de læſione & cauſa juſta reſtitutionis conſtet, quam actor probare tenetur, *l. 1. l. 4. de in integr. reſtit. l. 3. §. ſed utrum. l. 4. de minor. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 33. def. 2. n. 2. Carpz. lib. 2. R. 95. n. 1. ſeq. & p. 1. c. 26. d. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 466. Philipp. ad dec. 15. obſ. 1. n. 12.* niſi læſio per ſe manifeſta ſit, ut de illa dubitari haud queat: exemplum eſt in fatalium neglectu; ut puta, ſi appellatio vel leuteratio a minore, vel ab univerſitate, aut collegio deſerta

fuerit.

Digitized by Google

fuerit. Nam cum tali caſu læſio per ſe appareat, fruſtra minor vel univerſitas oneri probationis ſubjicitur; ſed ſtatim ſine circuitu, brevi manu, in integrum reſtituitur; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 82. n. 4. ſeq.* add. *Carpz. d. R. 95. n. 8. ſeq. Martin. ad O. P. S. tit. 38. n. 96.*

8. Aſt imploratio, pro impetranda reſtitutione in integrum, recipienda eſt, etſi læſio, ceteraque ejus requiſita in continenti liquida haud ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 467.*

9. Beneficium reſtitutionis in integrum cum querela nullitatis, in eodem libello, ſubordinate cumulari poteſt, *c. 8. X. de reſtitut. in integr. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 189.*

10. Reſtitutio in integrum ſententiæ vel contractus executionem non impedit, *c. 6. X. de reſtitut. in integr.* vid. *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 33. def. 1. Carpz. lib. 2. R. 94. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 11. not. 1. p. 1147.* diſſentiunt propter *L. un. C. in integr. reſtit. poſtul. Gail. lib. 1. obſ. 137. n. 2. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. qu. 43. n. 2. ſeq.*

11. Neque actor, qui executionem contra reum impetravit, ad ejus actionem reſtitutionis reſpondere tenetur, priusquam reus decreto ſententiæ, receſſui vel obligationi ſatisfecerit, & hoc modo ab actore ſe penitus liberaverit, *dec. Elect. Sax. nov. 15.* add. *Carpz. lib. 2. R. 93.*

12. Impedit tamen reſtitutio in integrum paratam executionem, ſi, per modum exceptionis oppoſita, in continenti ſit liquida, *d. dec. 15. ibique Philipp. obſ. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 13.*

13. Quando appellationi vel leuterationi locus amplius non eſt, adhuc beneficium reſtitutionis in in-

tegrum conceditur illis, quibus hoc alias propter læſionem in jure indultum eſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 242.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de appellat. ad verba: ut 1) ſententiæ latæ.*

14. Si ſemel reſtitutio denegata ſit, amplius peti nequit, *l. 1. C. ſi ſæpe in integr. reſtit. poſt. ibique Brunnem. n. 6. Mynſinger. cent. 1. obſ. 52.* niſi ſcilicet nova cauſa ſubſit, quæ vel emergat, vel nunc demum ad notitiam perveniat; exempli cauſa; ſi propterea denegata ſit, quia tutores ſolvendo ſunt, eos autem tales non fuiſſe, aut ex poſtfacto bonis lapſos appareat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 319. n. 2.* Ejusmodi nova cauſa eſt, ſi contra ſententiam, qua denegata eſt reſtitutio, appellatio tempore minoris ætatis adhuc omiſſa fuerit: tunc enim ad appellandum minor eſt reſtituendus, *Wernher. c. l. n. 4.*

15. E contra adverſus conceſſam reſtitutionem nova reſtitutionis petitio datur, *l. 7. §. 9. de minor.* quod tamen ad reſtitutionem ab eadem perſona denuo petitam reſtringendum, *Wernher. c. l. n. 5. 6.* nam contra reſtitutionem ab adverſa parte impetratam alia reſtitutio non datur, *VVernher. c. l. n. 6.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 29. def. 1. 2. Carpz. lib. 2. d. R. 97.*

16. Minori (b) datur reſtitutio in integrum tam ob declinatoriam quam dilatoriam exceptionem omiſſam, *Carpz. p. 2. c. 9. d. 5.* & adverſus fatale, licet ſecunda vice (c) lapſum, *Donell. lib. 21. c. 12. VVernher. ſel. obſ.*

(*b*) Non ſolum minoribus & pupillis, ſed & abſentibus & furioſis, aliisque ejusmodi perſonis contra fatalia datur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.*

(*c*) Aſt hodie reſtitutio in integrum ex eadem cauſa, & contra lapſum cujusvis fatalis non niſi una vice indul-

obſ. for. p. 1. obſ. 319. & in ſupplem. ad eand. cauſ. quamvis ſpecialem læſionem haud probaverit, *Martin. ad O. P. S. tit. 38. n. 96. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 82.* nec non contra actus judiciales in cauſa matrimoniali, *c. 2. X. de reſtit. in integr. c. 10. X. de ſentent. & re judic. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 2. qu. 60. art. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 295.* & ſtupri, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 154.* imo quoque contra rem judicatam, *l. 4. C. ſi adverſ. rem judic. Sfort. Odd. de reſtit. minor. qu. 43. art. 3.*

17. Adverſus venditionem ſub haſta factam minores indefenſi reſtitui poſſunt, *Brunnem. ad l. 5. C. de fid. & jur. haſt. fiſc. Philipp. de ſubhaſtat. c. 4. comm. 23. n. 3. Horn. cl. 13. R. 7. p. 973. b.*

18. Quamvis minor adverſus negotium a tutore geſtum in integrum reſtitutionem petere poſſit, *tot. tit. de minor. 25. ann.* curator tamen ad illud impugnandum non admittitur, ſed ad hunc actum alius tantiſper curator conſtituendus eſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 11. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 266. n. 2. ſeq.*

19. Pupillis ac minoribus regulariter eligere licet,

dulgetur; & tutor, curator vel actor, qui id neglexit, impenſas, eam ob rem factas, ex propriis reſtituere tenetur, ac præterea pro re nata arbitrarie punitur, vel etiam juramento ſe purgare debet, quod fatale data opera, muthwillig, non neglexerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* Imo contra lapſum termini probatorii non indulgetur reſtitutio in integrum, ſi tertia dilatio, ſub comminatione: bey Verluſt des beneficii reſtitutionis in integrum, prout fieri debet, conceſſa fuerit, ſed minores, aliique, quibus alias competit hoc beneficium, exinde læſi, regreſſum adverſus tutores, curatores, actores vel advocatos ſaltem habent, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 4.*

cet, utrum cum tutore vel curatore agere, an reſtitutionem petere malint, *l. 3. C. ſi tut. vel curat. interv. Stryck. ad Lauterb. tit. in integr. reſtit. verb. contra tertium.*

20. Exceptio tamen eſt in præſcriptione judiciali, ſive lapſu fatalium: nam contra talem præſcriptionem minoribus danda non eſt reſtitutio in integrum, niſi in ſubſidium, excuſſo ſcilicet curatore, *l. 13. §. ult. C. de judic. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de in integr. reſtit. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 264. n. 2.* Verum conſtans praxis, in Saxonia (d) præſertim, recepit, ut minoribus, deſidia vel fraude curatorum læſis, indiſtincte, non excuſſis curatoribus, per reſtitutionem in integrum, ex officio etiam, ſeu brevi manu, ſubveniatur, *Wernher. c. l. n. 4. & in ſupplem. ad d. obſ. 264. Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 10. Horn. cl. 14. R. 6. p. 1005. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 8. not. 1. p. 889.* add. *Mev. p. 7. dec. 287.*

21. Reſtitutio minorum majoribus, eandem licet habentibus cauſam cum minoribus, non patrocinatur, *l. un. C. ſi in comm. ead. cauſ. in integr. reſtit. poſſ. Carpz. lib. 2. R. 98. n. 1.* nequidem adverſus fatale in cauſa dividua, (e) *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 112.* niſi in cauſa individua, *Carpz. c. l. n. 2. Struv. ex. 8. th. 60. ibique Lyncker. Wernher. c. l. n. 3.* quæ dicitur, ubi minor reſtituendus non poteſt ſentire effectum reſtitutio-

(*d*) Quam praxin comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.*

(*e*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.* ubi: und im übrigen dieſes beneficium denen litis conſorten, ſo nicht vor ſich gleiches privilegii fähig ſind, weiter nicht als in cauſis, ſo an ſich ſelbſt individuæ ſind, zu ſtatten kommen.

Digitized by Google

tutionis plene & integre, niſi proſit etiam ceteris, *Brunnem. ad l. 16. quemadmod. ſervit. amitt. Wernher. c. l. n. 4.* add. *Carpz. c. l. n. 4. ſeq.* confer. omnino *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 7. not. 4. p. 274. ſeq. Horn. cl. 14. R. 3. Berlich. p. 2. dec. 180. n. 8.* qui diſquirunt, an & quomodo fatalia pro cauſa individua ſint habenda.

22. Quando majorennis eſt læſus, heres ejus licet minorennis ſit, non reſtituitur in integrum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 130. & p. 8. obſ. 275.* ſiquidem in reſtitutione indulgenda tempus, quo læſio contingit, & an tum minorennis quis fuerit, reſpiciendum venit, *l. 1. §. 1. de minor. l. 11. §. 4. & 5. eod. Wernh. d. obſ. 130. n. 1. & 4.*

23. Si minor dolo ſe majorem dixerit, beneficio reſtitutionis in integrum non gaudet, *l. 2. l. 3. C. ſi min. ſe maj. dix.* ſecus ſi fraus adverſarii concurrat, *d. l. 3. add. l. 36. de dol. mal. Gail. lib. 2. obſ. 65. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 119.*

24. Minor contra æque minorem in integrum non reſtituitur *l. 11. §. 6. de minor.* niſi unus de damno vitando, alter de lucro captando certet, *l. 34. pr. de minor. Maurit. de reſtit. qu. 218. Horn. cl. 4. R. 12. p. 254. b.* quod in fatalium (f) neglectu indiſtincte fit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 319. n. 8. & p. 8. obſ. 379. Horn. cl. 14. ſentent. 4. p. 1001. b.*

25. Minores reſtitutionem in integrum petentes, ſi ſuccumbunt, non poſſunt denuo illam petere, *Brunnem. ad l. 11. C. ſi ſæp. in. integr. reſtit. n. 3. Horn. cl. 11. Sentent. 60. p. 700. a. in fin.*

26. Univerſitates, indiſtincte omnes, benefi-

(*f*) Sic in neglectu fatalium privilegiatus contra æquo privilegiatum reſtituitur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.*

Digitized by Google

cio reſtitutionis in integrum gaudent, *Brunnem. ad l. 4. C. quib. ex cauſ. maj. Berlich. p. 2. dec. 216. & 218. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ.* 74. etiam contra lapſum fatalium, etſi nullam ſpecialem læſionem probaverint, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 82.*

27. Univerſitati etiam contra minorem datur reſtitutio in integrum, ſi hic de lucro captando, illa vero de damno vitando certet, ut: ſi univerſitas fatale (g) probationis neglexerit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 319. n. 8.* imo etiam, contra univerſitatem quoad fatalia, *Berger. philoc. for. R. 58. p. 414.*

28. Univerſitati contra ſententiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo latam competit reſtitutio in integrum (h) *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 125.* quippe quæ contra quamvis ſententiam, etiam interlocutoriam locum habet, *l. 4. C. ſi adverſ. rem. judic.* add. *Berger. elect. proc. poſſeſſ. th. 44.*

29. Qui propter impedimentum aliquod, quod avertere aut præcavere non potuit, læſus eſt, in integrum reſtitui meretur, *l. 16. ex quib. cauſ. maj.* vid. omnino *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. qu. 8. art. 7. Struv. ex. 8. th. 76. ex. gr.* ſi quis propter adverſam valetudinem aut alium caſum fortuitum jure ſuo uti non potuerit, *l. 2. pr. eod. ibique Brunnem. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 390. n. 1.*

30. Ob ſolam vero læſionem ex clauſula generali

(g) Imo in genere, quod ad fatalia, privilegiatus contra æque privilegiatum reſtituitur in integrum, ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.*

(h) Sed hodie illis perſonis, quibus beneficium reſtitutionis in integrum, loco ejus leuteratio vel appellatio permittitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 19. in fin.*

rali Prætoris in *l. 26. §. ult. ex quib. cauſ. major.* reſtitutio non datur, ſed ſemper cauſa ſpecialis, eademque legibus probata requiritur, *l. 1. §. 1. l. 16. §. ult. eod. VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 212.*

31. Ruſticitas non eſt cauſa reſtitutionis in integrum, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 52. & in ſupplem. ad eand. obſ. nec non in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* nec cœcitas, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 390.* nec ſenectus, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 470.* nec ſexus, *l. 32. pr. ad Sct. Vellej. VVernher. d. p. 2. obſ. 390. n. 4. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. ex quib. cauſ. major. ad verba: vel aliam juſtam cauſam. Carpz. p. 2. c. 15. d. 33.* confer. vero *Mev. p. 1. dec. 218.* ubi, quod mulier contra lapſum fatalium ex cauſa ignorantiæ juris reſtituatur.

32. Mulieres reſtituuntur in integrum contra lapſum fatalium, ſpeciatim probatorii & reprobatorii, in cauſa dotis & paraphernalium, non modo jure Saxonico, *dec. Elect. Sax. 4. ibique Philipp. obſ. 5. Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 3. not. 1. p. 662. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 99.* ſed quoque jure communi, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 408.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 10. def. 22. n. 4. Carpz. p. 1. c. 16. d. 18.* & quidem pluribus (i) una vicibus, *Berger. dec. 196.*

33. Sæpenumero, inprimis in concurſu creditorum, mulieri per ſententiam injungi ſolet demonſtratio, aut jurata confirmatio bonorum illatorum, & utraque quidem intra terminum Saxonicum. Elapſo termino, ea in integrum reſtituitur, non ſolum quod

(i) Imo non niſi una vice, *Ord. Proceſſ. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.* & confer. *quæ notata ſunt ad th. 16. lit. c.*

Digitized by Google

quod ad demonſtrationem, ſed & quod ad juratam confirmationem, *Berger. E. D. F. c. l. not. 2. p. 663.*

34. Majores quoque reſtituuntur, ſi læſi ſint ob abſentiam, *l. 1. §. 1. ex quib. cauſ. maj. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 1.* & quidem laudabilem, *l. 26. §. ult. l. 28. pr. eod. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 34. not. 16. p. 295.* vel neceſſariam indifferentem, *l. 15. pr. eod. & d. l. 26. §. ult. Berger. c. l.* ſine diſcrimine *dd. ll. Berger. c. l.* ob abſentiam autem voluntariam indifferentem, aut vituperabilem neceſſariam tum demum, ſi abſens procuratorem non potuerit relinquere, vel a procuratore non defendatur, & hic ſolvendo non ſit, *arg. l. 26. §. 1. l. 28. §. 1. eod. Berger. c. l.*

35. Abſens rei publicæ cauſa, qui procuratorem reliquit, & ab eo defendi potuit, non prius, quam eo excuſſo, in integrum reſtituitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 166. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 12. not. 3. p. 897.*

36. Qui reſtitutionem in integrum petit ex capite abſentiæ, qualis illa fuerit, probare debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 237.*

37. Reſtitutio in integrum non tantum læſo, ſed & ejus ſucceſſori, ſive univerſalis, ſive ſingularis fuerit, competit, *l. 6. de in integr. de reſtit. l. 35. §. 6. ex quib. cauſ. maj. l. fin. C. eod. l. 1. C. reſtit. milit. Carpz. lib. 2. R. 98. n. 13. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 239.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. b. p. 29.* niſi defunctus ea uti noluerit, *Sfort. Odd. de reſtit. p. 1. qu. 50. art. 5. n. 48. Carpz. c. l. n. 19. ſeq.*

38. Adverſus delatum & præſtitum jusjurandum judiciale reſtitutio in integrum locum non habet, præſtitum enim jusjurandum omnem excludit læſionem,

nem, *Carpz. p. 1. c. 14. d. 12. n. 5. Martin. ad O. P. S. tit. 18. §. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 496.*

39. Vera contumacia beneficium reſtitutionis in integrum excludit, *l. 9. §. 2. l. 37. §. 1 de minor. VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 374.*

40. Reſtitutio contra elapſum fatale ſæpius (k) concedi poteſt, quoad comminatio, (l) bey Verluſt des beneficii reſtitutionis in integrum, ſententiæ vel decreto adjecta fuerit, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 319.*

RETENTIONIS JUS. (a)

1. Retentio locum habere poteſt, ubi compenſatio ob qualitatem rei vel debiti quieſcit, *Stryck. uſ. mod. tit. de compenſat. §. 15.* add. *Medic. de compenſat. p. 2. qu. 28. n. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 9. p. 883.* ubi: quoties debitum, cujus nomine ſpecies retinetur, eſt liquidum, toties jus retentionis indiſtincte locum habet.

2. Licet compenſatio per ſententiam rejecta fuerit, ex alia tamen cauſa retentioni locus eſſe poteſt, donec de credito ſatisfiat, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 211. Mev. p. 8. dec. 379. n. 2.* & quidem etiam con-

(*k*) Sed hodie non niſi una vice, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 4.*

(*l*) vid. *quæ notata ſunt ad th. 1. lit. a.*

(*a*) in genere notandum, quod ſi ad concurſum creditorum deventum eſt, illi, qui jus retentionis pignoris vel aliud ſimile in re aliqua prætendunt, ejus ſubhaſtationem vel auctionem impedire nequeant, ſed ſolutionem ex pretio inde redacto expectare teneantur, excepto eo, qui, acceptis mercibus ad vendendum, quæ vulgo dicuntur Commiſſions-Waaren, in ſimul literis cambialibus traſſatis oneratus eſt, *O. P. S. R. tit. 41. §. 1.*

contra executionem, modo retentio non repugnet ſententiæ, nec ex tali cauſa fiat, quæ finem per iſtam accepit, *Molignat. de jur. retent. qu. 424. Mev. c. l. n. 3. 4.*

3. Retentio prærequirit debitum liquidum, *arg. l. 4. §. 3. de re judic. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 9. p. 883. Mev. p. 3. dec. 368. n. 4. 5. Stryck. c. l. §. 16.* Sufficit autem, ſi debitum eſt veriſimile, aut iis documentis innixum, quæ nuda negatione, aut altioris indaginis exceptione non tolluntur, *Mev. p. 3. dec. 369. Stryck. c. l.*

4. Imo etiam in illiquidis retentionem locum habere, putat *Capyc. dec. 17. n. 7.* confer. *Lauterb. diſſert. de retent. §. 6.* idque plerique adeo verum eſſe exiſtimant, ut nequidem oblata idonea cautione quis cogi poſſit ad rem reſtituendam, *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 22. def. 15. Sand. lib. 3. tit. 15. def. 5.*

5. Verum retentio locum non habet, ubi debitum illiquidum eſt, & incertum, *Berlich. p. 2. concl. 32. n. 16. Horn. cl. 12. R. 49. p. 852. b. Mev. p. 2. dec. 115. n. 8.* add. *Carpz. lib. 4. R. 20. n. 19.* ſed ſufficit, aliquem per cautionem ſecurum reddi, *Hering. de fidejuſſ. c. 15. n. 117. Zanger. de except. p. 3. c. 6. n. 31. Mev. p. 2. dec. 214. n. 7. p. 8. dec. 437. Stryck. c. l. Berger. c. l.* juratoria autem non ſufficit, *Mev. p. 9. dec. 42.*

6. Jus retentionis non aliter competit, quam ſi ex juſta cauſa rem alterius quis detineat: cum vitioſo poſſeſſori illud prodeſſe non poſſit, *Gail. lib. 2. obſ. 12. n. 5. Mev. p. 9. dec. 43. Stryck. uſ. mod. tit. de compenſat. §. 18. Carpz. dec. 66 n. 2.*

7. Non neceſſe eſt pro retentionis jure pignori rem retentam eſſe, ſed etiam, præter pignus, atque ſine eo, rem retinere licet, *Mev. p. 2. dec. 214. n. 4.* Non aliter tamen jus retentionis obtinet, quam ſi cauſa debenben-

bendi cohæreat rei, *Stryck. c. l. Brunnem. cent. 5. dec. 11. n. 1. Mev. p. 2. dec. 309. n. 7. Carpz. p. 2. c. 25. d. 24. n. 1.* aut illud lex tribuat, aut conventio, aut æquitas, *Mev. p. 2. dec. 214. n. 4. & dec. 309. n. 8.* quarum multas ſpecies refert atque explicat *Coler. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 219. ſeq.*

8. Vidua jure retentionis gaudet, in omnibus mariti bonis, feudalibus, & allodialibus, non ſolum pro dote, *Conſtit. Elect. Sax. 25. p. 2. ibique Carpz. d. 8.* add. *Mynſinger. cent. 6. obſ. 45. n. 5. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 18. p. 130.* ſed & pro dotalitio, rebusque aliis paraphernalibus, *Rauchb. p. 1. qu. 33. n. 22. Carpz. d. def. 8. n. 6.* portione ſtatutaria, *Carpz. d. c. 25. d. 9.* donatione propter nuptias, ac portione in pactis dotalibus aſſignata, *Carpz. d. c. d. 10.* nec non donis nuptialibus, *Carpz. p. 3. c. 22. d. 14.*

9. Si vidua ab heredibus mariti ex poſſeſſione legitima fuerit dejecta, ante omnia tanquam ſpoliata reſtitui debet, inque mariti bona eſt immittenda, *Berlich. p. 2. concl. 32. n. 4. Carpz. p. 2. c. 25. d. 8. n. 3. & lib. 4. R. 19. Horn. cl. 11. R. 1. p. 522. b.*

10. Mulier jure retentionis uti poteſt tam contra extraneos, quam contra ipſum maritum, adhuc vivum, ad inopiam vero vergentem, *Berlich. c. l. n. 6.* licet non ad reſtitutionem dotis agit, ſed ſolummodo alimenta quærit, *Rauchb. p. 1. qu. 33. n. 29. Carpz. d. c. d. 11. n. 6.*

11. Jus retentionis non tantum mulieri, ſed & heredibus ejus, tam deſcendentibus quam extraneis, competit, *Berlich. d. concl. n. 7. ſeq. Moller. p. 2. c. 25. n. 6.* quod etiam alii vendere, oppignorare & cedere poteſt, *Mynſinger. centur. 6. obſ. 82. n. 2. Carpz. p. 2. c. 25. d. 16.*

12. Vi-

12. Vidua non in omnibus ac univerſis, ſed in tot & tantis mariti bonis jus retentionis exercet, quæ ad concurrentem æſtimationem dotis aliarumve rerum, quas petit, ſufficiunt, *Gail. lib. 2. obſ. 92. n. 12. 13. Carpz. d. c. d. 11.*

13. Vidua, quæ jure retentionis in bonis mariti utitur, alimenta ex iis habet, ſed non niſi ad indigentiam ſuæ neceſſitatis, *Berlich. p. 2. concl. 32. n. 21. Carpz. d. c. d. 12. & lib. 4. R. 20. n. 11. ſeq.* quo caſu uſuras dotis petere non poteſt, *Carpz. lib. 4. R. 21.*

14. Durante jure retentionis, vidua nec non quivis alius creditor, hoc jus exercens, ad bonorum adminiſtrationem obſtringitur *Carpz. d. c. d. 13.* & finito jure retentionis, mediante inventario vel juramento, rationem adminiſtrationis reddere tenetur, *Carpz. d. c. d. 14.* Jus enim retentionis fructuum perceptionem, ſub rationum redditione & imputatione in ſortem atque uſuras tribuit, *Molignat. de jur. retent. qu. 397. Mev. p. 4. dec. 60. n. 2.*

15. Verum jus retentionis jus adminiſtrationis non tribuere, & licet iis, quibus jus retentionis competit, pendente ſuper concurſu proceſſu, e bonis non ſint emittendi, ſed ſecuritatis ſuæ gratia in iis non minus, atque ſi ipſe debitor vel viveret, vel nondum ceſſiſſet, in poſſesſione relinquendi: attamen eos, invitis ceteris creditoribus, hoc impetrare non poſſe, ut ipſi ſoli adminiſtratores ſint, tradit *Mev. p. 3. dec. 255. & p. 4. dec. 88.*

16. Jus enim retentionis ab adminiſtratione ſejunctum eſt, neque hæc ex illo neceſſario conſequitur, ſed ſi jam vidua bonorum, quæ jure retentionis detinet, adminiſtrationem una cum herede ſuſceperit, nihil

Digitized by Google

nihil prohibet, quo minus utrique hæc, durante lite, relinqui poſſit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 480.*

17. Non competit viduæ jus retentionis, ſi maritus alieno nomine poſſedit, puta: ut depoſitarius, commodatarius vel conductor; aut ſi mulieri de iis, quæ poſt mortem mariti illi debentur, vel fidejuſſoribus vel pignoribus cautum fuerit, *Moller. p. 2. c. 25. n. 9. Berlich. p. 2. concl. 32. n. 13. & 16.* vel dos illiquida atque controverſa ſit, modo heredes mariti, ſe in caſum ſuccumbentiæ id, in quod condemnati fuerint, ſoluturos præſtita cautione, promittant, *Carpz. p. 2. c. 25. d. 17. & lib. 4. R. 20.*

18. Jus retentionis, non vero alimenta, habet maritus in bonis defunctæ uxoris, donec ei ſatisfactum fuerit de bonis mobilibus in foro Saxonico, vel de aliis rebus, quæ ipſi ex jure communi, vel cujusvis civitatis ac regionis ſtatuto & conſuetudine debentur, *Coler. p. 2. dec. 286. n. 4. Carpz. d. c. d. 18.* vel intuitu eorum, quæ ipſi ex pactis dotalibus, licet non pure, ſed in diem, debentur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 277.*

19. Matrimonio vero ob ſtuprum ante nuptias commiſſum diſſoluto, reddenda ſunt uxori, quæ ad maritum attulit, nec ob inſtitutam injuriarum actionem vel ad intereſſe jus retentionis locum habet, *Horn. cl. 16. R. 4. p. 1219. b.*

20. Retentio locum habet iis caſibus, pro quibus lex creditori prodidit tacitam hypothecam, *Ant. Neguz. de pignor. & hypoth. p. 2. membr. 4. in princ. Coler. de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 219.* hinc locatori competit in bonis a conductore illatis, etiam in libris ſtudioſorum, ſi alia deficiant bona, *l. 9. l. 10. in quib. cauſ. pign. l. 5. C. de locat. l. 4. de pact. Carpz. p. 2. c. 25. d. 20.*

Digitized by Google

21. Ergo ſi merces conventa termino deſtinato non ſolvatur, poteſt locator habitatorem expellere, & res invectas atque illatas includere & detinere, donec ipſi ſatisfiat, etiam privata autoritate, *l. 34. de damn. infect. l. 54. §. 1. locat. Carpz. d. def. 20. n. 3.* quamvis tutius agat, ſi adhibeat autoritatem magiſtratus; nec non notarium & teſtes, in quorum præſentia omnia conductoris bona illata redigantur in inventarium, *Carpz. c. l. n. 4. Coler. proc. exec. p. 2. c. 1. n. 237. ſeq.* ubi jus retentionis adeo extendit, ut etiam pro intereſſe & æſtimatione deteriorationis locum habeat, *Negūz. d. membr. 4. n. 128. & 129.*

22. Conductor, ſi in poſſeſſione rei locatæ conſtitutus ſit, in ea tamdiu ſe defendere poteſt, donec ipſi de expenſis ſatisfactum ſit, *arg. l. 5. pr. de impenſ. in res dot. fact. l. 14. de dol. except. Carpz. d. c. d. 21. Lauterb. diſp. de retent. th. 20. Mev. p. 3. dec. 43.* imo in ipſa executione adhuc audiendus eſt, licet expenſæ nondum certæ ſint ac liquidæ, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 287. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* Judicis tamen arbitrium hic non excluditur, ut æſtimet, utrum expenſæ illæ ad liquidum facile perduci queant, an probatio earum altiorem indaginem requirat, ita ut hoc caſu cautionem a locatore oblatam admittere poſſit, *Caroc. de locat. p. 4. qu. 40. n. 22. ſeq. Wernher. d. obſ. 287. n. 5.*

23. Aurigæ, item tabellarii, qui advexerunt vel attulerunt ſcholaribus ſuppellectilia, earumque rerum nomine aliquid expenderunt, pro ejusmodi expenſis non minus gaudent jure retentionis in rebus apportatis, ac pro pretio vecturæ, *Bald. in l. ult. n. 1. C. commodat. Carpz. p. 2. c. 25. d. 21. n. 5.*

24. Sar-

24. Sartoribus & ſutoribus licet pro mercede veſtes & calceos retinere, non obſtante, quod materia ſit aliena, donec ipſis ſatisfiat, *Gail. lib. 2. obſ. 12. n. 5. Carpz. d. c. d. 23. n. 1.*

25. Secus res ſe habet, ſi quis rem aliquam pro ſumtibus ſeu operis, in re alia præſtitis, detinere velit, veluti conductor equum pro meliorationibus, in domo ſibi conducta factis, aut ſartor veſtem, donec ei de pretio alterius veſtis ſatisfieret: quod certe ipſi facere non licet, *Carpz. d. c. d. 24.*

26. Scriptor libri pro pretio operæ illum retinere poteſt, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 246.* Sic quoque advocato acta eo usque apud ſe retinere licet, donec ipſi ſatisfiat de honorario, *Gail. lib. 2. obſ. 12. n. 5. Carpz. p. 2. c. 25. d. 23. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 98. n. 1. 2.* quod tamen fallit in actis publicis, quæ exhiberi magiſtratus aut rei publicæ intereſt, *Carpz. d. def. 23. n. 5. Wernher. c. l. n. 3.*

27. Filia ratione dotis jus retentionis habet in feudis, *Berlich. p. 2. concl. 32. n. 29. Mev. p. 4. dec. 55. n. 3.*

28. Retentio hypothecam vel jus reale non tribuit, *Carpz. p. 1. dec. 66.*

29. Illis, qui rem juſto retinent, pro defendendo jure retentionis conceduntur remedia quaſi poſſeſſoria, *Molignat. de jur. retent. qu. 117. Mev. p. 3. dec. 43. n. 5.*

30. Add. loc. *adjudicatio th. 2.*

RETORSIO INJURIARUM.

1. Retorſiones in praxi tolerantur, earumque effectus eſt, ut eo ipſo tollatur injuriarum actio, *Carpz.*

p. 4. c. 46. d. 10. Mev. p. 5. dec. 337. Struv. de vindict. priv. c. 10.

2. Debet vero retorſio in ſuis manere terminis, i. e. non debet majora crimina retorquere alter, ac ipſi fuerunt objecta: alias exceſſus retorſionis pro nova injuria reputandus, *Gail. lib. 2. obſ. 100. n. 9. Carpz. d. c. d. 11. Stryck. uſ. mod. tit. de injur. §. 38.*

3. Cum itaque prima injuria per retorſionem ſit ſublata, ergo non dabitur retorſionis retorſio, ſed hæc nova injuria erit æſtimanda, *Stryck. c. l.*

4. Retorſio in continenti fieri debet, *Carpz. d. def. 10. n. 6.* id quod vero moribus vix obſervatur, cum retorſionem ex intervallo in ſcriptis, & quidem per notarium & teſtes alteri mittere ſoleant, *Stryck. c. l.*

5. Cum retorſiones extrajudicialem vindictam contineant, hinc judex eas regulariter acceptare non debet, ſed ei convenit, injuriantem condemnare, & vindicta publica ejus malitiam coercere, *Mev. p. 5. dec. 338. Stryck. c. l.*

6. In Saxonia retorſiones ſunt prohibitæ per *mandatum regium de duellis de an. 1712. §. 22.*

RETORSIO JURIS.

1. Certum eſt, prætorem juris iniqui retorſionem illo tantum caſu admiſiſſe, ubi vel idem privatus impetraſſet, vel magiſtratus inferior, in jure dicendo a jure communi recedendo, inique pronunciaſſet, & quidem per dolum, *l. 2. quod quisqu. jur. in alter. ſtat. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 2.*

2. Aſt moribus eo deventum, ut etiam diverſa provinciarum jura argumento *tituli, quod quisqu. jur. in alter. ſtat.* retorqueantur, *Stryck. c. l.* Nec adeo

adeo ſtricte attenditur, an illa provincia, contra quam retorſio juris exercetur, diverſo jure communi utatur, an contra diſpoſitionem juris communis novum jus induxerit, *Stryck. c. l. §. 3.*

3. Retorſionis jus æquiſſime exercetur adverſus eos, qui hereditatem, legata, fideicommiſſa &c. ex locis ſuæ jurisdictionis, absque certæ partis detractione, alio transferri haud patiuntur, *Conſtit. Elect. Sax. 38. p. 3. ibique Carpz. d. 1. Berlich. p. 3. concl. 51. n. 1. ſeq.*

4. Jus retorſionis locum habet non tantum 1) in hereditatibus & ſucceſſionibus, ſed etiam 2) in feudis, 3) in gerada, 4) in rebus expeditoriis, *Berlich. d. concl. 51. a. n. 5. uſque ad 27.* add. *Carpz. d. c. d. 1. & 2. Stryck. c. l. §. 2. 3. & 4.*

5. Jus retorſionis exerceri poteſt non ſolum contra extera loca, ſed etiam contra alias civitates provinciarum Saxonicarum, *Carpz. p. 3. c. 38. d. 3.*

6. Uti licet jure retorſionis adverſus eas quoque civitates, ex quibus gerada ſaltem ex parte, puta: niftelgerada cognatæ, alibi degenti, defertur, *Carpz. d. c. d. 4.*

7. Non prohibetur civitas exercere jus retorſionis in rebus ad geradam pertinentibus, exinde quod gerada ibidem uſitata non ſit, *Carpz. d. c. d. 5.*

8. Non removetur jure retorſionis cognata in exteris locis, ubi gerada non eſt uſitata, quando mulieris in Saxonia defunctæ ſimul heres ab inteſtato exiſtat, *Carpz. d. c. d. 6.* add. *Berger. p. 2. R. 198. n. 7.* ſecus vero eſt, ſi proxima heres non ſit, *Carpz. d. c. d. 7.*

9. Gerada, aliæve res jure retorſionis retentæ, non magiſtratui cedunt, ſed reliquis heredibus, in pari gradu exiſtentibus, *Conſtit. Elect. Sax. 38. p. 3. ibique Carpz. d. 11.* add. *Rauchb. p. 2. qu. 19. n. 8.* ubi excipit

jus illud cenſus vel tributi, quod vulgo den Abzug appellitant: hoc enim heredibus neutiquam cedit, ſed magiſtratibus ſalvum relinquitur, *Carpz. c. l. n. fin.*

10. Non exiſtente alio herede in pari gradu, ſecundus a proximiore, per jus retorſionis excluſo, ad ſucceſſionem admittitur, licet alibi commoretur, modo in tali loco, in quo extraneis geradam vel hereditatem auferre liceat, *d. c. 38. ibique Carpz. d. 12.*

11. Nullis cognatis feminis aliis exiſtentibus, gerada, jure retorſionis retenta, non ad maſculos, ſed ad magiſtratum pertinet, *Carpz. d. c. d. 13.* merum imperium habenti, *Carpz. d. c. d. 14.* in eo loco, ubi defuncta domicilium habuit, *Carpz. d. c. d. 15.* licet alibi deceſſerit, *Carpz. d. c. d. 16.*

12. Si mulier, quæ in provinciis Saxonicis, ubi gerada relinquitur, deceſſit, alibi, ubi gerada uſitata non eſt, domicilium habuerit, magiſtratus provinciæ Saxonicæ, ubi mulier obiit, geradam non percipit, *Carpz. d. c. d. 17.*

13. In literis moratoriis rite impetratis juri retorſionis locus non eſt, *Schilter. ex. 6. §. 28. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 159.* diſſentit *Carpz. p. 3. c. 38. d. 1. n. 17.*

14. Retorſionis jus non niſi illi civitati opponitur, quæ antea, contra civitatem retorquentem, inæqualitatem exercuit, *Conſtit. Elect. Sax. 38. p. 3. ibique Carpz. d. 8.* quod, cum non præſumitur, in ſpecie probari debet, ab eo, qui jure retorſionis uti vult, *Carpz. d. c. d. 9.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 32. n. 8. ſeq.* ubi: quod ab ea civitate, contra quam quis retorquere velit, probandum ſit, ſe non uſum eſſe ſuo jure ſingulari, quamvis occaſionem eodem utendi habuerit. Imo jure communi ſufficit, quod generaliter eo jure uta-

utatur, & quod nemo melius vel aliud jus ex eo loco ſperare poſſit, *Wernher. c. l. n. 4. Stryck. uſ. mod. tit. quod quisque jur. in alter. ſtat. §. 4.*

15. Retorſionis jus non a perſonis privatis, ſed a ſolo magiſtratu exerceri poteſt, *Conſtit. Elect. Sax. 38. p. 3. ibique Moller. n. 7. Goldbeck. de gerad. c. 9. c. 9. n. 53.* adeoque, ſi caſus ejusmodi contingat, quo de jure retorſionis diſceptari ſolet, res ad magiſtratum defertur, qui arbitretur, an exteri propter jus retorſionis ſint a ſucceſſione removendi, nec ne, *Carpz. d. c. 38. d. 10. n. 5.* Ex quo negari nequit, gratificationi hac in cauſa locum dari, quid nempe facere velit magiſtratus, *Carpz. c. l. n. 6.*

16. Plane ſi antea ſemel magiſtratus contra aliquam civitatem jure retorſionis uſus fuerit, tunc in poſterum ſemper idem jus contra illam civitatem ejusque cives exercendum eſſe, excluſo ulteriori magiſtratus arbitrio, docent *Berlich. p. 3. concl. 51. n. 31. Carpz. d. def. n. 7.*

17. Quisnam vero magiſtratus jus retorſionis exercere poteſt? Magiſtratum oppidanum ſupponit *Berlich. c. l. n. 30.* & magiſtratui cuicunque jurisdictionem adminiſtranti, hoc adſcribere videtur *Mev. p. 2. dec. 59.* Sed diſtinguit *Stryck. in uſ. mod. tit. quod quisque jur. in alter. ſtat. §. 5.* hoc modo: aut jus retorſionis exercetur contra jus novum iniquum, a jure communi devium, & tunc unusquisque magiſtratus competens, coram quo cauſa ventilatur ex jure retorſionis ſententiam ferre poteſt; aut retorquere quis cupit ex moribus contra jus commune, & tunc principis conſenſu opus eſt.

RETRACTUS JUS.

Vid. loc. *protimiſeos jus.*

RETROVENDITIONIS PACTUM.

1. Quando pactum retrovenditionis indefinite eſt conceptum, facultati redimendi nullo tempore præſcribitur, idque non ſolum jure Saxonico. *Conſtit. Elect. Sax. 1. p. 2. ibique Carpz. d. 8. n. 1.* ſed quoque jure communi, *Gail. lib. 2. obſ. 18. Habn. ad Weſenbec. tit. de reſcind. vendit. n. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 313.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de contrah. emt. ſub rubr. de pacto retrovenditionis. §. 43. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 8. not. 1. p. 655.* diſſentiunt *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 31. n. 21. ſeq. A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 3.*

2. Si vero pactum retrovenditionis ad certum tempus verbis expreſſis reſtrictum fuerit, e. g. und ſoll dem Verkäuffer das verkauffte Guth innerhalb 20. Jahren wieder einzulöſen erlaubet ſeyn, eo elapſo, jus reluendi ulterius non obtinet, *Carpz. d. def. 8. Stryck. c. l. §. 48.* niſi venditor juſtum habuerit impedimentum, *Hartm. Piſtor. obſ. 223. n. 7. & 8.*

3. Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de retrovendendo, v. g. auf 3. Jahr Wiederkäufflichen, elapſo licet triennio, vel tempore longiori, reluitio tamen fieri poteſt: cum ſic facultas redimendi ad certos annos non reſtringitur, neque tempus reluitioni, ſed potius venditioni ſub pacto de retrovendendo apponitur; cujus unicus hic videtur eſſe effectus, quod durante eo tempore venditor facultatem redimendi non habeat, *Carpz. d. c. d. 9. & lib. 5. R. 28. Stryck. c. l. §. 49.*

4. Obligatio ex pacto de retrovendendo tranſit etiam ad heredes, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 10. Stryck. uſ. mod. tit. de contrah. emt. ſub rubr. de pacto retrovendi-*

tio-

Digitized by Google

tionis. §. 50. niſi ita conventum, ut venditori tantum vel ſoli venditori liceat rem venditam redimere, *Carpz. d. def. 10. n. 5. Stryck. c. l.* vel jus redimendi ad dies vitæ reſtrictum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 140.*

5. Facultas redimendi ex pacto de retrovendendo etiam extraneo cedi poteſt, *Carpz. d. c. d. 12. Stryck. c. l. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. n. 13. ſeq.* niſi conventum fuerit, ut ſolus venditor per ſe poſſit redimere, non etiam alii id jus cedere, *Carpz. d. def. 12. n. 4.*

6. Si duo vel plures vendunt fundum, reſervato ſibi juri reluitionis, aut ſi venditor deceſſit, duobus vel pluribus heredibus relictis, unum ex hiſce, ſi partem pretii offerrat, ac partem rei venditæ redimere velit, reliquis reemere nolentibus, admitti negat *Bartol. in. l. 4. de ſolut.* add. *Stryck. c. l. §. 51.*

7. Plane ſi unus ex venditoribus aut heredibus venditoris totum pretium emtori cum pacto de retrovendendo offerrat, & petat, ſibi integrum fundum revendi communis eſt Dd. concluſio, quod admittatur: modo caveat de revendendo partem ſocio, ſi eam habere velit, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 10. Stryck. c. l. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 3. p. 752.*

8. Si, mortuis parentibus, in favorem liberorum, vel etiam abſentium, prædia paterna extraneo vendantur cum pacto de retrovendendo, illis ejusmodi pactum non prodeſſe, niſi magiſtratus autoritate fuerit confirmatum, tradit *Carpz. d. c. d. 13.*

9. Minor heres emtoris rem emtam cum pacto de retrovendendo revendere tenetur, nec decreto magiſtratus opus eſt, *l. 1. C. quand. decret. op non eſt. Carpz. d. c. d. 14. Brunnem. ad l. 2. C. de pact. int. emt.*

Digitized by Google

& vendit. n. 7. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de contrah. emt. qu. 16. Stryck. uſ. mod. tit. de contrah. emt. ſub rubr. de pacto retrovenditionis. §. 52. ubi quoque, quod, ſi forſan uni heredi fundus retrovenditioni obnoxius ex diviſione hereditatis obvenit, ille in ſolidum conveniri poſſit.

10. Emtor, qui rem cum pacto de retrovendendo poſſidet, præciſe eam revendere tenetur, nec liberatur præſtatione ejus, quod intereſt, *l. 25. §. 1. de contrah. emt. Carpz. p. 2. c. 1. d. 15. Stryck. c. l. §. 55.*

11. Pactum retrovenditionis rem venditam non afficit, adeoque primus venditor a ſecundo emtore rem vindicare non poteſt, ſed habet ſaltem actionem perſonalem ex vendito adverſus primum emtorem in id, quod intereſt, *l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. Carpz. d. c. d. 16. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 3. conſil. 31. p. 1418. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 130. & p. 9. obſ. 24.*

12. Niſi 1) tertius, haud ignarus hujus pacti, rem ab emtore emerit, 2) pactum retrovenditionis hypotheca judiciali fuerit corroboratum, vel 3) verbis directis aut reſolutivis conceptum fuerit, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. n. 66. ſeq. Carpz. d. c. d. 17. Wernher. d. obſ. 130. & in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 425.* add. *Berlich. p. 2. concl. 2. n. 17. ſeq.* ubi plures exceptiones.

13. Per venditionem cum pacto de retrovendendo dominium in emtorem transfertur; unde omne incrementum ſeu commodum pariter ac incommodum, quod rei cum illo pacto venditæ quocunque modo accedit, indifferenter ad emtorem ſpectat, non autem ad venditorem, *Mynſinger. lib. 6. obſ. 70. Carpz. p. 2. c. 1. d. 18.* add. omnino *Stryck. uſ. mod. tit. de contrah.*

trab. emt. ſub rubr. de pacto retrovenditionis. §. 56. ſeq. adeoque & emtor pro lubitu de fundo retrovenditioni ſubjecto diſponere, eumque alienare poteſt, *Stryck. c. l. §. 57. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 3. conſil. 31. p. 1418. ſeq.* fructusque irrevocabiliter ſuos facit, nec eos in ſortem imputare tenetur, *Mynſinger. cent. 2. obſ. 50. n. 1. Carpz. d. c. d. 1. n. 4. Stryck. c. l. §. 61.*

14. In contractu retrovenditionis, ſi fundus redimitur, fructus pendentes ultimi anni inter emtorem & venditorem pro rata temporis dividuntur, niſi inter contrahentes aliter conventum fuerit, *l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. Berlich. p. 2. concl. 2. n. 75. ſeq. Carpz. d. c. d. 20. & lib. 5. R. 29. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 8. not. 2. p. 655. Stryck. c. l. §. 62.* diſſentit *Zoannett. de emt. vendit. ſub pact. retrovendit. n. 37.* putans, tempus initi contractus & cedentis diei attendendum eſſe, ita, ut, ſi illo anni tempore, quo prima venditio celebrata fuit, extiterint fructus in fundo, eodem modo retrovenditio facienda ſit; ſi vero tempore emtionis nulli fructus extiterint, nec tempore retrovenditionis fundum, antequam fructus percepti fuerint, emtor reſtituere teneatur.

15. Retrovenditio eodem ſemper modo, & pretio, iisdemque conditionibus fieri debet, quibus res fuit vendita cum pacto de retrovendendo, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 21. Berger. lib. 2. R. 18. n. 3.* adeoque & pretium reluitionis reſtitui debet in moneta, quae fuit tempore primæ venditionis, *Carpz. d. c. d. 22. Berger. dec. 145.* niſi aliter inter partes convenerit, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 50. §. 9. p. 624. ſeq.* Id vero revendenti, quod ex ſpeciali pacto ſolutum, una cum pretio reſtituendum non eſt, *Carpz. d. c. d. 19.*

16. Re-

Digitized by Google

16. Redemturus non tantum pretium reddere, ſed etiam præterea impenſas in rem retrovendendam factas refundere debet, *Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 8. Carpz. d. c. d. 27.* & neceſſarias, *Mangil. de evict. qu. 188. n. 112. Stryck. uſ. mod. tit. de contrah. emt. ſub rubr. de pact. retrov.* §. *64.* & utiles, modo non ſint nimis immodicæ & oneroſæ, *Stryck. c. l.*

17. Æſtimantur autem meliorationes non ſecundum tempus præteritum, ſed ſecundum præſens, & quantum inſpecto præſenti ſtatu valent, *Berlich. p. 2. concl. 2. n. 48. Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 8. not. 3. p. 655.* Quod ſi tamen meliorationes, habita ratione utilitatum inde quotannis provenientium, longe pluris eſſe videantur, quam revera pretii quantitas in illas impenſa ſit, tunc ſufficit, ſi reſtituatur illud pretium, quod revera impenſum, non quantum res in præſenti valere poſſit, *l. 12. de in rem verſ. ibique Brunnem. Mev. p. 3. dec. 41. Stryck. c. l.*

18. Pretio non reſtituto, poſſeſſor non dejiciendus eſt ſua poſſeſſione, licet reemere volens offerat cautionem, *Horn. cl. 11. R. 27. p. 639. b.* quæ nequidem admittitur ratione meliorationum & expenſarum refundendarum, licet nondum liquidarum, *Stryck. c. l.*

19. Venditor invitus non tenetur rem venditam reemere, ſed in arbitrio ejus eſt, an jure ſuo uti velit, nec ne, *Stryck. uſ. mod. tit. de contrah. emt. ſub. rubr. de pact. retrovendit.* §. *55.* Valet tamen pactum, ut emtori permiſſum ſit, rem ipſam offerre venditori, & ex pacto pretium repetere, *Carpz. lib. 5. R. 27. Stryck. c. l. & de cautel. contract. ſect. 2. c. 8. §. 5. & 8.* add. *Berger. lib. 1. R. 288.*

20. Pactum retrovenditionis venditionem ſub haſta

haſta factam annullare haud poteſt, maxime ſi adjudicatio jam facta fuerit, *Carpz. p. 2. 1. d. 25.*

21. Prædium ſub pacto de retrovendendo emtum ab uxore, defuncta ea ante retrovenditionem, ipſius heredibus in tantum cedit, ut redemtionis caſu eveniente, pretium marito reſtituere haud teneantur, *Carpz. lib. 5. R. 30.* add. *Berger. lib. 1. R. 171.*

22. Feudum cum pacto retrovenditionis emtum, defuncto vaſallo emtore ante reluitionem, ad filios transfertur, qui ſoli, facta poſtmodum retrovenditione, pretium lucrantur, filiabus excluſis, *Carpz. lib. 5. R. 31.*

23. Pactum de retrovendendo, etiamſi verbis directis conceptum fuerit, pretio exſoluto, non reſcindit emtionem ipſo jure, nec etiam dominii translationem abſque traditione inducit, *Rauchb. p. 1. qu. 19. n. 12. Carpz. lib. 5. R. 27. n. 27.* confer. vero *Stryck. uſ. mod. c. l.*

24. Pactum antichreticum bene diſtinguendum eſt a contractu retrovenditionis, quamvis alterum cum altero in literis contractuum crebro confundi videas, *Berger. Reſolut. Lauter. tit. de pignor. act. verb. pactum ἀντιχρήσεως.* ubi differentias utriusque contractus exponit. Tanta autem inter hoſce contractus eſt cognatio atque affinitas, ut quandoque alius ab alio dignoſci vix poſſit, *VVeſenb. conſil. 2. Carpz. p. 2. c. 1. d. 1. n. 2.*

25. Quoties mentio mutui præmittitur, eidemque retrovenditio ſubjicitur, toties mutuum, atque adeo etiam contractus pignoratitius initus eſſe intelligitur; quoties autem a contractu venditionis incipitur, deinceps vero in illa demum parte, ubi pretium venditionis promittitur, mentio mutui ſubjicitur, toties contractus retrovenditionis celebratus creditur,

Stryck.

Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 4. §. 29. Berger. c. l. confer. omnino *Carpz. d. c. d. 2.*

26. Plane, ſi quidem contrahentes utantur verbis, quæ non poſſint contractui pignoratitio quadrare, ſed retrovenditionis contractum neceſſario arguant, veluti, cum contractui, antegreſſa licet mutui pignorisve mentione, clauſula reſignationis judicialis, **das Eigenthum auf den Güthe Gerichtlich aufzulaſſen**, addita ſit, tum contrahentes prædicta mutui & pignoris vocabula magis ex incuria, quam conſulto miſcuiſſe, nec revera alium, quam retrovenditionis, contractum iniiſſe intelliguntur, *Berger. c. l.*

27. Pactum de retrovendendo cum læſione etiam enormiſſima ſubſiſtit, nec contractum fœneratitium & ſimulatum facit, *A. Fab. in Cod. tit. de reſcind. vendit. def. 29. Carpz. p. 2. c. 1. d. 1. n. 7. Berger. lib. 1. R. 171. n. 1.* niſi fœnerandi conſuetudo accedat ex parte emtoris, aut alia conjectura, *Grammat. dec. 76. A. Fab. d. tit. def. 5. n. 6. Carpz. d. c. d. 2. n. 7. & 8.*

REVISIONIS REMEDIUM.

1. Remedium reviſionis, quod in foro Saxonico non obtinet, *O. P. S. tit. 37. §. 1.* locum habet in illis judiciis, ubi vel plane non appellare licet, vel ſumma appellabilis non adeſt, *Stryck. introduct. ad prax. for. c. 23. §. 30.* add. *Mev. p. 5. dec. 109.* Illudque etiam in Camera Imperiali contra ſententias ibi latas in uſu eſt, vid. *Stryck. c. l. §. 31. & uſ. mod. tit. quis, a quo appell. §. 6.*

2 Cum judex ipſe non facile mutaturus eſt ſuam ſeutentiam, ſuper reviſionis juſtitia extranei judicis ſententia peti ſolet, *Stryck. introd. ad prax. c. l. §. 30.* confer. *Mev. d. dec. 109.*

3. Re-

3. Reviſionis petitio non recipitur, niſi contra ſententiam reviſionalia gravamina cum petitione offerantur, *Mev. p. 8. dec. 85.*

4. Executio prioris ſententiæ per remedium reviſionis non ſuſpenditur, modo pars victrix ſufficientem cautionem præſtare poſſit de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, *Blum. proc. camer. tit. 79. n. 19. Stryck. uſ. mod. c. l.*

REVOCATIO FEUDI.

Vid. loc. *feudi revocatio.*

REVOCATIO JURAMENTI.

1. Revocare poteſt actor juramentum reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere, etiam poſt præſtitam guarandam & litem conteſtatam, *l. 11. C. de reb. credit.* O. P. S. *tit. 18. §. 2. Heig. p. 2. qu. 4. n. 14. Carpz. p. 1. c. 12. d. 3.* usque ad finem litis, *Mev. p. 3. dec. 201. n. 1.*

2. Poſtquam vero reus juramentum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam ſuper delatione juramenti ſententia lata fuerit, eaque in rem judicatam tranſierit, revocatio juramenti non amplius eſt integra, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 4.* add. *Mev. p. 2. dec. 93. n. 3. Brunnem. ad l. 11. C. de reb. cred. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 444. n. 1. 2. Rivin. ad* O. P. S. *tit. 18. en. 26.* exceptis tamen perſonis, quibus competit reſtitutio in integrum, *Rivin. c. l. en. 27.* Sed, etiam poſt acceptationem juramenti, revocationi ejus locum eſſe contendit *Franzck. ad ff. tit. de jurejur. n. 94. Mev. p. 3. dec. 201. n. 2. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 22.*

3. Ut per acceptationem juramenti revocatio ejus excludatur, requiritur, ut acceptatio pure ſit facta: nam ſi acceptatio ſit facta ſub conditione, & reſer-

Digitized by Google

reſervata referendi ejus, vel etiam probationis pro tuenda conſcientia ſuſcipiendæ facultate, revocatio juramenti nondum excluſa intelligitur, *Mev. p. 6. dec. 167. Lyncker. dec. 1. Wernher. d. obſ. 444.*

4. Quodſi actori novæ probationes & nova inſtrumenta ſupervenerint, non obſtante rei acceptatione, aut ſententia judicis, revocatio juramenti adhuc conceſſa eſt, *Berlich. p. 1. concl. 32. n. 6. Carpz. d. def. 4. n. 5. Mev. p. 2. dec. 93. n. 5. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 3. p. 404. & 408.* modo deferens jurejurando confirmet, illarum notitiam ſe ante delationem non habuiſſe, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 9. not. 1. p. 112.* confer. vero *Svendend. ad Fibig. p. 1307. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 29:* qui putant, jurejurando eum qui revocat, gravandum non eſſe.

5. Juramentum alteri delatum, ab eoque acceptatum, & per rem judicatam injunctum, adhuc revocari poteſt, ſi deferens, eum pejeraturum eſſe, liquido probare velit, *l. fin. C. de jurejur. Brunnem. ad l. 5. §. ult. de jurejur. n. 10. Mev. p. 2. dec. 93. n. 6. Svendend. ad Fibig. p. 1302. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 416. Berger. c. l. & p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 3. p. 404. Rivin. c. l. en. 27.*

6. Utroque autem caſu ille, qui, dimiſſo jurejurando, probatione ordinaria uti cupit, adverſæ parti expenſas refundere debet, quibus variatione illius cauſa occaſioneque data fuit, *Berger. p. 2. ſupplem. c. l.*

7. Si haud obſcure apparet, juramenti acceptati præſtationem frivole a deferente impediri, ſub prætextu, ſe ob evitandum perjurium ad probandum paratum eſſe, id pro præſtito habetur, *Rivin. c. l. en. 28.*

8. Cum

Digitized by Google

8. Cum is, qui juramentum detulit, mutato conſilio, ad probationes recurrit, deinde juramentum iterum exigere non poteſt, ſed, eo non probante, alter abſolvitur, etiamſi nihil ultra præſtiterit, *Mev. p. 3. dec. 201.* niſi gravibus præſumtionibus, inter probationes deductis, ad purgatorium usque gravatus ſit, *Mev. p. 6. dec. 147.*

REVOCATIO TESTAMENTI.

Vid. loc. *teſtamenti revocatio.*

ROTULUS TESTIUM.

1. Rotuli teſtium, in poſſeſſorio adhibiti, fidem in petitorio haud faciunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 397. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 38.* niſi teſtes rite, & altera parte ad videndum jurari, & danda interrogatoria citata, examinati fuerint, *Wernher. c. l. n. 2.* add. *Gail. lib. 1. obſ. 103. n. 4.*

2. Quid? ſi actor rotulum, quo pars adverſa in poſſeſſorio obtinuit, deinceps contra eandem in petitorio producere velit: an audiendus? affirmatur: cum reus non poſſit rejicere depoſitiones teſtium, quos ſemel approbavit, ſive cum juris ſolennitate, ſive citra eandem factæ fuerint, *Wernher. c. l. n. 3. ſeq.* add. *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 2. not. 9. p. 659.*

3. Etiam in proceſſu ordinario rotuli teſtimoniales, a notoriis confecti, vi ſua gaudent, & recognoſcendi ſunt, ſiquidem tantum ut documenta inducantur; nec in vim valent plenæ probationis, ſed ut probationem, ceu adminicula quædam, adjuvent, *Horn. cl. 12. R. 74.*

4. Sed rotulos teſtium, a notario confectos, in probatione non eſſe admittendos, tradit *Rivin. ad O.*

P. S. tit. 11. en. 41. qui itaque, ſi cum articulis probatorialibus inducantur, non ſunt recognoſcendi, imo licet recognoſcantur, nihil tamen probant, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 32.* E contra demonſtrationem per rotulos a notario confectos expediri poſſe, putat *Rivin. c. l. en. 35.*

5. Plane hodie in foro rotuli teſtium, qui a notariis examinati ſunt, non attenduntur, idque ſine diſcrimine proceſſus, ſive ordinarius ille, ſive ſummarius ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 42. n. 1. Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 2. not. 7. p. 657.* adeo, ut eorum ratio nequidem in cauſa matrimoniali, *Berger. elect. proc. matrim. th. 10.* nec in cauſa criminali habeatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 177. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 3. not. 23. p. 1201.* quamvis in poſſeſſorio ſummariiſſimo (a) vi ſua non deſtituantur, *Dec. Elect. Sax. nov. 1. Wernher. d. p. 4. obſ. 42. n. 2.*

6. Econtra rotuli, in quocunque judicio conditi, ita quidem admittuntur, non, ut adverſarius, errore advocatorum ſolenni, illos recognoſcere cogatur, quum ejusmodi rotuli non ſubeant locum inſtrumentorum, quæ ſola ſunt recognoſcenda, ſed, ut ad eos reſpondeat, ſich darauf einlaſſe, atque ſuper iisdem diſputet, *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 2. not. 7. p. 657. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 208. n. 1. 2.*

7. Plane ſi ſententia, per quam recognitio rotuli ſub comminatione ſolita injuncta eſt, in rem judicatam tranſierit, & adverſarius emanſerit, pro recognito habe-

(a) Imo hodie etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo non niſi judiciales rotuli, qui tamen coram quocunque judicio confici queunt, admittuntur, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 19.*

Digitized by Google

habetur, quemcunque effectum ſententia habitura ſit, *Wernher. d. obſ. 208. n. 3.*

8. Rotuli ſuper depoſitione teſtium, citra requiſitionem judicis, coram quo cauſa ventilatur, judicialiter confecti in probatione non admittuntur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 33.*

9. Imo ſi probatio per rotulos coram judice cauſæ ſuper depoſitione teſtium, ante litis conteſtationem examinatorum, conſcriptos ſuſcipiatur, deſerta eſt. *Rivin. c. l. en. 34.*

10. Recte excipitur adverſus rotulum teſtium, quos dominus jurisdictionalis ab actuario ſui judicii, qui ſimul liberorum ipſius præceptor eſt, examinari curavit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 219.*

RUSTICI.

1. Ruſtici, operas ſuas certa mercede elocantes, eas propriis ipſorum dominis potius, quam aliis, elocare obſtricti non ſunt, *Hartm. Piſtor. obſ. 101. Carpz. lib. 1. R. 58.* niſi ipſorum nihil interſit, operas ſuas domino vel extraneo elocari, *Carpz. lib. 1. R. 59.*

2. Subditi, ſervitia debita recuſantes, non modo carcere ad id cogi, ſed & propter contumaciam relegari poſſunt, *Carpz. p. 2. c. 51. d. 16.*

3. Ruſticorum cauſæ ſummariæ habentur, atque hinc in judicio ſummariter ſunt tractandæ, *Choppin. de privileg. ruſtic. lib. 3. c. 1. Carpz. lib. 6. R. 122.*

RUSTICORUM SERVITIA.

Vid. loc. *operæ Ruſticorum.*

S.

SACRA COENA.

1. Male peccatorum conſcientiis conſulunt, ſuo-

ſuoque officio abutuntur illi eccleſiæ miniſtri, qui eos ad uſum ſacræ cœnæ non prius, quam eccleſiaſticam pœnitentiam egerint, admittunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ.* 187. confer. *decret. ſynod. de an. 1624.*

2. Neque etiam Superintendentes, aut paſtores proprio motu quenquam a S. euchariſtia, ſub quocunque prætextu, arcere queunt; ſed res ad conſiſtorium referri, ejusdemque deciſio peti debet, *Ord. Eccleſ. Sax. art. gen. 7. Wernher. c. l. n. 6.*

3. Illi, qui in matrimonio inceſtuoſo vivunt, tantiſper ab uſu confeſſionis & ſacræ cœnæ arceri poſſunt, nec cogi miniſter eccleſiæ poteſt, ut eos admittat, excepto caſu extremæ neceſſitatis & periculi mortis, *Horn. cl. 3. R. 11.*

4. Nemo regulariter ab uſu confeſſionis & ſacræ cœnæ arcendus eſt, licet indicia certi alicujus criminis adſint, quod ipſum ſacri hujus negotii alias indignum reddit, *c. 34. X. de Simon. c. 12. X. de pœn. & remiſſ. Horn. d. R. 11. p. 189. a.*

5. Quomodo contra ſacræ cœnæ contemtores ſit procedendum? vid. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ.* 307. confer. *Brunnem. jus eccleſ. lib. 1. c. 6. memb. 4. §. 2. ibique Stryck.* qui tandem, ſi in pertinacia ſua perſeverent, e territorio ejiciuntur, *Horn. cl. 1. R. 18.*

SACRILEGIUM.

1. Ad ſacrilegium proprie ſic dictum duo requiruntur, nimirum: ut furtum fiat rerum ſacrarum, & in loco ſacro, *l. 9. §. 1. l. 10. §. 1. ad L. Jul. pecul.* uno autem horum deficiente, ut: ſi ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro ſurripiatur, proprie ſacrilegium non committitur, *Carpz. pract. crimin. qu. 89. n. 4.* add. *Berger. jurisprud. crimin. p. 63.*

2. Ju-

Digitized by Google

2. Jure autem Canonico & Carolino ſacrilegium quoque committit, qui ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro loco ſurripit, *c. ſi quis contumax. §. ſacrilegium ergo eſt. 17. qu. 4. conſtit. crimin. art. 171. Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 5.*

3. Jure communi pœna ſacrilegii eſt arbitraria, ita tamen, ut pro ratione eorum, quæ rem circumſtant, ad ultimum usque ſupplicium deveniri poſſit, *l. 6. ad L. Jul. peculat. Conſtit. crimin. art. 171. ſeq. Carpz. c. l. a. n. 10. usque 17.* add. *Berger. c. l.*

4. Saxonico jure ſacrilegus, qui res ſacras, aut divino cultui dicatas ex æde ſacra ſurripit atque furatur, rota debet contundi, Land-R. *lib. 2. art. 13. Carpz. pract. crimin. qu. 89. n. 18. ſeq.*

5. Ampliatur hæc regula 1) in iis, qui ſacrilegium absque effractura templorum committunt, *Carpz. c. l. n. 23. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 43. n. 2.* diſſentit *Berger. jurisprud. crimin. p. 63.* 2) ſi quis ſacrarum eleemoſynarum arcam effregerit, ac inde pecunias extraxerit, *Carpz. c. l. n. 30. Berger. c. l.* 3) in pluribus ſociis ſacrilegii, *Carpz. c. l. n. 33.*

6. Non exaſperatur pœna ſacrilegii ob reiterationem, *Carpz. c. l. n. 37.* quamvis judex pœnam hujus criminis ita aggravare poſſit, ut pro ratione qualitatis ac circumſtantiarum, priusquam rota cor ſacrilegi contundatur, ejusdem crura & brachia frangi faciat, quod vulgo appellari ſolet von unten auf rädern, *Carpz. c. l. n. 46.*

7. Intuitu eorum, qui in excubiis tempore perpetrati ſacrilegii ſteterunt, & partem lucri tulerunt, genus ultimi ſupplicii remittitur, & in locum rotæ gladius ſurrogatur. Quantitas autem lucri, magna, an exigua fuerit, ſicut in iis, qui ſacrilegium immediate

Digitized by Google

commiſerunt, haud attenditur, ita nec hoc caſu illius ratio habetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 34.* add. *Carpz. pract. crimin. qu. 89. n. 48. ſeq. & n. 67. ſeq.*

8. Pœna rotæ rigoroſa non plectuntur, ſed extraordinarie, fuſtigatione vel relegatione, puniuntur, qui, ſacrilegio jam commiſſo, atque conſummato, opem & auxillium præbent, res ſacras ablatas vendendo, occultando, vel etiam de iisdem participando, *Carpz. c. l. n. 56. ſeq.*

9. Inſuper judex in ipſo ſacrilegii crimine, quandoque pro qualitate facti, & ratione circumſtantiarum concurrentium, ſepoſito juris rigore mitiorem aliquam pœnam, ut gladii, fuſtigationis ac relegationis imponere poteſt, veluti: ſi pro rei partibus militet famis neceſſitas, impubertas, conſilii inopia, aliave exceptio prægnans, *Carpz. c. l. n. 61.* Quo referendum ſacrilegium rei modicæ, haud violentum, *Carpz. c. l. n. 67. Reuſner. lib. 1. dec. 16. n. 18.* add. *Berger. p. 1. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 17.* item inſignis pœnitentia ſacrilegi, nec non ſi ejus confeſſio, ſacerdoti facta, ab hoc revelata fuerit, & per id crimen detectum, *Horn. cl. 15. R. 9. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 46.*

10. Quando res ſacra e loco non ſacro, vel res prophana e loco ſacro ſurripitur, obtinet pœna ſimplicis furti, *Carpz. pract. crimin. qu. 89. n. 71. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 45.*

SÆVITIÆ

Vid. loc. *caſtigatio domeſtica.*

SALVUS CONDUCTUS.

1. Quælibet citatio, licet non habeat annexam clauſulam publicæ fidei & ſecuritatis, ejus tamen eſt natu-

naturæ, ut quaſi in dorſo ſecum afferat ſalvum conductum, juxta vulgatum: die Ladung trägt das Geleite auf den Rücken, *Heig. p. 2. qu. 22. n. 35. Möller. lib. 2. ſem. 1. Mev. p. 1. dec. 3. n. 9.* qui triduo continetur, *Berger. E. D. F. tit. 4. obſ. 3. not. 5. p. 88.*

2. At cum fragilis ea cautio ſit, cui nemo fidet, juxta *Coler. de proc. exec. p. 4. c. 1. n. 235.* add. *Carpz. pract. crimin. qu. 112. n. 15. ſeq.* exceptio loci non tuti parata eſt reis, *Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 5. ſeq.* quam ut auferre cuiquam non licet: ita, cum poſtulabitur, conductu ſecuritatem concedere oportet, *Coler. p. 1. dec. 165. Mev. c. l. Berger. c. l.*

3. Si generalis ſalvus conductus, qui absque præſtita cautione conceditur, *Carpz. c. l. n. 6.* reo indultus eſt, ille ſecure ad judicium venire & recedere inde poteſt; ad quod triduum ei conceſſum creditur, ſcilicet, quo citatus primum diem ad comparendum, alterum ad tractandum in judicio, tertium habeat ad recedendum, niſi dies juridicus, ſeu examen inquiſiti diutius duret: nam tunc etiam generalis ſecuritas eo usque extendi debet, *Carpz. c. l. n. 13. Barth. hod. for. c. 6. §. 7. lit. c. p. 882.*

4. Unde, finito examine, commorari ultra diem juridicum in illo loco minime poteſt: non tamen illo ipſo die per modicum tempus ibi ſubſiſtere, inque diverſorio cibum ſumere, vel equis pabulum præbere prohibetur, *Carpz. c. l. n. 12. Barth. c. l.*

5. Proinde, ſi citatus extra diem juridicum in loco judicii inveniatur, in carcerem recipi poteſt, ex quo reſpondere cogatur, *Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 24.*

6. Melius itaque conſulitur reo, ſi ſpecialem ſalvum conductum impetraverit, quippe quo plena ſecu-

Digitized by Google

ritas ei datur, ut per totum tempus litis durantis poſſit in loco judicii commorari, & deliberare cum amicis & cognatis ſuis ſuper defenſione ſuæ innocentiæ, *Coler. de proc. exec. p. 4. c. 1. n. 255. Carpz. pract. crimin. qu. 112. n. 20. ſeq.*

7. Salvum conductum criminum rei non aliter impetrant, quam præſtita cautione, fidejuſſoria aut pignoratitia, ſe, quotiescunque opus fuerit, judicio ſiſtendi, *Carpz. c. l. n. 85. 98. Mev. p. 1. dec. 4. n. 1. 2.* imo, deficientibus fidejuſſoribus & pignoribus, ad juratoriam cautionem admittendus eſt reus, *Mev. d. dec. 4.* quam tamen non, niſi in crimine levi, aut de ipſius innocentia ex inquiſitione generali aliquo modo judici conſtet, admittit *Carpz. c. l. n. 106.*

8. Salvus conductus etiam concedi poteſt a judice inferiore, qui merum imperium habet, *Farinac. prax. crimin. lib. 1. tit. 4. qu. 29. n. 103. ſeq. Carpz. c. l. n. 13. ſeq.* adeoque etiam a quæſtore præfecturæ Electoralis, *Carpz. c. l. n. 27.*

9. Reis criminum, utut atrocium, abſentibus ſalvus conductus ad defenſionem non difficulter dandus eſt, *Mev. p. 1. dec. 3.* vid. omnino *Carpz. pract. crimin. qu. 112. n. 30. ſeq.* non item jam incarceratis, *Carpz. c. l. n. 42. ſeq.* niſi 1) in levioribus delictis, quippe in quibus incarcerati ſub fidejuſſoribus relaxari debent, *l. 3. de cuſtod. reor. Carpz. c. l. n. 45.* 2) in caſu infirmitatis, aut ſi mulier incarcerata ſit prægnans & partui proxima, *Carpz. c. l. n. 48.* 3) judex, ex actis inquiſitionalibus informatus, pro certo credat, reum non fore culpabilem ſuper eo delicta, de quo inſimulatur, *l. 1. de cuſtod. reor. Carpz. c. l. n. 52.*

10. Quodſi ei, qui e cuſtodia, aufugit, antegreſſa maxime Collegii Juridici ſententia, ſalvus conductus tri-

tribuatur, eo ſtandum eſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſprud. crimin. obſ. 179.*

11. Magiſtratus, concedens ſalvum conductum reo, haudquaquam præjudicat alterius jurisdictionis domino, qui delinquentem in ſuo territorio repertum vel tranſeuntem bene captivare poteſt, *Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 26. Carpz. pract. crimin. qu. 112. n. 55.* ideoque, ut reus non tantum in loco judicii, ſed & in omnibus aliis judiciis, per quæ patet ipſi tranſitus, plena ſecuritate gaudeat, ſalvus conductus a ſuperiore impetrari debet, *Coler. de proc. execut. p. 4. c. 1. n. 216.*

12. Magiſtratus autem, qui ſecuritatem conceſſit, eam non ſolummodo in omni ac univerſo ſuo territorio, ſed etiam in alieno ſervare debet, ita, ut auxilio iſtius magiſtratus reum nequaquam capere queat, *Zanger. d. c. 5. n. 28. Carpz. c. l. n. 57.*

13. Quodſi in conceſſione ſecuritatis certum tempus fuerit expreſſum, puta, trium menſium, dubium non eſt, quin ſalvus conductus per illud tempus duret, adeoque, durante illo trimeſtri, reus in loco judicii ſecure commorari poſſit, *Coler. c. l. n. 244. Carpz. c. l. n 59.* Conceſſo vero ſalvo conductu absque temporis determinatione, ſecuritatis conceſſio ad primum terminum reſtringenda eſt, *Coler. proc. exec. p. 4. c. 1. n. 247.*

14. Sed hiſce in provinciis in ſalvo conductu ſpeciali ſemper fere tempus certum exprimi ſolet: inſtrumentis ſiquidem ſecuritatis plenariæ hæc verba inſeruntur: Biß ſo lang etwas peinliches wider ihn erkannt; quibus ſignificatur, ſalvun conductum tamdiu ſecuritatem tribuere reo, donec vel pœna capitali, aut alia corporis afflictiva reum afficiendum, aut

quæſtioni ſubjiciendum eſſe, judex pronunciaverit, eaque ſententia publicata fuerit, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 1. n. 1. Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 14. & 19.*

15. Sententia itaque ejuſmodi publicata, ſalvus conductus expirat, adeoque & cautio a reo præſtita relaxatur, & reus confeſtim, non expectato decendio, in proceſſu inquiſitorio (nam ſecus eſt in accuſatorio) incarceratur, atque adverſus ipſum inquiſitorie ſecundum ſententiam latam proceditur, *Carpz. pract. crimin. qu. 112. n. 63. ſeq.*

16. Si reus, cui data eſt ſecuritas, in judicio delictum ſponte fuerit confeſſus, ſtatim, ſecuritate non obſtante, in carcerem conjici & puniri poteſt, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 1. n. 2. Carpz. c. l. n. 82.*

17. Reus, cui ſalvus conductus conceſſus eſt, ob nova crimina incarcerari poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 31. n. 2.*

SATISDATIO PRO RECONVENTIONE ET EXPENSIS.

1. De jure civili non ſolum actor pro reconventione & expenſis, ſed etiam reus ſatisdare tenetur; ſe in judicio usque ad finem litis permanſurum, ſiquidem ipſemet compareat, §. 2. *J. de ſatisdat.* aut judicatum ſoluturum, ſi procuratorem conſtituat, §. 4. *J. eod. tit.* & ſi reus abſens eſt, procurator eandem cautionem, judicatum ſolvi, præſtare debet, §. 5. *J. eod. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 36. def. 4.*

2. Sed in foro Saxonico ex parte rei conventi ſatisdatio prorſus ab uſu receſſit, nec ab ulla cautio a reo, etiamſi immobilia non poſſideat, exigi poteſt, teſte *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 98. Carpz. p. 1. c. 5. d. 30.* niſi de fuga ſit ſuſpectus, *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 48.*

Digitized by Google

48. *Philipp. ad O. P. S. tit. 13. conſid. un. n. 8.* actor autem non poſſeſſionatus pro reconventione (a) & expenſis (b) ſatisdare tenetur, *O. P. S. tit. 13. Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 1. ibique Carpz. d. 1.*

3. Satisdatur non ſolum fidejuſſoribus, ſed etiam pignoribus, pignoriſque loco poteſt eſſe nomen ipſius rei, modo non ſit objectum litis, ſi actor ſe declaret, quod, quantum a judice determinandum, donec lis finita fuerit, penes reum relinquere velit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 13. en. 22.*

4. Ab hac cautione non ſunt immunes 1) ſimultanee inveſtiti, *Carpz. d. c. d. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 19.* 2) filiusfamilias, etſi pater ejus bona immobilia poſſideat, *Carpz. d. c. d. 13.* 3) mulier, quamvis maritus habeat bona immobilia, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 5. p. 1025.* nec juvatur illa communione bonorum, quæ inter Saxones non uſitata eſt, nec hypotheca tacita, quam ipſa habet in bonis mariti, *Berger. dec. 313. n. 2. ſeq.* 4) illi, qui nomina, quantumvis graviſſima, poſſident, *Carpz. lib. 2. R. 77.* niſi pignoris loco inſtrumentum obligationis in judicio deponant, ſimulque literis reverſalibus promittant, ſe, ante litis egreſſum, nihil de pecunia credita exacturum eſſe, *Carpz. c. l. n. 12. ſeq.* 5) Syndicus, nomine plurium ex

(a) Hodie in foro Saxonico cautio pro reconventione, non amplius obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 13. §. un.*

(b) Repudium licet acceperit cautio pro reconventione, actor tamen, in terris Saxonicis haud poſſesſionatus, niſi jus paupertatis adeptus eſt, adhuc hodie, & quidem ante emiſſam citationem, cautionem pro expenſis, ad 30. 50. imo, pro re nata, & arbitrio judicis, plures usque thaleros, præſtare tenetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

ex univerſitate (c) agens, quamvis ipſi principales ſint poſſeſſionati, *Berlich. p. 1. concl. 20. n. 37. Carpz. p. 1. c. 5. d. 29. Rivin. ad* O. P. S. *tit. 13. en. 8.* 6) poſſeſſor partium metallicarum, *Berger. dec. 315. Rivin. c. l. en. 9.* 7) parentes contra liberos agentes, *Carpz. d. c. d. 22. Wernber. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 346. Rivin. ad* O. P. S. *tit. 13. en.* 4. 8) conductor, quamvis multa pretioſa fundo conducto intulerit, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 5. p. 1025.* 9) qui, nomine meliorationem, in fundo exercent jus retentionis, *Berger. c. l.*

5. Poſſeſſio bonorum immobilium relevat actorem ab onere ſatisdandi, nullo loci diſcrimine, ſive actor bona immobilia poſſideat in loco judicii, ſive alio in loco, ſub eodem tamen principe, *Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 1. ibique Carpz. d. 2. & 3. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 13. §. 2. p. 153.* aſt extra Electoratum Saxoniæ verius eſt, requiri, ut actor eo in loco, quo lis agitur, bona immobilia poſſideat, *Berger. c. l. Stryck. uſ. mod. tit. qui ſatisd. cog.* §. 9.

6. Nec gravandus eſt onere ſatisdationis poſſeſſor bonorum immobilium, licet ſit obæratus; ejusque bona creditoribus hypothecata, *Carpz. d. c. d. 14. Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 117.* vel ipſi deſuper lis ſit cum tertio: aliud autem dicendum, ſi cum reo, ſatisdationem exigente, ſuper illa ipſa re litiget, *Carpz. d. c. d. 15. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 5. p. 1024.* vel adverſus eum motus ſit creditorum concurſus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 6. p. 1025.* vel per

(c) Plane tota corpora & univerſitates, etiamſi bona immobilia communia non poſſideant, pro poſſeſſionatis habentur, adeoque cautionem pro expenſis non præſtant, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 13. §. un.*

Digitized by Google

per rem judicatam ipſi injuncta ſit ſatisdatio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 13. en. 5. 6.* actor vero, qui, pendente lite, rem immobilem alienat, ad ſatisdandum tenetur, *Carpz. d. c. d. 11. Rivin. c. l. en. 15. Berger. c. l.* confer. vero ipſe *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. qui ſatisd. cog. qu. 1.*

7. Nec minus ab ejusmodi cautione immunis eſt, poſſeſſor mobilium, quæ facile occultari, aut amoveri non poſſunt, ut, mercium in taberna, (d) bibliothecæ, aliarumque rerum pretioſarum, modo ſit vir frugi, nec ſuſpicione prodigalitatis loboret, *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 36. ſeq. Carpz. p. 1. c. 5. d. 19. VVernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 113.* add. *Berger. œcon. jur. c. l. not. 5. p. 1024.* Plane poſſeſſores rerum mobilium pretioſarum, quæ facile amoveri, occultarive poſſunt, a ſatisdatione non liberantur, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 1025.*

8. Neque cautionem præſtare tenetur vaſallus vel emphyteuta propter dominum utile, *Carpz. d. c. d. 20.* uſufructuarius, (e) *Carpz. d. c. d. 21. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 5. p. 1024.* qui cum pacto retrovenditionis poſſidet, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 1025.* poſſeſſor actionis ad immobilia competentis, *l. 15. §. 6. qui ſatisd. cog. Gail. lib. 2. obſ. 11. n. 10. Carpz. d. c. d. 17.* modo non adverſus ipſum reum, qui cautionem exigit, in judicium deducta ſit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 209.* creditor pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum ceſſit, *Carpz. d. c. d. 18.* qui in judicio univerſali agit, *Berger. œcon. jur. c. l.* diſſentit *Wernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 453.* imo nec ille, cui ſalarium

(d) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 13. §. un.* ubi: pro poſſesſionatis ſollen auch diejenigen, welche Krahm-Läden oder Apothecken beſitzen, gehalten werden.

(e) Quod convenit cum *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

rium publicum (f) in territorio principis eſt conſtitutum, *Berger. œcon. jur. c. l.* confer. vero *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 106.* ubi: non omne ſalarium publicum a cautione pro reconventione & expenſis liberat.

9. Satisdatio præſtari debet etiam in cauſis (g) criminalibus, *Carpz. p. 1. c. 5. d. 23.* in cauſa reconventionis, (h) *Carpz. d. c. d. 24.* in proceſſu ſummario, *Carpz. d. c. d. 26.* imo & executivo, *O. P. S. tit. 6. §.* dieweil aber. *Carpz. d. c. d. 25. Berger. dec. 314. VVernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 233.* nec non poſſeſſorio ſummario, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 2. p. 1023.*

10. Non autem præſtatur in proceſſu matrimoniali, *Beuſt. de ſponſal. p. 1. c. 22. verſ. neque etiam ſatisdatio. Carpz. d. c. d. 27. n. 1. Rivin. ad O. P. S. tit. 13. en. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 2. p. 1023.* confer. vero *VVernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 95. Griebner. proc. judic. lib. 2. c. 3. §. 4. Bœhmer. de act. ſect. 2. c. 1. §. 42. lit. c.* nec in judicio diffamatorio, *Hering. de fidejuſſ. c. 10. n. 136. Carpz. d. def. 27.* diffamans autem, ſi agat, omnino ſatisdare tenetur, *Carpz. d. c. d. 28.* nec in cauſa cambiali, *Rivin. ad O. P. S. tit. 13. en. 2.* Quin tamen in aliis, quam mercatorio Lipſienſi, judiciis ſatisdatio quoque in proceſſu cambiali non minus ac in executivo alio præſtari debeat, non dubitat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 69. lit. a. p. 318.*

11. Satis-

(f) Quod comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi: und die Officiales, ſo in würcklicher Beſoldung ſtehen.

(g) In quocunque proceſſu cautio pro expenſis præſtanda eſt. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 13. §. un.*

(h) Quod convenit cum *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

11. Satisdatio pignoribus vel fidejuſſoribus præſtanda eſt, *O. P. S. tit. 13. Carpz. d. c. d.* 7. quantitas cautionis vero in arbitrio judicis (i) conſiſtit, *Carpz. d. c. d. 8.* quæ ſummæ in reconventionem deducendæ præciſe æqualis eſſe non debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 102. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Rivin. c. l. en. 20.* ſiquidem hæc cautio eſt ſaltem de judicio ſiſti, non autem cautionem de judicato ſolvendo continet, vid. *Carpz. lib. 2. R. 83. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 1. n. 85. Stryck. uſ. mod. tit. judic. ſolv.* §. 2. & 3. diſſentit *Schilter. ex. 48. th. 45. 46. & 47.* confer. *Hopp. ad verba: pro ſua tantum perſona §. 2. J. de ſatisdat. in uſ. hod.*

12. Cum ipſe actor, ſi immobilia poſſideat a præſtatione cautionis ſit immunis, etſi bona ſua judiciali hypotheca non oneret, *Carpz. p. 1. c. 5. d. 4. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. qui ſatisd. cog. qu. 2.* ita & in fidejuſſore ſufficit, eundem immobilia poſſidere, neque ut eadem judicialiter oppignoret, requiritur *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 359.*

13. Qui pignoribus vel fidejuſſoribus cavere non poteſt, ad cautionem juratoriam admittendus eſt, *O. P. S. tit. 13.* §. da aber. *nov. 112. c. 2. Carpz. d. c. d. 9.* antegreſſo jurejurando paupertatis, (k) *Berger. œcon. j lib. 4. tit. 19. th. 2. not. 4. p. 1023.* Nec relevat actorem, a cautione juratoria poſſeſſio bonorum immobilium extra provinciam ſituatorum, *Carpz. d. c. d. 10.*

14. Cautio juratoria, nomine pupilli, a tutore

(i) Vid. *quæ notata ſunt ad th. 2. lit. b.*

(k) Qui ad jus paupertatis admiſſus eſt, non præſtat cautionem pro expenſis, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. un.*

Digitized by Google

re præſtari debet, *Carpz. lib. 2. R. 82.* confer. vero *Rivin. ad O. P. S tit. 13. en. 25.*

15. Cautionem juratoriam injunctam actor præciſe præſtare tenetur, nec juramento ſe ſubtrahere poteſt, licet fidejuſſores poſtea inveniat, iisque ſatisdare velit, *Carpz. lib. 2. R. 80.* diſſentiunt *Rivin. ad. O. P. S. tit. 13. en. 24. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. qui ſatisd. cog. verb. ad quam etiam admittuntur. & E. D. F. tit. 13. obſ. 4. not. 3. p. 428.*

16. Præſtatio cautionis pro reconventione & expenſis per ſententiam injungitur, quamvis ſimul libellus ut ineptus rejiciatur, *Rivin. c. l. en. 29. VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 196.*

17. Cautio pro reconventione & expenſis ſi non fuerit a reo petita, non eſt præſtanda, & exceptio ſatisdationis, ſi in primo termino non fuerit petita, vel reus in eo plane non comparuerit, deperdita eſſe intelligitur, *Carpz. lib. 2. R. 76. n. 6. ſeq.* niſi deinceps mediante leuteratione urgeatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 12. en. 1. & 2.*

18. Add. loc. *exceptio dilatoria à th. 4. usque ad ult.*

SCHRIFFTSASSIUS.

1. Filius Schrifftſaſſii ſtudioſus poteſt coram ſummo judicio conveniri, *Berger. dec. 283.*

SCRIPTURA PRIVATA.

1. Contra ſcribentem ſcriptura privata vel epiſtola probat, *l. 26. §. 2. in fin. depoſit. Carpz. p. 1. c. 17. d. 34. n. 1.* etiamſi penes defunctum fuerit reperta, nec data ei, ad quem ſcripta fuit, *Carpz. c. l. n. 2.*

2. At pro ſcribente vel proferente ſcriptura privata vel liber rationum nunquam probat, *l. 6. l. 7. C. de*

pro-

Digitized by Google

probat. l. ult. C. de conven. fiſc. debitor. præſertim ſi agatur de præjudicio tertii, *Gail. lib. 2. obſ. 20. n. 1. Carpz. c. l. n. 3. 4.*

3. Quod tamen vulgo limitant, ſi is, ad quem epiſtola ſcripta eſt, eam tacitus acceptet, nec quicquam contradicat, qui tum fidem ejus approbare cenſeatur, *Bartol. in l. admonendi. 31. de jurejur. n. 30. Carpz. c. l. n. 5.* aut ſi duo connexa contineat ſcriptura, vel epiſtola, unum pro ſcribente, alterum contra eum, & is, ad quem ſcribitur, ea, quæ in favorem ipſius ſcripta ſunt, acceptet atque probet, quo ipſo alteram quoque partem pro ſcribente facientem probare cenſeatur, *Maſcard. de probat. concl. 626. n. 20. Carpz. c. l. n. 6. 7.*

SENATUS. SENATOR.

1. Senatus oppidanus cauſam, ubi civium intereſſe ſubeſt, ſolus in judicio tractare nequit, *Horn. cl. 2. R. 35. n. 1.*

2. Moribus plerarumque civitatum nec pater & filius, nec duo fratres ſimul in Senatores eligi poſſunt, *Stryck. uſ. mod. tit. de decur. §. 2.* add. *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 1. art. 5.* quamvis jure civili pater & filius decuriones ſimul eſſe poterant, *l. 1. C. de muner. & honor. non. contin. Stryck. c. l.*

3. Decuriones torqueri non poterant, nequidem depoſito officio, *l. fin. de decur. Stryck. c. l. §. 1.* ex cujus legis diſpoſitione aliquem Burgimagiſtrum in Luſatia, qui peculatus arguebatur, torturae feliciter ſe ſubtraxiſſe, teſtatur *Tabor de tortur. c. 5. n. 35.*

4. Hodierni etiam Senatores & magiſtratus illa privilegia, quibus juxta mores loci fruuntur, præeminentiam, ordinem & immunitatem retinent adhuc,

licet ſeſe abdicaverint legitime officio ſuo, idque in memoriam priſtinæ dignitatis, *Habn. ad VVeſenbec. tit. de decur. n. 5. verb. decurionum privilegia.*

SENTENTIA.

1. Sententia ad judicium peritorum, adjecto judicis nomine, lata & publicata ſubſiſtit, & in rem judicatam tranſit, *Carpz. p. 1. c. 26. d. 1.*

2. Imo ſententia in ea forma, qua a peritis, nempe a Collegio quodam juridico, concepta eſt, judicis nomine haud adjecto, partibus publicata ſubſiſtit & in rem judicatam tranſit, *Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 1. ibique Carpz. d. 2. & 3.* diſſentiunt *Gail. lib. 2. obſ. 111. n. 18. Felin. in c. propoſuiſti. 4. X. de probat. n. 10.*

3. Subſiſtit etiam ſententia architectorum & artificum de rebus ad peritiam ſuam ſpectantibus lata, & partibus a judice publicata, *nov. 7. c. 3. §. 2. Berlicb. p. 1. concl. 59. n. 35. Carpz. d. c. d. 4.*

4. Sententia conformis debet eſſe libello & petitioni actoris, tum quoad rem petitam, tum quoad cauſam petendi, non reſponſioni, quam reus fecit ad petitionem, *l. 18. commun. divid. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 37. def. 3. n. 5. Carpz. p. 1. c. 26. d. 6. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 207. n. 1.* cum poteſtas judicis extra libellum non extendatur, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 45. n. 5.*

5. Unde judex non poterit ſupplere, ſi plus eſt probatum, quam petitum, *Gloſſ. in l. 37. de V. S. Carpz. d. def. 6. n. 3.* Ex quo porro fit, quod, ſi ex una cauſa in libello actum, ea vero non probata fuerit, tum, etiamſi actor in proceſſu aliam cauſam probet, ex qua de jure actoris omnino conſtat, nihilominus tamen reus abſolvi debeat, *l. 30. in fin. de pact. dot. l. 7. §. 1. de compenſat.*

penſat. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 37. def. 3. n. 6. Menoch. de A. J. Q. lib. 1. qu. 31. Carpz. c. l. n. 4.

6. Hæc tamen regula, quod ſententia debeat eſſe conformis libello, non ita craſſe accipienda eſt, ut ſcilicet ſemper totum, quod petitur, adjudicandum, & reus condemnandus eſſet, ſed id potiſſimum innuit, quod judex extra libelli metas judicare ac vagari nequeat, juxta *l. 18. comm. divid.* quatenus vero fieri poteſt, reus convictus ad eum modum, quo petitum eſt, condemnari debet, *l. ult. C. de fideic. libert. Carpz. d. c. d. 8. n. 1. 2. 3.*

7. Sic ſententia non dicitur difformis libello, ſi, ubi pars ad intereſſe egit indefinite, judex certam quantitatem determinet, *Carpz. d. def. n. 4.* deinde regula illa de conformitate ſententiæ procedit quoad cauſam & res in libello petitas, non quoad concluſionem, *Carpz. c. l. n. 5.*

8. Et ſententia poteſt ferri ſuper non petitis, ſi ſint de natura petitorum & ex eodem fonte; hinc judex in petitione hereditatis reum quoque ad reſtitutionem fructuum ſimul condemnare poteſt, etiamſi hi non fuerint petiti, *Hartm. Piſtor. obſ. 102. n. 8. Carpz. d. c. d. 8. n. 6 ſeq.*

9. Per litis conteſtationem, in caute factam, fieri poteſt, ut recte habeat ſententia, quamvis libello non omnino conformis ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 207.*

10. Certa ſemper ſententia ferenda eſt, etiamſi petitio ſit incerta, *§. 32. J. de act. Carpz. p. 1. c. 26. d. 9. n. 1.* Unde non ſubſiſtit ſententia ſub conditione incerta, ſed expectandum neceſſario eſt, ut ſciatur, quid in facto certum ſit, priusquam ad ſententiam deveniri poſſit, *l. 3. l. 4. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quan-*

 tit.

Digitized by Google

tit. l. 59. de re judic. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 10. def. 1. n. 14. Carpz. d. def. n. 3.

11. Valet tamen ſententia conditionalis, ſi reus vel teſtes juraverint, *l. 12. in fin. pr. C. de reb. cred. Hartm. Piſtor. obſ. 119. n. 7. Carpz. d. def. 9. n. 4. 5.* vel actor probaverit, *Felin. in C. quod ad conſultationem. 15. X. de ſentent. Carpz. p. 1. c. 26. d. 10.* diſſentit *Vantius de nullit. ſentent. ex def. proc. n. 112.* In genere valet ſententia conditionalis, ſi conditio in continenti queat purificari, *Hartm. Piſtor. c. l.*

12. Deficiente conditione ſententiæ appoſita, vel quod non juratum, vel intra terminum præfinitum probatum non ſit, ſtatim poteſt fieri executio, neque expectanda eſt alia ſententia, *Hartm. Piſtor. obſ. 219. n. 45. Carpz. d. c. d. 11.*

13. Sententia, etiamſi vires rei judicatæ acceperit, ex libello tamen & petito actoris eſt declaranda, *Carpz. lib. 3. R. 97. Berger. lib. 1. R. 183.*

14. Sententia, quæ per facti evidentiam elidi poteſt, nunquam in rem judicatam tranſire intelligitur, *Brunnem. ad l. 8. §. 1. n. 7. fin. regund. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 28. n. 2.*

15. Sententia contra matrimonium lata in rem judicatam non tranſit, *c. 7. X. de ſentent. Ludovic.* Einleit. zum *Conſiſtorial-Proc. c. 18. §. 15.* Aſt ſententia, per quam ſponſalia, cum Jactura arrhæ, diſſoluta ſunt, hujus intuitu in rem judicatam tranſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 273.*

16. Sententia ſemper juſta & legitima cenſetur eſſe, donec probetur contrarium, *c. 13. X. de re judic. c. 6. X. de renunciat.*

17. Judex ſententiam, ex conſilio JCtorum, ...m corrigere & emendare poteſt, ſi judex extraneus

neus contra ſtatutum vel conſuetudinem notoriam pronunciat, *Mev. p. 3. dec. 276.* vel quando judex pro ſua ſaltem informatione privatim peritos conſulit, *Stypmann. de referend. c. 7. n. 223.*

18. In cauſis civilibus judici integrum haud (a) eſt, ſententiam a Collegio juridico latam removere, & aliam publicare, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 5. ſect. 2. §. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 267. n. 3.* confer. vero *Rivin. ad O. P. S. tit. 34. en. 4.* Multo minus judici fas eſt, ſententiam, pro reo in criminalibus latam, ſupprimere & novam ab alio Collegio juridico expetere, *Wernher. d. obſ. 267.*

19 Verum judicem non præciſe teneri ſententiam ſequi, a Collegio Juridico in criminalibus latam, ſed eam prætermittere, aliamque ex alio Dicaſterio petere poſſe, reſpondit Ordo Wittembergenſis, teſte ipſo *Wernhero in ſupplem. nov. ad p. 8. obſ. 267.* idemque ſtatuit *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 37.*

20. Si in ſententia error (b) ratione allegationis foliorum, vel nominis actoris vel rei irrepſerit, vel hæc commutata ſint per errorem, ideo ſententia non vitiatur, *Horn. cl. 12. R. 92. n. 3.*

21. Add. loc. *rationes decidendi.*

SENTENTIÆ PUBLICATIO.

1. Ut ſententia ſubſiſtat, & in rem judicatam tranſeat, requiritur, ut in ſcripturam redigatur, &

(a) Hodie in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 34. §. 5. in fin.* expreſſe prohibitum eſt, ut ne judex ſententiam, a Collegio juridico petitam ſupprimat, aliamque petat, adeo, ut, ſi hoc nihilo ſecius faciat, non ſolum nulliter agat, ſed quoque pœnam arbitrariam incurrat.

(b) vid. loc. *iteratio. th. 4. lit. b.*

ex ſcripto, partibus prælegatur, *l. 4. C. de ſentent. ex brevic. recit. Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 392. n. 2.* Ideoque ſententia non intelligitur rite publicata, cujus tantum copia parti petenti data eſt, *VVernber. d. obſ. 392.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 46. lit. a. p. 248. & §. 52. lit. b. p. 258.*

2. Quando utraque pars in termino publicationis ſententiæ emanet, is pro circumducto (a) habetur, etſi regiſtratura in actis de facta publicatione reperiatur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 398. Berger. E. D. F. tit. 34. obſ. 6. not. 3. p. 896. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit. 34. en. 9.*

3. Alterutro autem ſaltem emanente, præſenti, & quandocunque deſideranti, ea publicanda eſt, ita ut ex momento publicationis, quo tenorem ſententiæ reſcivit, fatale decendii ei currere incipiat, tametſi etiam ante præfinitum tempus ſummo mane, hora v. g. ſeptima, & ſic, ante conſeſſum judicii, copiam illius ab actuario obtinuerit: adeoque tali publicationis anticipatione ſibi quodammodo præjudicat, *Barth. d. §. 52. lit. b. p. 258.* confer. *Berger. d. obſ. 6. not. 6. p. 902.* Sola tamen comparitio non ſufficit, niſi & publicatio, h. e. communicatio tenoris ſententiæ fiat, vel ad minimum præſenti originale reſponſi ſeu

(a) Aſt hodie in foro Saxonico terminus publicationis, licet neuter compareat, pro circumducto non habetur, ſed ſententia, hora 12. audita, aperitur, & ad acta refertur, atque in contumaciam pro publicata habetur, modo de inſinuatione citationis rite facta conſtet; quo facto ſtatim, ab eo quidem momento decendium, interponendis remediis ſuſpenſivis & devolutivis datum, currere incipit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 34. §. 5.*

Digitized by Google

ſeu ſententiæ ad perlegendum præbeatur, *Barth. d. §. 46. lit. a. p. 248.*

4. Quæritur autem, quando aut qua hora, in contumaciam abſentis, ſententia pro publicata habeatur? R. hora demum pomeridiana ſexta, (b) juxta *Berger. prox. c. l.* Sed, finito demum & occluſo judicio, a parte contumaciter, emanentis, pro publicata haberi ſententiam, ex eoque demum tempore fatale decendii currere, tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 52. lit. b. p. 259.*

5. Sicuti autem hic citatio (c) ad publicandum, abſenti legitime inſinuata, ſupponitur: ita opus non eſt, ut in vim publicati copia ſententiæ ei transmittatur, &, ſi ex ſuperfluo etiam hoc, die forte ſequenti, fiat, nihilominus ex die termini, non autem inſinuatæ copiæ fatale computabitur, cum in termino pro ei jam publicata habeatur, *Barth. c. l. p. 258.*

6. Tametſi autem alterutri emanenti ſub fine judicii pro publicata ſententia habeatur: comparenti tamen in termino fatale decendii non niſi a momento publicationis, vel acceptæ, in vim publicationis copiæ ſententiæ currere poſſe, nec ad finem usque diei præſtolari alterum in judicio, multoque minus alio de-

(b) Sed hodie, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 34. §. 5.* alterutro comparente factaque ei publicatione ſententiæ, ab eodem momento non ſolum illi, ſed quoque parti abſenti, ſive deinceps, ſive plane non, compareat, fatale decendii currere incipit.

(c) Poſtquam acta e dicaſterio redierint, **wenn das Urtheil einkömbt**, tempus in ſententia rite annotandum eſt, & litigantes, intra octiduum, ad publicationem ejus, præfixo brevi termino, qui ultra 14. dies ſe non extendat, citandi ſunt; idque ſub pœna 5. th. in caſum contraventionis, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Digitized by Google

decendii die denuo comparere, & ſollicitare copiam debere, ſed ad audiendum ſententiam ſemel in termino comparuiſſe, vel ad reluendum copiam ſententiæ ſe obtuliſſe, tum ſufficere tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 52. lit. b. p. 259.*

7. Quin vero tali caſu judex ad purgandam moram ſuam, & ne occaſionem de nullitate publicationis excipiendi præbuiſſe videatur, in vim publicati, copiam ſententiæ ipſi transmittere poteſt; & tunc ab inſinuationis demum tempore accipienti decendium currit: niſi de novo plane abſentem citari ad publicandum malit, *Barth. c. l.*

8. Non intereſt, utrum ſententia aut decretum, antegreſſa ligitima citatione, publicentur, an in vim publicati partibus transmittantur: cum & transmiſſio ſententiæ eandem vim habet, quam publicatio ſententiæ, prævia citatione ad publicandum, *Berger. E. D. F. tit. 34. obſ. 6. not. 2. p. 893. ſeq.* quod tamen limitandum, niſi aliud ſpeciatim alicubi conſtitutum, aut uſu introductum ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 215.* Plane neutra parte comparente, & ad redimendum ſententiam ſe offerente, in vim publicati copias transmitti abſentibus non poſſe, putat *Barth. c. l.* confer vero *Rivin. ad O. P. S. tit. 34. en. 9. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 5. ſect. 2. §. 4.*

9. Terminus publicationis pro circumducto non eſt habendus, ſi alterutra pars citata, ante terminum, vel in termino in publicationem ſententiæ conſenſerit, & ſe declaraverit, quod pro publicata eam habere velit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 52. lit. b. p. 258.*

10. Si ex actis non conſtat, citationem ad publicationem ſententiæ rite eſſe inſinuatum, ſententia vici judicatæ conſequi nequit; nec defectum citationis

nis ſupplet, quod advocatus ex intervallo acceperit copiam, ac pro ea ſportulas ſolverit; nec etiam quod reus de novo citatus fuerit, ut rei judicatæ, ſatisfaceret, *Rivin. ad O. P. S. tit. 34. en. 12.*

11. Si feminæ publicanda eſt ſententia, ipſi citatio inſinuanda, non curatori, nec, ſi conjugata, ea ad maritum dirigenda, *Rivin. c. l. en. 14.*

12. Publicatio ſententiæ aut decreti, quæ v. c. a directoribus judiciorum paganorum in privata domo fieri ſolet, vitio nullitatis laborat, niſi ea, partibus conſentientibus, fuerit facta, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 4. not. 4. p. 1039.*

13. Sententia contra defunctum publicari nequit, publicataque nullius eſt momenti, *l. 59. §. ult. de re judic. l. 2. pr. & §. 1. quæ ſent. ſine appell. l. 74. §. ult. de judic. Berger. E. D. F. tit. 34. obſ. 6. not. 5. p. 898.* quamvis 1) eidem vivo citatio ad publicandum fuerit inſinuata, *Svendend. ad Fibig. p. 805.* 2) judex mortem ignorarit, *Berger. c. l.* 3) ſententia pro mortuo fuerit lata, *Carpz. dec. 44. n. 1. & 2.* ea tamen, quod ad conſortes vivos, ſuſtinetur, *Martin. ad O. P. S. tit. 34. §. 1. n. 182.*

14. Publicatio ſententiæ non fieri debet die feriato, *l. 1. l. 8. de fer. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 4. p. 1039. Stryck. uſ. mod. tit. de feriis.* quamvis ea propter ſententiam non infirmari putat *Græneweg. in d. l. 8.* Hinc publicationem ſententiæ, intra 7. dies, qui præcedunt natalem domini, factam, non ſubſiſtere, ſed de novo ſententiam publicandam eſſe, præjudicio comprobat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. g. p. 96.* Ad Feſtum Pentecoſtes autem privilegium hoc 7. dierum non extenditur, *Barth. c. l.*

15. Publicatio ſententiæ in feriis meſſium fieri

poteſt, ſi res moram non ferat, *l. 1. §. 2. de fer.* aut partes conſentiant, *d. l. 1. §. 2. Horn. cl. 12. R. 63. n. 2. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 4. not. 5. p. 1039.*

SEPARATIONIS BONORUM BENEFICIUM.

1. Creditores defuncti debitoris petere poſſunt ſeparationem bonorum, quando heredis bona propriis creditoribus non ſufficiunt. *l. 1. §. 2. de ſeparat. Carpz. p. 1. c. 28. d. 10 n. 4. Schilter. ex. 46. §. 47. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ.* 4. ubi, quod illud beneficium hodienum, etiam in Saxonia, uſum habeat.

2. Verum alii diſtingvunt, an heres beneficio inventarii adierit hereditatem, aut non, atque putant, hoc poſteriori caſu neceſſarium eſſe, ut creditores defuncti auxilium ſeparationis implorent; priori non item: ita ſentit *Lauterb. in diſput. de ſeparat. §. 3.* ſecutus *Hilliger. ad Donell. lib. 23. c. 16. lit. d. & Richter. de jur. & priviteg. credit. diſp. 2. p. 38.* Imo in Saxonia illud beneficium plane non eſſe neceſſarium, putat *Schilter. c. l. § 48.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 18. p. 1189.*

3. Imprimis neceſſaria & utilis eſt ſeparatio defuncti creditoribus chirographariis, ut ſic præferantur etiam hypothecariis creditoribus heredis, *l. 1. §. 3. de ſeparat. Carpz. lib. 4. R. 18. n. 2.*

4. Beneficium ſeparationis pertinet tantummodo ad creditores chirographarios & perſonaliter privilegiatos: non item ad hypothecarios, utpote qui eodem non egent, *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 32. def. 15. n. 4. Carpz. d. def. 10. n. 8. 9. Struv. ex. 36. th. 14.* Verum diſtinguit *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 6.* inter [illegible]vili & Saxonicum, & putat, quod creditores hypothe-

pothecarii non quidem hoc, aſt illo jure beneficio ſeparationis opus habeant.

5. Legatarii æque ut creditores gaudent jure ſeparationis, *Mev. p. 7. dec. 246.* confer. vero *Wernher. d. obſ. 6. n. 11. ſeq.*

6. Si diverſarum debitoris tabernarum ſeu ſtationum creditores concurrunt, quorum aliqui tabernæ lintcariæ, alii ſagariæ crediderunt, tunc ſeparatio mercium cujusque tabernæ a creditoribus peti poteſt, *l. 5. §. 15. & 16. de tribut. act. Barth. ad Schacher. colleg. pract. lib. 42. tit. 6. verb. creditores.*

7. Separatio non ipſo jure fit, ſed facto hominis opus eſt, *Schilter. ex. 46. §. 47.* nec judex ſubvenit niſi imploratus; *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 4. n. 24.* confer. vero *Brunnem. ad l. 1. §. 16. de ſeparat. & Mev. p. 1. dec. 254.*

8. Ceſſat jus ſeparationis bonorum contra creditores ſucceſſoris ſingularis, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 10. n. 10.* item ſi creditores fidem heredis elegerint, *l. 1. §. 10. de ſeparat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 18. p. 1189. Mev. p. 6. dec. 409.* confer. vero ipſe *Mev. p. 2. dec. 338.*

9. At ſeparationis beneficium atque prioritas tam in ſorte quam in uſuris obtinere inter venditoris atque emtoris, tanquam diverſorum debitorum, creditoribus, tradit *Richter. de privileg. credit. c. 7. n. 84.*

10. Si heres ſuos habeat creditores, nec defuncti hereditas ſit ſolvendo, impetrare ſeparationem bonorum non poſſunt creditores heredis, *l. 1. §. 1. de ſeparat. Carpz. d. def. 10. n. 1. Mev. p. 6. dec. 339. & p. 7. dec. 248.* limitationes vid. apud *Mev. p. 6. dec. 340.*

11. Bene-

11. Beneficium ſeparationis intra quinquennium, ab adita hereditate computandum, peti debet, *l. 1. §. 13. de ſeparat.* quo tempore elapſo, eidem amplius locus non eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 231.* neque in Saxonia, *Carpz. lib. 4. R. 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 5. n. 4.* diſſentit *Schilter. ex. 46. § 49.* niſi aliud lege aut conſuetudine introductum eſſe doceatur, veluti de Pomerania teſtatur *Mev. p. 1. dec. 254.* atque de Ducatu Megapolitano, *Brunnem. ad l. 2. in fin. C. de bon. autorit. judic.*

12. Creditores, poſt factam ſeparationem quamvis non conſecuti ſint ſolutionem plenam, confugere non poſſunt ad patrimonium heredis, *l. 5. de ſeparat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 18. p. 1189.* Nam ſeparatio bonorum, quam creditores petunt, a bonis heredis eos plane ſeparat, *Mev. p. 7. dec. 248. n. 3.*

13. Pendente ſuper jure ſeparationis lite, ſuſpendi debet prioritatis & adjudicationis quæſtio, *Mev. p. 8. dec. 322.*

SEPARATIO CONJUGUM.

1. Separari poſſunt conjuges, prævia cauſæ cognitione 1) ob unius alteriusve ſævitiam, imo & minas, 2) ob continuas rixas, 3) ob inſidias vitæ conjugis veneno aliove modo ſtructas, 4) ob furorem, matrimonio jam conſummato, ſupervenientem, eamque intolerabilem, 5) ob lepram, elephantiaſin & morbum gallicum, *Carpz juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 210. ibique Beyer. Nicol. de divort. & repud. part. 2. c. 5. n. 24.*

2. Pendente ſeparationis proceſſu, marito, ut interim ſeparatim degat, bene injungi poteſt, *Carpz. c. l. def. 222. ibique Beyer.*

3. Conjuges rurſus ad cohabitationem compelluntur

luntur, 1) facta poſt ſeparationem reconciliatione, *c. 6. X. de adulter. c. 13. X. de reſtit. ſpoliat. Felin. in c. 1. X de ſponſal. n. 8. Carpz. c. l. def. 216.* 2) præſtita cautione de non offendendo, *c. literas tuas. X. de reſtit. ſpoliat. Carpz. c. l. def. 220. ibique Beyer.*

4. Add. loc. *maritus. th. 27.*

SEPTIDUUM.

Vid. loc. *litigantes. th. 5. ſeq.*

SEPULCHRUM.

1. Quale ſit ſepulchrum, hereditarium, Erb-Begräbniß, an familiarium, Stamm- oder Geſchlechts-Begräbniß, & ad quos pertineat, ex inſpectione literarum, ipſi ſepulchro inſcriptarum, inter alia cognoſci ſolet, *Barboſ. de jur. eccleſ. lib. 2. c. 10. n. 15. Stryck. uſ. mod. tit. de relig.* §. 28. Id quod etiam e libris eccleſiaſticis, rite diligenterque conſcriptis, addiſci poteſt. At ſi inde certa definitio nequeat haberi, in re dubia pro eccleſia magis pronunciandum, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 14. p. 798.*

2. At, ſpectato uſu, vocem illam: Erb-Begräbniß, ſtrictius accipi, ita ut ea tantum modo, ſepulchrum familiare indicetur: vix enim eſſe, ut altero vocabulo: Geſchlechts-Begräbniß utamur, tradit *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 14. p. 797.*

3. Sepulchra familiaria ad ſolos agnatos, qui ex primo acquirente deſcendunt, ſpectant *l. 5. de relig. l. 4. C. eod. Stryck. c. l. §. 25.* ita, ut illi, qui ex feminis deſcendunt, eorum communione deſtituantur, *Mev. p. 9. dec. 142. n. 4. Berger. c. l. p. 797.* Filia autem innupta hujusmodi ſepulchri particeps eſt, non etiam nupta, cum jungatur mariti familiæ, *l. 5. de relig.*

Stryck.

Digitized by Google

Stryck. c. l. §. 26. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 3. not. 12. p. 210.

4. In ſepulchrum familiæ jus habent maſculi deſcendentes ex primo acquirente, etiamſi heredes ipſius facti non fuerint, *l. 13. C. de relig. Knipſchild. de fideicomm. c. 10. n. 119.* Jura enim familiæ ſemel quæſita arbitrio parentis non ſubſunt, & hinc nec exheredatione tolli poterunt, *Stryck. uſ. mod. tit. de relig. §. 26.*

5. Licet alias nemini interdictum ſit, funus alienum in ſuo recipere ſepulchro, hoc tamen in familiaribus non procedit, ſi illorum, qui de familia ſunt conſenſus non acceſſerit, *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 12. verb. certæ familiæ ad ſepulchrum* confer. *Horn. cl. 16. R. 27.*

6. Sepulchrum hereditarium omnibus jure hereditario ſuccedentibus patet, *l. 6. de relig. l. 13. C. eod. Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. c. l.* ubi perinde eſt, an quis hoc primitus conſtituerit, an jure hereditario acquiſiverit: utroque enim caſu heredes mortuum ibi inferre poſſunt, invitis aliis, licet minima ex parte heredes vel ex teſtamento vel ab inteſtato ſint, *d. l. 6. pr. Stryck. uſ. mod. tit. de relig. §. 28.* Et tranſit hoc jus ſepulchri ad heredes extraneos cum ipſa hereditate, *Theſaur. lib. 1. qu. for. 11. n. 2.*

7. Liberi retinent jus ſepulchri, licet hereditatem repudiaverint, imo exheredati fuerint, ad extraneos vero illud transferre nequeunt, *d. l. 6. pr. de relig. Stryck. c. l.*

8. In fideicommiſſarium jus ſepulchri hereditarii non tranſit, *l. 42. §. 1. ad SC. Trebell. Stryck. c. l. §. 29.* niſi teſtator expreſſe voluerit, ut etiam jus ſepulchri hereditarii transferatur, *Knipſchild. de fideicomm. c.*

10. n.

Digitized by Google

10. n. 121. Nec tranſit jus ſepulchri in emtorem univerſæ hereditatis, *Knipſchild. c. l. n. 114.*

9. Sepulchrum privatum, ſi ſalvus maneat ejus uſus, non modo per actus inter vivos, ſed quoque per ultimam voluptatem in alios transferri poteſt; ita tamen, ut ſi familiare ſepulchrum fuerit, familiæ, imo etiam eccleſiæ vel Patroni concedentis conſenſus adhibeatur, *Stryck. uſ. mod. tit. de relig. §. 30. 32. 34.* Quod non tantum procedit ſi quis civis loci maneat, ſed &, ſi domicilium mutet, *Stryck. c. l. §. 32.* add. *Carpz. dec. 289.*

10. Sepulchra, quæ ſibi nobiles in parochia, in qua feuda ſita ſunt, comparant, & eorum occaſione habent, feudorum portio & acceſſio ſunt, ideo cum illis in emtorem tranſeunt, niſi ſpeciatim excipiantur, *Mev. conſil. 105. n. 87. Stryck. c. l. §. 31.*

11. Sepulchrum acquiritur quoque præſcriptione, & quidem ordinaria contra privatum, quadraginta autem annis opus erit, ſi privatus ſepulchrum præſcribendo contra eccleſiam acquirere velit, *Stryck. c. l. §. 33.*

12. Sepulchra privata in hereditatis diviſionem non veniunt, quia heredi, qui ex minima parte talis eſt, ſimpliciter jus ſepulchri hereditarii tribuitur, *in l. 6. de relig.* Ut itaque præmorientium heredum conditio hic potior ſit vid. *Beſold. theſaur. pract. ſub voce:* Begräbniß, *ibi:* daß man auch gemeine Begräbniß nicht ſoll theilen. Si tamen hujus capacitatis ſit ſepulchrum, ut commode diviſionem recipiat, nihil obſtat, quo minus, conſentientibus illis, quorum intereſt, dividi queat; cum in locis, ubi fornicibus certis hereditariis pro ſepultura utuntur, da ein ieder ſein eigen Schwib-Bogen zum Erb-Begräbniß hat,

uti Halæ & Lipſiæ, dimidiam partem ſæpius vendi in comperto ſit, *Stryck. c. l. §. 35.* Interim invitus heres ad diviſionem ſepulchri compelli non poterit; & ſi forte ab uno coheredum, qui in familia ſua mortalitatis fata experiatur ſæpius, omnis ſepulturæ locus occupetur, id non facto coheredis, ſed fato ad ſcribendum eſt, *Stryck. c. l.*

13. Jus ſepulchri amittitur non uſu decennali, ſi quidem occaſio fuerit utendi, *arg. l. 1. de nundin. Stryck. c. l. §. 36. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 3. not. 12. p. 211.*

SEQUESTRUM.

1. Sequeſtrum judiciale, quod a judice, parte poſſidente invita, fit, regulariter prohibitum eſt, *l. un. C. de probib. ſequeſtr. l. 9. C. de O. & A. Gædd. de ſequeſtr. c. 1. n. 483. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. depoſ. §. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 231. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* Sequeſtratio enim ſpecies executionis eſt, a qua initium proceſſus non eſt inchoandum, *Mev. p. 1. dec. 167.*

2. Solent proinde ſæpius in praxi peccare judices, quando ſtatim ad implorationem alicujus ſequeſtrum decernunt, & quidem ſub clauſula conſueta, ſed admodum frivola: *periculo petentis, Caroc. de depoſ. p. 3. qu. 11. n. 5.* quæ tamen ſequeſtratio eſt illegitima & ipſo jure nulla, *A. Fab. in Cod. depoſ. def. 2. n. 1.* adeo ut ab omni immunis ſit pœna, qui judici, inique ſequeſtrum decernenti, reſiſtit, *Mev. p. 5. dec. 307.* &, ſi judex ſequeſtrum inique decretum ad effectum deduxit, remedio ſpolii alteri conſulendum, *c. 4. X. ut lit. pend. Stryck. c. l.* quin etiam is, qui inique ſequeſtrum impetravit, tenetur ad refuſionem ſumtuum, damnorum & in-

Digitized by Google

intereſſe, *Gail. de arreſt. c. 13. Carpz. p. 1. c. 30. d. 21. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 231.*

3. Cum ſequeſtratio in præjudicium ſingulare poſſeſſoris vergat, merito hic ante omnia citandus eſt, *Mynſinger. cent. 2. obſ. 11. Baumann. de ſequeſtr. c. 5. n. 1. Mev. p. 5. dec. 233. Stryck. uſ. mod. tit. depoſ. §. 14.* niſi periculum ſit in mora, & alia æquitatis ratio hoc remedium celerrime expetat: nam tunc, inaudito quoque eo, qui inde lædi poteſt, decerni ſolet, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 3. def. 6. Mev. p. 2. dec. 246. n. 10. ſeq.*

4. Accedere præterea debet cauſæ cognitio, non quidem plena, ſed ſummaria, *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 69. Mev. p. 5. dec. 233. n. 5. 6.* ubi judex *primo* conſiderare debet tum jus ejus ad rem, quæ ſequeſtro ſubjici petitur, utrum ſit fundatum & veroſimile, *Mev. p. 2. dec. 246. n. 5. Brunnem. ad l. un. C. de probibit. ſequeſtr. n. 6.* tum cauſam, ob quam petitur, an ad impetrandam ſequeſtrationem ſit ſufficiens, *Mev. c. l. n. 6. deinde* a parte ejus, contra quem petitur, periculum, adverſus quod providentia opus eſſe videtur, nam ubi non adeſt periculum, poſſeſſione & uſu rerum, quas quisque habet, ſub obtentu litis, nemo eſt privandus, *l. un. C. de probib. ſequeſtr. Mev. c. l. n. 7. tertio,* an ſequeſtratione ea neceſſario ſit proſpiciendum, nec alio remedio cautum eſſe queat, *Mev. c. l. n. 8.*

5. Quia prohibita & odioſa eſt ſequeſtratio, non habet locum, niſi ex juſta, gravi & æquiſſima cauſa, *Cothmann. vol. 3. R. 35. n. 133 Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 231.* Caſus, in quibus permittitur, exponit *Coler. in proc. exec. p. 1. c. 2. n. 106. ſeq.*

6. Juſta autem cauſa eſt metus 1) armorum, *c. literas. X. de reſtit. ſpoliat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 10. not. 2. p. 591. Wernher. c. l. n. 2.* 2) dilapidatio-

 nis,

Digitized by Google

nis *l. 22. §. 9. ſolut. matrim. Stryk. uſ. mod. tit. depoſ. §. 15.* 3) interitus rei ſive deteriorationis, *Berger. c. l.* v. c. cum is, qui minorem fecit licitationem propria autoritate poſſeſſionem ſubhaſtati prædii arripuit, ante adjudicationem, *Berger. lib. 2. R. III. n. 4.* Sic etiam fructus aliquando ſequeſtrantur, ſi debitor obæratus eosdem abſumant, *Coler. c. l. n. 123. Brunnem. ad l. 20. C. de agric. n. 2.* 4) fugæ, ſi debitor non poſſideat bona immobilia, vel ſaltem pauca & non ſufficientia, *Stryck. c. l.* 5) Si reus ſit contumaciter abſens, *c. ex literis. X. de dol. & contumac.* vid. *Mynſinger. cent. 3. obſ. 35. Habn. ad Weſenbec. tit. depoſ. n. 5.* 6) ſi exiſtat concurſus creditorum, qui vel omnes, vel quidam ſequeſtrationem petere poſſunt, *Swendend. ad Fibig. p. 979.*

7. Cum debitor fiſci ob debitum fiſcale poſſit incarcerari, *l. 2. & 3. C. de exact. tribut.* multo facilius ejus bona ſequeſtrari poſſunt, *Coler. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 138. Stryck. uſ. mod. tit. depoſ. §. 15.* Sic etiam aliquando juriſdictio ſequeſtratur, ſi de ea lis ſit, & interim caſus accidat, in quo ab alterutra parte absque alterius inſigni præjudicio juriſdictio exerceri nequit, *Stryck c. l.*

8. In fœminis frequens eſt ſequeſtratio, locumque habere poteſt, ſi puella duobus fidem dedit de matrimonio, metusque adſit, ne ab alterutro inducatur ad carnalem concubitum, *c. 14. X. de ſponſal. Gail. lib. 1. obſ. 112. n. 15.* quo caſu judex eccleſiaſticus eam in loco tuto conſtituere debet, *Stryck. c. l. §. 16. Coccej. diſſert. de ſequeſtr. femin. c. 2. §. 7.* Idem dicendum, ſi adſunt indicia filiam metu induci ad ſponſalia celebranda, *d. c. 14. X. de ſponſal. Gail. lib. 2. obſ. 54. n. 7. Stryck. c. l.*

9. Quodſi, cautione oblata, pars litigans convenien-

niente ſecuritate gaudere poſſit, ceſſare debet hoc odioſum remedium; unde cautio contraria medicina ſequeſtri eſſe dicitur, quæ non tantum impedit ſequeſtrationem, ſed eandem etiam relaxat, *Franc. Curt. de ſequeſtr. n. 55. Mev. p. 1. dec. 167. n. 8. & p. 9. dec. 88. n. 7. & 10. Stryck. uſ. mod. tit. depoſ. §. 14. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 231.* in tantum, ut contra judicem ſequeſtrum ſub cautione relaxare recuſantem, mandata decernantur, *Gail. lib. 1. obſ. 26. n. 1. & lib. 2. obſ. 44. n. 9. Struv. dec. ſabb. c. 6. dec. 24. Stryck. c. l.* Quod ſi tamen per cautionem cauſa, ob quam ſequeſtrum decretum, non tollatur, relaxatio quoque minime ſequitur, *c. 8. c. 13. X. de reſtit. ſpoliat. Cludius. de ſequeſtr. c. 10. n. 4.* veluti, ſi ob ſcandalum publicum ſequeſtratio facta fuiſſet, *Stryck. c. l.*

10. Non ſufficit præſtare cautionem de judicio ſiſti, ſed imprimis de judicato ſolvendo, *Gail. de arreſt. c. 1. n. 12. Stryck. c. l.* Præſtanda autem cautio communiter per fidejuſſores & pignora, nec regulariter juratoria ſufficit, *Gædd. de ſequeſtr. c. 3. n. 10. ſeq. Stryck. c. l.* niſi is, qui juratoriam cautionem offert, ſit vir vitæ probatæ, *Cludius de ſequeſtr. c. 10. n. 21. Stryck. c. l.*

11. Sequeſtri non conceditur poſſeſſio, niſi partes expreſſe id voluerint, *l. 17. §. 1. depoſ.* ſed tantummodo cuſtodia & adminiſtratio, ſub obligatione reddendarum rationum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 10. not. 1. p. 591.*

SERVITUS.

1. Proprietarius nequidem, conſentiente uſufructuario, rem ſervitute onerare poteſt. *l. 15. in fin. de ſervitut. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 223. n. 6.* Nam

ſervitus a nemine conſtitui poteſt, niſi qui dominium plenum, nullaque ſui parte imminutum fundi obtineat, *VVernher. c. l. n. 3. Struv. ex. 21. th. 21.*

2. Hinc ſervitus, a vaſallo alteri, citra dominii directi conſenſum, conceſſa, vera ſervitus non eſt, nec ipſum feudum afficit, ſed tantum obligationem perſonalen complectitur, *VVernher. d. obſ. 223. & in ſuppl.em. nov. ad eand. obſ.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de ſervit. §. ult.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 10. not. 3. p. 1200. ſeq. & p. 2. ſupplem. tit. 46. §. 2. p. 961.*

3. A ſuperficiario ſervitus quidem poteſt acquiri, non autem imponi, *VVernher. d. obſ. 223. n. 13. ſeq.* quanquam alii & hanc facultatem ſuperficario vindicant, vid. *Eckolt. ad ff. tit. de ſuperfic.* §. 2.

4. Servitus non ſolum voluntate domini expreſſa, ſed etiam tacita, quæ in præſcriptione ſubeſt, acquiritur, *l. 25. de V. S. l. ult. C. de præſcript. long. tempor. l. 2. de ſervit. & aq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 203. n. 6. p. 363.*

5. Omnes ſervitutes prædiales, licet ſint diſcontinuæ, acquiruntur longi temporis præſcriptione, vid. *Franzk. ad ff. tit. de ſervit. n. 48. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 11.* §. *16. p. 341. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 435.* in foro autem Saxonico 30. annis, anno & die præſcribuntur, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 8. Berger. c. l.* diſſentiunt *Mynſinger. cent. 4. obſ. 53. Gail. l. 2. obſ. 66. Mev. p. 9. dec. 164.* immemoriale tempus ad ſervitutum diſcontinuarum præſcriptionem exigentes.

6. Servitutes negativæ, veluti: altius non tollendi; ne luminibus vel proſpectui officiatur, &c. absque prohibitione præcedente nunquam præſcribantur, ſed a tempore demum prohibitionis currere cipit præſcriptio, *Capoll. de ſervit. præd. urb. c. 50. qu. 2.*

qu. 2. Carpz. d. c. d. 13. VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 375. & p. 3. obſ. 81.

7. In præſcribendis ſervitutibus bona fides requiritur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 73.*

8. Quoties quis in ſuo pati quid, vel non facere tenetur, toties ſervitus dicitur conſtituta, eademque ſalva proprietate intelligenda eſt, *l. 15. de ſervit. VVernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 203.*

9. Servitus prædiorum inferiorum naturalis eſt, ut profluentem ex ſuperioribus aquam excipiant, *l. 1. §. 22. & 23. de aqu. & aqu. pluv. arc. Horn. cl. 6. ſentent. 4. p. 319. a.*

10. Ob ſervitutem promiſſam defuncti promiſſoris heredes ſinguli in ſolidum, ad præſtandam ſervitutem, conveniri poſſunt, ita tamen ut ille, qui ſolidum præſtitit, repetitionem habeat à coherede, *l. 2. §. 2. de V. O. VVernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 305. n. 110. ſeq.* neque heredes conventi præſtatione æſtimationis liberantur, *VVernber. c. l. n. 113. ſeq.*

11. Aucto prædio ſerviente per alluvionem, ipſa augetur ſervitus, non etiam, ſi ipſa augeatur familia vel res, cui ſervitus, vel jus aliquod debetur, *Carpz. lib. 1. R. 45.*

12. Dominus prædii ſervientis liberum ſervitutis uſum nullo modo impedire poteſt: nam libertas domini, & diſponendi de re ſua facultas per ſervitutem ita reſtricta eſt, ut nihil in præjudicium illius in ſuo facere queat, *l. 21. de ſervit. urb. præd. l. 9. ſi ſervit. vind. l. 6. §. ult. eod. VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 499.*

13. Non prohibetur quis faciem prædii ſui mutare, quoties alter, qui in eo jus ſervitutis conſtitutum habet, nullum inde detrimentum ſentit: quod enim

Digitized by Google

uni non nocet, & tamen alteri prodeſt, id ab illo permitti æquum eſt, *l. 38. §. 1. de R. V. l. 2. ſolut. matrim. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 204.*

14. Dominus prædii ſervientis impedimentum, circa uſum ſervitutis, citra ſuam culpam, a tertio injectum, removere haud tenetur, ſed tertius, qui exercitium ſervitutis intervertit vel impedit, ab ipſo domino prædii dominantis conveniendus eſt, *l. 10. §. 1. de ſervit. l. 5. §. 1. ſi uſusfr. pet. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 123.*

15. Qui ſervitutem ſuo prædio conſtitutam habet, eadem non aliter, quam quatenus ſuo prædio utile eſt, uti poteſt, *l. 5. l. 29. de ſervit. ruſtic. præd.* Unde ſervitutem ſervitutis conſtituere fas haud eſt, *l. 1 de uſ. & uſufr. legat. Struv. juriſpr. lib. 2. tit. 6. §. 1.* neque ſervitutus reales ſine prædio dominante ſeorſim nec vendi, nec locari poſſunt, *l. 44. locat. Stryck. uſ. mod. tit. de ſervit. præd. ruſtic. §. 11.* neque commoditas ſervitute utendi alteri aut alterius prædio concedi poteſt, *l. 24. l. 33. §. 1. de ſervit. præd. ruſtic. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 385. n. 3.*

16. Uſus ſervitutis indefinitus ita ſemper interpretandus, ut fundus ſerviens, quam fieri poteſt, minimo detrimento afficiatur, *l. 9. de ſervit. l. 26. de S. R. P. Carpz. p. 2. c. 41. def. 4. n. 4. ſeq.*

17. Sublato ædificio, cui ſervitus inhæret, eoque poſtea reſtituto, eadem debetur ſervitus, *l. 14. quemadm. ſervit. amitt. Carpz. p. 2. c. 41. d. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 230.*

18. Servitus, per confuſionem ſemel extincta, venditione ſubſecuta, non reviviſcit, *l. 1. quemadm. ſervit. amitt. Berger. dec. 93. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. 468.*

19. Ser-

Digitized by Google

19. Servitus, cujus uſus poſitus eſt in exercitio & facto ejus, cui debetur, ſolo non uſu amittitur; quæ autem in ſola ejus, qui debet patientia conſiſtit, ad amiſſionem ſui, præter non uſum, facto prædii ſervientis opus habet, quod contrarium ſit uſui ſervitutis, atque adeo argumentum interruptæ patientiæ, *Berger. R ſolut. Lauterb. tit. quemadm. ſervit. amitt. verb. in urbanis ſolus.*

20. Probanda, idcirco articulanda hæc ſunt per illos, qui ex jure præſcriptionis ſemet in ſervitutis, nominatim paſcendi, uſu defendere volunt: 1) ſemet actus poſſeſſorios ejus ſervitutis exercuiſſe, ſeu in poſſeſſione vel quaſi iſtius ſervitutis fuiſſe, & quidem tali, quæ qualificata ſeu congrua ſit iſti juri, quod præſcriptum fuiſſe, obtenditur; 2) actus, ad præſcriptionem tendentes; factos eſſe ſciente vel patiente eo, cujus fundus fuit; 3) actus illos poſſeſſorios exercitos fuiſſe jure ſervitutis, ſeu ea mente & modo, quod utentes in alieno fundo ſervitutem ſe habere exiſtimarent; 4) continuam fuiſſe poſſeſſionem; 5) quietam, pacificam & non interruptam; 6) per tempus, cujus non exiſtit memoria, habitam & exercitam eſſe, *Mev. p. 9 dec. 165.*

SERVITUS ACTUS.

1. Poſſeſſio vel quaſi ſervitutis actus aut viæ non involvit ſervitutem immunitatis a telonio, quod tranſituris ſolvendum eſt, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 394.*

SERVITUS ALTIUS TOLLENDI.

1. Hæc ſervitus revera ſervitus eſt, nec uſu atque effectu deſtituitur, in eoque conſiſtit, ut cogere poſſim vicinum, ut altius tollat ſuas ædes, *Carpz.*

Digitized by Google

p. 2. *c.* 41. *d* 13. confer. vero *Berger. œcon. jur. lib.* 2. *lit.* 3. *th.* 13. *p.* 310. & *Reſolut. Lauterb. tit. de S. P. U. verb. explicatio.*

SERVITUS AQUAM DUCENDI.

1. Per lapidem ſtatum aqua duci non poteſt, niſi hoc in ſervitute conſtituenda comprehenſum eſt: non enim conſuetudinis eſt, ut, qui aquam habeat, per lapidem ſtatum ducat: per fiſtulas autem aqua duci poteſt, etſi nihil ſit comprehenſum in ſervitute conſtituenda, *l.* 17. *§.* 1. *de aqu. & aqu. pluv.* confer. *Manz. de ſervit. real. tit.* 3. *qu.* 31. *n.* 159.

2. Etſi quis ſervitutem aquam ducendi habeat, fiſtulas tamen ita applicare debet, ne inde ædibus ſervientibus damnum contingat, *l.* 18. *de S. P. U. l.* 17. *§.* 1. *de aqu. & aqu. pluv. VVernher. ſel. obſ. for. p.* 9. *obſ.* 209.

3. Qui ſervitutem aquæ ducendæ alteri conceſſit, ſuis ſumtibus reficere tenetur locum, unde illa ducitur, *arg. l.* 33. *d. S. P. U. l.* 2. *commun. præd. VVernher. ſel. obſ. for. p.* 10. *obſ.* 407.

4. At rivos purgare ſuis ſumtibus debet, qui ſervitutem aquæ hauſtus habet, *Menoch. remed.* 7. *de retin. poſſeſſ. n.* 32.

SERVITUS AQUÆ HAUSTUS.

1. Servitute aquæ hauſtus ſemper iter ad fontem continetur, ita quidem, ut præſcriptio iſtiusmodi ſervitutis decurſu temporis legitimi abſolvatur, quamvis poſſeſſor in circumſtantia itineris variarit, & modo per hunc, modo per illum locum ierit ad fontem, modo omnes loci ejusdem domini ſint, contra quem ſervitus aquæ hauſtus per præſcriptionem obtine-

Digitized by Google

tinetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 6. p. 258.*

2. Add. loc. *ſervitus aquam ducendi. th. 4.*

SERVITUS FLUMINIS.

Vid. loc. *ſervitus ſtillicidii.*

SERVITUS HABITATIONIS.

Vid. loc. *habitatio.*

SERVITUS NE LUMINIBUS OFFICIATUR.

1. Pactum ſervitutis, ne proſpectui vel luminibus officiatur, obligat etiam ſucceſſorem domus ſingularem, *Carpz. p. 2. c. 41. d. 14.*

2. Servitus: ne luminibus officiatur, eo etiam pertinet, ne luminibus officiatur, per radiorum ſolarium repercuſſionem, *l. 17. §. 2. de ſervit. præd. urban. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 17. not. 1. p. 315.*

3. Servitus: ne luminibus officiatur, conſideratur dupliciter: 1) *principaliter*, ne feneſtra, in proprio pariete aperta, obſcuretur; 2) *acceſſorie*, in neceſſariam ſervitutis luminum conſtitutæ conſecutionem, puta, quando vicinus pati cogitur, ut ego in ipſius pariete feneſtram aperire queam, is ſimul abſtinere debet libertate obſcurandi feneſtram, atque adeo luminibus, in alieno pariete ſtructis, officere nequit, *Berger. c. l. not. 2.*

4. Qui ſervitutem: ne luminibus officiatur, ſibi conſtitutam habet, prohibere poteſt vicinum, quo minus altius ædificando lumina ipſius obſcuret, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 282.*

5. Ille, qui feneſtras, in proprio pariete apertas, per longum tempus habuit, eo ipſo ſervitutem, ne

Digitized by Google

luminibus officiatur, non acquiſivit, niſi prohibuerit, ne officeretur, & vicinus acquieverit, ac deinceps legitimum tempus elapſum ſit, *Berger. c. l. not. 3. VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 375.*

SERVITUS ONERIS FERENDI.

1. Dominus prædii ſervientis ad reficiendum parietem, in quo onus mearum ædium requieſcit, tenetur, *l. 33. de S. P. U. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 10. not. 1. p. 309.* niſi parietem derelinquere malit, *Hopp. ad §. 1. J. de ſervit.*

2. Dominus prædii dominantis vero ad fulturam ſui ædificii, tempore refectionis, tenetur, niſi illud deponere, poſteaque reſtituere malit, *l. 8. pr. ſi ſervit. vindic. Berger. c. l. not. 2.*

SERVITUS PASCENDI.

Vid. loc. *paſcendi jus.*

SERVITUS STILLICIDII.

1. Servitus ſtillicidii commutari non poteſt in ſervitutem fluminis, *l. 20. §. 5. de ſervit. præd. urban. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 12. not. 3. p. 310.* imo nec ſervitus fluminis in ſervitutem ſtillicidii converti poteſt, *Berger. c. l.* quamvis ſtillicidium altius tollere non prohibeatur, *d. l. 20. §. 5.*

SERVITUS TIGNI IMMITTENDI.

1. In dubio potius tigni immittendi quam oneris ferendi ſervitus conſtituta cenſetur, *Capoll. de ſervit. c. 37. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 11. not. un. p. 309.*

2. In ſervitute tigni immittendi dominus prædii ſervientis parietem reficere non tenetur, *arg. l. 15. de ſervit. l. 8. §. 2. ſi ſervit. vindic. Berger. dec. 71.*

SER-

Digitized by Google

SERVITUS VIÆ.

1. Si quis fundum, confinibus undique prædiis cinctum, habeat, vicinum, mediante judice, cogere poteſt, ut ipſi æquis conditionibus aditum concedat, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 57. Struv. ex. 13. th. 23.*

2. Dominus, per cujus prædium alter, ſervitutem viæ indefinite exercuit, poteſt eidem etiam invito certum locum aſſignare, modo ſic uſus ſervitutis deterior haud reddatur, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 203.* imo dominus ſerviens locum ſemel jam definitum iterum mutare poteſt, ſi hoc in detrimentum ſervitutis non cedat, *Mev. p. 3. dec. 37. Brunnem. ad l. 9. de ſervit. & ad l. 1. de aqu. & aqu. pluv. arc. n. 5.*

SERVITUS USUS.

Vid. loc. *Uſus.*

SIMULTANEA INVESTITURA. SIMULTANEE INVESTITI.

1. Utriusque, tam inveſtiti, quam poſſeſſoris, conſenſus requiritur ad hoc, ut effectum habeat, jusque ſuccedendi tribuat ſimultanea inveſtitura, *Hartm. Piſt. obſ. 41. Carpz. p. 2. c. 45. d. 14.*

2. Non nocet poſſeſſori vaſallo jus ſimultaneæ inveſtituræ ſine conſenſu ipſius a domino impetratum, quo minus feudum alienare poſſit, *Carpz. lib. 6. R. 75.*

3. Libera quoque eſt vaſallo facultas alienandi feudum ſine conſenſu ſimultanee inveſtiti, qui nondum proprio facto ſimultaneam acquiſivit inveſtituram, cum nec jus ſuccedendi obtinuit, *Carpz. lib. 6. R. 76.*

4. Dominus directus regulariter cogi nequit, ut ſimultaneam alicui inveſtituram, petente vaſallo, con-

concedat, *Carpz. lib. 6. R. 74. VVernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 240.*

5. Jus ſimultaneæ inveſtituræ non ſolum perſonam inveſtiti reſpicit, ſed & utrinque ad deſcendentes, tam ejus, qui inveſtituram impetravit, quam alterius, cum quo inveſtitus eſt, transmittitur; illudque jus nemini invito auferri debet, *Carpz. p. 2. c. 45. d. 15.*

6. Reſervatum in ſimultanea inveſtitura, de quo poſtea vaſallus poſſeſſor nihil diſpoſuit, non ad heredes allodiales, ſed ſimultanee inveſtitum pertinet, *Carpz. lib. 6. R. 80.*

7. Simultanee inveſtiti non poſſunt cogi, aut conſentiant in translationem pecuniæ feudalis, Lehn-Stamms, de uno feudo in aliud, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 166.*

8. In præjudicium ejus, qui de feudo ſimultanee inveſtitus eſt, nemo alius jus ſimultaneæ inveſtituræ conſequi poteſt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 155.*

9. Simultanee inveſtiti vaſallo liberam de feudo diſponendi facultatem, per literas reverſales, in ipſorum præjudicium valide concedunt, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 87.*

10. Ex duobus ſimultanee inveſtitis, licet unus feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire obſtrictus non eſt, *H. Piſtor. p. 2. qu. 24. n. 11. Carpz. p. 2. c. 45. d. 27.*

11. Fracta inveſtitura ſimultanea per diviſionem feudi inter ſimultanee inveſtitos, vel per venditionem uni ex illis factam, non competit ultra agnatis jus ſuccedendi, niſi denuo intra annum & diem ſimultaneam inveſtituram impetraverint, quam dominus feudi

feudi denegare non poteſt, *Conſtit. Elect. Sax. 45. p. 2. ibique Carpz. d. 24. & 25.*

12 Ut ſimultanea inveſtitura fracta dicatur, non ſufficit ſola diviſionis conventio, nec realis diſtinctio, ſed reſignatio dominii, itemque inveſtitura præequiritur, *Berger. philoc. for. R. 74. p. 506. ſeq.*

13. Quando ſucceſſio feudi ad ſimultanee inveſtitos devoluta eſt, alter alterum ad ſimultaneam inveſtituram in ſua parte regulariter admittere haud tenetur, *Beyer. jur. feud. c. 6. poſ. 97. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 163. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

14. Jure quidem communi vaſallus, feudum non poſſidens, haud tenetur petere renovationem inveſtituræ, *VVeſenbec. p. 1. conſil. 15. n. 35. Vultej. de feud. lib. 1. c. 7. n. 81.* Aſt jure Saxonico renovatio inveſtituræ neceſſario, & quidem intra annum & diem, petenda eſt toties, quoties poſſeſſio feudi, de quo ſimultanee quis eſt inveſtitus, vel per mortem domini vel per mortem vaſalli & poſſeſſoris interrumpitur, in tantum, ut, omiſſa renovatione jus ſimultaneæ inveſtituræ perditum ſit, Lehnr. *c. 32. verſ.* Es ſey dann, daß einen die Anwartung. *Conſtit. Elect. Sax. 45. p. 2. §.* der geſammten Hand aber, *ibique Carpz. d. 17. & lib. 6. R. 78.*

15 Non tamen perdit jus ſimultaneæ inveſtituræ, qui, intra annum & diem renovationem inveſtituræ non petiit, ſi juſta cauſa impeditus fuerit, *Roſenthal. de feud. c. 6. concl. 56. n. 1. Carpz. d. c. d. 18.* vel mortem domini aut vaſalli ignoraverit, *Carpz. d. c. d. 20.* vel abſens ſit in longinquis regionibus, *Berlich. p. 2. concl. 53. n. 38.* nec ætati pupillari tempus petendæ inveſtituræ currit, *Roſenth de feud. c. 6. concl. 41. Carpz. d. c. d. 19.*

16. Renunciatio juris inveſtituræ ſimultaneæ non

Digitized by Google

ſervitus a nemine conſtitui poteſt, niſi qui dominium plenum, nullaque ſui parte imminutum fundi obtineat, *VVernher. c. l. n. 3. Struv. ex. 21. th. 21.*

2. Hinc ſervitus, a vaſallo alteri, citra dominii directi conſenſum, conceſſa, vera ſervitus non eſt, nec ipſum feudum afficit, ſed tantum obligationem perſonalem complectitur, *VVernher. d. obſ. 223. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de ſervit. §. ult.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 10. not. 3. p. 1200. ſeq. & p. 2. ſupplem. tit. 46. §. 2. p. 961.*

3. A ſuperficiario ſervitus quidem poteſt acquiri, non autem imponi, *VVernher. d. obſ. 223. n. 13. ſeq.* quanquam alii & hanc facultatem ſuperficario vindicant, vid. *Eckolt. ad ff. tit. de ſuperfic.* §. 2.

4. Servitus non ſolum voluntate domini expreſſa, ſed etiam tacita, quæ in præſcriptione ſubeſt, acquiritur, *l. 25. de V. S. l. ult. C. de præſcript. long. tempor. l. 2. de ſervit. & aq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 203. n. 6. p. 363.*

5. Omnes ſervitutes prædiales, licet ſint diſcontinuæ, acquiruntur longi temporis præſcriptione, vid. *Franzk. ad ff. tit. de ſervit. n. 48. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 11.* §. *16. p. 341. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 435.* in foro autem Saxonico 30. annis, anno & die præſcribuntur, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 8. Berger. c. l.* diſſentiunt *Mynſinger. cent. 4. obſ. 53. Gail. l. 2. obſ. 66. Mev. p. 9. dec. 164.* immemoriale tempus ad ſervitutum diſcontinuarum præſcriptionem exigentes.

6. Servitutes negativæ, veluti: altius non tollendi; ne luminibus vel proſpectui officiatur, &c. abſque prohibitione præcedente nunquam præſcribuntur, ſed a tempore demum prohibitionis currere incipit præſcriptio, *Capoll. de ſervit. præd. urb. c. 50. qu. 2.*

Digitized by Google

qu. 2. Carpz. d. c. d. 13. VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 375. & p. 3. obſ. 81.

7. In præſcribendis ſervitutibus bona fides requiritur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 73.*

8. Quoties quis in ſuo pati quid, vel non facere tenetur, toties ſervitus dicitur conſtituta, eademque ſalva proprietate intelligenda eſt, *l. 15. de ſervit. VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 203.*

9. Servitus prædiorum inferiorum naturalis eſt, ut profluentem ex ſuperioribus aquam excipiant, *l. 1. §. 22. & 23. de aqu. & aqu. pluv. arc. Horn. cl. 6. ſentent. 4. p. 319. a.*

10. Ob ſervitutem promiſſam defuncti promiſſoris heredes ſinguli in ſolidum, ad præſtandam ſervitutem, conveniri poſſunt, ita tamen ut ille, qui ſolidum præſtitit, repetitionem habeat à coherede, *l. 2. §. 2. de V. O. VVernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 305. n. 110. ſeq.* neque heredes conventi præſtatione æſtimationis liberantur, *VVernher. c. l. n. 113. ſeq.*

11. Aucto prædio ſerviente per alluvionem, ipſa augetur ſervitus, non etiam, ſi ipſa augeatur familia vel res, cui ſervitus, vel jus aliquod debetur, *Carpz. lib. 1. R. 45.*

12. Dominus prædii ſervientis liberum ſervitutis uſum nullo modo impedire poteſt; nam libertas domini, & diſponendi de re ſua facultas per ſervitutem ita reſtricta eſt, ut nihil in præjudicium illius in ſuo facere queat, *l. 21. de ſervit. urb. præd. l. 9. ſi ſervit. vind. l. 6. §. ult. eod. VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 499.*

13. Non prohibetur quis faciem prædii ſui mutare, quoties alter, qui in eo jus ſervitutis conſtitutum habet, nullum inde detrimentum ſentit: quod enim

Digitized by Google

uni non nocet, & tamen alteri prodeſt, id ab illo permitti æquum eſt, *l. 38. §. 1. de R. V. l. 2. ſolut. matrim. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 204.*

14. Dominus prædii ſervientis impedimentum, circa uſum ſervitutis, citra ſuam culpam, a tertio injectum, removere haud tenetur, ſed tertius, qui exercitium ſervitutis intervertit vel impedit, ab ipſo domino prædii dominantis conveniendus eſt, *l. 10. §. 1. de ſervit. l. 5. §. 1. ſi uſusfr. pet. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 123.*

15. Qui ſervitutem ſuo prædio conſtitutam habet, eadem non aliter, quam quatenus ſuo prædio utile eſt, uti poteſt, *l. 5. l. 29. de ſervit. ruſtic. præd.* Unde ſervitutem ſervitutis conſtituere fas haud eſt, *l. 1 de uſ. & uſufr. legat. Struv. juriſpr. lib. 2. tit. 6. §. 1.* neque ſervitutus reales ſine prædio dominante ſeorſim nec vendi, nec locari poſſunt, *l. 44. locat. Stryck. uſ. mod. tit. de ſervit. præd. ruſtic. §. 11.* neque commoditas ſervitute utendi alteri aut alterius prædio concedi poteſt, *l. 24. l. 33. §. 1. de ſervit. præd. ruſtic. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 385. n. 3.*

16. Uſus ſervitutis indefinitus ita ſemper interpretandus, ut fundus ſerviens, quam fieri poteſt, minimo detrimento afficiatur, *l. 9. de ſervit. l. 26. de S. R. P. Carpz. p. 2. c. 41. def. 4. n. 4. ſeq.*

17. Sublato ædificio, cui ſervitus inhæret, eoque poſtea reſtituto, eadem debetur ſervitus, *l. 14. quemadm. ſervit. amitt. Carpz. p. 2. c. 41. d. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 230.*

18. Servitus, per confuſionem ſemel extincta, venditione ſubſecuta, non reviviſcit, *l. 1. quemadm. ſervit. amitt. Berger. dec. 93. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 468.*

19. Ser-

Digitized by Google

19. Servitus, cujus uſus poſitus eſt in exercitio & facto ejus, cui debetur, ſolo non uſu amittitur; quæ autem in ſola ejus, qui debet patientia conſiſtit, ad amiſſionem ſui, præter non uſum, facto prædii ſervientis opus habet, quod contrarium ſit uſui ſervitutis, atque adeo argumentum interruptæ patientiæ, *Berger. R ſolut. Lauterb. tit. quemadm. ſervit. amitt. verb. in urbanis ſolus.*

20. Probanda, idcirco articulanda hæc ſunt per illos, qui ex jure præſcriptionis ſemet in ſervitutis, nominatim paſcendi, uſu defendere volunt: 1) ſemet actus poſſeſſorios ejus ſervitutis exercuiſſe, ſeu in poſſeſſione vel quaſi iſtius ſervitutis fuiſſe, & quidem tali, quæ qualificata ſeu congrua ſit iſti juri, quod præſcriptum fuiſſe, obtenditur; 2) actus, ad præſcriptionem tendentes; factos eſſe ſciente vel patiente eo, cujus fundus fuit; 3) actus illos poſſeſſorios exercitos fuiſſe jure ſervitutis, ſeu ea mente & modo, quod utentes in alieno fundo ſervitutem ſe habere exiſtimarent; 4) continuam fuiſſe poſſeſſionem; 5) quietam, pacificam & non interruptam; 6) per tempus, cujus non exiſtit memoria, habitam & exercitam eſſe, *Mev. p. 9 dec. 165.*

SERVITUS ACTUS.

1. Poſſeſſio vel quaſi ſervitutis actus aut viæ non involvit ſervitutem immunitatis a telonio, quod tranſituris ſolvendum eſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 394.*

SERVITUS ALTIUS TOLLENDI.

1. Hæc ſervitus revera ſervitus eſt, nec uſu atque effectu deſtituitur, in eoque conſiſtit, ut cogere poſſim vicinum, ut altius tollat ſuas ædes, *Carpz.*

p. 2. c. 41. d 13. confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 2. lit. 3. th. 13. p. 310. & Reſolut. Lauterb. tit. de S. P. U. verb. explicatio.*

SERVITUS AQUAM DUCENDI.

1. Per lapidem ſtatum aqua duci non poteſt, niſi hoc in ſervitute conſtituenda comprehenſum eſt: non enim conſuetudinis eſt, ut, qui aquam habeat, per lapidem ſtatum ducat: per fiſtulas autem aqua duci poteſt, etſi nihil ſit comprehenſum in ſervitute conſtituenda, *l. 17. §. 1. de aqu. & aqu. pluv.* confer. *Manz. de ſervit. real. tit. 3. qu. 31. n. 159.*

2. Etſi quis ſervitutem aquam ducendi habeat, fiſtulas tamen ita applicare debet, ne inde ædibus ſervientibus damnum contingat, *l. 18. de S. P. U. l. 17. §. 1. de aqu. & aqu. pluv. VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 209.*

3. Qui ſervitutem aquæ ducendæ alteri conceſſit, ſuis ſumtibus reficere tenetur locum, unde illa ducitur, *arg. l. 33. d. S. P. U. l. 2. commun. præd. VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 407.*

4. At rivos purgare ſuis ſumtibus debet, qui ſervitutem aquæ hauſtus habet, *Menoch. remed. 7. de retin. poſſeſſ. n. 32.*

SERVITUS AQUÆ HAUSTUS.

1. Servitute aquæ hauſtus ſemper iter ad fontem continetur, ita quidem, ut præſcriptio iſtiusmodi ſervitutis decurſu temporis legitimi abſolvatur, quamvis poſſeſſor in circumſtantia itineris variarit, & modo per hunc, modo per illum locum ierit ad fontem, modo omnes loci ejusdem domini ſint, contra quem ſervitus aquæ hauſtus per præſcriptionem obtine-

Digitized by Google

tinetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 6. p. 258.*

2. Add. loc. *ſervitus aquam ducendi. th. 4.*

SERVITUS FLUMINIS.

Vid. loc. *ſervitus ſtillicidii.*

SERVITUS HABITATIONIS.

Vid. loc. *habitatio.*

SERVITUS NE LUMINIBUS OFFICIATUR.

1. Pactum ſervitutis, ne proſpectui vel luminibus officiatur, obligat etiam ſucceſſorem domus ſingularem, *Carpz. p. 2. c. 41. d. 14.*

2. Servitus: ne luminibus officiatur, eo etiam pertinet, ne luminibus officiatur, per radiorum ſolarium repercuſſionem, *l. 17. §. 2. de ſervit. præd. urban. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 17. not. 1. p. 315.*

3. Servitus: ne luminibus officiatur, conſideratur dupliciter: 1) *principaliter*, ne feneſtra, in proprio pariete aperta, obſcuretur; 2) *acceſſorie*, in neceſſariam ſervitutis luminum conſtitutæ conſecutionem, puta, quando vicinus pati cogitur, ut ego in ipſius pariéte feneſtram aperire queam, is ſimul abſtinere debet libertate obſcurandi feneſtram, atque adeo luminibus, in alieno pariete ſtructis, officere nequit, *Berger. c. l. not. 2.*

4. Qui ſervitutem: ne luminibus officiatur, ſibi conſtitutam habet, prohibere poteſt vicinum, quo minus altius ædificando lumina ipſius obſcuret, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 282.*

5. Ille, qui feneſtras, in proprio pariete apertas, per longum tempus habuit, eo ipſo ſervitutem, ne lumi-

Digitized by Google

luminibus officiatur, non acquiſivit, niſi prohibuerit, ne officeretur, & vicinus acquieverit, ac deinceps legitimum tempus elapſum ſit, *Berger. c. l. not. 3. VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 375.*

SERVITUS ONERIS FERENDI.

1. Dominus prædii ſervientis ad reficiendum parietem, in quo onus mearum ædium requieſcit, tenetur, *l. 33. de S. P. U. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 10. not. 1. p. 309.* niſi parietem derelinquere malit, *Hopp. ad §. 1. J. de ſervit.*

2. Dominus prædii dominantis vero ad fulturam ſui ædificii, tempore refectionis, tenetur, niſi illud deponere, poſteaque reſtituere malit, *l. 8. pr. ſi ſervit. vindic. Berger. c. l. not. 2.*

SERVITUS PASCENDI.

Vid. loc. *paſcendi jus.*

SERVITUS STILLICIDII.

1. Servitus ſtillicidii commutari non poteſt in ſervitutem fluminis, *l. 20. §. 5. de ſervit. præd. urban. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 12. not. 3. p. 310.* imo nec ſervitus fluminis in ſervitutem ſtillicidii converti poteſt, *Berger. c. l.* quamvis ſtillicidium altius tollere non prohibeatur, *d. l. 20. §. 5.*

SERVITUS TIGNI IMMITTENDI.

1. In dubio potius tigni immittendi quam oneris ferendi ſervitus conſtituta cenſetur, *Cæpoll. de ſervit. c. 37. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 11. not. un. p. 309.*

2. In ſervitute tigni immittendi dominus prædii ſervientis parietem reficere non tenetur, *arg. l. 175. de ſervit. l. 8. §. 2. ſi ſervit. vindic. Berger. dec. 71.*

SER.

SERVITUS VIÆ.

1. Si quis fundum, confinibus undique prædiis cinctum, habeat, vicinum, mediante judice, cogere poteſt, ut ipſi æquis conditionibus aditum concedat, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 57. Struv. ex. 13. th. 23.*

2. Dominus, per cujus prædium alter, ſervitutem viæ indefinite exercuit, poteſt eidem etiam invito certum locum aſſignare, modo ſic uſus ſervitutis deterior haud reddatur, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 203.* imo dominus ſerviens locum ſemel jam definitum iterum mutare poteſt, ſi hoc in detrimentum ſervitutis non cedat, *Mev. p. 3. dec. 37. Brunnem. ad l. 9. de ſervit. & ad l. 1. de aqu. & aqu. pluv. arc. n. 5.*

SERVITUS USUS.

Vid. loc. *Uſus.*

SIMULTANEA INVESTITURA. SIMULTANEE INVESTITI.

1. Utriusque, tam inveſtiti, quam poſſeſſoris, conſenſus requiritur ad hoc, ut effectum habeat, jusque ſuccedendi tribuat ſimultanea inveſtitura, *Hartm. Piſt. obſ. 41. Carpz. p. 2. c. 45. d. 14.*

2. Non nocet poſſeſſori vaſallo jus ſimultaneæ inveſtituræ ſine conſenſu ipſius a domino impetratum, quo minus feudum alienare poſſit, *Carpz. lib. 6. R. 75.*

3. Libera quoque eſt vaſallo facultas alienandi feudum ſine conſenſu ſimultanee inveſtiti, qui nondum proprio facto ſimultaneam acquiſivit inveſtituram, cum nec jus ſuccedendi obtinuit, *Carpz. lib. 6. R. 76.*

4. Dominus directus regulariter cogi nequit, ut ſimultaneam alicui inveſtituram, petente vaſallo,

con-

Digitized by Google

concedat, *Carpz. lib. 6. R. 74. VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 240.*

5. Jus ſimultaneæ inveſtituræ non ſolum perſonam inveſtiti reſpicit, ſed & utrinque ad deſcendentes, tam ejus, qui inveſtituram impetravit, quam alterius, cum quo inveſtitus eſt, transmittitur; illudque jus nemini invito auferri debet, *Carpz. p. 2. c. 45. d. 15.*

6. Reſervatum in ſimultanea inveſtitura, de quo poſtea vaſallus poſſeſſor nihil diſpoſuit, non ad heredes allodiales, ſed ſimultanee inveſtitum pertinet, *Carpz. lib. 6. R. 80.*

7. Simultanee inveſtiti non poſſunt cogi, aut conſentiant in translationem pecuniæ feudalis, Lehn-Stamms, de uno feudo in aliud, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 166.*

8. In præjudicium ejus, qui de feudo ſimultanee inveſtitus eſt, nemo alius jus ſimultaneæ inveſtituræ conſequi poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 155.*

9. Simultanee inveſtiti vaſallo liberam de feudo diſponendi facultatem, per literas reverſales, in ipſorum præjudicium valide concedunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 87.*

10. Ex duobus ſimultanee inveſtitis, licet unus feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire obſtrictus non eſt, *H. Piſtor. p. 2. qu. 24. n. 11. Carpz. p. 2. c. 45. d. 27.*

11. Fracta inveſtitura ſimultanea per diviſionem feudi inter ſimultanee inveſtitos, vel per venditionem uni ex illis factam, non competit ultra agnatis jus ſuccedendi, niſi denuo intra annum & diem ſimultaneam inveſtituram impetraverint, quam dominus feudi

Digitized by Google

feudi denegare non poteſt, *Conſtit. Elect. Sax.* 45. *p.* 2. *ibique Carpz. d.* 24. *&* 25.

12 Ut ſimultanea inveſtitura fracta dicatur, non ſufficit ſola diviſionis conventio, nec realis diſtinctio, ſed reſignatio dominii, itemque inveſtitura prærequiritur, *Berger. philoc. for. R.* 74. *p.* 506. *ſeq.*

13. Quando ſucceſſio feudi ad ſimultanee inveſtitos devoluta eſt, alter alterum ad ſimultaneam inveſtituram in ſua parte regulariter admittere haud tenetur, *Beyer. jur. feud. c.* 6. *poſ.* 97. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 4. *obſ.* 163. *& in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

14. Jure quidem communi vaſallus, feudum non poſſidens, haud tenetur petere renovationem inveſtituræ, *VVeſenbec. p.* 1. *conſil.* 15. *n.* 35. *Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 81. Aſt jure Saxonico renovatio inveſtituræ neceſſario, & quidem intra annum & diem, petenda eſt toties, quoties poſſeſſio feudi, de quo ſimultanee quis eſt inveſtitus, vel per mortem domini vel per mortem vaſalli & poſſeſſoris interrumpitur, in tantum, ut, omiſſa renovatione jus ſimultaneæ inveſtituræ perditum ſit, Lehnr. *c.* 32. *verſ.* Es ſey dann, daß einen die Anwartung. *Conſtit. Elect. Sax.* 45. *p.* 2. §. der geſammten Hand aber, *ibique Carpz. d.* 17. *& lib.* 6. *R.* 78.

15 Non tamen perdit jus ſimultaneæ inveſtituræ, qui, intra annum & diem renovationem inveſtituræ non petiit, ſi juſta cauſa impeditus fuerit, *Roſenthal. de feud. c.* 6. *concl.* 56. *n.* 1. *Carpz. d. c. d.* 18. vel mortem domini aut vaſalli ignoraverit, *Carpz. d. c. d.* 20. vel abſens ſit in longinquis regionibus, *Berlich. p.* 2. *concl.* 53. *n.* 38. nec ætati pupillari tempus petendæ inveſtituræ currit, *Roſenth de feud. c.* 6. *concl.* 41. *Carpz. d. c. d.* 19.

16. Renunciatio juris inveſtituræ ſimultaneæ

non

Digitized by Google

non ſimpliciter, ſed tantum in paciſcentium favorem, facta præſumi debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 31.*

SOCIETAS, SOCII.

1. Contrahitur ſocietas & perficitur ſolo conſenſu, *l. 19. pro ſoc.* & quidem non tantum expreſſo, verbis ſcilicet, ſed etiam tacito, re ipſa declarato, factis ſcilicet & actibus, qui citra jus ſocietatis fieri non ſolent, *Mudæus ad l. 31. & ſeq. pro ſoc.*

2. Non tamen quodvis factum vel actus communis mercantilis ſocietatem inducit, ſed tales eſſe debent, ex quibus non alia quam ſocietatis conjectura capi poſſit, *Marquard. de jur. mercat. lib. 2. c. 11. n. 6. ſeq. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 2.* In dubio enim, cum ſocietas facti ſit, ea non præſumitur, ſed probanda eſt, *Carpz. lib. 5. R. 20. n. 8.* ubi quoque *n. 16. ſeq.* præſumtiones aliquas exhibet, ex quibus ſocietas colligi poſſit; quorſum in ſpecie ſpectat, quando libri rationum communi nomine inſcripti vel intitulati ſint, *Carpz. c. l. n. 19. Stryck. c. l.*

3. Societas, ſtricte ſic dicta, differt a communione rerum variis modis, vid. *Mudæus ad rubric. tit. pro ſoc. n. 5. & ad l. ut ſit pro ſocio. n. 6. eod.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 326.* Et ex emtione unius rei à pluribus facta inducitur quidem communio, non autem ſocietas, *Mudæus ad d. l. n. 3.*

4. Cum inter ſocietatem bonorum & omnium bonorum multum interſit, quandoquidem in hanc omnia quocunque titulo, etiam lucrativo, quæſita veniunt, adeoque & legata, hereditates & donationes continet, *l. 3. §. 1. l. 73. pr. pro ſoc. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 16. tit. 15. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 3.* in illam vero tantum ex contractu

ſeu

Digitized by Google

ſeu titulo oneroſo adquiſita conferuntur, *l. 7. & ſeq. eod. Feliç. de ſociet. c. 13. n. 5. ſeq.* Igitur, ſi quidam univerſam contrahere velint ſocietatem, non omnium bonorum collatio ſufficit, ſed in ſpecie id agi debet, ut bona, quocunque titulo quæſita, ſint communia, *Stryck. c. l.* nunquam enim ſocietas univerſorum bonorum contracta intelligitur, niſi cum ſpecialiter id actum eſt, *l. 3. §. 1. l. 5. l. 67. §. 1. pro ſoc. Carpz. p. 3. c. 15. d. 45. n. 3.*

5. Quod ad communicationem rerum nullum diſcrimen ſubeſſe inter ſocietatem omnium bonorum & particularem, ſed utrinque pro indiviſo dominium ipſo jure per fictam traditionem transferri, contendit *Franzk. ad ff. tit. pro ſoc. n. 42. ſeq.* Sed res ſocii in ſocietate particulari per actualem demum traditionem communicari, tradit *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 103.*

6. Si conventio deſit, ſocius rem communem ſolus adminiſtrare haud tenetur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 326.*

7. In ſocietate, ſi nullæ partes lucri vel damni fuerint expreſſæ, æquales, tam in lucro, quam in damno, partes ſpectantur, ſcilicet non pro numero perſonarum, ſed pro quantitate ſortis collatæ, *l. 29. pro ſoc. Carpz. lib. 5. R. 20. n. 4. & p. 2. c. 30. d. 38. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 4.* imo non ſolum rerum collatarum, ſed & periculi ſuſcepti, & operarum ratio haberi debet, *l. 6. l. 80. l. 83. pro ſoc. Carpz. d. def. 38. n. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 178. n. 1.*

8. Parte lucri tantum expreſſa, tunc in omiſſa damni parte idem erit ſtatuendum, quod in expreſſa, *§. 3. J. de ſociet. Carpz. lib. 5. R. 20. n. 5.*

9. Nimirum inter ſocios damna & lucra eſſe debent

bent communia, *Carpz. d. R. 20. n.7.* Suſtinetur tamen inæqualitas, qualiscunque tandem ſit, modo de ea expreſſe fuerit pactum, niſi convenerit, ut ad unum ſociorum nihil lucri, ſed tantum damnum perveniat: ſic enim leonina ſocietas, adeoque illicita eſſet, *l. 29. §. 2. pro ſoc. Stryck. c. l.*

10. Valet inter ſocios conventio, ut unus lucri ſit particeps, neque tamen de damno teneatur, modo tamen cauſa aliqua inæqualitatis adſit, *l. 29. §. 1. pro ſoc. Carpz. p. 2. c. 30. d. 39. VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 494.* add. *Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 5.*

11. Societas, quæ uſurariam pravitatem ſapit, citra principis conſenſum, valide iniri nequit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 224.*

12. Si unus operam tantum, alter ſortem contulerit, atque, ſocietate ſoluta, nihil niſi ſors ſuperſit, is, qui operam contulit, nihil de ſorte accipit, ſed hæc tota redit ad eum, qui eam in ſocietatem contulit, *Franzk. ad ff. tit. pro ſoc. n. 86. Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 9. art. 1. VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 36.* quamvis hoc aliqui temperent, niſi opera ſit tanta, ut ſorti æquiparari valeat, *Molin. de J. & J. diſp. 416. n. 4.* quod vero non probat *Stryck. c. l. §. 6.*

13. Uno ſocio invito, reliqui re ad alium finem & uſum, quam ad quem deſtinata eſt, uti non poſſunt, *Harprecht. ad §. 9. J. de R. D. n. 13.*

14. In poſſeſſione vel quaſi, rem communem ad certum uſum applicandi, ab altero ſocio turbari non debet ſocius, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 200.*

15. Socius de caſuali interitu reſpondere non tenetur, *l. 52. §. 3. pro ſoc.* Quodſi ergo unus ſaltem pecuniam in ſocietatem contulit, alter vero non niſi operas præſtitit, res illi ſoli perit, qui eam contulit: qui

qui enim ſolam pecuniam in ſocietatem confert, ipſam ſortem ſocio haud communicat, ſed ſolum ejus uſum, qui reſpondet operæ, quam alter navat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 36. Zoeſ. ad ff. tit. pro ſoc. n. 21.*

16. Si ſocius ex re communi ſibi quid comparaverit, hoc communi non fit, *l. ſi patruus. C. commun. utr. judic.* licet actione pro ſocio ad conferendum conveniri poſſit, *l. 74. pro ſoc. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 7.*

17. Ex contractu, ab uno ſociorum proprio nomine inito, alter ſocius non obligatur, nec exinde conveniri poteſt, *l. 67. §. 1. l. 82. pro ſoc. Mudæus ad. l. 52. pro ſoc. Chriſtin. vol. 3. dec. 52. n. 2. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27. def. 1. n. 1. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 44. lit. a.* etiamſi illa res, de qua contraxit, fuerit communis, *Felic. de ſociet. c. 30. n. 3.* imo etiamſi ille ſocius ſuo nomine contrahens ſocietati præpoſitus fuerit, *Stryck. c. l. §. 10.*

18. Socius, ſimpliciter contrahens, magis ſuo, quam ſocietatis nomine contraxiſſe cenſetur, *Felic. de ſociet. c. 3. n. 43. ſeq. Müller. c. l. Stryck. c. l. §. 11.*

19. Si libera contrahendi facultas alteri ſociorum ab altero non ſit conceſſa, ſolus contrahens obligabitur, etiamſi ſocietatis nomine contraxerit, *Stryck. c. l. §. 14.* add. *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. s. p. 693.*

20. Multo minus unius ſocii factum obligabit alterum, ſi inter ſocios conventum, quod alter ſine alterius voluntate, ſocietatis nomine, nihil agere debeat, *Stryck. c. l. Müller. c. l.*

21. Si pecunia, quam ſocius ſuo nomine accepit, in utilitatem ſocietatis eſt converſa, creditori etjam contra alterum ſocium datur actio, *l. 82. pro ſoc. A.*

Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27. def. 1. n. 1. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 12. confer. omnino *Felic. de ſociet. c. 31. n. 29. ſeq.*

22. Singuli ſocii non in ſolidum, ſed pro parte quam quisque in ſocietate habet, obligantur 1) cum omnes ſocii cum extraneo ſimul contrahunt, *l. 4. pr. de exercit. act. Felic. d. tr. c. 30. n. 34. Struv. ex. 22. th. 43. ibique Müller. lit. β. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 32. not. 5. p. 705. Horn. cl. 11. R. 84.* diſſentiunt *Rota Genuens. dec. 97. n. 7. Carpz. p. 2. c. 17. d. 12. Mev. p. 4. dec. 169.* 2) Si ſocii communi conſenſu nuncium miſerint, & cum aliquo per nuncium contraxerint, *Müller. c. l. lit. δ.* vel communi conſenſu unus ſociorum cum extraneo contraxerit, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 22. n. 8. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 10. §. 15.* 3) ſi non tam ex contractu unius ſocii, quam eatenus, quatenus negotium in utilitatem ſocietatis ceſſit, obligantur, *l. 82. pro ſoc. Struv. ex. 22. th. 44. ibique Müller. lit. a. & ζ. Lauterb. de obligat. ſocior. c. 5. §. 46.*

23. Singuli ſocii in ſolidum tenentur: 1) ſi inter contrahentes fuerit actum, ut ipſi & quidem ſinguli in ſolidum obligentur, *Felic. de ſociet. c. 30. n. 34. Struv. ex. 22. th. 43. ibique Müller. lit. δ.* 2) ſi natura negotii & qualitas rei ita exigat, *l. 5. §. fin. commod. l. 60. §. 2. mandat. l. 2. §. 1. & 2. de V. O. l. 25. §. 9. & 10. famil. erciſc. Lauterb. de obligat. ſoc. c. 4. §. 35.* 3) in actione ædilitia, *l. 44. §. 1. de ædilit. edict. Marquard. de jur. mercat. lib. 2. c. 11. n. 13.* 4) ſi ſtatuto ita diſpoſitum, vel conſuetudine introductum ſit, *Struv. ex. 22. th. 44. ibique Müller. lit. a. & ad th. 43. lit. δ.*

24. Nec minus ſinguli ſocii in ſolidum obligantur: 5) ſi contraxerint, per navis magiſtrum, vel inſtito-

Digitized by Google

ſtitorem ſeu factorem, *l. 1. l. 3. de exercit. act. l. 13. §. fin. l. 14. pr. de inſtit. act. Sichard. ad l. 9. C. ſi cert. pet. n. 4. Berlich. p. 2. dec. 252. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 42. lit.* γ. licet hæc clauſula ſocietatis inſtrumento ſit appoſita: quod æs ſocietatis alienum omnes ſocii pro ſua virili exſolvere debeant, *Müller. c. l.* vel illud, quod præpoſitus ſocietatis nomine accepit, non probetur in ſocietatis, ſed propriam præpoſiti utilitatem verſum, *l. 11. §. 4. de inſtit. act. Felic. de ſociet. c. 30. n. 45. Mev. ad jus. Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 5. n. 4.* vel licet conſocii non ſint ſolvendo, *Müller. c. l.* diſſentiunt *Marquard. de jur. mercat. lib. 2. c. 11. n. 14. Græv. lib. 2. concl. 24. conſid. 2. in fin.*

25. Porro 6) ſinguli ſocii in ſolidum obligantur ex contractu unius ſocii, ſocietati præfecti, *l. 4. §. 1. de exercit. act. Sichard. c. l. Felic. d. c. 30. n. 31. ſeq. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 44. lit. δ. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 13.* Quod ſi vero ſocius præpoſitus formam præpoſitionis exceſſerit, reliquos ſocios non obligat, niſi probata a creditore verſione in utilitatem ſocietatis, *Berlich. p. 2. dec. 252. n. 7. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 44. lit. γ. Stryck. c. l. §. 13. & 17.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. s. p. 694.*

26. Deinde 7.) ſi ſocii negociatores negociationem communem ſeparatim exerceant, & quidem vel ratione locorum, ut ſi unus negotietur Lipſiæ, alter Francofurti, tertius Noribergæ; aut ratione negociationum, ut: ſi v. g. etiam in uno loco, unus exerceat aromatariam, alter vinariam, tertius lanificinam: omnes & ſinguli ex unius ſocii contractu, ſecundum rationem & formam ſocietatis, ejusdemque nomine, inito, in ſolidum obligantur, *Felic. de ſociet. c.*

30. n. 16. 17. Chriſtin. vol. 1. dec. 208. n. 7. vol. 3. dec. 52. n. 2. & 5. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 44. lit. ζ.

27. Denique ſinguli ſocii, ex contractu unius ſocii, in ſolidum obligantur 8.) ſi inter ſocios conventum, ut quilibet liberam, ſocietatis nomine, contrahendi licentiam habeat, *Michalor. de fratrib. p. 2. c. 48. n. 7. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 14.* 9.) ſi ſocii in una ſtatione promiſcue negociantur, modo unus, modo alter, *Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 76. n. 17. Menoch. vol. 5. conſil. 410. n. 37. ſeq. Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 9. art. 5. n. 5.* 10.) ſi ſocietas contracta ſit ſuper aliqua negociatione, quæ publicam habet cauſam, ut eſt conductio vectigalium &c. *Felic. de ſociet. c. 30. n. 30.* add. *Struv. ex. 39. th. 39.* 11) in obligatione ſecundaria, qua ſcilicet ſocii, omnes ſimul contrahentes, aliis obligantur, propter dolum & culpam, *Felic. d. c. 30. n. 34. Müller. ad Struv. ex. 22. th. 43. lit. δ.*

28. His Dd. adhuc duos adjungunt caſus; primus eſt: ſi omnes ſocii contrahentes expreſſe pro ſe invicem fidejuſſerint, *Müller. c. l.* diſſentiunt *Menoch. vol. 5. conſil. 410. n. 44. Felic. d. c. 30. n. 37. Mev. d. art. 5. n. 11.* alter vero: ſi ſocii contrahentes præter operam & induſtriam nihil conferant in ſocietatem, *Græv. lib. 2. concluſ. 24. conſid. 4. n. 9. Mev. d. art. 5. n. 6.* diſſentit *Lauterb. de obligat. ſocior. c. 4. th. 5.*

29. Plane ſocios in ſolidum ſemper eſſe obligatos, nec gaudere beneficio diviſionis, tradit *Carpz. p. 2. c. 17. d. 12.* diſſentiunt *Struv. ex. 22. th. 43. ibique Müller. lit. δ. Schilter. ex. 29. §. 8. 9. 10. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 32. not. 5. p. 705. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 16. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Horn. cl. 11. R. 84. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 15.* quam-

quamvis, in foro Saxonico hactenus prævaluiſſe *Carpzovii* opinionem, ipſi teſtantur *Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 79.* confer omnino *anonym. trutin. quæſt. jurid. penſ. 1. qu. 2. §. 27. ſeq.*

30. Regulariter quisque ſociorum tantum pro parte agere poteſt, illa ſcilicet, quam in ſocietate habet, *Felic. de ſociet. c. 30. n. 40. Stryck. c. l. §. 16.* adeoque debitor, qui tali caſu ſolidum uni ſociorum ſolvit, non in totum liberatur, *Zæſ. ad ff. tit. pro ſoc. n. 47. Stryck. c. l.* niſi ſibi mandaverint actiones contra communem debitorem, *Felic. d. c. 30. n. 53. Stryck. c. l.* vel correos credendi ſe conſtituerint, per *l. 9. C. ſi cert. pet. Stryck. c. l.*

31. Socius actionem, contra debitorem ſocietatis inſtitutam proſequi atque abſolvere debet, antequam adverſus ſocium, quocum ille debitor contraxit, experiri poſſit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 32. not. 3. p. 705. & lib. 1. R. 213.*

32. Socii ſibi invicem, ubi aliud non conventum, pro rata tantum tenentur, *Rota Genuenſ. dec. 97. n. 7. Mev. p. 4. dec. 169. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. s. p. 696.* & ſi unus non ſolvendo eſt, ceteri pro parte illius etiam tenentur, ita tamen, ut ipſe, qui agit, debeat ferre pro rata ejus, ſolvendo non eſt, damnum, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.*

33. Uxor & pupillus, cujus bona ſocius proprio nomine ſocietati intulit, adverſus hanc non niſi hypothecariam actionem pro rata ipſius parte habent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 67.*

34. Uno ex ſociis ſolvendo non exiſtente, in concurſu creditorum debita ratione ſocietatis contracta gaudent prærogativa præ aliis, quæ extra ſocietatem ſunt facta, *Carpz. dec. 54. Beuth. de jur. præl.*

Digitized by Google

lib. 1. c. 64. imo etiam præ uxore, *Burattus dec. 514.* Sed ſeparandam eſſe ſortem, quam ſocius obæratus in ſocietatem intulit, a lucro, ita quidem, ut in hoc creditores ſocietatis prærogativam habeant, ratione iſtius autem omnes creditores, ſecundum ordinem prioritatis, quam quisque habet, concurrant, reſponderunt Domini Wittebergenſes apud *Horn. cl. 11. R. 83.*

35. Societas morte unius ſocii diſſolvitur, ut nequidem inter ſuperſtites duret, niſi aliter convenerit, *§. 5. J. de ſociet. l. 65. §. 9. pro ſoc. Michalor. de fratrib. p. 2. c. 40. n. 6. Stryck. uſ. mod. tit. pro ſoc. §. 36.* Nec ſocietas ad heredes tranſit, adeo, ut nequidem ab initio paciſci liceat, ut heres in ſocietate ſuccedat, *l. 35. l. 52. §. 9. l. 59. pro ſoc. Stryck. uſ. mod. c. l. §. 31. & de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 8.* emolumentum tamen & actio pro ſocio ad heredes transfertur, *Carpz. p. 2. c. 37. d. 28.* qui quoque tenentur perficere, quæ jam a defuncto cœpta, *l. 40. pro ſoc. Stryck. de cautel. contract. c. l.*

36. Hodie pactum, ut heredes ſocii in ſocietatem, ad certum tempus initam, ſuccedant, inter mercatores validum eſſe, teſtatur *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 167.* Atque pactum, ut heres in ſocietate ſuccedat, valet in ſocietate vectigalium, *l. 59. pro ſoc. Stryck. uſ. mod. tit. pro ſoc. §. 34.* Imo valere pactum juratum, ut heredes ſocietatem continuent, putant *Felic. de ſociet. c. 32. n. 20. Franzk. ad ff. tit. pro ſoc. n. 123.* Verum id juramentum operari nequit, ut heredes inviti ſocietatem ſubire cogantur, *Brunnem. ad l. 50. pro ſoc. n. 6.* quamvis ſocii ſuperſtites vi juramenti ſui cogi poſſint, volentes heredes in ſocietatem recipere, *Stryck. uſ. mod. c. l. §. 35.*

37. Poſſunt circumſtantiæ concurrere, ut tale pactum

Digitized by Google

pactum valeat, maxime heredibus non contradicentibus, veluti: ſi convenerit, ut heredes volentes in ſocietatem ſuccedant, non tamen per ſe negotientur, ſed ſuperſtiti tantum continuationem negotiationis committant, *Stryck. c. l. §. 32. 33. confer. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 48. p. 241.*

38. Heres ſi plus legitima habeat, ſub pœna amiſſionis illius, quod legitimam excedit, conſtringi poteſt ad ſocietatem continuandam; quamvis, ſi poſtea magnæ lites ex ſocietate illa oriantur, heres impune ſocietati renunciare poſſit, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 8.*

39. Renunciatio unius, invito altero, ſolvit ſocietatem, *§. 4. J. de ſociet. ibique Hopp. Huber. prælect. ad J. tit. de ſociet. §. 5.* Si tamen in fraudem alterius facta ſit renunciatio, ut lucrum interverteretur, tum callidus renunciator hanc pœnam ſubit, quod ipſemet lucrum a ſe quæſitum communicare cogatur, quæ autem alter quæſiverit, eorum non fiat particeps, *d. §. 4. ibique Hopp. l. 65. §. 6. pro ſoc. Felic. de ſociet. c. 35. n. 15. Huber. c. l.*

40. Alioquin adeo libere ſinguli renunciare poſſunt, ut ne pactum quidem obſtet de ſocietate nunquam ſolvenda, *l. 14. pro ſoc. Huber. c. l. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 10. §. 9.* nam pactum de perpetua ſocietate nullius eſt momenti, *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 23.*

41. Verum, ſi convenerit, ne intra certum tempus a ſocietate abeatur, hoc pactum valet, *d. l. 14. Huber. c. l.* nec revocari poteſt ſocietas, ſi ad certum tempus eſt contracta, *l. 65. §. 6. pro ſoc. Felic. d. c. 35. n. 28.* utrobique tamen ſocietati renunciare licet, ſi juſta cauſa ſubſit, *l. 14. 15. 16. pro ſoc. l. 65. §. 5. eod.*

Digitized by Google

Mantic. c. l. n. 12. Stryck. c. l. Horn. cl. 11. R. 81. quæ renunciationi locum facit, etſi juramento ſocietas ſit confirmata, *Stryck. c. l.*

42. Societate ſoluta, cum pecuniæ tum mercium adhuc extantium æqualis fieri debet diviſio, neque unus ſolus pecuniam, tanquam præcipuam, petere poteſt, niſi aliter conventum, aut circumſtantiæ aliud ſuadeant, *Horn. cl. 11. R. 85.*

SODOMIA.

1. Jure Carolino in crimine ſodomiæ pœna vivicomburii obtinet, ſive cum bruto, ſive cum alio homine commiſſa fuerit ſodomia, *Conſtit. Carol. art. 116. Stryck. uſ. mod. tit. ad l. Jul. de adulter. §. 33. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 286. n. 23. & 24.*

2. In foro Saxonico diſtinguitur, utrum ſodomia cum alio homine contra naturam ſexus, an vero cum bruto contra naturam generis commiſſa fuerit, ita ut poſteriori quidem caſu pœna ignis obtineat, inſimulque animal comburi ſoleat, *Stryck. c. l. Carpz. pract. crimin. qu. 76. n. 27.* priori vero pœna gladii ſaltem; *Carpz. c. l. n. 15. Stryck. c. l. Berger. jurisprud. crimin. p. 143.*

3. Ad infligendam pœnam ordinariam ſola rei confeſſio non ſufficit, niſi alia concurrant patrati ſceleris indicia, *Carpz. c. l. n. 49. ſeq. Berger. c. l.* Neque ordinaria pœna in attentato ſodomiæ locum habet, ſed alia mitior & extraordinaria eſt imponenda, veluti fuſtigationis, *Theodor. colleg. crimin. diſp. 6. th. 5. lit. l. Carpz. c. l. n. 56. ſeq. Berger. c. l. p. 144.*

4. Aetas quoque mitigat pœnam; hinc puer, qui cum gallina rem habuit, virgis in carcere caſtigatus, & e loco juriſdictionis ob ſcandalum relegatus, gallina

gallina autem è medio ſublata eſt, teſte *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 157.*

5. In crimine ſodomiæ ſufficiunt teſtes, non omni exceptione majores, ut reus torturæ ſubjici poſſit; maxime ſi hoc crimen cum diverſis aliquot brutis animantibus fuerit commiſſum, *Berger. c. l. obſ. 158.*

SOLUTIO.

1. Aliud pro alio creditori invito ſolvi non poteſt, *l. 2. §. 1. de R. C. l. 16. C. de ſolut. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 69. n. 1.* add. *Carpz. lib. 5. R. 107.* niſi debitor, pecunia parata deſtitutus, non reperto bonorum emtore, provocet ad beneficium dationis in ſolutum, eademque, vel omnia, vel quædam ex illis, creditori in ſolutum offerat, *nov. 4. c. 3. Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 6.* quod beneficium hodieque uſum habet, *Rec. Imper. de an. 1654. §. 172. Mev. p. 4. dec. 370. Carpz. aſyl. debit. th. 70. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 69.*

2. Quamvis invito creditori aliud pro alio ſolvi non poſſit: ſecus tamen ſe res habet, quando ſpecies debita amplius non reperitur, *l. 14. §. ult. de legat. 3. l. 23. l. 91. §. ult. de V. O. Gail. lib. 2. obſ. 73. n. 8. Carpz. p. 2. c. 28. d. 3. n. 6.* Idemque juris obtinere vulgo exiſtimant, ſi moneta antiqua quidem adhuc extet, ſed rarior, & difficillime ac non niſi magno & immenſo ſumtu comparari poſſit, *Cothmann. vol. 1. conſil. 34. n. 44. & 45. Carpz. c. l. n. 8.*

3. Regulariter invito creditori ante diem ſolvi poteſt, quia dies adjicitur in favorem debitoris, ne ante ad ſolutionem compelli poſſit, *l. 70. l. 98. §. 4. de ſolut. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 28. def. 14. Carpz. d. c.*

Digitized by Google

d. 11. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 2. not. 7. p. 875. etiamſi in obligationis inſtrumento ſortis repetitio reſervata fuerit creditori, *Carpz. lib. 5. R. 102.*

4. Quodſi vero dies adjecta ſit in favorem creditoris, non debitoris, tum utique dies expectanda eſt, ne jus creditoris minuatur, *l. 15. de ann. legat. l. 43. §. 2. de legat. 2. A. Fab. c. l. Carpz. p. 2. c. 28. d. 12.* Intelligitur autem hoc tacite actum eſſe, quando pecunia ſub uſuris ad certum tempus mutuo data eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 411.*

5. Particulariter invito creditori ſolvi nequit: cum particularis ſolutio multa habeat incommoda, *l. 3. pr. famil. erciſc. l. 3. de reb. credit. l. 13 §. 8. de act. emt. Carpz. d. c. d. 13. Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 5.*

6. Ex recepta parte debiti, etſi id aliquot vicibus factum fuerit, non obſtringitur creditor impoſterum ad partialem ſolutionem recipiendam, *Mev. p. 2. dec. 208.*

7. Quando pars debiti liquida, altera vero controverſa eſt, tunc invitus creditor partem liquidam accipere tenetur, *l. 21. de R. C. VVernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 305. n. 106.*

8. Particularem ſolutionem creditor accipere tenetur ab heredibus: nam inter hos pro parte hereditaria ipſo jure nomina ſunt diviſa, atque adeo particulares præſtationes admittuntur, *l. 6. C. famil. erciſc. l. 85. §. 1. & 5. de V. O. Schultz. diſſert. de partic. ſolut. c. 2. VVernher. c. l. n. 107.* confer. loc. *diviſio hereditatis n. 1 ſ. q.*

9. Jure imperii etiam illis debitoribus, qui belli injuria afflicti ſunt, facultas particulari ſolutione defungendi conceſſa eſt, *Rec. Imp. de an. 1654. §.* Nach-

dem

dem auch. *Wernher. c. l. n. 108.* Imo judex ex rationabili cauſa, veluti ſi debitor eſt inops, particularem receptionem debiti injungere creditori poteſt, *Tholoſ. ſyntagm. jur. lib. 22. c. 7. n. 7. Mev. p. 3. dec. 236. & p. 5. dec. 103. nec non p. 6. dec. 384.* per *l. 4. C. de collat. fund. patrim.* ubi fiſcus, etſi valde favorabilis, tenetur accipere particularem ſolutionem, add. *Caballin. milleloq. p. 1. c. 624.*

10. Ut depauperatus debitor beneficio particularis ſolutionis fruatur, primo opus eſt, ut doceat ſolvendi impoſſibilitatem ſeu inopiam, ubi ſufficit ejus juramentum, juxta *nov. 135. c. 1.* deinde ut accedat moderamen judicis in dividenda & determinanda ſolutione in certos terminos juxta poſſibilitatem debitoris ſtatuendos; tertio neceſſaria eſt cautio de ſolvendo in conſtitutis terminis, quo ſecurus ſit creditor, *Mev. p. 7. dec. 45.*

11. Tempore ſolutionis arbitrio debitoris commiſſo, ab heredibus ejus demum cum effectu ſolutio peti poteſt, *Carpz. d. c. d. 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 113. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 8. not. 1. p. 567.*

12. Debitor, qui promiſit jurato, ſe creditori ſoluturum ſenſim paulatimque, nach und nach, nach Möglichkeit, non poteſt ad certos terminos arctari, niſi creditor probet facultatem ſolvendi, *Berger. dec. 248.*

13. Plane, ſi poſt longius aliquod temporis intervallum reus conveniatur, in pœnam moræ, exceptione promiſſæ tantum particularis, pro arbitrio, & quousque commodum viſum fuerit debitori, ſeiner Gelegenheit nach, ſolutionis, ſe contra exactionem & præſtationem ſolidi, ſeu totalis ſolutionis, tueri debitor mini-

minime poteſt, ceu præjudicio comprobat *Barth. in hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. c. p. 478.*

14. Id quod pure promiſſum eſt, confeſtim peti poteſt, *l. 41. §. 1. l. 56. §. 4. d. V. O.* ita tamen, ut ex humanitate dilatio aliqua debitori ſit concedenda, *l. 105. de ſolut.* quæ quidem dijudicatur, ex more regionis, v. c. Saxonicæ, ubi terminus eſt Saxonicus, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 8. not. 1. p. 566.* add. *Carpz. p. 2. c. 28. d. 19.*

15. At ille, qui promittit, förderlichſt, ehiſt zu bezahlen, prius ad ſolvendum, quam à creditore fuerit interpellatus, non tenetur: modo effluxerit aliquod temporis intervallum, idemque vel ex more regionis vel arbitrio judicis conſtitutum, *Berger. c. l.*

16. Plane vocabulo: ehiſten, ſignificari confeſtim, hoc effectu, ut ei, qui promiſit, ſe ſoluturum eſſe ehiſten, dilatio vel termini Saxonici, vel a nundinis Lipſienſibus ad nundinas a creditore conceſſa eſſe intelligatur, cenſuit Senatus, teſte *Bergero c. l. not. 2. p. 567.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 187.*

17. Qui promiſit, ſe ſolvere velle his diebus, er wolle dieſe Tage zahlen, intelligitur cenſuiſſe de duobus, *217. §. 1. de V. S. Berger. c. l. not. 1. p. 567.* At ille, qui promiſit, er wolle v. c. die gekaufften Wahren content bezahlen, ſtatim & interpellari & conveniri poteſt, *Berger. c. l.*

18. Interpellatio ſeu ſollicitatio creditoris civilitatis magis, quam neceſſitatis eſt, *l. 10. C. de pignor.* utilis tamen ad hoc, ut debitor conſtituatur in mora ad effectum conſequendi intereſſe moræ & expenſas, ſi nullum certum ſolutionis tempus fuerit deſtinatum, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. c. p. 478.* Multo minus, præfixo ſolutionis termino, interpellatione opus

eſt,

eſt, cum tempus interpellet pro homine, *l. 12. C. de contrah. Stipulat.* nec metuere habet creditor injuriarum actionem, ſi, ea omiſſa, debitorem, etiam honoratiorem, ſtatim die veniente, citari faciat, *Barth. c. l.* confer. vero *Stryck. introduct. ad prax. for. c. 2. §. 5. p. 20.*

19. Debitor cambialis, ne præſtita quidem cautione ad ſolvendum cogi poteſt, ſi creditor, ad extradendas literas cambiales, paratus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 85.*

20. Creditori a tertio, nomine debitoris, eodem ignorante aut invito, fieri poteſt ſolutio, ad effectum liberationis, *l. 23. de ſolut. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 2. not. 1. p. 874.* adeo ut, creditore recuſante accipere pecuniam, tertius ille eandem deponere, & ita debitorem liberare poſſit, *Sichard. ad l. 9. C. de ſolut. n. 12.*

21. Pro invito vero ſolvens nullam habet actionem, niſi eam ſibi cedere a creditore curaverit, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 4.*

22. Præcipua ſolvendi cautela eſt, ut debitor nemini, niſi cui tuto ſolvi poſſit, ſolutionem faciat: cum alias non liberetur, ſed denuo ſolvere cogatur, *l. 12. C. de ſolut. Stryck. cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 2.*

23. Igitur ſolutione miniſtro creditoris facta, debitor non liberatur, niſi creditor ſolitus ſit per ejusmodi miniſtrum credita exigere; ut autem dominus ſolitus eſſe intelligatur, duo ſufficiunt actus, imo etiam unus, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 2. not. 3. p. 875.*

24. Imo nec illi tuto traditur pecunia, qui commonendi tantum gratia miſſus, *l. 12. §. 1. commod. Boer. dec. 28. Stryck. d. tr. ſect. 2. c. 11. §. 20.*

25. Debitor, qui marito ſolvit, tanquam legitimo adminiſtratori bonorum uxoris, non liberatur, niſi

Digitized by Google

niſi uxor conſentiat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 258. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 14. Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 6. not. 5. p. 304.* diſſentit *Mev. p. 4. dec. 32. n. 8.*

26. Creditoris creditori aliter tuto ſolvi non poteſt, quam ſi creditum ejus in continenti ſit aliquidum, neque ulli exceptioni locum relinquat, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 3. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 2. not. 2. p. 874. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 400.*

27. Debitor, creditori ſuo recte ſolvit, quamvis, ratione illius nominis, ſe tertio, ſcilicet creditoris creditori, pro creditore, tanquam fidejuſſorem, obligarit; contra creditor promiſerit, ſe illud non exacturum, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 2. conſil. 66. p. 1240.*

28. Quando debitor, qui pluribus ex cauſis debet, aliquid ſolvit, in ejus arbritrio eſt, dicere, in quod potius debitum ſolutionem cedere velit, *l. 1. de ſolut.* modo debitor id exprimat in ipſo ſolutionis actu, *l. 2. eod.* vel in continenti poſt factam ſolutionem, *l. ſi uſuras. C. de uſur. Carpz. lib. 5. R. 103. n. 2. ſeq.*

29. Si debitor ſimpliciter & indiſtincte ſolverit, nec dixerit, in quam cauſam ſolutum velit, convertitur electio ad creditorem, ejusdemque arbitrio relinquitur, cui potius debito id, quod ſolutum eſt, acceptum ferre velit, *l. 1. de ſolut. Carpz. c. l. n. 6. Freyer. de ſolut. c. 22. n. 24. ſeq.* non tamen, ut debitori, ita etiam creditori libera eligendi facultas eſt relicta, ſed ad arbitrium boni viri reſtricta: nimirum, creditor res debitoris non aliter quam ſuas agerè debet, ac propterea, quod ſolutum eſt, in id debitum referre & conſtituere tenetur, in quod ipſemet, ſi deberet, eſſet ſoluturus,

Digitized by Google

turus, *d. l. 1. de ſolut. Carpz. c. l. n. 7. Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 1. §. 7.*

30. Si neuter dixerit, in quod debitum id, quod ſolutum eſt, imputari debeat, imputatio fit 1) in debitum præſens & liquidum, *l. 3. §. 1. l. 5. pr. de ſolut. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 2. not. 8. p. 876. Carpz. c. l. n. 10. ſeq.* 2) in debitum, cujus cauſa eſt durior, graviorque, *l. 3. pr. de ſolut.* puta reſpectu debitoris, v. c. quæ vitam, famam, poenam attingit, aut conjuncta habet pignora vel fidejuſſores, *Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 13. ſeq.* 3) in antiquius *l. 5. pr. de ſolut.* ſcilicet ratione ſolutionis, non contractus, *Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 24. 25.* 4) in proprium, non alienum, quod ſcil. fidejuſſorio, aliove nomine pro altero ſolvens debet, *l. 1. l. 3. de ſolut. l. 97. eod. Menoch. lib. 3. præſumt. 136. n. 8. Carpz. c. l. n. 21.* denique 5) ſi par ſit tempus obligationum, ex omnibus pro rata creditur ſolutum, *l. 8. de ſolut. Berger. c. l. Carpz. c. l. n. 26.*

31. In debito ſortis & uſurarum, id, quod ſolutum eſt, in dubio prius in uſuras, quam in ſortem exſolutum cenſetur, *l. 5. de ſolut. l. 2. C. eod. l. 21. C. de uſur. Carpz. lib. 5. R. 103. n. 27. ſeq Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 96.* modo uſuræ ſint liquidæ & in præſenti debeantur, *Carpz. c. l. n. 36. ſeq. Brunnem. ad l. 5. de ſolut. n. 6.* nihil autem refert, ſi creditor ſcripſerit, ſe in ſortem & uſuras acceptaſſe pecuniam, *Brunnem. c. l. n. 7.*

32. In uſuras non cedit ſolutio, ſi hæ ex judicato debeantur, quarum tamen taxatio in judicati executionem dilata eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29 def. 31. Carpz. p. 2. c. 29. d. 17. n. 7.* Idem erit, ſi creditor ſortis ſolutionem perſecutus ſit, *Carpz. c. l. n. 8.* Pariter nec in concurſu creditorum ſolutio a debitore facta in uſuras referenda eſt, *Carpz. c. l. n. 9. Berger. p.*

1. ſup-

1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 50. §. 1. p. 612. niſi forte ſolutio eo tempore facta eſſet, quo aliis creditoribus nullum adhuc eſſet jus quæſitum, *Hartm. Piſtor. lib. 3. qu. 21. n. 28.*

33. Quando creditor, partem promiſſæ dotis ſe accepiſſe, in apocha fatetur, ſolutio in ſortem, non in uſuras cedit, *Wernher ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 296.*

34. Creditor ſortem abſque uſuris acceptare non tenetur, *l. 41. §. 1. de uſur. Carpz. d. def. 17. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 96. n. 2.* Sed ad acceptationem totius ſortis abſque uſuris creditorem cogi poſſe, arbitratur *Hartm. Piſtor. d. qu. 21.* vid. *Carpz. lib. 5. R. 103. n. 33.*

35. Ad ſolutionem demonſtrandam ſufficit probatio conjecturata ſeu præſumtiva, de qua vid. *Menoch. lib. 3. præſumt. 135. Carpz. p. 2. c. 29. d. 11. & lib. 5. R. 104. n. 2. ſeq.* quæ tamen non admittitur, quando executive agitur, ex inſtrumento guarentigiato, *Carpz. d. R. 104. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 454.* niſi debitor quietationem caſu fortuito amiſſam juramento ſuo obtinere velit, *Carpz. d. R. 104.*

36. Quod dicitur in *l. 24. de probat.* ex chirographi cancellatione præſumi ſolutionem, ſic accipiendum videtur, ſi penes creditorem cancellatum reperiatur, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 28. n. 12.* At ſi penes debitorem reperiatur chirographum, ſive ſit cancellatum, ſive non, nunquam ex eo inducenda præſumtio ſolutionis aut liberationis, *Carpz. p. 2. c. 29. d. 12.*

37. Totius debiti ſolutio non probatur quietatione creditoris, ſi hæc ad certam ſummam præſumtive reſtringi queat, *Carpz. d. c. d. 13.*

38. In concurſu creditorum ſolutio non probatur

tur

tur per apocham (*a*) a patre, ceu communi debitore, filio datam, niſi hujus accedat juramentum ſuppletorium, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 252.*

SPECIFICATIO JURATA.

Vid. loc. *inventarium. th. 8. ſeq.* & loc. *jurata ſpecificatio.*

SPOLIUM.

1. Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, *l. 7. C. ad L. Jul. de vi publ.* nec ante plenariam reſtitutionem, *c. 2. X. de ord. cognit.* tam ipſius rei, quam fructuum, *c. 11. de reſtit. ſpoliat.* damnorum & intereſſe, *Cothmann. vol. 2. R. 67. n. 2. ſeq.* ullatenus cogitur ſpoliatori (*a*) reſpondere, *Rivin. ſpecim. except. c. 41. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 350. n. 10. Carpz. p. 1. c. 6. d. 6.*

2. Hinc reus, cum exceptionem ſpolii opponit, immunis (*b*) etiam eſt ab eventuali litis conteſtatione, *Bergor. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. not. 4. p. 359. Zanger. de except. p. 2. c. 18. n. 15.*

3. Cautus vero ſit reus, de ſpolio excipiens, ut ſaltem petat pronunciari, ſe non teneri reſpondere (*c*) ad actionem propoſitam, priusquam eſſet reſti-

(*a*) Imo in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 4. in fin.* in genere diſpoſitum eſt, quod in concurſu creditorum non ſemper ſufficiat apocha à debitore communi data, ſed ille, qui ſolviſſe prætendit, pro re nata jurato obtinere debeat, ſe revera, &, antequam ſcientiam concurſus habuerit, ſolviſſe.

(*a*) Quid hodienum in foro Saxonico obtineat, vid. *quæ notata ſunt ad th. 4. lit. d.*

(*b*) Sed hodie in foro Saxonico non, vid. *quæ notata ſunt ad th. 4. lit. d.*

(*c*) Quæ cautela forſan hodie exulat in foro Saxonico propter ea, *quæ notata ſunt ad th. 4. lit. d.*

Digitized by Google

reſtitutus, daß Beklagter, ehe und bevor er wegen des exceptive vorgeſchützten ſpolii vollſtändig reſtituiret worden, auf die Klage oder ſonſt mit Klägern ferner ſich einzulaſſen nicht ſchuldig. Non ergo petere debet, ut actor ad reſtituendum prius condemnetur, daß Kläger ihme vor allen Dingen das abgenommene ꝛc. ꝛc. zu reſtituiren ſchuldig ſey: hoc enim eſt petitum actionis ſpolii, non exceptionis, eoque non attento, reus ad reſpondendum condemnari ſolet, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. o. p. 500. Carpz. p. 1. c. 6. d. 7. Martin. ad* O. P. S. *tit. 11. §. 5. n. 14. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 18. th. 3. not. 10. p. 1017.* ubi quoque: ſecus tamen eſſe, ſi reus petat, daß Kläger, ehe und bevor die reſtitution erfolget, zu fernerm Verfahren nicht zugelaſſen werden möchte.

4. Caveat porro (*d*) reus, ne cum actore quacunque ratione procedat, aut litem continuet, ſiquidem exceptione ſpolii uti velit, quippe quæ deficit, ſi, ea non objecta, reus cum actore jure expertus fuerit, vulgo, in judicio proceſſerit: quum ipſo facto exceptione ſpolii deſtitiſſe, eidemque renunciaſſe intelligatur,

(*d*) Sed hodie exceptio ſpolii non amplius in quacunque judicii parte, nec ante litis conteſtationem opponi poteſt, ſed, perinde ac aliæ exceptiones peremtoriæ, litis conteſtationi annectenda atque deducenda eſt. Integrum tamen eſt ſpoliato, actionem ſpolii inſtituere, quo quidem caſu, niſi jurisjurandi delatione uti velit, probationem intra 15. dies, prout in *Ord. Proc. Sax.* de exceptione ſpolii diſpoſitum eſt, offerre tenetur, idemque reus in reprobatione obſervare debet. Quodſi deinde actor rem judicatam pro ſe habeat, qua reo reſtitutio injuncta eſt, cum eo in nulla cauſa procedere tenetur, donec judicato paruerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 3.*

Digitized by Google

gatur, *Berger. E. D. F. tit. II. obſ. 1. not. 4. p. 359. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 217.*

5. Statim ergo ab initio, in primo termino, (e) a reo, antequam cum actore quaque ratione experiatur, opponenda eſt exceptio ſpolii, *Ludovic.* **Einleit. zum** *Civil-Proc. c. 12. §. 3. Barth. c. l. p. 498.* adeo ut omiſſæ deinceps, leuteratione utut interpoſita, nulla habeatur ratio, quamvis reus in eodem termino non fuerit litem conteſtatus, ſed alias dilatorias, ut inepti libelli, exceptiones oppoſuerit, *Berger. E. D. F. c. l. p. 361.* Imo hæc exceptio ſola, nullis aliis admixtis dilatoriis, opponenda eſt, alias enim, in vim peremtoriæ, ſaltem poſt litis conteſtationem remittitur, *Barth. c. l.* add. *Berger. c. l.* ubi: ut igitur ejus fructum capias exceptionis, cavendum eſt, ne cum adverſario ſuper alio, quam ſpolii, capite contendas.

6. Verum, quod dicitur, reum, ſi ſpolii exceptione ſe tueri velit, nullo modo cum actore in judicio experiri debere, priusquam plenarie reſtitutus fuerit, intelligendum eſt de cauſa ipſa in judicium deducta; in qua ſi procedat, memoratæ exceptioni tacite renunciaſſe cenſetur. Aliud dicendum de exceptione inepti libelli, quæ objectum litis non attingit, ſed modum & formam tantum cauſam proponendi concernit; quam proinde in principiis ſtare, & poſtea ſpolii exceptionem ſubjici, nihil impedit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 345.* Imo ipſe *Barth. in hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. o. p. 499.* teſtatur, ſe in quadam cauſa hoc ſingulare obſervaſſe, quod, præmiſſis plu-

(e) Quod vero hodie in foro Saxonico non amplius procedit, vid. *quæ notata ſunt ad th. 4. lit. d.*

Digitized by Google

plùribus aliis dilatoriis, guarandæ, & ſatisdationis nondum præſtitæ, ut & inepti libelli, oppoſita denique ſpolii exceptio fuerit attenta.

7. Etiam poſt (f) litem conteſtatam, ad eum effectum, ut judicium tantisper ſuſpendatur, valide opponitur exceptio ſpolii; ſcilicet, ſi forſan de novo ſpolium factum proponatur, aut reus fidem faciat juramento ſuo, ſpolium ante litis conteſtationem perpetratum, poſt judicium demum acceptum, ad ejus notitiam perveniſſe, *Zanger. de except. p. 2. c. 18. n. 13. Carpz. p. 1. c. 6. d. 6. & 7. item in proc. tit. 9. art. 6. n. 26. ſeq. Martin. ad O. P. S. tit. 11. §. 5. n. 7. Rivin. ſpecim. except. c. 41. n. 11. & ad O. P. S. tit. 11. en. 35.*

8. Exceptioni ſpolii, poſt annum præterlapſum, locus amplius haud eſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 37.* Verum ſpolium etiam poſt annum, ex quo commiſſum eſt, urgeri poſſe, volunt *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 54. Berger. E. D. F. in ſupplem. ad tit. 11. animadv. 4. p. 1784.*

9. Exceptio ſpolii non attenditur, ſi ſpolium haud commiſſum vel in eadem re, de qua controvertitur, vel ſaltem connexa, *Rivin. c. l. en. 38. Mev. p. 4. dec. 70.* Aſt exceptioni ſpolii locus eſt ſine discrimine (g) cauſæ, atque adeo etiam in alia plane cauſa, *c. 2. & ult. X. de ordin. cognit. Berger. E. D. F. tit.*

(f) Plane hodie in foro Saxonico in quacunque judicii parte, ut ſuſpendatur judicium, opponi amplius non poteſt, vid. *quæ notata ſunt ad th. 4. lit. d.*

(g) Id quod convenire videtur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 3. ubi* in allen Sachen. Scilicet non eodem modo, quo hactenus uſitatum fuit, ſed poſtquam actor, intentata actione ſpolii, rem judicatam pro ſe obtinuit vid. *quæ notata ſunt. ad th. 4. lit. d.*

tit. 11. obſ. 1. not. 4. p. 361. licet nullam cum ſpolio connexionem aut affinitatem habeat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 25.*

10. Nihil vetat, quo minus ſpolium, idemque per modum actionis in judicium deductum, deinceps in alia cauſa in vim exceptionis proponi queat: quum diſtinctæ hoc loco concurrant intentiones, quarum altera alteram minus deſtruit, *Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. not. 4 p. 361. & p. 2. ſupplem. in additam. ad tit. 11. §. 1. p. 1868. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 39.*

11. Exceptio ſpolii in proceſſu executivo, & contra executionem, non aliter admittitur, quam ſi ea in continenti fuerit liquida, *Carpz. p. 1. c. 6. d. 4. & 5. Rivin. c. l. en. 40. Berger. E. D. F. c. l. p. 361. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 111. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

12. Competit exceptio ſpolii reo ſpoliato, ejusque heredi & ſucceſſoribus, *Carpz. d. c d. 9. n. 1.* contra eum, qui ſpoliavit, aut ſpoliare mandavit, vel ſaltem ſpolium ratum habuit, *Zanger. de except. p. 2. c. 18. n. 8.* non autem contra heredem aut ſucceſſorem, niſi de eo, quod ad ipſum pervenit, aut dolo ejus factum ſit, quo minus pervenerit, *Carpz. d. def. 9. n. 2.*

13. Exceptio ſpolii nunquam datur contra actorem de ſpolio tertii: nec enim factum alterius actori, qui non ſpoliavit, nec id fieri mandavit, vel ratum habuit, obeſſe debet, *Zanger. d. c. 18. n. 10. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 18. th 3. not. 13. p. 1018.* Hinc exceptio ſpolii liberis ſpoliatoris, ſi ex proprio jure agant, opponi nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 356.* Quin imo, licet actor ſciens rem illam poſſideret, non tamen propter hanc ſcientiam de ſpolio

Digitized by Google

alterius contra ipſum excipi poterit, *Hartm. Piſtor. obſ. 135. n. 4. ſeq. Carpz. d. def. 9. n. 4.* Plane & actionem & exceptionem ſpolii etiam contra tertium poſſeſſorem, etiamſi rem bona fide & juſto titulo acceperit, competere, putant *Gail. lib. 2. obſ. 75. n. 10. Mev. p. 4. dec. 69. & p. 8. dec. 383. Hopp. ad verba: licet is ab eo §. 6. J. de interdict.*

14. Quando univerſitas commiſit ſpolium, etiam ſingulis membris, quæ in illud conſenſerunt, exceptio ſpolii opponi poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 257.*

15. Exceptio ſpolii etiam a ſpoliatore eoque tanquam ſpoliato, nomine ſpolii prioris, opponi poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 18. th. 3. not. 10. p. 1017.* & contra actionem ſpolii exceptio ſpolii admittitur, ſi ſcilicet actor in alia cauſa ſpoliavit, *Bœhmer. jur. eccleſ. lib. 2. tit. 13. §. 5.* Propter idem objectum vero, reus, actione ſpolii conventus, exceptionem ſpolii fruſtra opponit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 357.*

16. Exceptio ſpolii etiam magiſtratui opponi poteſt, maxime ſi ſui commodi cauſa ſpoliarit, *Gail. lib. 2. obſ. 26. Berger. lib. 1. R. 206. n. 5. œcon. jur. c. l.* Hinc quoque conductor contra magiſtratum, cum quo contraxit, actione de ſpolio uti poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 228.*

17. Exceptio ſpolii ex cauſa damni, injuria dati, opponi non poteſt, utputa, cum actor dicitur equitando, corrupiſſe fruges: aliud enim eſt ſpolium, aliud damnum injuria datum, *Berger. œcon. jur. d. th. 3. not. 9. p. 1016.*

18. Nec locus eidem exceptioni datur adverſus eum, qui rem retinet injuſto modo, *Berger. c. l. p. 1017.*

Digitized by Google

p. 1017. Et ſpolium non committit, qui pecuniam, cum alia minuta permutandam, accepit ab altero, eoque invito retinuit: ſpolium enim prærequirit, ut poſſeſſio alteri invito ablata ſit; atqui hoc tali caſu haudquaquam contingere, manifeſtum eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 318.*

19. Cum rerum depoſitarum & commodatarum poſſeſſio non transferatur in depoſitarium vel commodatarium, *l. 17. §. 1. depoſ. l. 8. commod.* nec hi exceptionem ſpolii objicere poſſunt: quoniam reſtitutionem deſiderans ante omnia poſſeſſionem docere tenetur, *Rivin. ſpec. except. c. 41. n. 15.* Aliud dicendum, ſi deponens vel commodans actionem depoſiti vel commodati inſtituat; huic enim ſpoliationis exceptio recte obſtat, *Berlich. p. 1. concl. 21. n. 60.*

20. Similis eſt ratio ejus, qui gratuito & precario poſſidebat, item coloni, qui nec ſpolii exceptione uti poſſunt, *Berlich. c. l. n. 57. 58. Rivin. c. l. n. 16.*

21. Ceſſat exceptio ſpolii in cauſis matrimonialibus, v. g. ſi immineret periculum gravis peccati, ut: ſi mulier, comperto vinculo ſanguinis, ſe ſeparavit a marito, & repetat ſuas res, maritus vero exceptionem ſpoliationis opponeret, *c. 13. X. de reſtit. ſpoliat.* vel ſi metuendum, ne ex capitali odio magnaque ſævitia vir mulieri violentiam inferat, *c. 8. X. eod. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 3. c. 7. §. 9.* vel etiam, ſi mulier ad maritum reverti nolit, excipiens, ſe ab eo eſſe ſpoliatam omnibus rebus ſuis, *Berlich. c. l. n. 51.*

22. Neque exceptionem, neque actionem ſpolii competere pignoranti, qui, ad reſtituendum condemnatus, non reſtituit, ſi quidem res a pignorato propria autoritate ſit recepta, tradit *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 18. th. 3. not. 11. p. 1018.*

Digitized by Google

23. Exceptio ſpolii tum non curatur, etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, cum tertius liquido jure intervenit, usque dum huic ſatisfactum ſit, *Berger. c.l. not. 12.*

24. Probatio exceptionis ſpolii ad ſpatium 15. dierum eſt adſtricta, *c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6to. Conſtit. Elect. Sax. 6. p. 1.* quæ jure Canonico intra illud tempus non inchoari modo, ſed & perfici debet, *Reinhard Roſa ad Moller. p. 1. c. 6. n. 8. Berger. El. Proc. Poſſ. §. 31. p. 127.* diſſentit *Schultes. obſ. 28. n. 12. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 350. n. 4.* Jure Saxonico vero ſufficit, intra eum terminum articulos ſaltem cum nominibus teſtium vel copiis inſtrumentorum judici offerri, licet probatio non plena abſolvatur, *O. P. S. tit. 11. §.* **desgleichen.** *Carpz. p. 1. c. 6. d. 2. Berger. c. l. Wernher. d. obſ. 350.*

25. Incipit autem ille terminus non a die propoſitæ exceptionis ſpolii, prout ſentit *Zanger. de except. p. 2. c. 18. n. 2.* ſed ab illo demum die, quo ſententia, in qua reo probatio ſpolii injungitur, vires rei judicatæ conſecuta eſt; aut, ſi litigatores ante decendii exitum ſententiam approbent, ex eo tempore, quo hanc ſuam voluntatem teſtatam fecerint judici, *Carpz. d. c. d. 1.*

26. Ad ordinariam ſpolii probationem non ſufficit, ſi quis offerat rotulos ſuper examine teſtium ſine prævia citatione producti confectos, ſed articuli probatoriales ſunt exhibendi, ſub pœna deſertæ probationis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. cn. 41. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 350. n. 7.*

27. Non tantummodo inſtrumentis, ſed etiam teſtibus probari poteſt exceptio ſpolii, in proceſſu ſcilicet ordinario vel ſummario, *O. P. S. tit. 11. §.* **desgleichen,** *ibique Philipp. conſider. 5. n. 2. 3. Carpz. d. c. d. 3.*

Barth.

Digitized by Google

Barth. hodeg for. c.3. §. 2. lit. o. p. 499. quamvis teſtes admittere nolit *Bæruſ. dec.295.n.7.* Imo etiam juramenti delationi locus eſt, vid. loc. *delatio juramenti. th. 26.*

28. Actor quoque interrogatoriis, ſcilicet ſpecialibus, non autem generalibus, admittitur, & quidem etiam intra 15. dies, ſed a lapſu demum 15. dierum, ad probationem exceptionis ſpolii inchoativam conſtitutorum, computandos: niſi reus in primo ſtatim termino rotulos obtulerit, quo caſu tamen nihilo ſecius liberum eſt actori, utrum eosdem teſtes in reprobatione ipſi permiſſa examinari facere velit, relictis itidem reo ad dandum interrogatoria, contra articulos reprobatoriales, 15. diebus, *Barth. c. l. Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. not. 4. p. 360.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 43.*

29. Reprobatio quoque, ſi qua actor contra exceptionem ſpolii uti velit, intra eundem cum probatione terminum, ſcilicet 15. dierum, ſuſcipienda eſt, *O. P. S. tit. 11.* §. **Würde auch Kläger.** *ibique Rivin. en. 46. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 350. n. 9. confer. vero Barth. hodeg. for. c.3. §. 2. lit. o. p. 501.* ubi, quod fatale 15. dierum, reprobationi præfixum, demum currere incipiat a lapſu 15. dierum, ad probationem exceptionis ſpolii inchoativam conſtitutorum.

30. Qui de ſpolio agit, duo extrema pro fundamento ſuæ intentionis probare neceſſe habet, puta: antiquiorem poſſeſſionem ſuam, & novam conventi ſpoliatoris, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 383. ſeq.* Non tamen neceſſario requiritur, probari poſſeſſionem de tempore ſpolii: cum ſatis ſit docere, quod aliquando ante ſpolium poſſederit, *Menoch. c. l. n. 386. Carpz. p. 1. c. 6. d. 8.* quamvis in ſpolio rerum mobilium aliud dicendum exiſtimet *Menoch. c. l. n. 406.*

Digitized by Google

31. Si in probanda exceptione ſpolii deficit reus, non ſolum condemnatur in expenſas, ſed & ſimul in cauſa principali ſuper eo, quod ſtatus proceſſus exigit, pronunciatur, *Rivin. ad* O. *P. S. tit.* 11. *en.* 47.

32. Is, qui actionem ſpolii intentat, vel exceptionem ejusdem opponit, in eventum ſuccumbentiæ, injuriárum conveniri non poteſt, *Berlich. p.* 1. *concl.* 21. *n.* 93. *ſeq.*

33. Probata quamvis exceptione ſpolii, reus tamen, ut actor ex judicato ipſi ſatisfaciat, petere nequit, *Rivin. c. l. en.* 48.

34. Spolium reſtituere juſſus non dicitur paruiſſe, ſi judicialiter id depoſuerit, *Carpz. lib.* 1. *R.* 3.

SPONSALIA.

1. Verba, quibus ſponſalia ineuntur, certa & indubitata eſſe oportet: vaga & generalia enim non ſufficiunt, veluti: ſe etiam atque etiam ei fidelem futurum, ſe nunquam eam deſerturum, er wolle ihr ewig getreu bleiben, er wolle ſie nimmermehr verlaſſen, cum illa verba accipi poſſint de ope, auxilio, alimentisque, *Huber. prælect. ad ff. tit. de ſponſal.* §. 11. *Berger. œcon. jur. lib.* 1. *tit.* 3. *th.* 6. *p.* 103.

2. Nec intereſt, licet ejusmodi verba paulo ante vel juxta concubitum prolata fuerint. Quia vero tum matrimonii fidem inferre videntur, locus eſſe poteſt jurijurando purgatorio de non data matrimonii fide, *Huber. c. l. Berger. c. l. & Reſolut. Lauterb. tit. de ſponſal. ad verba: utcunque declarato.*

3. Alteri ante alterius acceptationem licet pœnitere, *Berger. œcon. jur. lib* 1. *tit.* 3. *th.* 4. *p.* 93. add. *Huber. c. l.* §. 13. *Stryck. uſ. mod. tit. de ſponſal.* §. 2. modo

do deſuper alter certior redditus fuerit; nam propoſitum, in mente retentum, nihil operatur. Quare ſponſus valide obligabitur, quamvis jurare velit, ſe, antequam ſponſa oblatam ſibi nubendi conditionem acceptarit, animum mutaſſe, *Berger. c. l.*

4. Acceptatio ſponſæ ſic eſt capienda, ut antequam de pœnitentia ſponſi certior reddatur ſponſa, ejus acceptatio pervenerit in notitiam ſponſi. Prius, igitur, quam ſponſæ acceptatio in notitiam ſponſi perlata eſt, ſponſo licet pœnitere, quamvis prædicta acceptatio coram teſtibus, notario aut judice fuerit facta, *Berger. c. l.*

5. Revocatio mentionis, der Ehe-Werbung, nuncio, à ſponſa ad acceptandum miſſo, ob defectum legitimationis, fieri non poteſt, *Berger. c. l. p. 94.*

6. Sponſalia conditionata, pendente conditione, firma non ſunt, nec obligant, eaque deficiente, expirant, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. d. 20.* Pendente tamen conditione alia contrahere ſponſalia de præſenti haud licet, ſed exſpectari debet conditionis eventus, *Carpz. c. l. d. 21.*

7. Subſiſtunt ſponſalia ſub conditione alicujus lucri vel pecuniæ inferendæ, eaque deficiente, rata non ſunt, *Carpz. c. l. def. 22.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 4. p. 94.*

8. Conditiones impoſſibiles, ſponſalibus appoſitæ, pro non adjectis habentur, *Harprecht. ad rubr. J. de nupt. n. 27. Carpz. c. l. def. 23. n. 1. 2.* Verum negotium de ſponſalibus, ſub conditione aut modo impoſſibili contractis, arbitrio judicis relinquendum eſſe, ita quidem, ut judex pro ratione eorum, quæ rem circumſtant, modo pro, modo contra ſponſalia pro-

pronunciare poſſit, cenſent *Hopp. ad pr. J. de nupt. Berger. c. l. not. 3. p. 97.*

9. Conditio turpis ſponſalibus appoſita, ſi contra matrimonii ſubſtantiam ſit, annihilat ſponſalia; ſin minus, pro non adjecta habetur, *c. ult. de X. de condit. appoſ. Harprecht. c. l. n. 26. Carpz. d. def. 23.*

10. Renunciare poteſt conditioni, qui eam adjecit ſponſalibus, invito etiam altero contrahente, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 24.*

11. Sponſalia, ſub conditione contracta, pro pure contractis habentur, ſi copula carnalis fuerit ſubſecuta, *Harprecht. ad rubr. J. de nupt. n. 31. Carpz. c. l. def. 25.*

12. Liberi præſentes & tacentes obligantur ex ſponſalibus a parentibus contractis, *Carpz. c. l. def. 26. n. 1. ſeq.* quibus vero ſtare non tenentur, ſi fuerint abſentes, nec conſenſerint, *Cypræus de ſponſal. c. 7. §. 1. n. 6. Carpz. c. l. n. 8. ſeq.*

13 Non obligant contrahentes ſponſalia, ſi vi metuve ad promiſſionem fuerint coacti, cum jure non ſubſiſtant, *Carpz. c. l. def. 27.* licet juramentum intervenerit, *Carpz. c. l. def. 28.*

14. Sponſalia, vi metuve contracta, ſubſiſtunt, ſi levis fuerit timor, vel convaleſcunt, ſi ex poſt facto à contrahentibus fuerint ratificata, *Carpz. c. l. def. 29.*

15. Non cogendi ſunt liberi a parentibus ad connubia eorum, à quibus abhorrent; nec jure ſubſiſtunt ſponſalia ejusmodi ab invitis contracta, *Harpr. ad pr. J. de nupt. n. 142. Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 30.*

16. Sponſalia a ſumme ebrio contracta rata & valida non ſunt: ebrius tamen poenam incurrit arbitrariam, ob inſignem levitatem, vel ſaltem propter ipſam

Digitized by Google

ipſam ebrietatem, quæ mulctam meretur, *Carpz. c. l. def. 31.*

17. Jure Romano nec teſtes, nec alia ſolennia requiruntur ad ſponſalia, *l. 4. pr. l. 7. pr. de ſponſal.* in quo nec jus canonicum a jure Romano recedit, *c. 1. X. de deſponſat. clandeſt. Stryck. uſ. mod. tit. de ſponſal. § 6.* Aſt moribus, præſertim Saxonicis, ad validitatem ſponſaliorum, teſtes requiruntur, quæ publica hoc intuitu dicuntur, & clandeſtinis opponuntur, quæ remotis arbitris ineuntur, *Lauterb. colleg. tit. de ſponſal. §. 11. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 12. Stryck. c. l. Berger œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 4. p. 95.*

18. Sponſalia clandeſtina ſunt ipſo jure nulla, adeo ut, ſi vel maxime pars refractaria illa negare non poſſit, exceptionem clandeſtinitatis tamen opponat, nihilominus illa pro nullis ſint declaranda, *Heig. p. 1. qu. 22. n. 33. Carpz. c. l. def. 33. Stryck. c. l. Berger. c. l.*

19. Duo ad minimum requiruntur teſtes ad hoc, ut publica ſint ſponſalia: quæ coram unico ſaltem teſte contracta pro clandeſtinis habentur, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 34* add. *Stryck c. l. §. 6. 7.* Illud vero ad validitatem ſponſaliorum haud requiritur, ut teſtes ſint rogati, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 345.*

20. Ex ſola contrahentium confeſſione non convaleſcunt ſponſalia clandeſtina, priusquam in præſentia teſtium vel conſiſtorio, fuerint denuo celebrata, *Carpz. c. l. def. 35.*

21. Verum, ubi ordinationes eccleſiaſticæ ſpeciatim teſtium præſentiam non requirunt, ſtandum eſſe jure communi, quod ad validitatem ſponſaliorum teſtes non ſint neceſſarii; adeoque, ſi de ſponſalibus ejusmodi, quæ absque teſtium præſentia a perſonis ſui

juris

juris contracta ſunt, ex confeſſione partium, vel literis conſtet, eadem omnino ligare atque effectus ſuos habere cum *Sanchez. de matrim. lib. 1. d. 12. Brunnem. de jur. eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 12. Heig. p. 1. qu. 22. n. 28.* tradit *Stryck. in uſ. mod. tit. de ſponſal. §. 9.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 4. p. 95.* ubi, quod ſponſalia, quæ ſine teſtibus inita erant, pro validis declarata fuerint, relicta actrici delatione jurisjurandi.

22. Et cum jure civili ac canonico ad ſponſalia teſtes conſtitutionis ergo non requirantur, modo eadem aliunde probari queant: igitur jus ſtatutarium, quod ad ſubſtantiam ſponſaliorum duos requirit teſtes, exorbitans eſſe, atque adeo ſtricte de ſolis perſonis, quæ parentibus deſtituuntur, capiendum eſſe, exiſtimat *Berger. in Reſolut. Lauterb. tit. de ſponſal. ad verba: deinde etiam parentum.* qui inde in *œcon. jur. c. l.* porro infert, minus recte a Dd. vulgo, veluti a *Carpz. in jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 38.* & noviſſime *Hoppio ad pr. J. de nupt.* ad ſponſalia publica, præter conſenſum parentum, requiri teſtes.

23. Ex quo conſequitur, ſponſalia liberorum hodieque ſine teſtibus valere, modo parentum conſenſus acceſſerit, *Berger. cc. ll.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 11. n. 2.* idque procedit 1) licet alter contrahentium tantum parentes habeat, aut unum ſaltem, *Berger. cc. ll. & lib. 2. R. 127.* 2) quamvis parentes in ipſis ſponſalibus præſentes non fuerint: neque enim parentes, ut teſtes, requiruntur, ſed ſaltem opus eſt eorundem conſenſu, *Berger. œcon. jur. c. l.*

24. Porro ex eo, quod jus ſtatutarium ſtricte ſit intelligendum, evincitur, idem illud de ſponſalibus, inter præſentes initis, capiendum eſſe; ideoque, cum inter abſentes per epiſtolam ſponſalia contrahuntur, non

Digitized by Google

non opus eſſe teſtium ſubſcriptione, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de ſponſal. ad verba. deinde etiam parentum. Chriſtoph. Henric. Berger. dec. 36. & 37.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 11.* ubi: in Saxonia Electorali valida ſunt ſponſalia, literis contracta, requiritur vero, ut tuo teſtes illis ſubſcripſerint.

25. Clandeſtina quoque ſunt ſponſalia ſine parentum conſenſu contracta, *Carpz. c. l. def. 38.* qui adeo neceſſarius eſt, ut, eo deficiente, ſponſalia pro nullis ac invalidis declarari debeant, *Carpz. c. l. def. 40.* licet juramento ſint confirmata, *Carpz. c. l. def. 58.* Nec in eo eſt diſcrimen, liberi prima, an ſecunda contrahant ſponſalia, *Sande lib. 2. tit. 1. def. 3.* add. *Carpz. c. l. def. 49.* Non autem neceſſarius eſt conſenſus tutorum, *l. 6. de ſponſal.* & curatorum, *l. 8. C. de nupt. Carpz. c. l. def. 46. & 47. Berger. œcon. jur. lib. 3. th. 6. p. 105.* niſi ſtatuto aliud ſit introductum, *Berger. c. l. not. 8. p. 108.*

26. Non ſolum patris ſed quoque matris conſenſus ad ſponſalia liberorum requiritur, *Carpz. c. l. def 44.* non quidem copulative & conjunctive, ſed ſubordinate & ſalva ſexus prærogativa; igitur tum demum, cum deficiat pater. Alioqui patris intentio prævalet, ita, ut ſufficiat prtris conſenſus, quamvis diſſenſerit mater, etiam ex probabili cauſa, præſertim ſicubi acceſſerit imprægnatio, ut partui innocenti conſulatur, *Berger. c. l. not. 3. p. 106.*

27. Unde cum filia, eaque imprægnata, cum patre diceretur ſemel conſenſiſſe in matrimonium, matris diſſenſus deinceps, filiæque pariter ac patris revocatio efficere non potuerunt, ut adverſus ſponſalia a Fac. Wittemb. pronunciaretur, teſte *Bergero c. l.* Nam conſenſus parentum, ad nuptias liberorum ſemel

datus

Digitized by Google

datus, ab iis revocari haud poteſt, *Carpz. juriſprud. eccleſ. lib. 2. def. 59.*

28. Quid, ſi pater diſſenſerit, mater autem tacuerit, vivente patre? an, patre deinceps defuncto, matris taciturnitas erit loco conſenſus? negatur, quia matris nulla habetur ratio, quoad vivat pater. Itaque mater, quamvis vivo patre ſiluerit, poſt ejus obitum diſſentiendo matrimonium liberorum impedire poteſt, modo non tacuerit deinceps: nam cum poſtea diſſentire poſſit, ejus taciturnitas omnino loco conſenſus erit, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. not. 3. p. 106.*

29. Secus fuerit, cum pater conſenſerit, tacente matre: tum enim ſponſalia, conſentiente patre ſemel contracta, valida ſunt, quamvis deinceps, mortuo patre, diſſenſerit mater, *Berger. c. l.*

30. Sponſalia, a filio, filiave, ſub conditione conſenſus parentum inita, non valent, ita ut, pendente conditione, liberis liceat pœnitere, neque ejusmodi ſponſalia, antequam ea exiſtat conditio, & liberi tum in ea voluntate perſiſtant, ſuſtineantur, *Berger. c. l. not. 4. p. 107.*

31. Sponſalia, propter patris conſenſum deficientem nulla, haud convaleſcunt, ſi is ex poſtfacto, ubi filia jam ab illis receſſerit, conſentiat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 461.*

32. Sponſalia, ſine conſenſu parentum contracta, per ſubſequentem eorum ratihabitionem non niſi ex tempore ratihabitionis convaleſcunt, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 41.* Verum nihil intereſt conſenſus parentum ante ſponſalia fiat, an in ipſo deſponſationis actu interponatur; imo deinceps etiam ſubſecutus, juris fictione, ad tempus contractorum

ſpon-

Digitized by Google

ſponſaliorum retrotrahitur, vid. *Huber. prælect. ad J. tit. de nupt.* §. *10. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. not. 5. p. 107.*

33. Sufficit conſenſus parentum tacitus, qui ſola eorum ſcientia ac patientia ſuſtinetur, *l. 5. C. de nupt.* Sed patientia intelligenda, eſt ſuper ipſa matrimonii promiſſione: quodſi vero parentes ſciant & patiantur, filium converſari cum puella, illud non ſufficit ad inferendum conſenſum tacitum, quanquam indicium facit ad effectum jurisjurandi purgatorii, hac formula præſtandi: daß ſie, die Eltern, in das Ehe-Gelöbniß ihres Sohnes niemahls gewilligt, *Berger. c. l. add. Carpz. c. l. def. 42.*

34. Haud cogi poſſunt parentes, ut in nuptias liberorum conſentiant, ſi juſtam diſſenſus ſui cauſam allegent, cujus disquiſitio conſiſtoriis committenda, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 52. & 62.* Non autem in disquiſitione cauſarum paterni diſſenſus admodum rigide agendum, ſed autoritatis paternæ ratio inprimis habenda eſt, *Heig. p. 1. qu. 22. Carpz. p. 4. c. 20. d. 14. n. 8. & lib. 5. R. 110. n. 14.*

35. Solus contemtus paterni conſenſus in ſponſalibus a liberis jam contractis ſufficientem parentibus diſſentiendi cauſam præbet, *Carpz. c. l. def. 57. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. not. 6. p. 107.* confer. vero Brunnem. *de jur. eccleſ. lib. 2. c. 16.* §. *5.* add. *Berger. lib. 2. R. 82. n. 3.*

36. Illud autem pro parentibus nihil facit, quod filia, ex domo parentum ob metum violentiæ profugiens, ſe receperit ad ſponſum, ab eodemque in locum tutum deducta atque ſuſtentata ſit, *Berger. d. R. 82. n. 4.*

37. Paupertas ſponſi ſponſæve juſtam a nuptiis

Digitized by Google

liberorum diſſentiendi cauſam non præbet parentibus, *Carpz. c. l. def. 55.* Nec juſtam diſſentiendi cauſam fovent nobiles parentes ex eo, quod filius uxorem plebejam ducere velit, *Carpz. c. l. def. 56.*

38. Quodſi parentes, tempeſtive a liberis implorati, conſentire renuant ſine juſta cauſa, liberi conſiſtorium eccleſiaſticum adire, ab eodemque ſupplementum conſenſus parentum petere poſſunt, *Berger. c. l. Carpz. c. l. def. 53.*

39. Eo caſu, quo filius ipſe a ſponſalibus recedit, parentes nullam ſui diſſenſus cauſam allegare tenentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 269.*

40. Diſſolutis ob defectum conſenſus paterni ſponſalibus liberorum clandeſtinis, ipſi præterea pœna carceris arbitraria coercentur, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 50.*

41. Sponſalia liberorum invitis & inſciis parentibus contracta, etiamſi copula carnalis acceſſerit, pro nullis & irritis ſunt habenda, *Bachov. ad Weſenbec. tit. de rit. nupt. n. 8. Ludwell. ad J. diſp. 2. th. 5. lit. d. Sand. lib. 2. tit. 4. def. 4. Richter. dec. 8. n. 92. & dec. 93. n. 6. Cothmann. vol. 1. conſil. 1. n. 206. ſeq. Beyer. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 60.*

42. Sponſalia clandeſtina vero per concubitum ita convalidari, ut contrahentes per benedictionem ſacerdotalem conſummare ea teneantur, volunt *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 36. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 421.* quamvis concubitus, citra affectum matrimonialem, interveniſſe conſtet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 40. n. 84.* imo licet ſponſalia, inſciis ſive invitis & reluctantibus parentibus, ſint contracta, *Heig. ad pr. J. de nupt. n. 28. Carpz. c. l. def. 60. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 421. Horn. cl. 3. R. 10.* & vi-

viator

tiator adhuc ſit in patria poteſtate, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 421.*

43. De quo in Saxonia Electorali eo minus dubitandum eſt: modo filius non amplius ſit in patria poteſtate, vel ad annos diſcretionis pervenerit, zu ſeinen Verſtändigen Jahren gekommen, femina vero ſit honeſta, nec parentes feminam aut ejus parentes & cognatos monuerint, ſuſpectam filii converſationem cum illa ſibi diſplicere, nec ſe unquam in matrimonium conſentire velle, propter *peculiare reſcriptum de an. 1648.* quod exhibet *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. in addit. ad tit. 8. §. 1. p. 1861. ſeq.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 421. n. 4.*

44. Interim tamen liberi, novi conjuges, ex provinciis Electoratus Saxonici migrare, & domicilium alibi conſtituere jubentur; quin & carcere puniri & a parentibus totaliter exheredari poſſunt, *Ord. Eccleſ. Sax. tit.* Von Ehe-Sachen. §. Von Ehe-Gelöbniſſen. *vers.* Würden auch. *& ord. matrim. de an. 1624. punct. 1. vers.* Würden auch. *Carpz. juriſpr. eccles. lib. 2. def. 61.*

45. Aſt vitiata non cogitur ſtupratori nubere, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 22. & in ſupplem. nov. ad eand obſ. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 4. p. 95. ſeq.* Imo vitiatæ parentes, ob juſtas cauſas, vitiatori filiam denegare in matrimonium poſſunt, *Struv. juriſpr. Rom. Germ. lib. 1. tit. 6.* §. 4. add. *Sande lib. 2. tit. 1. def. 4.*

46. Quodſi tamen partus ex ſtupro extet, atque adeo ejusdem etiam concurrat favor, ſecus dicendum erit: neque enim ſtuprata, uti ſuo, ita etjam partus favori renunciare poteſt, quippe cujus intereſt matrimonium ſubſequi, ut inde legitimetur,

Digitized by Google

niſi ſtuprum violentum proponatur, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 96.*

47. Spem ſaltem factam & tractatus de contrahendis ſponſalibus, ſubſecuta copula carnali, ad conſummationem matrimonii obligare, docet *Carpz. in jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 37.*

48. Valida ſunt ſponſalia, ab uxore, poſt commiſſum a marito adulterium, inita, etſi copula carnalis ante ſententiam declaratoriam acceſſerit: concubitus vero ante ſententiam declaratoriam cum alio exercitus gravius, quam ſimplex ſtuprum, punitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 451.*

49. Binis publice contractis ſponſalibus, priora præferuntur poſterioribus, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 63.* etiamſi his acceſſerit concubitus, *c. 31. X. de ſponſal. Carpz. c. l. def. 65. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 7. not. 1. p. 111.* ſi nempe prior ſponſa ſponſo condonare velit, *Beyer. in addit. ad Carpz. d. l.* Pars nocens vero innocenti expenſas reſtituere tenetur, & arrham perdit, *Carpz. c. l. def. 64.*

50. Præferuntur tamen prioribus ſponſalibus poſteriora, ſi per nuptias & benedictionem ſacerdotalem fuerint conſummata, *Carpz. c. l. def. 66.* diſſentiunt *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 16. §. 8. & de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 4. c. 2. §. 5. ſeq. Berger. œcon. jur. c. l. p. 112.* confer. *Beyer. in addit. ad Carpz. d. l.*

51. Sponſalia publica, licet poſteriora, præferuntur anterioribus clandeſtinis, *Carpz. c. l. def. 67. & 68.* niſi his acceſſerit concubitus, *Carpz. c. l. def. 69.*

52. Sponſalia pure contracta, licet ſint poſteriora, præferuntur ſponſalibus conditionatis anterioribus, *Carpz. c. l. def. 70.* diſſentiunt *Stryck. de diſſenſ. ſpon-*

Digitized by Google

ſponſalit. ſect. 1. §. 35. & ſect. 4. §. 2. Berger. in œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 4. p. 94.

53. Conjugium promiſſum conſummare nolentes incarceratione vel mulcta pecuniaria ad hoc ſunt adigendi, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 132. Mev. p. 6. dec. 61. & 358.* Si ſcilicet nulla rationabilis cauſa pœnitendi adſit, juxta *Stryck. c. l. ſect. 2. §. 49.* imo & inviti aliquando per eccleſiæ miniſtros copulantur, maxime ſi ſponſa jam ſit deflorata, *Carpz. c. l. def. 135.* add. *Stryck. c. l. ſect. 2. §. 49.*

54. Attamen propter inimicitiam irreconciliabilem ſponſalia quandoque arbitrio judicis reſcindi queunt, licet concubitus acceſſerit, & res judicata de matrimonio conſummando adſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 10. & 41.*

55. Quandoque relegatione puniuntur, conjugium conſummare nolentes; quod medium compellendi tum potiſſimum obtinet, ſi pars altera conſummationem non adeo vehementer, urgeat, *Carpz. c. l. def. 134.* add. *Stryck. de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 2. §. 7. & §. 49.*

56. Sponſa pro conſequendis alimentis una cum fœtu in bona ſponſi, conſummationem conjugii detrectantis, immitti poteſt, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 136.*

57. Si rationabilis cauſa diſcedendi a ſponſalibus adfuerit, & admonitiones placandis deſponſatis non ſufficiant, abſtinendum judici a compulſione per carcerem, *Stryck. c. l. §. 49.*

58. Reſcinduntur, quandoque ſponſalia publica: ſed ſaltem ex cauſa, quam conſiſtoria juſtam ac ſufficientem judicaverint & declaraverint, *Carpz. c. l. def. 175.*

 59. Diſ-

Digitized by Google

59. Diſſolvi autem poſſunt ſponſalia 1) ob inimicitiam irreconciliabilem, *Carpz. c. l. def. 176. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 7. p. 110.* etſi jam de matrimonio conſummando res judicata adſit, *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 41.* Requiritur vero, ut ex juſta & probabili cauſa orta ſit inimicitia, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 25. n. 2.* 2) ob crimen atrox, v. c. homicidium, furtum, idemque grave, *Carpz. c. l. def. 177. 178. 179. Berger. c. l. p. 111.* 3) ob epilepſiam, paralyſin, aliumve morbum contagioſum ſupervenientem, *Carpz. c. l. def. 180. Berger. c. l.* nec non ob vitium corporis; mutilationem & clauditatem membri ſupervenientem, *Carpz. lib. 2. R. 181.* itemque furorem vehementem, *Carpz. c. l. def. 181. & 183.* 4) ob concubitum ſponſæ aut ſponſi, ante vel poſt ſponſalia, cum alia perſona, *Carpz. c. l. def. 184. ſeq Berger. c. l.* Sed ſponſi concubitum ante ſponſalia eadem diſſolvere, negant *Finkelth. obſ. obſ. 30. n. 85. Svendend. ad Eckolt. tit. de ſponſal. §. 7.*

60. Juſta cauſa a ſponſalibus recedendi eſt, ſi ſponſus facultatem, quam præ ſe tulit, alendi familiam non habeat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 224.*

61. Juſta diſſolvendi ſponſalia cauſa non eſt attentata anticipatio concubitus, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 25.* nec exceſſus circa genitalia, qui neque generationi liberorum, nequæ copulæ carnali impedimento eſt, *Wernher. c. l. n. 7.*

62. Error circa accidentalia, v. g. divitias, validitati ſponſaliorum non obeſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 66. n. 1.* Aſt quando conſenſus unius partis dolo alterius, etiam circa accidentalia elicitus eſt, ſponſalia invalida declarari poſſunt, *Wernher. d. obſ. 66.*

Digitized by Google

66. *Stryck. de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 2. §. 9. n. 12. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. p. 104.*

63. Sponſalia publica mutuo contrahentium diſſenſu diſſolvi haud poſſunt, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 173. ibique Beyer.* imo poſſunt, *Stryck. de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 3. §. 23.* modo judicialis interponatur autoritas, *Berger. c. l. th. 7. p. 110. & elect. proc. matrim. th. 42.*

64. Mota ſuper ſponſalibus lite, interdici parti refractariæ ſub pœna pecuniaria ſolet, ne interea alia contrahat ſponſalia: cujusmodi inhibitio capienda eſt cum effectu ſuccumbentiæ, ſiquidem pars inhibita, quam vocant, ſuccubuerit deinceps. Unde reus, qui, pendente lite, alia celebravit & conſummavit ſponſalia, non incidit in pœnam, ſi obtineat, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 2. p. 113.*

65. Ad loc. *arrha ſponſalitia.*

SPONSA. SPONSUS.

1. Sponſo defuncto poſt copulam ſacerdotalem ante ingreſſum thalami, ſponſa habitu virginali incedere non prohibetur, *Moller. lib. 3. ſemeſtr. 23. n. 5. Carpz. p. 3. c. 19. d. 11.*

2. Sponſa in præjudicium ſponſi, ceu futuri mariti, bona ſua mobilia per actus inter vivos diſtrahere poteſt, *Carpz. lib. 6. R. 62. n. 5. ſeq.* per teſtamentum autem futuro marito in mobilibus præjudicare non poteſt, ſed ejusmodi teſtamentum, matrimonio per benedictionem ſacerdotalem & conſcenſionem thalami conſummato, quoad mobilia irritum fit, *Carpz. d. R. n. 15. ſeq.*

3. Add. loc. *donatio inter virum & uxorem. th. 6.*

Digitized by Google

SPONSIONES.

1. Validæ ſunt ſponſiones de rebus honeſtis, & contrahentes obligant, *l. 3. de aleat. Beſold. in theſaur. pract. verb.* **Wetten.** *Finckelth. obſ. 33. Carpz. p. 2. c. 19. d. 18.* confer. vero *Stryck. uſ. mod. tit. de aleat. §. 21.* & poſſunt fieri nudo pacto & inæqualiter, *Horn. cl. 11. R. 12. p. 613. b. Berger. æcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 6. not. 3. p. 611.*

2. Ad ſponſiones nunquam devenitur, niſi de re & cauſa aliqua utrinque dubia & contingente diſceptetur, *l. 1. §. 5. de pact. Carpz. c. l. n. 7.* Quod ſi tamen unus ſcientiam rei certam habuit, eamque profeſſus eſt, alter autem nihilominus ſpondendo ſe obſtrinxit, ſponſio valida eſt, *Horn. c. l. Berger. c. l.*

3. Sponſionibus contraria ſunt 1) dolus 2) captatio in verbis, 3) vis, 4) metus, 5) cauſa inhoneſta, 6) error, 7) dubia promiſſo, *Beſold. c. l.*

STATUTA.

1. Statuta civitatis ligant etiam judicem, non civem, ſed ſuperioris locum tenentum, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 17.* Cui conſequens eſt, ejus ſucceſſionem in mobilibus ſecundum ſtatuta civitatis faciendam eſſe, *Carpz. c. l. n. 9.*

2. Statutis loci poſſeſſor domus privilegiatæ non eſt obſtrictus; unde nec ejus hereditas juxta ſtatuta ejusmodi dividenda eſt, *Carpz. d. c. d. 19.* niſi ſimul ſit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat, *Carpz. d. c. d. 20.* Statuta enim ad incolas quoque pertinent, tam quoad incommoda, quam commoda, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 17.*

3. In ſtatutis & transactionibus, ſub nomine urbis & civitatis, comprehenduntur etiam ſuburbia, *Carpz. dec. 2.*

4. Obli-

Digitized by Google

4. Obligatoria ſunt ſtatuta, etſi non probetur horum uſus & obſervantia, *Carpz. dec. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 40.* Si tamen ex ſtatuto agitur, ejus exiſtentia ante omnia eſt probanda, *Mev. p. 3. dec. 313. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 419.*

5. Statutum in uſu non eſſe dicens probare tenetur, & quidem non ſolum non uſum, ſed etiam contrarium uſum, *Mev. p. dec. 60.*

6. Verba ſtatuti ſtricte & proprie atque ita accipienda ſunt, ut, quoad fieri poſſit, a juris communis regulis non recedatur, *c. cum dilectus. X. de conſuet. c. cauſam, quæ. X. de ſtatut. Hartm. Piſtor. qu. 16, n. 25. Mev. p. 3. dec. 38. n. 17. & p. 7. dec. 253. n. 3. ſeq.* ideoque, verbis ſtatuti ceſſantibus, etiam ipſa ſtatuta ceſſare neceſſe eſt, & ubi ſtatutum expreſſe non providet, tum ſtandum diſpoſitione juris communis, *Hartm. Piſtor. d. qu. 25. n. 11. Mev. p. 1. dec. 133. n. 8.*

7. Ex loco vicino, qui ſimilia jure exercet, interpretatio ſtatutorum proxime ſumitur, *l. de quibus. de legib. Rauchb. p. 1. qu. 32. n. 15. Mev. p. 2. dec. 251. n. 11.*

8. Ejus, quod in uno alterove ſtatutorum capite de certo hominum genere cautum eſt, perſonæ diverſi generis capaces non ſunt, etſi per ſubſcriptionem ſtatutorum participes reddantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 185.*

9. Derogant ſtatuta juri communi, eaque ſemper ita accipi debent, ut aliquid operentur, *Schultz. in addit. ad Modeſt. Piſtor. p. 1. qu. 18. n. 15.*

10. Statutum rite conditum attendi debet, etſi cauſa ejus impulſiva applicari nequeat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 137.*

Digitized by Google

11. Valent ſtatuta, quantumvis naturalem libertatem reſtringant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 146.*

12. Statutum, quod contra jus commune eſt, non aliter valet, quam ſi à principe fuerit confirmatum, *l. ult. & tot. tit. de colleg. Carpz. lib. 1. R. 48. Berger. dec. 10. VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 224.*

13. Statuta vero, quæ caſum, jure communi non deciſum, definiunt, tanquam pacta & conventiones, ſine confirmatione ſuperioris valent, modo acceſſerit omnium conſenſus, vel vere, ſigillatimque, vel repræſentative per tribunos plebis, durch die Viertels-Meiſter, eosque ſufficienter inſtructos, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 18. p. 12.*

14. Quando ſtatuta civitatum municipalium adminiſtrationem bonorum civitatis concernunt, confirmatione non egent, *Wernher. d. obſ. 224. n. 1.*

15. Ad ſtatuta municipalia requiritur 1) omnium de communitate convocatio, 2) præſentia duarum partium, 3) concluſum per majora, & 4) principis confirmatio, ſiquidem juri communi contraria ſint, *l. 2. 3. de decret. ab ord. fac. l. 45. C. de decur. Berger. c. l. not. 1. & lib. 2. R. 213.*

16. Si ex prioribus quædam requiſita deſint, ſtatuta quidem eos, qui conſenſum in illa præſtiterunt, obligare queunt, non vero abſentes, nec convocatos, licet fortaſſe ſuperioris confirmatio acceſſerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 145. n. 2.*

17. Statuta, juri communi contraria, ob defectum confirmationis, non convalidantur per ſubſequentia principis reſcripta, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 18. not. 4 p. 13.*

18. Statuta, a decurionibus civitatum municipalium condita, abſque principis confirmatione, inter

ipſos

Digitized by Google

ipſos valent, ſi modo legibus publicis non adverſentur, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 144.*

19. Statutum, a Senatu municipali conditum, membra illius, haud convocata, nequaquam obligat, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 145.*

STATUTA OPIFICUM.

Vid. loc. *Opifex.*

Stempel-Papier.

Vid. loc. *Charta ſignata.*

STIPENDIUM.

1. In materia ſtipendiorum voce: Freunde, non ſolum complectuntur conſanguinei, ſed etiam affines, iique non tantum proprie, & in ſenſu juridico, ſed & populari tales; idque ſpectata fundatoris intentione: ſalva tamen graduum differentia. Primum enim vocantur conſanguinei, ſecundum proximitatem gradus; his deficientibus, affines, iidemque proprie tales, & demum in ſubſidium affines populariter dicti, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 12. p. 460.*

2. Idque indiſtincte valet, ſive ſtipendium ſolum, allein, ſive inprimis, zuförderſt vor die Freunde, fuerit conſtitutum, ita ut poſteriore caſu affines populariter dictos alii cuicunque extraneo, priori autem etiam fiſco oporteat anteferri, *Berger. c. l. p. 461.*

3. In legato ſtipendii, filiis civium relicto, hac addita conditione, ut inprimis, inſonderheit, cognati teſtatoris iis præferantur, extranei cognati filiis civium poſtponuntur, *Berger. dec. 99.*

4. Accidit ſæpe, ut teſtator per modum ſtipendii relinquat legatum amicis ſuis pauperibus, ubi quæritur, quisnam pauper dicatur? Reſp. pauperem dici eum, qui bona propria mobilia vel immobilia non poſſidet,

Digitized by Google

ſidet, ſed operis manualibus ſe ſuſtentare neceſſe habet, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 21.*

5. Si ſtipendium pro cognatis, vor Freunde, conditum, teſtatoris, non heredis cognati intelliguntur, *Horn. cl. 1. R. 16. n. 2.*

6. Si ſtipendium ad ſtudia legetur, ſemper præferendi ſunt, qui ſunt de familia teſtatoris, *Klock. vol. 1. conſil 37. n. 22. ſeq. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 12. §. 13.*

7. Stipendiis vel eleemoſynis ſine determinatione perſonarum relictis, præferuntur iſti, qui de loco defuncti domicilii ſunt, *Horn. cl. 2. R. 26. n. 1.*

8. Si in alio territorio moretur quis, in alio tamen domicilium habeat, vel originis, vel acquiſitum, & relinquat ſtipendium vor Landes-Kinder, in dubio ſubintelliguntur homines illius territorii, in quo domicilium habuit, *Horn. d. R. 26.*

9. Quo quisque cognatione proximior fundatori, eo prior eſt ad ſtipendium, etiamſi altero ſit ætate academica poſterior, *Horn. cl. 1. R. 16. n. 5.*

10. Verum non ſemper præferri eum, qui gradu proximior, ſed videndum præcipue eſſe ad aptitudinem competentium, & præferendum egenum diviti, tradit *Stryck. in uſ. mod. tit. de legat. §. 28.* add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 3. conſil. 51. p. 1464.*

11. Ad ſtipendii fruitionem non admittitur quispiam ex familia ſurrogata, quousque ſpes eſt, aliquem ex potiori ſuccreſcere, *Lyncker. dec. 6.*

12. Qui ſemel rite & jure percipere ſtipendium cœpit, retinet illud per totum tempus, in fundatione expreſſum, *Horn. d. R. 16. n. 7.* add. *reſponſum*, quod habet *Stryck. c. l.*

13. Quodſi quis, a proximiore impeditus, ſtipen-

Digitized by Google

pendium, durante academicorum ſtudiorum curſu, conſequi non potuit, eo abſoluto id petere poteſt, *Horn. d. R. 16. n. 6.* confer. vero *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 3. conſil. 51. p. 1464.*

14. Stipendium, pro cognatis ſtudioſis conditum, peti etiam poteſt, abſolutis academicis ſtudiis, ab iis, qui, cum in academia viverent, de ſtipendio nihil ſciverunt, modo præſcriptio longiſſimi temporis unius vel alterius anni nondum completa ſit, *Horn. d. R. 16. n. 1.*

15. Stipendium, male locatum a ſtudioſo, condici non poteſt, niſi in fundatione id expreſſe conſtitutum ſit, *Horn. d. R. 16. n. 4.*

16. Stipendium annuum, ſtudioſis ex certo loco vel familia relictum, & ab adminiſtratoribus per aliquot annos nemini collatum, ſi deinde ab aliquo per proceſſum impetretur, hic non poteſt penſiones annorum præteritorum exigere, ſed illæ, redditis ab adminiſtratoribus rationibus, in novam ſortem eriguntur, *Berger. lib. 2. R. 174.*

17. Stipendium annuum, ſtudioſis ex certa civitate oriundis legatum, & per aliquod tempus exſolutum, ſi deinceps intermittatur ſolutio, recte ab uno illorum ſtudioſorum petitur in proceſſu poſſeſſorio ordinario, ita, ut exceptiones erroris, aliæque, quæ in altiori conſiſtunt indagine, in petitorium rejiciantur, *Berger. lib. 2. R. 142.*

18. Stipendio per triennium ex teſtamento imperfecto ſoluto, idem impoſterum ſolvendum eſt, *arg. l. 1. C. de fideicomm. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 26. not. 4. p. 404.*

19. Quæritur: utrum ad legitimationem ratione cauſæ, in puncto ſtipendii, denen Freunden legati, ſuffi-

ſufficiat, ſi fundatrix in teſtamento perſonam, ex qua deſcendit actor, idemque ſtipendii petitor, vocarit ihre Muhme? Reſp. Facultas Francofurtenſis in affirmantem ſententiam, Scabini Lipſienſes vero in ſententiam negantem reſponderunt, denique Facultas Wittembergenſis, ſententia tantiſper temperata, jusjurandum ſuppletorium actori decernendum eſſe putavit, teſte *Bergero in p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 12. p. 470.*

20. Augmentum ſtipendii reſpiciens aſſumtionem gradus doctoralis ex mente teſtatoris Licentiato conferri poteſt, qui protinus Doctor fieri impeditur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. cent. 2. conſil. 41. p. 1180.*

21. Ei, cui adminiſtratio ſtipendii, duobus ſtudioſis Theologiæ ex duabus, iisque diverſis familiis relicti, conceſſa eſt a teſtatore, v. c. unius familiæ ſeniori, magiſtratus conſtitutio præjudicare nequit, ſi quidem alium deſignarit, ſed huic ille recte præfertur, *Berger. c. l. conſil. 42.*

22. Legatum ad ſtipendia a familia, in cujus favorem primario conſtitutum eſt, non poteſt mutari, vel penitus tolli, *Stryck. uſ. mod. tit. de legat. §. 28.*

STUPRUM. STUPRATOR. STUPRATA.

1. Poena ſtupri ſimplicis jure Romano eſt in honeſtioribus publicatio partis dimidiæ bonorum, in humilibus corporis coercitio cum relegatione, *§. 4. J. de public. judic. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 18.* quam pœnam in terris imperii adhuc ſemper locum habere, ubi ſtuprum ex ſtatuto certam pœnam non habet, exiſtimat *Habn. ad VVeſenbec. tit. ad L. Jul. de adulter. n. 21.*

2. Sed moribus pœna ſtupri eſt arbitraria, raro

cele-

relegationis, frequenter autem carceris ad octo vel quatuordecim dies, vel pecuniaria, *Brunnem. proc. inquiſ. c. 9. n. 50. Stryck. c. l.* In foro Saxonico pœna ſtupri ſimplicis, ſine diſcrimine ſexus, eſt carceris, *Conſtit. Elect. Sax. 27. p. 4. ibique Carpz. d. 6. & 9.* quæ ultra 14. dies extendi non ſolet, *Carpz. pract. crimin. qu. 69. n. 15.* nec in pœnam pecuniariam commutari poteſt, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 3. def. 75.*

3. Exaſperatur autem pœna ſtupri, & fuſtigatio locum habet, 1) ſi cuſtos captivam, *Conſtit. Elect. Sax. 25. p. 4. ibique Carpz. d. 1. & pract. crimin. c. l. n. 23.* 2) ſi quis mulierem mente captam, *Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 4. ibique Carpz. d. 1. & pract. crimin. c. l. n. 33.* 3) ſi quis Turcam aut Judæam, *Carpz. pract. crimin. c. l. n. 43. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 417. n. 1. ſeq.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 8. p. 826.* 4) ſi ruſticus vel alius vilis conditionis homo puellam nobilem ſtupraverit, *Carpz. pract. crimin. qu. 69. n. 44.*

4. Huc etiam referendum eſt ſtuprum, ſub prætextu ſponſaliorum, contra expreſſam inhibitionem commiſſum, *Carpz. pract. crimin. c. l. n. 44.*

5. Abſque fuſtigatione releganda eſt mulier incarcerata, quæ commentarienſi, ſeu cuſtodi carceris copiam ſui fecit, *Carpz. p. 4. c. 25. d. 2.*

6. Fuſtigatione coercendum eſt ſtuprum, cum puella impubere commiſſum, ſi ſcilicet infantiæ annos exceſſerit, atque conſenſerit, *Carpz. pract. crimin. c. l. n. 37. Berger. juriſpr. crimin. p. 141.*

7. Pœna ſtupri ad relegationem usque extendi poteſt, ſi quis duas vel plures ſtupraverit, quas omnes ducere non licet; aut, ſi quis, uno compoſito ſtupro, rurſus aliud atque aliud cum diverſis commiſerit puel-

lis,

Digitized by Google

lis, aut ſi tutor pupillam, aut ſervus dominam, ſtupraverit, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 74.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 5. p. 824.*

8. Mitigatur pœna ſtupri, ſi vel perſonæ deſponſatæ ante benedictionem ſacerdotalem ſeſe commiſcuerint, vel perſonæ, quæ concubuerunt, deinceps matrimonio jungantur, *Carpz. pract. crimin. qu. 69. n. 46. ſeq.* quanquam carcer quatuor, quinque aut ſex dierum, quem autore *Carpzovio c. l. n. 49. ſeq.* olim dictitarunt Scabini Lipſienſes hodierna pronuntiandi conſuetudine ad tres dies arctari ſolet, teſte *Bergero c. l.*

9. Imo in favorem matrimonii contrahendi pœna ſtupri in conſiſtoriis quandoque remittitur, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 80.* Sed hanc definitionem in uſu non eſſe, cum remiſſio pœnæ, ſicut ejus dictamen, competat magiſtratui ſeculari, non autem eccleſiaſtico, teſtatur *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.*

10. Pœna ſtupri, quæ in carcere conſiſtit, mitigatur, imo etiam prorſus remitti debet in perſonis, quæ, pro more illius loci, ubi in uſu eſt, ad obeundam pœnitentiam eccleſiaſticam coactæ fuerunt, *Carpz. pract. crimin. qu. 69. n. 55.*

11. A Magiſtratu politico, non autem eccleſiaſtico vel conſiſtoriis decernenda eſt pœna ſtupri, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 72.* & anticipati a deſponſatis concubitus, *Carpz. c. l. def. 77.*

12. Aſt non prius dictanda eſt pœna ob ſtuprum, quam paſſus matrimonialis, ſi quis concurrat, finitus ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 48. & p. 8. obſ. 289.*

13. Concedendum haud eſt magiſtratui politico inferiori, ut reos ſtupri ac coitus illiciti ſiſtat ad numellas, *Carpz. c. l. def. 79.* nam illi non licet, ſine ſen-

tentia

Digitized by Google

tentia a dicaſterio lata, pœnam ſtupri exaſperare, *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.*

14. Removeri poteſt vidua, ſtuprum paſſa, ex collegio opificum, in quo poſt obitum mariti remanſit, *Carpz. lib. 6. R. 100.*

15. Quando ſtuprata ad ducendam vel dotandam ſe agit, ſatis eſt in libello commixtionem carnalem exprimi, nec mentio vel deflorationis vel conſummationis requiritur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 301.* confer. vero *Berger. elect. proc. matrim. §. 27. & in ſupplem. p. 150.* ubi reo cautelam ſuggerit, ut conventus ex cauſa commixtionis carnalis, fleiſchlichen Vermiſchung, ad dotandum, objiciat libelli inepti exceptionem add. *Eckard. exam. act. for. part. 3. p. 256.*

16. Quando reus, cui ſuper concubitu & impraegnatione, quæ ex illo ſequi potuit, jusjurandum ab actrice delatum eſt, eundem fatetur, hanc vero negat, ad jurandum haud admittitur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 245.* confer. omnino *Berger. elect. proc. matrim. §. 28.* ubi: quod male agat actrix, quæ in puncto ſtupri & imprægnationis jusjurandum reo ſuper utroque defert. Deferat potius ſolum ſuper ſtupro, non etiam ſuper impragnatione. Nam 1) ſi reus confiteatur ſtuprum, ex eo, ceteris paribus, præſumitur impragnatio. Ergo non opus fuerit ejusdem probatione. Amplius 2) reus ſuper impragnatione delatum ſibi jusjurandum ſolum præſtat de credulitate, eoque præſtito, abſolvitur non ſolum ab alimentatione infantis, ſed & a dotatione, quia tum actrix præſumitur ex alio impragnata, atque adeo eſſe meretrix, quæ non petit dotem. Sed paulo poſt judici cautelam ſuggerit, ut, reo ſtuprum confitente, ſed impragnationem negante, rejiciat delationem jurisjurandi atque

Digitized by Google

pronunciet, und hat die wegen der libellirten Schwängerung unternommene Eydes, delation nicht ſtadt.

17. Si reus & imprægnationem & ſtuprum neget, atque ſuper utroque ſibi delatum jusjurandum actrici referat, actrix autem juraverit, reo amplius integrum non eſt, inſiſtere objectæ exceptioni fornicationis, *Berger. c. l.* imo ne tum quidem reo prædictæ exceptionis probationem, ſuper eaque jurisjurandi delationem permiſſam eſſe, cum ſuper ſolo ſtupro delatum relatumque juraverit jusjurandum actrix, putat *Berger. c. l.* ſecus fuerit, cum ſtuprum, ſuper quo ſolo delatum erat jusjurandum, confiteatur reus, *Berger. c. l.*

18. Stuprator ſtupratam aut ducere aut dotare tenetur, etiamſi ſit 1) vidua, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 11. & 23. Stryck. ad Brunnem jus. eccleſ. lib. 2. c. 18. §. 28. verb. quam pater dediſſet.* 2) etiamſi jam antea ab alio ſit vitiata, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 135.* diſſentit, *Carpz. c. l. n. 76.* 3) etiamſi cauſam ſtupri præbuerit, *Carpz. c. l. n. 41.*

19. Stuprator ſtupratam dotare non tenetur, ſi ea recuſet cum ſtupratore inire matrimonium, *Carpz. c. l. n. 84.* diſſentit *Berlich. p. 5. concl. 38 n. 38.* Aſt, licet pater ſtupratori filiam ſtupratam nolit in uxorem dare, nihilo tamen minus ſtuprator ad eam dotandam tenetur, *c. 1. X. de adulter. Modeſt. Piſtor. p. 3. qu. 127. n. 16. ſeq.*

20. Stuprata, quæ alii nubit, fruſtra deinceps a ſtupratore dotem petit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 212. Carpz. c. l. n. 84.* niſi ſtuprator in mora fuit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 7. p. 825.* quæ tamen ipſi

Digitized by Google

ipſi prius, quam, probato ſtupro, inſecutaque condemnatione, imputari haud poteſt, *VVernher. c. l. n. 6.*

21. Stuprator, vero, qui matrimonium cum alia contraxit, antequam ſtuprata dotationem poſtulaverit, hanc nihilo ſecius dotare tenetur, *Carpz. c. l. n. 49. Berger. c. l.*

22. Quid autem ſi ſtuprata iterum cum alio ſtuprum commiſiſſe dicatur, utrum nihilominus dotem petere poterit? diſtinguendum videtur, ante, an poſt moram denuo ſe ſtuprandam curarit: priore caſu amittit jus exigendi dotem; non autem caſu poſteriore, *Berger. œcon. jur. c. l.*

23. Suprator ſtupratam ducere vel dotare non tenetur, ſi illi pœna corporis afflictiva imponatur, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 62.* Nec maritus, puellam aut viduam ſtuprans, eam dotare tenetur, *Carpz. c. l. n. 66. ſeq. VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 244.* Diſſentit *Berger. in ſupplem. ad elect. proc. matrim. p. 151. Berlich. p. 5. concl. 38. n. 35.* Porro femina, ſciens ab eo ſtuprata, cum quo matrimonium contrahere nequit veluti: ſi conſanguinitatis vel affinitatis vinculum nuptiis impedimento ſit, dotem ab illo petere nequit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 244. Carpz. c. l. n. 75. Berger. elect. proc. matrim. §. 8.* quamvis ſtuprator onere alendi infantis non levetur, *Berger. c. l.*

24. Nec ſtuprator ſtupratam ducere vel dotare tenetur, ſi tempore ſtupri cum puella de certo pretio convenerit, *Carpz. c. l. n. 87. Berlich. p. 5. concl. 38. n. 68.* confer. vero *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 155. n. 1.* ubi: ita ab uno ſtuprata trinis vicibus & amplius, etiam quæſtu intercedente, pro meretrice haberi nequit, atqueadeo nec ſtuprator liberatur a dotatione & alimentatione infantis, quamvis ſtuprata

deinceps in matrimonio, cum alio inito, peperit infantem.

25. Plane, pactum a ſtuprata cum ſtupratore ante coitum initum: Sie, die Stuprata, wenn ſie gleich ein Kind von ihm bekäme, verlangete nichts, er ſolte nur ꝛc. ꝛc. es thäte ihr nichts, non liberare a dotatione, & multo minus relevare ab alimentatione infantis, propterea quod ſtuprata in præjudicium infantis, tanquam tertii, paciſci nequeat, tradit *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 7. p. 825. in fin.*

26. Si ſtuprata, ante condemnationem ſtupratoris, moriatur, heres ejus, ſive ſit partus ex illicito illo complexu editus, ſive alius, nullum jus agendi vel litem cœptam, matris nomine, proſequendi habet, adeoque ſtuprator, quod ad dotem attinet, omnino liberatur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 330.*

27. Stuprator, ſi virginem aut viduam ſtupratam ducere nolit, dotem ſtatim ſolvere tenetur, nec tempus nuptiarum exſpectari debet, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 32. Berger. œcon. jur. c. l. p. 824.* Ex quo ſequitur, ſi mulier ſtuprata, priusquam nubat, moriatur, dotem hanc ad infantem vel alios heredes transmitti, *Carpz. c. l. n. 34. Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 18. §. 28. ad verba: quam pater dediſſet.*

28. Stuprator non tantum eam dotem dabit, quam pater dediſſet, ſed tantam, quanta opus habet deflorata, ſi maritum ſibi convenientem invenire velit, *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 18. §. 28.* Verum receptiorem eſſe hanc ſententiam, dotem dandam eſſe ſecundum conditionem patris ſtupratæ, quantum ille vel dediſſet, vel dare conſueviſſet, putat *Stryck. c. l.* confer. omnino *Carpz. c. l. n. 13. ſeq.*

29. Stuprata, quo ſatisfactionem obtineat, in bona

Digitized by Google

bona ſtupratoris abſentis ac fugitivi immitti poteſt, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 230.*

30. Stuprator, eligendi facultatem non habet, ſed præciſe ſtupratam ducere cogitur, quando ei matrimonium promiſit, & puella ſub ſpe matrimonii promiſſi in concubitum conſenſit, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 91.*

31. Si reus, ſtuprum confeſſus, juramentum purgationis præſtiterit, is non in totum liberatur, ſed tantummodo a quæſtione matrimonii promiſſi, ratione ſtupri vero ſemel confeſſi nequaquam liberatus eſt, ſed ſtupratæ dotem ſolvere tenetur, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 103. & jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 47. n. 27.*

32. Si reus jurare nolit, pro confeſſo habendus, & conſummatio matrimonii ei injungenda eſt, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 52.* Nec hoc juramentum purgatorium ab adverſa parte, cui jurari debuit, remitti poteſt, *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.* diſſentit *Nicolai intr. de repud. & divort. p. 1. c. 1. n. 106. ſeq.*

33. Si urgentiſſimæ ac indubitatæ contra reum militent præſumtiones de promiſſo matrimonio, conſummatio ejus ipſi potius injungenda, quam purgatorium decernendum erit, ſi de ſumma rei negantis levitate appareat, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 3. def. 50.*

34. Stuprator infanti alimenta præſtare tenetur, quam primum is fuerit natus, *Carpz. c. l. n. 106.* quamvis alii, quod poſt triennium demum ſtuprator infantem alere teneatur, ante hoc tempus autem, & durante triennio, mater alimenta ei præbere debeat, ſtatuant, *Hartm. Piſtor. obſ. 97. Coler. p. 3. dec. 176. n. 90.*

35. Qualiter autem & quamdiu alendus ſit infans? arbitrio judicis relinquitur, *Carpz. c. l. n. 110.*

Digitized by Google

ubi *n. 11.* refert, Scabinos, ſuper hoc caſu conſultos, communiter infanti, usque dum decimum tertium ætatis annum impleverit, loco alimentorum quotannis duodecim Sexagenas antiquas adjudicaſſe.

36. Si ſtuprator non habeat bona, unde ſpurius ali poſſit, pater ejus ſeu avus paternus, cui ſuper concubitu filii ſtupratoris jusjurandum deferri poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 7. p. 826.* alimenta ſuppeditare tenetur, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 243. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter.* §. 24. confer. vero loc. *alimenta. th. 4.* qui tamen cogi non poteſt, ut ſtupratam dotet, *Stryck. c. l. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 155. n. 3.*

37. Stuprata, quæ poſt ſtuprum paſſum cum alio nuptias contraxit, contra ſtupratorem agere poteſt, ut partum alat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 72.* quippe quem ſtuprator alere tenetur, etſi ſtupratam dotare non teneatur, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 118. ſeq.* veluti maritus, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 245.*

38. Alimenta pro infante jure non petit imprægnata, ſi cum pluribus concubuerit, ideoque ipſamet tunc infanti alimenta præſtabit, quæ ad alias, patre non exiſtente, ſpurium & vulgo quæſitum alere tenetur, *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 15. n. 11. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 395.*

39. Femina, quæ adverſus unum ex ſtupratoribus, quorum uterque, ratione temporis, pater infantis eſſe poteſt, ad hunc alendum agit, intentionem ſuam, & quod reus præciſe pater ejus ſit, probare tenetur; quo caſu autem ad jurisjurandi delationem confugere poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 133.*

40. Quando ſtuprata de fornicatione cum aliis eſt

Digitized by Google

eſt ſuſpecta, ſtupratori alimentatio injungenda haud eſt, priusquam juramento ſuo ſtuprata ſe a ſuſpicione purgaverit, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 239. Teſſaur. dec. 3. n. 6.*

41. Transactione licet ſuper defloratione inter ſtupratorem & ſtupratam inita, infanti tamen alimenta ſunt præſtanda, quamvis de hiſce in transactione nil dictum fuerit, *Carpz. c. l. def. 240.*

42. Stuprator non poſſeſſionatus in carcere eſt detinendus, usque dum caveat de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, idque vel pignoribus aut fidejuſſoribus vel ſaltem jurato, *Carpz. c. l. def. 241.*

43. Stuprator quando eſt abſens & fugitivus, ex bonis ejus alimenta infanti ſpurio ſunt ſuppeditanda, *Carpz. c. l. def. 242.*

44. Licet alimenta a ſtupratore promiſſa fuerint, mortuo tamen infante ante 13. annum durante adhuc infantia, ſtuprator ulterius ad præſtationem alimentorum obligatus non eſt, nec mater quicquam eorum loco petere poteſt, *Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 113.* Quo tamen caſu impenſæ funebres, in ſepultura infantis factæ, a ſtupratore ſolvendæ ſunt, *Carpz. c. l. n. 115. Brunnem. ad l. 21. de religioſ.*

45. Plane diſtinguitur, an certa pecuniæ ſumma loco alimentorum ſit promiſſa, an vero ſtuprator alimenta quotannis, vel ſingulis menſibus præſtet. Priori caſu, ſi certa ſumma pecuniæ, loco alimentorum promiſſa, tum integra ea debetur, quamvis infans poſt paucos annos moriatur; poſteriori autem caſu, ſi nulla certa ſumma, promiſſa, ſed alimenta ſtatis temporibus infanti exhibentur, tunc infante mortuo mater alimentorum nomine nihil amplius a patre prætendere poteſt, *Finckelth. obſ. 102. n. 25.*

Digitized by Google

n. 25 ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. ad L. Jul. de adulter. §. 25.

46. Quamvis ſtuprator in cauſa criminali juramentum purgatorium præſtiterit, vel torturam ſuſtinuerit, & eo ipſo a pœna ſe liberaverit, ſtupratæ tamen actio ad intereſſe privatum omnino adhuc ſalva eſt, *Stryck. c. l. §. 26.* conf. *Berger. lib. 2. R. 146.* ubi: inſtituta contra ſtupratorem inquiſitione, ſtuprata adhuc poteſt actione civili ad dotem vel alimenta experiri, atque uterque proceſſus ſimul tractari.

47. Partus præciſe apud matrem non eſt educandus, ſed ſtupratori ejusve patri permitti poteſt, ut ipſe partum recipiat, & alimenta eidem ſuppeditet, modo ſecuritatem præſtet, de partu probe educando, *Stryck. c. l. §. 27. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 7. p. 826.*

48. Stuprator ſumtus legitimationis per comitem palatinum proli ſuppeditare haud tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 49.* diſſentit *Berger. in œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 15. not. 13. p. 152.*

49. Quando teſtator ex liberis eos, qui malam vitam elegerint ac familiæ maculam attraxerint, a ſucceſſione excluſos eſſe voluit, filia ſtuprum paſſa, ac poſtea a ſtupratore in matrimonium ducta, a ſucceſſione non eſt repellenda, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 138. n. 3. p. 413.* ſed ſtuprum qui committit, ad fideicommiſſum, ſub conditione des Wohlverhaltens relictum, non admittitur, *Lyncker. dec. 258.*

50. Femina, quæ, dormientem & ignorantem ſe ſtuprum paſſam eſſe contendit, quandoque ad juramentum purgatorium admitti poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 247.* add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad juriſpr. crimin. obſ. 4.*

51. Regu-

Digitized by Google

51. Regulariter ſtupro, ſicut omnibus aliis delictis carnis, ex L. Julia venientibus, quoad intereſſe publicum, atque pœnam, quinquennio præſcribitur, *l. 29. §. 6. in fin. ad L. Jul. de adulter. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 412 n. 1. Zanger. de except. p. 3. c. 10. n. 23.* etiamſi ſit inter judæum & feminam chriſtianam commiſſum, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 417.*

52. Aſt, quoad intereſſe privatum, etiamſi quinquennium elapſum fuerit, nihilominus tamen ſtuprator ſtupratam ducere aut dotare tenetur, *Mod. Piſtor. p. 3. qu. 127. Carpz. pract. crimin. qu. 68. n. 44.*

STUPRUM VIOLENTUM.

1. Pœna ſtupri violenti eſt ultimum ſupplicium, ſcilicet gladii, *l. 1. de extraord. crimin.* Landr. *lib. 3. art. 1. Ordinat. Crimin. art. 119. Conſtit. Elect. Sax. 30. p. 4. Carpz. pract. crimin. qu. 75. n. 1. ſeq.* Eademque pœna obtinet, etiamſi 1) mulier coacta conſentiat, veluti: ſi armis atque minis coacta libidini ſtupratoris ſe proſtituit, quo periculum effugiat, *Carpz. c. l. n. 11.* 2) mulier, vi compreſſa, ſit meretrix, *Carpz. c. l. n. 52.* 3) ſtuprum violentum inferens ſit minorennis, *Carpz. c. l. n. 46.* diſſentiunt *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 329. n. 15. Richter. p. 2. dec. 88. n. 86.* confer. *Berger. juriſpr. crimin. p. 141. ſeq.*

2. Stuprum violentum, ad effectum pœnæ capitalis, committitur, in puellam, quæ adhuc infantis loco habetur, atque adeo per ætatem conſentire nequit, *Berger. c. l p. 141. Carpz. c. l. n. 39.* Alia eſt ratio ſtupri, cum puella impubere, quæ infantiæ annos exceſſit, commiſſi, utpote quod tandem gladio punitur, ſi quidem vi fiat, *Conſtit. Elect. Sax. 31. p. 4. Carpz. c. l. n. 27. Berger. c. l.* modo ſtuprum per-

Digitized by Google

fectum conſummatumque ſit, *Carpz. c. l. n. 30. ſeq.* de quo ſi non conſtet, fuſtigationis pœna cum perpetua relegatione reo infligenda eſt, *Carpz. c. l. n. 36.* add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 159.*

3. Pœna ſtupri violenti non exaſperatur, etiamſi quis 1) fœminam conjugatam vi comprimat, *Carpz. c. l. n. 15.* diſſentit *Berlich. p. 4. concl. 41. n. 45.* remiſſioni uxoris vero hoc caſu locus non datur, *Carpz. pract. crimin. qu. 75. n. 24.* 2) ſtuprum violentum ſæpius reiteratum ſit, *Carpz. c. l. n. 44.* 3) infantula vi ſtuprata inde moriatur, *Carpz. c. l. n. 42.*

4. Ceſſat pœna ordinaria 1) in conatu ſtupri violenti, *Carpz. c. l. n. 56.* 2) ſi virgo ſtuprata a viro ſoluto pro ipſo intercedat, eique nubere velit, *Carpz. c. l. n. 65. VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 459.* imo etiam eo caſu, cum ſtuprator jurato promittit, ſe puellam, quæ adhuc infantis loco habetur, ſtupratam, ſi pubes facta fuerit, in matrimonium eſſe ducturum: tum enim ſtuprator ſola relegatione temporali recte punietur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 160.* 3) ſi ſtuprata neget ſtuprum violentum, aut illud conſummatum fuiſſe diffiteatur, quamvis ſtuprator hoc confeſſus fuerit, *Carpz. c. l. n. 72.*

5. Femina vi ſtuprata nullam pœnam meretur, *l. 13. §. 7. ad L. Jul. de adulter. Carpz. c. l. n. 76.* neque ullam infamiæ maculam incurrit, ſed inviolatæ exiſtimationis permanet, *l. 20. C. ad L. Jul. de adulter.* ſertum tamen & coronam, veluti ſignum virginitatis, portare non poteſt, *Carpz. c. l. n. 80. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. ad L. Jul. adulter. qu. 5.* diſſentit. *Pfeil. cent. 2. conſil. 147.* confer. *Brunnem. ad l. 20. C. ad L. Jul. de adulter.*

6. Puella, quæ confitetur, ſtuprum violentum ſibi illatum, locum facit torturæ, præſertim cum

alia

Digitized by Google

alia indicia concurrant, *Berger. c. l. obſ. 156.* Et dubitandum haud eſt, propter juratam feminæ aſſertionem, niſi circumſtantiæ mitigantes concurrant, remedio eruendæ veritatis per torturam locum eſſe; quod tamen non aliter admittendum, quam ſi femina, vim perpeſſa, confeſtim & ſine mora, querelam ad magiſtratum deferat. Alias enim, ſi per aliquod tempus ſiluerit, nec niſi, nova cauſa ſuperveniente, commota de ſtupro conqueſta fuerit indicium ex illius aſſertione, etſi jurata, ortum valde imminuitur, nec niſi purgatorio juramento locum relinquit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 73.*

7. Inquiſitioni, in cauſa ſtupri violenti, demum vicennio præſcribitur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 412.* quem ibi admiratio ſubit, quod *Carpzov. in pract. crimin. qu. 141. n. 46. ſeq.* ubi regulam de præſcriptione delictorum carnis, cum exceptionibus tradit, inter has ſtupri violenti haudquaquam meminerit.

SUBHASTATIO.

1. Sive mobilia, ſive immobilia (*a*) veniant diſtrahenda, tentandum prius, an creditor pro certo & convento pretio in ſolutum velit acceptare (prout de mobilibus (*b*) expreſſe ſancitum eſt in *O. P. S.*

(*a*) Quomodo hodie in Electoratu Saxoniæ ſint diſtrahenda, vid. *quæ notata ſunt infra ad th. 11. lit. d.*

(*b*) Quomodo creditori, peracta ad ejus inſtantiam executione in bona mobilia, ex illis hodie in foro Saxonico Electorali ſatisfaciendum ſit, definitum eſt in *Ordin. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 8.* ubi: Da nun auf des creditoris Verlangen die execution in die mobilia ge-

P. S. tit. 39. §. Und wann alſo zum Fahrniß.) vel ex

geſchiehet, ſollen ſolche, ſo viel darzu vonnöthen, zugleich durch die Gerichten aufgeſchrieben/ mit Zuziehung verſtändiger und hierzu inſonderheit verpflichteter Perſonen taxiret, und ins Gerichte gebracht/ oder jemand Gerichts wegen anvertrauet, nach Ablauff einer anderweitigen 14. tägigen Friſt aber, binnen welcher dem Schuldner ſolche einzulöſen frey ſtehet, dem Gläubiger ſo fort, und ohne vorhergehende commination oder Einräumung einer neuen Friſt, um den geſetzten Preiß abgefolget werden; da er aber dieſelben dafür anzunehmen Bedencken hätte, ſo ſind ſie nach Befinden/ um die Taxa zu verkauffen, oder öffentlich zu verauctioniren. Quomodo deinceps auctio ſit peragenda, definitur *ibidem §. 9.* verbis: Wenn es denn alſo zur auction kömmt, wird darmit dergeſtalt verfahren, daß von dem executore eine Specification und Beſchreibung ſolcher Mobilien, mit Beyſetzung der Gerichtlichen taxe, auch des Orts und der Zeit, wenn ſie an den Meiſtbiethenden vor baar Geld überlaſſen werden ſollen, gefertiget, und wenigſtens 3. Wochen vorher an denen Orten, wo man ſonſt die Patente zu affigiren pfleget, angeſchlagen, auch bey denen Gerichten auf dem Lande 2. Sonntage hinter einander nach geendigten Gottes-Dienſt, von dem Schulmeiſter oder einer Gerichts-Perſon vor verſammleter Gemeine, auſſer der Kirche, abgeleſen, in denen Städten hingegen an denen Rathhäuſern, oder was unter die Aemter gehörig, an denen Amt-Häuſern ausgehänget/ auch von dem Gerichts-Frohn, von 8. Tagen zu 8. Tagen zweymahl bey gewöhnlichen Marckt-Tagen öffentlich ausgeruffen werden. Wann auch die mobilien von einer Wichtigkeit ſind, ſtehet dem debitori, oder auch dem creditori frey, die bevorſtehende auction durch den Druck, auch wohl in öffentlichen Zeitungen bekandt machen zu laſſen; um die zur auction angeſetzte Zeit aber, wird durch eine Gerichts-Perſon, oder darzu verpflichteten Auctionatorem ein Stück nach dem andern ausgeruffen, und mit

Digitized by Google

ex eorundem uſuſfructu ſatisfactionem quærere, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 33.*

2. Ad neutrum tamen creditor cogi poteſt, ſed, ſi nolit, deveniendum eſt ad diſtractionem, ita ut bona, ſive ſint mobilia, ſive immobilia, ſubhaſtentur, & plus offerenti tradantur, *Carpz. d. c. d. 34.*

3. Si debitor, præſertim, quando eſt pupillus aliave perſona favorabilis, talisve, quæ ſibimet ipſi non ſemper de meliori proſpicere cenſetur, haud conſentiat, aliique creditores æque ſatisfactionem petant, nihil efficiet judex, uni vel alteri creditori bona debitoris, judicialiter quantumvis taxata, in ſolutum dando, ſi non præceſſerit ſubhaſtationis ſolennitas, *l. 4. C. de bon. autorit. judic. poſſ. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 107.* quia hæc præciſe neceſſaria eſt, inducta nimirum in favorem non minus debitoris ipſius, quam omnium creditorum, qui ſi per omiſſionem ſubhaſtationis ſe gravatos exiſtiment, totum venditionis, vel in ſolutum dationis actum invertere, ac reſtitutionem bonorum, una cum fructibus perceptis, petere poterunt, *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2. caſ. 129. Berlich. p. 1. concl. 81. n. 150. Carpz. p. 1. c. 32. d. 36.*

4. Facta ſubhaſtatione, cum judice magis, quam cum ipſo debitore contrahitur, & quicquid poſt ſubhaſtationem agitur, judicialiter fieri intelligitur, *Carpz. d. c. d 35.* Debitor tamen loco venditoris eſt, atque evictionem præſtare tenetur, *l. eleganter. de pignor. act. Damhouder. de ſubhaſt. c. 3. Philipp. de ſubhaſt. c. 4. comm. 17. n. 8.*

5. Ad

mit dem höchſten Preiß zum erſten, andern und dritten mahle proclamiret, auch wann inzwiſchen weiter nie mand licitiret, ſogleich nach dem dritten Ruffen zugeſchlagen.

5. Ad ſubhaſtationem autem, in foro Saxonico, deveniri poteſt, poſt elapſam unam quaterdenam (c) a facta immiſſione, *reſolut. grav. de an. 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. Wenn es nun zum höchſten. *Carpz. d. c. d. 37. n. 2. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 89. lit. b. p. 402.*

6. Prædia ob tributorum & collationum ceſſationem auferri domino & ſubhaſta vendi poſſunt, *l. 1. 2. & 3. C. ſi propter public. penſit. l. 8. C. de exact. tribut. l. 1. C. de capt. & diſtract. pign.* vid. omnino *Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 3. §. 60. 61. & 62.* & fieri poteſt ſubhaſtatio ſtatim intermiſſis aliis executionis actibus, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 19.* etiamſi nulla ſententia vel ſpeciale principis reſcriptum præceſſerit, *Philipp. de ſubhaſt. c. 2. comm. 6. n. 11. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 59. n. 1.*

7. A ſubhaſtatione etiam fit initium, ſine præcedentibus executionis actibus, ſi concurſus creditorum exiſtit, *Rivin. c. l. en. 20.*

8. Denunciatio & comminatio ſubhaſtationis, debitori facta, præcedere debet, *l. 4. C. de diſtract. pignor. Barth. c. l. lit. a. p. 401.* qua omiſſa, ſubhaſtatio ipſo jure pro nulla declaranda eſt, *Philipp. de ſubhaſtat. c. 3. comm. 4. n. 6. p. m. 148. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 132. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 7. not. 3. p. 1110.* etiamſi propter onera publica ſit facta, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 59.* quæ nullitatis exceptio etiam a creditoribus urgeri poteſt, *VVernher. d. obſ. 59. n. 8. & obſ. 132. n. 2.* niſi debitor ſub haſta-

(c) Sed hodie in foro Saxonico, peracta executione & immiſſione, demum rite inſtituenda eſt ſubhaſtatio, ſi debitor intra 4. hebdomates creditori non ſatisfecerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 11.*

Digitized by Google

haſtationem ratihabuerit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 163.*

9. Sufficit autem in genere, non ſecuta, intra terminum præſtitutum, ſolutione, pignus iri ſubhaſtatum, in præcepto ſolutionis præſtandæ denunciatum eſſe: diem vero præciſe intimare vel debitorem ad ſubhaſtationem citare minime requiritur, *Barth. prox. c. l.*

10. Plane ex eo, quod debitor non fuerit citatus ad ſubhaſtationem & adjudicationem, prævia executione & immiſſione ſuſceptam, nec ipſi reſignatio injuncta, nullitatem elici non poſſe, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 40. en. 13.* quem in hoc ſpeciali caſu probat *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 59. n. 10.*

11. Subhaſtatio, reluctante etiam debitore, fieri poteſt, *Philipp. de ſubhaſt. c. 1. comm. 3. n. 37. Berger. c. l.*

12. Subhaſtatio prædii fruſtra impugnatur a debitore, qui ſemel in reſcriptis, quæ illam confirmarunt, acquievit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 3 obſ. 188.*

13. Ut creditores conſentiant in ſubhaſtationem, neceſſe non eſt, niſi alicubi ſecus conſtitutum aut uſu receptum ſit, *Carpz. lib. 4. R. 4. n. 17. ſeq. & in proc. tit. 25. art. 4. n. 32. ſeq.* Ex quo ſequitur, eisdem futuram ſubhaſtationem minus denuntiandam eſſe, *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 7. not. 3. p. 1110.* ubi etiam, quod ſubhaſtatio, quamvis unus, alterve creditorum proteſtatus fuerit, nihilo tamen ſecius ad ceterorum inſtantiam peragenda ſit.

14. Subhaſtatio (*d*) generalis regulariter, imo ſemper

(*d*) Modus, qui hodie in Saxonia Electorali ſit ſervandus in ſubhaſtatione bonorum immobilium, deſcriptus eſt in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 11.* Verbis: Da auch nach

ſemper præcedere debet ſubhaſtationem ſpecialem

nach beſchehener execution und immiſſion der Schuldner, binnen 4. wöchentlicher Friſt, den Gläubiger nicht befriediget, iſt ſodann mit der Subhaſtation gebührend zu verfahren, und zu ſolchem Ende eine ohngefährliche conſignation derer pertinentien, ingleichen derer Inventarien-Stücken zu fertigen, darinnen bey Lehn-Gütern die Erb-Stücke abſonderlich mit zu exprimiren, nicht weniger diejenigen onera realia welche per ſubhaſtationem nicht expiriren, ſo wohl die ſervitutes und Auszüge anzuzeigen / auch hierüber bey wichtigen Güthern, und nach Befinden des Richters, eine taxa beyzufügen, jedoch dieſes alles nur um beſſerer Nachricht willen, daß der licitant ſich deßwegen weiter erkundigen könne, und ohne daß der Richter oder der Concurs deßhalber zu einer beſondern Gewehrs-Leiſtung verbunden ſey. So viel jedoch die auſſer denen Gerichten gelegene Pertinentz-Stücke anbetrifft, ſoll der Richter, wo der Proceſs anhängig, von der bevorſtehenden execution, immiſſion, und ſubhaſtation, dem judici, darunter ſolche gelegen, notification ertheilen, und denſelben mit der Erklährung, daß es ihm an ſeinen Gerichten unſchädlich ſeyn ſolle, um ſeinen conſens erſuchen, welcher denn, wenn er binnen der zur execution angeſetzten Friſt nicht erfolget, vor ertheilet zu achten, und ſodañ mit bemeldter execution und immiſſion oder ſubhaſtation nichts deſtoweniger dergeſtalt, daß ſolche auf itztgedachte pertinentien gleichfalls ſich erſtrecke, zu verfahren. Porro §. 12. Es iſt aber in dem Subhaſtations-Patent, darinnen ſich auf die obgedachte conſignation, und wo ſelbige zu befinden, mit zu beziehen, zu der bevorſtehenden Gerichtl. Verkauffung ein gewiſſer Termin anzuberaumen, und ſelbiges wenigſtens acht Wochen vor ſolchen termino anzuſchlagen, auch dabey in denen Städten 3mahl von 14. Tagen zu 14 Tagen öffentlich auszuruffen; In denen Dörffern aber das Subhaſtations-Patent gleichfalls 3mahl von 14. Tagen zu 14. Tagen vor verſammleter Kirch-

Digitized by Google

lem, (e) *Berger. œcon. jur. lib. 4 tit. 29. th. 3. not. 2. p. 1152.* non ſolum jure Saxonico, *O. P. S. tit. 39.* §. Und weil. *Carpz. lib 4. R. 4. n. 13. & in proc. tit. 25. art. 4. n. 31. ſeq. Berger. E. D. F. c. l. obſ. 8. not. 1. p. 1119.* ſed & civili, *arg. l. 4. & 9. C. de diſtract. pign. l. ult. pr. C. de jur. dom. impetr. Berger. c. l.* tum etiam, cum ſuſcipitur, ſubhaſtatio, ad verum rei pretium indagandum, *Berger. œcon. jur. l. c.* Plane in Luſatia ſuperiori generalem ſubhaſtationem ſine nullitate omitti, quando licitator ab initio adeſt, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 29.*

15. Ut itaque judices necquicquam efficaciter agunt à taxatione incipiendo, bonaque judicialiter taxata proclamari faciendo, *Rauchb. p. 1. qu. 46. n. 3. Carpz. p. 1 c. 32. d. 37. n. 3.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 180.* quamvis *Brunnem. ad l. 16. C. de reſcind. vendit. n. 3.* de jure communi diſſentit, & auctore Damhouderio *de ſubhaſtat. c. 3. n. 12.* practicam illam: ut taxatio ſive æſtimatio ſubhaſtationem antecedat, commendat.

16. Nullo autem extraneo emtore reperto, cum

Kirchfarth, nach gehaltenen Gottesdienſt, oder wo keine Kirche, in des Richters Hauſe, oder wo die Gemeine ſonſten zuſammen zu kommen pfleget, abzuleſen; Geſtalt denn auch bey Ritter-Güthern, oder andern anſehnlichen Grund-Stücken, wenn es zumahl verlanget, oder von dem Richter gut befunden wird, in denen öffentlichen Zeitungen, von ſothaner ſubhaſtation und dem angeſetzten termino licitationis, Nachricht gegeben werden kan.

(e) Sicuti hodie alius licitandi modus introductus eſt in foro Saxonico, quam antea uſitatus erat, vid. loc. *licitatio. th 10. lit. e.* ita quoque ſpecialis ſubhaſtatio non amplius obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 31. § 14.*

creditoris licito res ſubhaſtanda (f), aut eo licitari recuſante, pretiumve vilius offerente, taxatio judicialis ſuſcipienda, & res denuo haſtæ ſubjicienda eſt, ita ut, emtore non reperto, creditor aut rem, ſecundum illam æſtimationem in ſolutum accipere, aut ulterius licitari, aut, ſi de æſtimationis iniquitate excitata ſit querela, novam taxationem per ſcabinos provinciales impetrare poſſit; in eaque deinceps acquieſcere debeat, *O. P. S. tit. 39* §. Wenn nun. & §. Würde aber. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 5. not. 12. p. 1155.*

17. Subhaſtatio generalis ſtatim, atque emtor ſe offert & licitatur, ſiſtitur, (g) etſi trium quaterdenarum tempus nondum effluxerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 397. Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 8. not. 1. p. 1120. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. n. 28.* diſſentit *Nicolai in proc. p. 3. c. 9. n. 12.* putans, tempus trium quaterdenarum pro forma non minus in generali quam ſpeciali ſubhaſtatione definitum eſſe.

18. Subhaſtatio invalida (h) eſt, quando ſpecialis cum generali, intuitu objecti, non prorſus convenit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 443.* Hinc quoque ipſo jure nulla eſt, quando generaliter ſolum prædium, deinde idem cum inventario ſpecialiter ſubhaſtatum eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 187.*

19. Sub-

(f) Sed hodie ſpecialis ſubhaſtatio abrogata eſt per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 14.* quomodo vero ſit licitandum, atque, nullo licitatore exiſtente, procedendum, vid. loc. *licitatio th. 10. lit. c.*

(g) imo hodie non ſiſtitur: cum abrogata ſit ſpecialis ſubhaſtatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(h) de qua invaliditate hodie non eſt laborandum propter abrogatam ſpecialem ſubhaſtationem; quomodo vero pertinentiæ una cum inventario ſint conſignandæ, vid. *hic. th. 14. lit. d.*

Digitized by Google

19. Subhaſtio fit in loco publico, vel viva voce per præconem, alicubi ex ſuggeſtu; vel edicto publico, (i) Patents-Weiſe; utraque requirit tres quaterdenas, ſive ſex hebdomades, easque continuo currentes, hac tamen differentia, ut ſubhaſtatio, quæ fit oretenus, requirat proclamationem ſingulis 14. diebus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 3. p. 1152.* add. *Carpz. p. 1. c. 32. d. 38. n. 1. ſeq.*

20. Hinc vitioſa eſt ſubhaſtatio, quæ fit oretenus, ſi, elapſis 14. diebus, plurimum licitanti fundus ſubhaſtatus fuerit adjudicatus, adeoque facta adjudicatio impugnari poteſt, & fundus cum ultimo licito iterum eſt ſubhaſtandus, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 54.*

21. Subhaſtatio, quæ fit oretenus, interrumpitur, (k) ſiquidem proclamatio, ſeu terminus unius alteriusve quaterdenæ incidat in diem feriatum, *Berger. E. D. F. tit. 3. obſ. 8. not. 2. p. 1121. Carpz. dec. 272. n. 16. ſeq. Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 2. n. 46. ſeq.* niſi forte alicubi proclamatio ex ſuggeſtu fieri ſoleat, aut lex vel conſuetudo extet, ut ejusmodi præconiſatio, quam vocant, differatur ad diem proxime ſequentem nonferiatum, cujusmodi Lipſiæ habetur, *Philipp. c. l. n. 57. Berger. c. l.* add. *Berlich. p. 1. concl. 8. n. 159.*

22. Propter diem feriatum proclamatio nec anticipari, nec prorogari poteſt, ſed proſcriptio de novo inchoanda eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 154.*

(Ddd) 2 23. Tum

(*i*) hodie ſemper mediante publico programmate fit ſubhaſtatio, quo terminus judiciali venditioni præfixus intimatur, vid. *retro th. 14. lit. d.* ubi reperies, quomodo ulterius procedendum ſit.

(*k*) hodie forſan non: cum ſpecialis ſubhaſtatio non amplius obtineat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 14.*

Digitized by Google

23. Tum autem ſubhaſtatio, quæ fit per præconem, non interrumpitur, cum dies ultimus inciderit in feriatum, *Berger. E. D. F. c. l. p. 1126.*

24. Subhaſtatio, quæ ſcriptis fit, interventu diei feriati non interrumpitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 80.*

25. Tempus trium quaterdenarum de momento in momentum currit, *Rauchb. p. 1. qu. 3. n. 17. Carpz. p. 1. c. 32. d. 40. n. 5.* adeoque integrum ſubhaſtationis ſpatium non niſi 6. hebdomadis, absque trium dierum additamento, continetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 81.*

26. Nova (l) ſubhaſtatione toties opus eſt, quoties 1) majus pretium offertur, & cum ea tamdiu continuandum eſt, donec ultimus licitator, majus præcedentibus pretium offerens, intra terminum ſubhaſtationis ab alio non ſuperetur, *O. P. S. tit. 39.* So ſoll. *Carpz. p. 1. c. 32. d. 39. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 3. not. 5. p. 1152.* vel 2) una quaterdena, ſcil. proclamationis, in ferias incidit, aut terminorum ordo mutilatur, *Berger. c. l. & lib. 2. R. 217.*

27. Ut ſubhaſtatio in tribus diſtinctis diverſorum dominorum territoriis fiat, neceſſe haud eſt: ſed ſubſiſtit ſubhaſtatio in uno ſolummodo pago aut oppido facta, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 38. n. 4. 5.*

28. Subhaſtatio feudi, (m) jure Saxonico Electorali,

(*l*) hodie non, proptèr abrogatam ſpecialem ſubhaſtationem, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 14.* & quia alius licitandi modus eſt introductus, de quo vid. loc. *licitatio. th. 10. lit. c.*

(*m*) hæc quodammodo mutata ſunt per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 13.* ubi: Nicht weniger verordnen wir, daß

ctorali, in trinis, iisque proximis civitatibus, des engern und weitern Ausſchuſſes, facienda eſt, *reſolut. grav. de an. 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *§. 6. Berger. E. D. F. tit. 40. obſ. 3. not. 1. p. 1260.* at vocabulo ejusmodi civitatum præfectorum ædes non continentur, *Berger. c. l. not. 2. p. 1261.*

29. Subhaſtatio feudorum ad numerum prædictarum civitatum ſimpliciter adſtringitur, atque ad eandem in omnibus his locis integræ tres quaterdenæ requiruntur. Quodſi enim vel duobus tantum locis fiat, vel in tribus quidem facta, ſed non ubique locorum tantum, quantum præcipitur, temporis ſpatium contineat, irrita (n) eſt, atque adeo liciti nulla ratio habenda, ſed ſubhaſtatio rite repetenda ac finienda, *Berger. E. D. F. tit. 40. obſ. 3. not. 3. p. 1262.*

30. Quanquam ſchedularum affixio, quod ad feudorum ſubhaſtationes, tribus, iisque diverſis, locis peragitur: nihilo tam ſecius coram eo tantum judice, coram quo concurſus excitatus eſt, non autem ſimul coram ceteris, utpote qui ad affigendas & refigendas dun-

daß in Zukunfft die Subhaſtations-Patente von Ritter-Güthern jedesmahl in Dreßden, Leipzig und noch einer Stadt des engern oder weitern Ausſchuſſes in demjenigen Creyſe, darinnen das Ritter-Gut aelegen, öffentlichen an Rathhäuſern, ingleichen in dem Ambt-Hauſe des Amts, darinnen das Ritter-Guth bezircket, wenn gleich der Proceß oder Concurs an einem andern Ort anhängig iſt, wenigſtens 8. Wochen vor dem Termin, und zwar zugleich an einem Tage, wie hierauf bey 10. Rthlr. Strafe die requiſitoriales allezeit mit einzurichten, von dem judice requiſito, auch bey gleichmäßiger Straffe, ſolches genau zu beobachten, angeſchlagen werden.

(n) vid. *quæ hic notata ſunt th. 28. lit. m.*

dumtaxat literas requiruntur, quis legitime licitatur, *Berger. c. l. not. 5. p. 1263.*

31. Subhaſtatio fundi coram judice rei ſitæ (o) fieri debet, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 3. p. 365.* Tenetur quoque is ad faciendam ſubhaſtationem, modo a judice concurſus eo nomine requiratur, *Berger. c. l.* Ceteroqui non eſt obligatus, ut licitatores remittat ad judicem concurſus, *Berger. c. l.* Nec judex rei ſitæ ſive ſubhaſtationis, nec licitator tenetur ad deponendum pretium in loco moti concurſus, *Berger. c. l.*

32. Si creditor, ob contumaciam debitoris, in poſſeſſionem fundi, quod ad certam partem, immittitur, totus fundus non eſt ſubhaſtandus: quandoquidem inter executionem & ſubhaſtationem accurata proportio, ratione objecti conſtituenda eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 3. not. 8. p. 1153. & lib. 2. R. 149.*

33. Impenſæ ſubhaſtationis ſpecialis a licitatore, generalis autem ex bonis debitoris ſubminiſtrandæ ſunt, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 1152.*

34. Si ex ſolennitatibus ſubhaſtationis una vel altera omiſſa, vel præpoſtere proceſſum fuerit, ſubhaſtatio corruit, & ex integro repetenda eſt, in tantum, ut & generalis ſubhaſtatio de novo ordienda ſit, *Philipp. de ſubhaſt. c. 4. comm. 20. n. 4. n. 14.* Verum enim vero ſubhaſtationem non in totum retractari, ſed cum eodem licito, in quo vitioſa eſſe cœperit, repetendam eſſe, reſponderunt Scabini Lipſienſes apud *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 54.*

35. Etiamſi adjudicatio jam ſit facta a judice, ea ta-

(o) Plane pertinentiæ, in alia juriſdictione ſitæ, a judice, coram quo proceſſus pendet, ſubhaſtantur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 11.*

Digitized by Google

tamen irrita eſt, ſi ſolennia proceſſus non rite fuerint obſervata: non enim diſtractio ſecuta dici poteſt, quæ perperam facta eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. d. 4. Poſtius de ſubhaſt. inſpect. 24. n. 9. ſeq. Philipp. c. l. n. 15.*

36. Si ex defectu ſolennitatum a lege præſcriptarum, vel ex dolo ac fraude reſcindatur venditio ſubhaſta, omnes omnino fructus, tam percipiendi quam percepti in reſtitutionem veniunt, *Poſtius de ſubhaſt. inſpect. 55. n. 33. & 118. Philipp. c. l. n. 45.* Sin autem nulla fraus, dolus vel falſitas ſubſit, ſed duntaxat nullitas tandem probetur, tum, ſi emtori ſubhaſta per judicem fuerit facta adjudicatio, ipſius efficiuntur fructus percepti, cum juſte poſſidet, qui autore Prætore poſſidet, *l. 11. de acquir. poſſeſſ. Poſt c. l. n. 37. ſeq.* usque ad tempus interpellationis, per quam in mala fide incipit conſtitui, *Philipp. c. l. n. 48.*

37. Facta licet ſubhaſtatione & ſubſecuta licitatione, liberum tamen eſt debitori, oblato creditoribus debito, iis etiam invitis, res ſubhaſtatas redimere, & ad ſe recipere, *Coler. de proc. exec. c. 9. n. 95. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. def. 5. in pr. Carpz. p. 1. c. 32. d. 44. & in proc. tit. 25. art. 4. n. 77. Philipp. de ſubhaſt. c. 3. comm. 16. n. 78. ſeq.* Unde, ſi, oblatione pretii juſto tempore facta, nihilominus procedatur, ad adjudicationem, hæc non poteſt non eſſe nulla, *Philipp. c. l. n. 92.*

38. Re adhuc integra, & jure ex venditione licitatori nondum acquiſito, debitoris interventioni locus relinquitur; elapſo autem ſubhaſtationis tempore non magis debitori, quam ulli alii licitatori, plus offerenti, jus primi licitatoris turbare licet, *Carpz. d. def. 44. n. 7. & 8. Mangil. de ſubhaſt. qu. 153. n. 5.*

 Phi-

Philipp. c. l. n. 93. & 94. Berger. dec. 493. n. 13. ſeq.

39. add. loc. *adjudicatio. th. 1.*

SUBINFEUDATIO.

1. Quicquid datur in feudum, poteſt etiam ſubinfeudari, vel totum vel pro parte, etiam irrequiſito domini directi conſenſu, *2. F. 9. Struv. ſynt. jur. feud. c. 12. th. 10. n. 3. Berger. part. 2. R. 289. n. 4.* Exceptio eſt in feudo regali, de quo quis ſubinfeudari nequit, imo nequidem de parte ejus, *Kobl. de ſubfeud. c. 2. n. 9. Struv. d. th. 10. n. 6. Stryck. exam jur. feud. c. 19 qu. 26.* Bona tamen particularia poſſunt ſubinfeudari, ſi ſine notabili detrimento ducatus fiat, *Kobl. d. tr. c. 1. n. 7. Stryck. c. l.*

2. Subinfeudatio iisdem conditionibus a vaſallo fieri debet, quibus ipſe habet feudum: duriorem enim feudi conditionem reddere nequit, e. g. ut femina ſuccedat, *2. F. 34. §. profecto. Stryck. c. l. qu. 27.* quanquam levior conditio ſubſiſtat, *Struv. ſynt. jur. feud. c. 12. th. 11. n. 6.*

3. Nec minus requiritur, ut ſubvaſallus ſit æque idoneus ad ſervitia præſtanda; æqualis vero dignitas neceſſaria non eſt, *Kobl. de ſubfeud. c. 2. n. 7. Struv. d. th. 11. n. 1.* Potentiori vero ſubfeudum dare non licet, quod hunc dominus in officio continere nequeat, ab eoque difficilis ſit ſervitiorum exactio, *Roſenth. ſynt. feud. c. 9. concluſ. 44. n. 9.*

4. Deinde requiritur, ut ſubinfeudatio ſine fraude fiat: non vero, ut ſub hoc prætextu venditio interveniat, *2. F. 55. §. callidis. Mynſinger. cent. 1. obſ. 62. Wehner. in obſ. pract. verb.* Afterlehn. *Stryck. d. qu. 27.* Subinfeudatio tamen etiam, accepto pretio,

Digitized by Google

tio, atque adeo ex cauſa emti venditi, fieri poteſt, *Berger. part. 2. R. 289. n. 5.*

5. Subinfeudatio, quatenus in præjudicium domini directi facta eſt, haud ſubſiſtit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 240.*

6. Subvaſallus ſervitia præſtat vaſallo ſubinfeudanti, non autem domino ſuperiori, quem tamen offendere non debet, *2. F. 55. §. illud quoque. Stryck. exam. jur. feud. c. 19. qu. 30.* Imo vaſallus in præſtandis domino directo ſervitiis militaribus a ſubvaſallo ſuo opem atque auxilium recte exigit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 79.*

7. Feudo ad agnatos vel dominum devoluto, ſubfeudum exſpirat, *Struv. ſynt. jur. feud. c. 12. th. 13. n. 3. ſeq. Horn. juriſpr. feud. c. 19. §. ult. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 464.* niſi 1) res ſit ſubinfeudari ſolita, 2) feudum ſit mere hereditarium, & 3) dominus vaſallo ſubinfeudanti heres extiterit, *Struv. c. l. n. 6.* Idem quoque obtinet, ſi dominus & agnati in ſubfeudum conſenſerint, *Stryck. exam. jur. feud. c. 19. qu. 31. & 32.*

SUBSELLIA ECCLESIASTICA.

1. Subſellia templorum eccleſiæ proprietas ſunt, niſi manifeſte probetur, per legitima pacta vel mores reddita eſſe hereditaria atque ita inhabentium patrimonium tranſiiſſe, *Mev. p. 5. dec. 408. n. 1. 2.*

2. Locatio ſeu ad vitam venditio ſubſelliorum templorum pertinet ad functionem proviſorum, tanquam pars adminiſtrationes eccleſiaſticæ: Alias vero iſtorum alienatio non magis licet, quam aliarum verum eccleſiaſticarum immobilium, niſi accedente conſenſu epi-

ſcopi ſeu, qui ejus vices gerit, ſuperintendentis & magiſtratus, *Mev. c. l. n. 3. 4.*

3. Subſellia hereditaria templorum non ſolum per ultimam voluntatem, ſed quoque per actus inter vivos in alios transferri queunt, ita tamen, ut in alienatione ejusmodi ſubſelliorum proximi conſanguinei, & poſt illos, eccleſia, jure protimiſſeos gaudere videantur, *arg. l. 3. C. de jur. emphyt. Titius* in der Probe des Teutſchen Geiſtl. Rechts, *lib. 2. art. 3. §. 20.* Imo ejusmodi ſubſellia, poſſeſſore inteſtato mortuo, ad proximos heredes devolvuntur, niſi aliud diſpoſitum reperiatur, *Titius c. l.*

4. Aſt ſubſellia perſonalia, quorum uſus ad dies vitæ tantum poſſeſſoribus competit, neque vendi, neque permutari, neque alio modo alienari poſſunt, *Ordinat. Eccleſ. Sax. art. gener. 36. §.* Derowegen ſoll in den Kirchen *Carpz. Juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 362. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 11. Titius* in der Probe des Teutſchen Geiſtl. Rechts *lib. 2. art. 3. §. 22.* Quod ſi vero de facto quis ſubſellium venderet, contractus quidem eſt nullus, venditor tamen ſubſellio non privatur *Titius c. l.* confer. vero *Philipp. diſp. de ſubſell. templor. c. 4. §. 16.*

5. Nihil tamen prohibet quo minus poſſeſſores ad tempus vitæ ſuæ commoditatem ſubſelliorum aliis gratis cedere imo, & vendere queant, *Carpz. c. l. n. 9. Titius c. l. §. 23. & 24.* confer. vero *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 11. Philipp. d. diſp. c. 4. §. 18. Beyer. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 363.*

6. Obitu poſſeſſoris pariter & ejusdem migratione extinguitur uſus ſubſelliorum, eaque rurſus templo cedunt, *Ordinat. eccleſ. Sax. c. l. Carpz. c. l. def. 364. ibique Beyer. Titius c. l.* Hinc ſubſellia ejusmodi

Digitized by Google

modi nec teſtamento in heredes tranſferri poſſunt ſed omnis diſpoſitio teſtamentaria de iis in valida eſt, *Carpz. c. l. def. 363. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6 obſ. 462.* nec ab inteſtato in heredes transmittuntur, *Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 11.*

7. Proximi tamen conſanguinei, in redemtione ſubſelliorum, jure protimiſeos & prælationis gaudent, *Ordinat. eccleſ. Sax. art. gener. 36. §.* **Derowegen ſoll in den Kirchen.** *& Decret. Synod. de an. 1624. §.* **Wann ſie auch Kirchen-Stände.** *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 365. Brunnem. c. l. Titius. c. l. §. 26.* nulla habita diſtinctione agnationis vel cognationis, *Carpz. c. l. def. 367. Brunnem. c. l. Titius. c. l.*

8. In redemtione ſubſelliorum inter plures præcedunt, qui aliis ſunt proximiores, *Ordinat. Eccleſ. Sax. c. l. & Decret. Synod. de an. 1624. c. l. Carpz. c. l. def. 366.* ita tamen ut heredes in linea deſcendente, ceu proximiores, propter jus repræſentationis, collaterales ſemper excludant, *Carpz. d. def. 366. n. 9. & 10.* Quod ſi vero opus non habeant ſellis, vel eas redimere nolint, qui proximi ſunt, tunc alii in ordine ſuccedentes admittuntur, *Carpz. c. l. n. 11.*

9 Quodſi plures concurrant in pari gradu conſtituti, ſorte res dirimenda eſt, *Carpz. c. l. def. 367. n. 11.* Non tamen omne arbitrium, pro ratione circumſtantiarum, uni vel alteri plus favoris exhibendi ademtum eſſe ædilibus eccleſiæ, putat *id. c. l. n. 10.* Ad ſortitionem admittitur quoque, qui ſellam jam habet, ita tamen, ut ſi ſors ipſi obveniat, veterem ſellam cedat, *Philipp. diſp. de ſubſell. eccleſ. c. 4. §. 8. Titius* **in der Probe des Teutſchen Geiſtl. Rechts.** *lib. 2. art. 3. §. 19.*

10. Ut proximi conſanguinei ad redemtionem ſubſelliorum admittantur, requiritur 1) ut ſint parochia-

rochiani *Philipp. d. c. 4. §. 7. Titius c. l. §. 27.* in quo tamen non hoc ſaltem inſpiciendum eſt, an inpræſentiarum de parochia ſint, ſed ſufficit, quod futura ſint eccleſiæ membra, *Mev. p. 5. dec. 408. n. 11.* Unde etſi vel ſtatuto ſic cautum ſit, quod aliis quam paroecianis ſubſellia locari non debeant, tamen locatio juſta erit & fruentur illo jure, qui fieri intendunt, *Mev. d. dec. in fin.* 2) ut egeant ſubſelliis, igitur ille, qui ſellam jam habet, excluditur, vel, ſi admittatur, veterem, acquiſita nova, eccleſiæ cedere tenetur, *Philipp. d. c. 4. §. 8. Titius c. l. §. 27.* 3) ut ſint ejusdem ſexus, cui ſella deſtinata eſt, unde maſculus ſellam femininam, & femina ſellam maſculinam redimere non valet, *Philipp. d. diſp. c. 1. §. 11. Titius c. l.*

11. Certum ſpatium conſanguineis ad reluenda ſubſellia præfiniri ſolet, quod in Saxonia Electorali eſt menſtruum, a morte poſſeſſoris computandum, *Decret. Synod. de An. 1624. §.* **Wann ſich auch Kirchen-Stände.** *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 368.* quod non currit ignoranti, *Carpz. c. l. n. 10.* nec reluere impedito, *Carpz. c. l. n. 8.* nec minori, *Titius c. l. §. 35.* add. *Beyer. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 364.*

12. Siquis parochianus vacans quoddam ſubſellium, intra præfinitum tempus, petat, poſtea autem, & antequam ejus petito Patronus ſive antiſtes eccleſiæ annuit, decedat, ejus heredes ſubſellium petere nequeunt, ſed alii proximiores prioris poſſeſſoris ſunt potiores, *Beyer. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 368. Titius* **in der Probe des Teutſchen Geiſtl. Rechts.** *lib. 2. art. 3. §. 32.* niſi negligentia & culpa antiſtitis ſit factum, quo minus ſubſellium fuerit ad ſcriptum *Titius. l. §. 33. Beyer. c. l. def. 363.*

13. Non invidendus eſt locus in eccleſiis commodior

modior nobilibus parochianis, *Carpz. c. l. def. 339.* quod non probat, patrono autem commodiorem locum non eſſe invidendum putat *Brunnem. in jure eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 11.*

14. Sumtus ad fabricationem ſubſelliorum a patrono merito eſſent ſuppeditandi, vel ex redilibus eccleſiæ deſumendi: ſed ſi ærarium eccleſiæ iis ferendis non ſufficiat, ſumtus a paroecianis exigi ſolent, *Philipp. diſp. de ſubſell. eccleſ. c. 2. Titius c. l. §. 7.* Quamvis potentes patroni ſuis ſumtibus ſubſellia exſtrui curare, atque maximo pretio paroecianis vendere, vel illis loca vacua, ad conſtructionem ſubſelliorum, pro certo pretio concedere ſolent, quod in ſubſelliis hereditariis non improbat *Titius c. l.* cum ad eccleſiam non facile revertantur. Sed contractum, quo ſubſellia jure hereditario vendantur, eſſe nullum, tradit *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 119.* Hinc quoque ſubſellia officialium publica ſumtibus collegii, cui jure proprietatis cedunt, ſunt ædificanda, *Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 2. def. 278. Titius c. l. §. 9.* quorum ædificatio magiſtratui loci denegari non poteſt, *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 119. p. 390.*

15. Cognitio controverſiarum ſuper ſubſelliis templorum exortarum ad magiſtratum ſecularem non pertinet, etiamſi ſaltem de poſſeſſione eorum quæratur, *Wernher. d. obſ. 119. p. 344.*

16. Etiam in ſubſelliis templorum poſſeſſio acquiri poteſt, *Wernher. ſupplem. nov. ad p. 3. obſ. 119.* ex qua nemo facile dejiciendus eſt, *Speidel. in ſpec. jurid. polit. voc.* Kirchen-Stuhl. Hinc quoque præſcriptione acquiri ſubſellia in templis poſſunt, ***Stryck. ad Brunnem. jus. eccles. lib. 2. c. 2. §. 11. verb. teſtamento in alium,***

17. Sub-

Digitized by Google

17. Subſellia eccleſiaſtica pro immobilibus habentur, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. c. 10. art. 6. n. 75.*

SUBSIDIUM PATERNUM.

Vid. loc. *collatio. th. 7. 8.* loc. *ſucceſſio conjugum. th. 22.*

SUBSTITUTIO DIRECTA & FIDEICOMMISSARIA.

1. Verbum *ſubſtitutionis*, in teſtamento adhibitum, in dubio potius directam, quam fideicommiſſariam, indicat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 241.* Nam ſubſtitutio directa potius interpretanda eſt, quam obliqua aut fideicommiſſaria, *c. 1. d. teſtam. in 6. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 1. n. 3. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 4. 5. Mev. p. 4. dec. 181.*

2. Sed hoc ita limitandum: niſi diſponentis voluntas aliter ſuadeat: nam inprimis, etiam in ſubſtitutionum materia, ejusque explicatione, cavendum eſt, ne, dum nimia utimur verborum ſubtilitate, vera judicia defunctorum ſubvertantur, *l. 15. C. de teſtam. l. 7. in fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Stryck. c. l. §. 4.*

3. Si ſubſtitutio talis ſit, quæ jure directo valere non poſſit, ex benigna interpretatione vel jure fideicommiſſi ſaltem eſt conſervanda, *arg. l. 76. ad SCt. Trebell. Carpz. p. 3. c. 8. d. 18. n. 6. 7.*

4. Subſtitutio, ſi ejusmodi verbis concepta fuerit, quæ tractum temporis habent, aut in caſum mortis heredis facta, voluntas teſtatoris jure fideicommiſſi ſubſiſtit, ac ſubſtitutio vulgaris in fideicommiſſariam reſolvitur, modo huic interpretationi ratio recti ſermonis non repugnet, *Mantic. de con-*

ject.

Digitized by Google

ject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 21. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 8. def. 6. n. 14. & def. 8. in fin. Carpz. d. def. 18. n. 8. ſeq.

5. Ergo facta ſubſtitutione in caſum mortis heredis, eo defuncto, hereditas, detracta Trebellianica, jure fideicommiſſi ad ſubſtitutum tranſit, *Mantic. d. tit. 1. n. 31. Moller. lib. 4. ſemeſtr. 29. n. 6. & 7. Carpz. d. def. 18. n. 12.*

6. Si ſubſtitutio fiat in codicillis, aut teſtamento clauſula codicillaris addita, tunc in vim fideicommiſſi ea flecti poteſt, *l. 76. ad. SC. Trebell. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 8. def. 0. Carpz. p. 1. c. 8. d. 19. n. 1. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 25. & membr. 2. §. 24. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 241. n. 3.*

7. Subſtitutio hoc verbo: zurück fallen, facta, ſi directo valere non poſſit, pro obliqua habenda eſt, adeo ut reſtitutio ſalva Trebellianica, fieri debeat, *Wernher. ſel obſ. for p. 1. obſ. 94.*

8. Vocati ordine ſucceſſivo poſt parentes liberi, cenſentur in dubio vocati, tanquam in caſum vulgaris non fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 7. n. 28. Carpz. d. c. d. 8.*

9. Subſtitutio fideicommiſſaria, deſcendentibus in caſum mortis facta, ſemper tacitam clauſulam continet: *ſi ſine liberis deceſſerit, l. 102. de condit. & demonſtr. l. 30. C. de fideicomm. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 39. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 20. def. 3. n. 9. Menoch. lib. 4. præſumt. 89. n. 2. ſeq.*

10. Econtra ſubſtitutio, collateralibus facta, non continet tacitam conditionem: *ſi. ſine liberis, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 25. Carpz. p. 3. c. 8. d. 9. n. 8. ſeq.*

11. Conditio: *ſi ſine filiis filii mei deceſſerint,* ſubſti-

Digitized by Google

ſubſtitutioni appoſita, filia ex uno filiorum exiſtente, deficit, *Teſſaur. dec. 188. pr. Carpz. d. c. d. 10. n. 1.* licet idem teſtator filias hereditate privaverit, *Trentacinq. de ſubſtit. p. 4. c. 7. n. 12 Carpz. c. l. n. 3.*

12. Sed ſi conditio eſſet appoſita cum qualitate *maſculinitatis*, vel de maſculis aliquando ſenſiſſet teſtator in teſtamento, ita ut non ſimus in dubio, quin teſtator voluerit maſculos feminis præferre, tunc indubitanter concludendum, neptem non excludere ſubſtitutum, *Teſſaur. d. dec. 188. n. 2. Carpz. c. l. n. 5. 6.*

13. Si teſtator uxori leget uſum fructum, donec in viduitate permaneret, eique ad ſecunda vota tranſeunti, alium ſubſtituat, ſubſtitutionem hanc etiam ad mortis caſum, ſi uxor in viduitate deceſſerit, pertinere exiſtimavit *Socin. vol. 3. conſil. 30.* Sed ſubſtitutionem, factam viduæ in caſum ſecundarum nuptiarum, ad mortis caſum trahendam non eſſe, cum *Hartm. Piſtor. obſ. 214.* tradit *Carpz. p. 3. c. 8. d. 23.*

SUBSTITUTIO EXEMPLARIS.

Vid. loc. *ſubſtitutio quaſi-pupillaris.*

SUBSTITUTIO MILITARIS SEU COMPENDIOSA.

1. Militibus conceſſum eſt, ut liberis quibuscunque, in quemcunque caſum, & qualitercunque defecerint heredes, poteſtatem ſubſtituendi habeant, *l. 6. C. de teſtam. milit. l. 8. C. de impub. ſubſtit. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 6.* Quo quidem caſu intra quatuordecim annos etiam propria bona filio ſubſtitutus jure communi capiet: poſt eam autem ætatem ex privilegio militum, patris duntaxat, cum fru-

fructibus inventis in hereditate, *l. 15. de vulg. & pupill. ſubſtit.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. p. 386.*

2. Hæc militaris ſubſtitutio, tanquam privilegiata, directo, non autem jure fideicommiſſi, valere debet, *Stryck. uſ. mod. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit.* §. 12. diſſentit *Carpz. p. 3. c. 8. d. 20.* ubi tradit, quod ſubſtitutio pupillaris a milite facta, verbis directis, ultra pubertatem valeat in vim fideicommiſſi.

3. Paganus hoc modo directe ſubſtituere nequit, ſed tantum jure fideicommiſſi, *l. 7. l. 14. de vulg. & pupill. ſubſtit. Stryck. prox. c. l.* add. *Huber. prælect. ad ff. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit.* §. 14. confer. vero *Voetius ad J. tit. de pupill. ſubſtit. §. 9. n. 5.* ubi: quin imo moribus pater aut mater filio non tantum impuberi vel furioſo, verum etiam puberi & ſanæ mentis ratione bonorum a ſe profectorum ſubſtituere poteſt in omnem eventum. Sed hoc diſplicet *Hubero c. l.*

4. Subſtitutio militaris complectitur vulgarem, itemque pupillarem veram & quaſi, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. not. 13. p. 388.* add. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 8.*

5. Fideicommiſſoria vero ſubſtitutio ſub verbis directis compendioſis non continetur: quia non eſt in poteſtate teſtatoris, verbis directis fideicommiſſum relinquere; ſed illud debet fieri verbis precativis aut aliis obliquis. Quodſi vero clauſula codicillaris tali ſubſtitutioni compendioſæ adjecta, & reliquæ directæ ſubſtitutiones non valerent, poſſet tunc flecti in fideicommiſſum, *Peregrin. de fideicomm. art. 34. n. 6. Stryck. prox. c. l.*

Digitized by Google

SUBSTITUTIO, SUBSTITUTUS PROCURATORIS.

Vid. loc. *procurator. th. 4. ſeq.*

SUBSTITUTIO PUPILLARIS.

1. Caveat pater, filio impuberi ſubſtituturus, ne de ſola filii ſucceſſione diſponat; ſed primo ſibi condat teſtamentum & poſt demum filio ſubſtituat: eſt enim ſubſtitutio pupillaris pars & ſequela teſtamenti paterni, *§. 5. J. d. pupill. ſubſtit. l. 2. §. 1. eod. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 2. §. 2.*

2. Subſiſtit tamen ſubſtitutio pupillaris, licet ex intervallo facta, *l. 16. §. 1. de ſubſtit. vulg. & pupill. Stryck. c. l.* etiam in codicillis. Quamvis enim codicillis heres nec inſtitui nec ſubſtitui poſſit: fallit tamen hoc in codicillis, poſt teſtamentum conditis, *Stryck. c. l.*

3. Neceſſe non eſt, ut pater præciſe filium inſtituat in hereditate, aut ſaltem in legitima, ac poſtea demum ipſi alium ſubſtituat; ſed poteſt etiam pater, jure ſuæ poteſtatis patriæ, ſubſtituere filio impuberi exheredato in ſuo teſtamento, ubi tunc ſubſtitutus in bonis maternis & aliis, eveniente caſu, ſuccedit, *§. 4. J. de pupill. ſubſtit. ibique Hopp. Stryck. c. l. §. 3.*

4. Pupillariter non niſi pater, qui filium in ſua poteſtate adhuc habet, ſubſtituere poteſt, *pr. J. de pupill. ſubſtit. l. 2. de vulg. & pupill. ſubſtit. Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 28 tit. 6. diſt. 1.*

5. Mater igitur pupillariter ſubſtituere non poteſt, nequidem hodierno jure, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 16. Hahn de Weſenbec. tit. de legat. 3. in fin. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 2. §. 6. Hopp. ad verba: quos in poteſtate pr. J. de pupillar. ſubſtit. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 157.*

6. Va-

Digitized by Google

6. Valet tamen ſubſtitutio pupillaris, a matre facta, in vim fideicommiſſi, appoſita clauſula codicillari, *Carpz. d. c. d. 17. Stryck. c. l. Hopp. c. l.* vid. omnino *Schilter. ex 38. & 88.* Verum hoc caſu hæc differentia ſupereſt, 1) quod ſubſtitutio tantum valeat de bonis matris propriis, 2) detrahenda ſit legitima, imo etiam 3) Trebellianica, niſi hæc a matre prohibita ſit, *Stryck. uſ. mod. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit. §. 6.*

7. Avus, nepotibus, in ejus poteſtate haud conſtitutis, pupillariter ſubſtituere non poteſt, ſed ſaltem per fideicommiſſum, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 4. n. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 157. n. 8.*

8. Quæritur: ſi poſthumo quis ſubſtitutus ſit & poſtea nullus poſthumus naſcatur, an admittatur ſubſtitutus? Id quod affirmant *Mantic. de conject. ult. volunt. lib 11. tit. 6. Peregrin. de fideicommiſſ art. 15. n. 16.* Cum vero alii id negant, vid. *Cephal. conſil 649. Alciat. lib. 9. R. 44. n. 23.* conſilii eſt, ut teſtator clare exprimat, ſubſtitutionem etiam locum habere debere, ſi vel maxime poſthumus non naſcatur, *Stryk. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 2. §. 8.*

9. In ſubſtitutione vulgari, filio impuberi facta, latet pupillaris tacita, v. g. *ſi filius heres non erit, Mevius heres eſto*: hoc enim caſu, etiamſi filius heres quidem fuerit, ſed antequam pubes factus, deceſſerit, nihilominus admittitur Mevius ſubſtitutus; Econtra ſub expreſſa pupillari: *ſi heres quidem fuerit, ſed intra pubertatem deceſſerit*, tacite continetur ſubſtitutio vulgaris, *ſi heres non erit, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 3. Stryck. c. l. §. 12. Hopp. ad rubr. J. de pupill. ſubſtit.*

10. Subſtitutio compendioſa, a pagano verbis

(Eee) 2 dire-

Digitized by Google

directis facta, continet pupillarem, *c. ſi pater de teſtam. in 6. l. 15. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vid. *Mantic. d. lib. 5. tit. 7. n. 12. Oddo de ſubſtit. compend. p. 5. qu. 3. art. 1. n. 2. Stryck. c. l.* §. 13. etiamſi ſubſtitutio facta ſit ſub conditione: *ſi ſine liberis*, *Peregrin. de fideicomm. art. 34. n. 60.* Cum vero multi diſſentiant, potius eſt, ut teſtator abſtineat hac conditione, *Stryck. c. l.*

11. Quæritur: ſi ſubſtitutio compendioſa communibus verbis a pagano facta ſit, an contineat ſub ſe pupillarem. Affirmant hoc *Oddo d. qu. 3. n. 32. Menoch. lib. 4. præſumt. 54.* Præterea compendioſa ſubſtitutio variat ſecundum temporis curſum. Nam non adita hereditate eſt vulgaris, adita vero hereditate intra pupillarem ætatem eſt pupillaris, poſtea fideicommiſſaria, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 2. §. 14.* Sed alii contendunt, quod hæc ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria, teſte *Stryck. c. l.*

12. Effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quod pupillariter ſubſtitutus, caſu eveniente, omnibus agnatis, imo matri præferatur, *l. 8. §. 5. de inoffic. teſtam. l. 8. C. de impub. & al. ſubſt. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 8. n. 12.* adeo ut nec matri jus legitimam petendi ſalvum ſit, etiam hodie, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 1. Stryck. c. l. §. 16. 17.* Sed hodie matri legitimam deberi, alii contendunt, vid. *Finckelth. obſ. 29. Richter. p. 1. dec. 45. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. not. 6. p. 387.*

13. Hoc autem verum ſaltem eſt in ſubſtitutione pupillari *expreſſa*: nam per *tacitam* pupillarem ſubſtitutionem mater non ſolum a legitima non excluditur, ſed nec ab ipſa quidem ſucceſſione, ut ſcilicet filio mater ſuccedat ab inteſtato, ac ſi nulla ſubſtitutio facta eſſet, *Menoch. lib. 4. præſumt. 39. Carpz. d. c. d.*

Digitized by Google

d. c. d. 2. add. *Stryck. uſ. mod. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit. §. 9.* confer. vero *A. Fab. de error. pragmat. dec. 33. error. 5. Stryck. de cautel. teſtam. d. §. 17.* niſi contraria patris voluntas ex conjecturis non obſcuris, nec improbabilibus, colligatur, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 8. def. 4. Carpz. d. def. 2. n. 9. ſeq.*

14. Jure Saxonico mater per ſubſtitutionem, filio factam, a petitione legitimæ nunquam excluditur, qualiscunque tandem ſit ſubſtitutio, *Conſtit. Elect. Sax. 8. p. 3. ibique Carpz. d. 3.* quod etiam ad aviam, avumque maternum extenſum eſt in *Dec. Elect. Sax. nov. 47. Berger. c. l.* quamvis contrariæ ſententiæ fuerit *Carpz. d. c. d. 5.*

15. Avus, ſubſtituendo nepotibus, horum parentes a legitimæ petitione non poteſt excludere, *Hartm. Piſtor. obſ. 171. Berlich. p. 3. concluſ. 10. n. 42.* maxime ſi nepotes in poteſtate non habeat, quibus nec propterea pupillariter ſubſtituere poteſt, ſed ſaltem per fideicommiſſum, *Carpz. d. c. d. 4. n. 5.*

16. Frater pupilli per tacitam pupillarem, in vulgari expreſſa contentam, excluditur, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 14. n. 22. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 2. §. 18.* niſi datus fuerit pupillo coheres, *Stryck. c. l.* vel ſubſtitutio vulgaris in favorem fratris facta fuerit, *Mantic. c. l. Stryk. c. l.*

17. Alter effectus ſubſtitutionis pupillaris eſt, ut, caſu eveniente, ſubſtitutus ſuccedat in bona tam patris quam pupilli, *l. 10. §. 5. de vulg. & pupill. ſubſtit. Carpz. p. 3. c. 8. d. 12. Stryck. c. l. § 19.* etſi teſtator verba reſtrictiva ad bona ſua propria adjecerit *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 8. def. 5. n. 4. Carpz. c. l. n. 6.* Imo etiam vulgariter ſubſtitutus ita ſuccedit, *Stryck. c. l.*

18. Si ſubſtitutio pupillaris pluribus facta eſt

 ſepara-

Digitized by Google

ſeparatim & ſingulariter, ſubſtitutio reſolvitur in ſingularitates, ita, ut, altero in pupillari ætate mortuo, ſubſtitutus admittatur, *l. 57. §. 1. ad SCt. Trebell. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 1. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18 membr. 2. §. 20.* Idemque tenendum, ſi ſubſtitutio facta eſt diſtributive, *Peregrin. de fideicomm. art 13. n. 31. Stryck. c. l.*

19. Quodſi teſtator plures filios inſtituit, & noviſſimo morienti ſubſtituit pupillariter, portio tam primi mortui, quam ultimi, ſubſtitutus acquirit, *l. 9. de reb. dub. Vasq. de ſucceſ. progreſſ. §. 25. n. 70. Stryck. c. l. §. 21.* dummodo ultimus ſucceſſerit ab inteſtato in totum fratri præmortuo; alias ſi non ſucceſſiſſet ab inteſtato, ſubſtitutus non poſſet admitti, niſi in portione, quæ ultimo obvenit, *Vasq. c. l. n. 77. Stryck. c. l.*

20. Subſtitutio pupillaris, verbis directis facta, pubertate filii inſtituti expirat, *§. 8. J. de pupillar. ſubſtit. l. 3. l. 17. de vulg. & pup. ſubſtit. Stryck. c. l. §. 24.* & licet ultra pubertatis annos facta ſit, tamen non ſubſiſtit, *l. 7. l. 14. de vulg. & pupill. ſubſtit. Carpz. p. 3. c. 8. d. 19. n. 4.* nequidem in vim fideicommiſſi, *Struv. ex 33. th. 30. Hopp. ad §. 8. J. de pupill. ſubſtit. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 306. & p. 7. obſ. 98.* confer. vero *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 5. n. 19. Brunnem. ad l. 8. C. de impup. & al. ſubſtit.* niſi 1) teſtamento appoſita ſit clauſula codicillaris, *l. 17. ad SCt. Trebell. Carpz. d. def. 19.* add. *Hopp. c. l.* vel 2) ſubſtitutio facta ſit a milite, *l. 15. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 8. C. de impuber. & al. ſubſtit. Carpz. d. c. d. 20.* add. loc. *Subſtit. milit. th. 1. ſeq.*

21. Cum ſubſtitutio ſubſiſtere nequeat, quando non valet inſtitutio, *l. 44. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſequitur, corruente teſtamento, una cum inſtitutione,

Digitized by Google

tione, ſubſtitutionem quoque annullari, tanquam acceſſorium; quod & multo magis verum eſt in pupillari ſubſtitutione, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 6. n. 1. 2.*

SUBSTITUTIO QUASI-PUPILLARIS.

1. Hæc ſubſtitutio, quæ etiam vocatur exemplaris, fit non ſolum a patre, ſed quoque a matre, *l. 9. C. de impub. & al. ſubſtit. Stryck. de cautel. teſtam c. 18. membr. 3. §. 7. & 8.* etiamſi hæc ad ſecunda vota tranſierit, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 13. Stryck. d. ʃ. 8.* diſſentit *Oddo in prælud. de ſubſtit. compend. qu. 6.* liberis furioſis, *d. l. 9. Stryck. c. l. ʃ. 11.* mente captis, *Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. p. 386.* aliove vitio, propter quod ipſi teſtari nequeunt, laborantibus, *Berger. c. l.* veluti prodigis, *Stryck. c. l. §. 13.* ſurdis & mutis natura, *l. 43. de vulg. & pupill. ſubſtit. Stryck. c. l. §. 14.* ſive ſint puberes ſive impuberes, *Vasqu. lib. 2. de ſucceſſ. progreſſ. §. 17. n. 68. Carpz. d. c. d. 14.* in eum caſum: *ſi heredes erunt, ſed in eo ſtatu decedent, l. 9. C. de impub. & al. ſubſtit. Berger. c. l.*

2. Pater filiis quaſi pupillariter ſubſtituere poteſt, etiam in teſtamento minus ſolemni inter liberos, in codicillis vero hac poteſtate non fruitur, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 3. §. 7.*

3. Si uterque parentum ſubſtituat exemplariter filio furioſo, attendenda eſt cujusque diſpoſitio in bonis a parente ſubſtituente profectis: in bonis vero filii propriis patris diſpoſitio prævalet, *Struv. ex. 33. th. 35. Stryck. c. l. §. 9.* Sed matris ſubſtitutionem omni caſu in ſubſidium obtinere, tradit *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. qu. 179. n. 23.*

4. Filius non poteſt exemplariter ſubſtituere patri furioſo, *Vasqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 17. n. 62.*

Digitized by Google

Stryck. c. l. §. 10. diſſentit *Jaſon. ad l. 43. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

5. Id ſingulare eſt in quaſi pupillari ſubſtitutione, quod non quilibet, ſubſtitui poſſit heres, ſed ſubſtituendi ſint 1) liberi dementis; his non extantibus, 2) ejus fratres & ſorores; & poſt hos denique 3) extraneos ſubſtituere licet, *l. 9. C. de impuber. & al. ſubſtit. Carpz. p. 3. c. 8. d. 15. Stryck. c. l. §. 16. ſeq.* adeo ut liberi pariterque fratres & ſorores præferendi ſint piæ cauſæ, *Stryck. c. l. §. 17.*

6. Non autem neceſſe eſt, ut omnes liberi vel fratres furioſi ſubſtituantur, ſed ſufficit, unum vel alterum ex illis ſubſtituiſſe, *d. l. 9. C. d. impuber. & al. ſubſtit. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 3. §. 18. 19.* Cum vero hæc lex, quod ad deſcendentes, admodum dura ſit, interpretes in eam prolapſi ſunt ſententiam, hoc non aliter admittendum eſſe, quam ſi reliquis liberis legitima ſalva ſit, *Brunnem. ad d. l. 9. Barry de ſucceſſ. lib. 5. tit. 6. Stryck. c. l. & uſ. mod. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit. §. 11.*

7. Utroque caſu, tam in liberis, quam in fratribus, attendat parens ſubſtituens, annon ſubſtituendi pariter inſani ſint & dementes: Sani enim & prudentes tantum ſubſtitui poſſunt, *Stryck. de cautel. teſtam. c. l. §. 19.* quamvis alii dicant, dementes ſubſtitui poſſe, ſed non neceſſario eſſe ſubſtituendos, *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. qu. 189. n. 13.*

8. Qui ex fratribus furioſo ſunt ſubſtituendi, ex ipſo parente ſubſtituente geniti eſſe debent: alioquin arbitrio ſubſtituentis relictum eſt, an hunc, an extraneum ſubſtituere velit, *Stryck. c. l.* Unde, ſi filius furioſus fratres tantum conſanguineos habeat, mater ſubſtituens his vitricum præ-

Digitized by Google

præferre poteſt, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 15.* & pater, ſi filius demens fratres tantum uterinos habeat, novercam ſubſtituere valet, *Fuſar. d. qu. 189. n. 5. Stryck. c. l.*

9. Quæritur: an pater ſubſtituens, ſi ex filio demente nepotes non adſint, matrem; & mater eodem caſu patrem excludere, & fratres ſubſtituere poſſit? Id quod negat *Stryck. de cautel. teſtam. c. l. §. 20. & uſ. mod. c. l. §. 11.* quamvis haud pauci eam foveant ſententiam, quod mater, etiamſi filius mente captus aut furioſus nec deſcendentes nec fratres habeat, neceſſario ſubſtituenda non ſit, *Trentacinq. de ſubſtit. pupill. c. 5. n. 12. Oddo in prælud. compend. ſubſtit. p. 4 qu. 8.*

10. Subſtitutio exemplaris tacite etiam latet ſub expreſſa ſubſtitutione vulgari, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 16. n. 18.* ſi ſcilicet teſtator tempore facti teſtamenti, vel etiam mortis habuerit liberos furioſos, iisdemque ſubſtituerit vulgariter expreſſe, ac illi poſtea heredes exiſtentes in eodem ſtatu mentis perturbato deceſſerint, *Menoch. lib. 4. præſumt. 44.* non item, ſi superveniat illa inſania, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 3. §. 2.*

11. Perinde etiam ſubſtitutio exemplaris continetur ſub pupillari expreſſa, *Menoch. d. præſumt. 44. Stryck. c. l. §. 3.* Quod tamen reſtringendum ad patrem pupillariter ſubſtituentem: nam ſi mater pupillariter ſubſtituerit, non poteſt exemplaris tacita comprehendi, niſi clauſulam codicillarem ſimul adjecerit, *Stryck. c. l.*

12. Sub compendioſa ſubſtitutione comprehenditur quoque exemplaris, *Menoch. lib. 4. præſumt. 45.* niſi ſubſtitutio eſt facta per verba communia in re certa, *Stryck. c. l. §. 4.* Nec locus eſt exemplari, ubi

Digitized by Google

conjecturæ fortes adſunt, ſubſtitutionem illam eſſe potius fideicommiſſariam, quam exemplarem, *Menoch. lib. 4. præſumt. 49. Stryck. c. l.*

13. Expirat ſubſtitutio quaſi pupillaris, redeunte ſane mente, *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 11. th. 10. lit. f. Stryck. c. l. §. 21.* item, ſi poſt ſubſtitutionem filio inſano naſcatur legitima proles, *l. 43. pr. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Stryck. c. l. §. 23.* nec non, ſi perſona ſubſtituta ante heredem inſtitutum inſipientem moriatur: non enim ſubſtitutionis ſpes, aut jus ullum tranſmittitur ad heredes, *l. 59. §. 6. de hered. inſtit. Stryck. c. l.*

SUBSTITUTIO RECIPROCA.

1. Reciprocæ ſubſtitutionis effectus eſt, quod tertius vel quartus ſupervivens ſuccedat reliquis, in partibus etiam ad ipſos devolutis, per mortem primi atque ſecundi, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 11. n. 4.* idque jure fideicommiſſi: ſpeciale ſiquidem hoc eſt in ſubſtitutione reciproca, ſeu breviloqua, quod, licet & ipſa ſit vulgaris ſubſtitutio, *l. 4. de vulg. & pupill. ſubſtit. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 8. def. 6. n. 5.* minus tamen difficulter ad fideicommiſſum trahatur, præſertim ſi facta fuerit per verba importantia tractum temporis *A. Fab. d. tit. 8. def. 10. n. 4. Carpz. d. def. n. 6. ſeq.*

SUBSTITUTIO VULGARIS.

1. Hæc fieri poteſt in quocunque teſtamento, etiam minus ſolenni, perinde ac inſtitutio heredis, quam in omnibus imitatur ſubſtitutio, *Habn. ad Weſenbec. tit. de ſubſtit. n. 1. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 3.*

2. Ergo ſubſtitutio non poteſt fieri in codicillis, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 25. lim. 30. n. 1. Stryck. c. l.* in quibus facta ſubſtitutio vulgaris nequidem in vim

Digitized by Google

vim fideicommiſſi valet, vid. *Peregrin. de fideicomm. art. 18. n. 5.* diſſentit *Stryck. c. l.*

3. In dubio potius præſumitur ſubſtitutio vulgaris & directa, quam ulla alia, *c. 1. de teſtam. in 6. Maſcard. de probat. concluſ. 1346. Stryck. c. l.* § 4. & in ſpecie vulgaris aut alia, quam obliqua aut fideicommiſſoria, *Menoch. lib. 4. præſumt. 66. n. 1. ſeq. Mev. p. 4. dec. 181. Stryck. c. l. §. 5.*

4. Conditio, in genere concepta: *ſi heres non erit*, complectitur duos caſus, alterum *voluntatis*: ſi heres eſſe *nolit*, alterum *impotentiæ*: ſi heres eſſe *non poſſit*, *l. 3. C. de hered. inſtid. Stryck. c. l.* §. *10. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. not. 2. p. 387.*

5. Si unus illorum caſuum expreſſus, v. g. *voluntatis*, ſub eo continetur alter non expreſſus, v. g. *impotentiæ*, & vice verſa, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 9. Hopp. ad pr. J. de vulg. ſubſtit. v. ſi ille heres non erit. Berger. c. l. not. 3.* quamvis haud pauci diſſentiant, vid. *Lauterb. compend. tit. de vulg. & pupill. ſubſtit. p. 495.*

6. Subſtitutio vulgaris extenditur de caſu ad caſum, nimirum: ſi inſtitutus moritur poſt teſtatorem, antequam adiit, ad caſum, ſi ante decedat, *Peregrin. de fideicomm. art. 33. n. 13 Stryck. c. l. §. 11.* niſi caſus ſit diſſimilis, aut menti ſubſtituentis contrarius, *Menoch. conſil. 432. n. 18. Stryck. c. l.*

7. Quando inſtitutus repudiat hereditatem, ſubſtituto mox locus eſt dandus, licet filiusfamilias ſit, & ſuus heres, qui abſtinuit ab hereditate paterna, *Stryck. c. l. §. 12.* Quod ſi tamen pater filii inſtituti hereditatem adire cupiat, præferendus eſt vulgariter ſubſtituto, *Stryck. c. l. §. 13.* diſſentit *Fachin. lib. 4. controv. 63.*

8. An

Digitized by Google

8. An vero ſubſtitutio locus ſit in hereditate, inſtituto indigno exiſtente, quæritur? Teſte *Stryck. in cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 14.* pro ſubſtituto pugnant *Tholoſan. in ſyntagm. jur. p. 3. lib 42. tit. 14. n. 2. Fachin. lib. 4. controv. 64.* fiſco autem favent *Fumeus de ſubſtit. vulg. n. 23. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 2. tit. 2. n. 27.*

9. Si pluribus inſtitutis ſubſtitutus ſit aliquis, & aliquis ex inſtitutis aut non velit, aut non poſſit eſſe heres, illa pars ad ſubſtitutum non devolvitur, ſed reliquis accreſcit, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 11. n. 25. Stryk. c. l. §. 15.* Itaque unius aditione ex pluribus inſtitutis ſubſtitutio expirat, *l. 42. de vulg. & pupill. ſubſtit. Stryck. c. l.*

10. Si ergo teſtator heredes inſtitutos non niſi ad partem ipſis aſſignatam admittere, & ita jus accreſcendi inter ipſos impedire velit, ſingulis heredibus alii ſubſtituendi ſunt; vel ſi unum tantum ſubſtituere velit, hic ſubſtituendus eſt ſingulis, & expreſſe prohibendum eſt jus accreſcendi inter heredes, *Mantic. d. tit. 11. n. 30. Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 16.*

11. Si ſubſtitutio facta eſt alternatim hoc modo: *ſi Titius heres non erit aut Sejus heres non erit, ſubſtituo Cajum*, reſolvitur in ſingularitates, h. e. tunc repudiantis Titii vel Seji pars jure ſubſtitutionis ad Cajum pertinet, *Trentacinqu. de ſubſtit. c. 17. n. 20. Stryck. c. l. §. 17.* Idem eſt, quando ſubſtitutio eſſet facta his verbis: *Si Titius vel Sejus heredes non erunt, Cajus eſto, Trentacinqu. d. c. 17. n. 37. Stryck. c. l.* Quod tamen limitari ſolet, quando inſtituti eſſent liberi teſtatoris: quia tunc alternavita reſolvitur in conjunctam, *Peregrin. de fideicomm. art. 13. n. 34. Stryck. c. l.*

12. Adi-

Digitized by Google

12. Aditione heredis vulgaris expirat ſubſtitutio, *l. 5. C. de impub. & al. ſubſtit. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 18. not. 4. p. 387.* quod procedit etiam in ſubſtitutione in legatis & fideicommiſſis, *Stryck. c. l. §. 19.* utpote in quibus etiam valet ſubſtitutio, *l. 50. pr. de legat. 2. l. 32. de legat. 3. l. 57. §. 1. 2. ad SC. Trebell. Carpz. p. 3. c. 8 d. 21.* imo quoad omnes gradus ſubſtitutionum, *Stryck. c. l.*

13. In liberis vero, ad excludendam ſubſtitutionem, non præciſe neceſſaria eſt aditio. Nam ſi illis aliquis ſubſtitutus ſit in teſtamento a patre, licet liberi reapſe hereditatem non adierint, aut ſe illi nondum immiſcuerint, interim nepotes reliquerint, hos ſubſtitutum excludere verius eſt, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 20.*

14. Quid autem dicendum eſt de herede inſtituto deliberante, & intra tempus deliberationis decedente? Reſp. Quamvis ſint, qui, hoc caſu hereditatem ſubſtitutio cedere debere contendunt: alii tamen cum *Struv. ex. 33. th. 17.* exiſtimant, etiamſi heres deliberans deceſſerit, hujus heredes intra reſiduum deliberationis tempus jus adeundi hereditatem ſalvum habere, *Stryck. c. l. §. 21.*

SUCCESSIO.

1. In bonis immobilibus ſucceditur ſecundum ſtatuta loci, ubi ſita ſunt, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 12.* etſi defunctus alibi domicilium habuit, *dec. Elect. Sax. nov. 54. ibique Philipp. obſ. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 288. n. 1. Gail. lib. 2. obſ. 124. circa finem, Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 3. def. 8. n. 1.* Idemque obtinet in mobi-

Digitized by Google

mobilibus, certo loco deſtinatis, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 46. not. 6. p. 475. Carpz. d. c. d. 5.*

2. Aſt in ſucceſſionibus mobilium, nominum atque jurium attenduntur ſtatuta domicilii defuncti, licet ille alibi ſit mortuus, *Carpz. d. c. d. 13. & 14. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſp. 1. c. 4. §. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 237.* vel in eodem loco aliud, etiam ſuperius, forum ſortitus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 142.* Nam ſucceſſio in mobilibus dijudicanda eſt ſecundum jura loci, non item jurisdictionis, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 6. p. 535.*

3. Hinc etiam miniſtri eccleſiæ defuncti mobilia ſecundum ſtatuta loci, ubi commoratus eſt, dividi debent, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 3. def. 8. Wernher. d. obſ. 142. n. 5. Horn. cl. 8. R. 4. p. 467. b. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 6. p. 535.*

4. Defunctis vero in academiis miniſtris eccleſiæ, profeſſoribus & ſtudioſis, qui in civitate municipali quidem commorantur, ſed magiſtratui oppidano non parent, diviſio rerum mobilium neutiquam fieri debet juxta ſtatuta magiſtratus oppidani, ſed ſecundum jura communia provincialia vel ſtatuta iſtius magiſtratus, cui parent, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 16.* ubi hoc generale habet: *defuncto licet incola de civitate: ſucceſſio tamen mobilium non ſit juxta ſtatuta civitatis, ſi non magiſtratui oppidano, ſed alterius jurisdictioni fuerit ſubjectus.*

5. Heredes conductoris defuncti in prædio conducto non ſuccedunt juxta ſtatuta loci, ubi ſitum eſt prædium conductum, *Carpz. d. c. d. 18.*

6. Si miles, patria Saxo, in India defunctus, reliquerit in Saxonia fratrem, & fratris præmortui liberos: tam ſucceſſio in ſtipendio, Sold, tanquam re, juris

inter-

Digitized by Google

interpretatione mobili, fieri debet, jure communi, utpote quod obtinet in domicilio defuncti; cujus domicilium vero eſt in India, quando in patria bona immobilia non poſſidet, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 46. not. 6. p. 475. & part. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 6. p. 538.*

7. Id quod tamen capiendum eſt de toto principis, cui ſervit miles, territorio, non de quacunque illius territorii civitate, ubi fortaſſe commoratur tantiſper, wo er im Quartier lieget; ex quo conſequitur, militis ſucceſſionem, eamque cum activam, ut puta, defuncta uxore, tum paſſivam, ſecundum, non ſtatuta cujusque loci, quo ipſemet, aut uxor ejusdem moritur, ſed leges territorii communes, definiendam eſſe, *Berger. œcon. jur. c. l.*

8. Quodſi defunctus in locis diverſis domicilium habuerit, electio quod ad res mobiles, vere aut ficte tales, eſt heredis, *Carpz. lib. 6. R. 38. Berger. c. l. p. 476.*

9 Quodſi defunctus nullum certum domicilium habuerit, quoad ſucceſſionem in rebus mobilibus ſpectatur locus originis, *Hartm. Piſtor. obſ. 55. n. 4. & 12. Carpz. lib. 6. R. 40. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 237. n. 4.*

10. Studioſo, quamvis in academia vivat, ſucceditur ſecundum ſtatuta loci, ubi pater fuit civis: namque ejusmodi ſtudioſus pro cive originario, atque adeo capaci ſtatutorum habetur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 46. not. 8. p. 476.*

SUCCESSIO ASCENDENTIUM.

1. Ad ſucceſſionem liberorum nunquam admittuntur parentes, aliive aſcendentes, ſi nepotes adſint,

vel

Digitized by Google

vel liberi ejus, de cujus hereditate diſceptatur: hi enim indifferenter, aſcendentes excludunt, *Harprecht. ad pr. J. de heredit. quæ ab inteſt. def. n. 367.*

2. Mater una cum patre ad filiorum ſucceſſionem admittitur, non ſolum jure civili, *l. 7. §. 1. C. ad SCt. Tertull. nov. 118. c. 2.* ſed & jure Saxonico, *Conſtit. Elect. Sax. 17. p. 3. ibique Carpz. d. 1.* Nec avus aviam excludit, ſed omnes aſcendentes, in gradu pares, ad ſucceſſionem nepotum admittuntur, *d. nov. 118. c. 2. Berlich. p. 3. concl. 23. n. 7. Carpz. d. c. 17. d. 2.*

3. Si plures ſint in pari gradu, ſed in linea diverſa, paterna nimirum & materna, licet diſparis numeri, in ſtirpes ſuccedunt; veluti ſi quis decedat, relictis ex una parte avia & avo paterno, ex altera vero parte avia materna tantum, hereditas in duas partes erit dividenda, ita, ut avia materna tantum accipiat, quantum avus & avia paterna, *nov. 118. c. 2. Carpz. p. 3. c. 17. d. 3. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 38. p. 451.*

4. Jure civili, cum aſcendentibus ſive parentibus, defuncti fratres & ſorores utrinque defuncto juncti junctæve, ſimul ſuccedunt in capita, ac inter hoſce hereditas ex æquo dividenda eſt, totque faciendæ ſunt partes, quot adſunt perſonæ, *auth. defuncto. C. ad SCt. Tertull. nov. 118. c. 2. Carpz. d. c. d. 4. n. 1. 2. & d. 5. n. 1. 2. Berger. c. l.* Quin & fratrum ac ſororum prædefunctarum liberi, ſive defuncto frater ſuperſit, ſive non, cum aſcendentibus jure repræſentationis in ſtirpes vocantur, *nov. 127. n. 1. Carpz. d. def. 4. n. 3. Berger. c. l. & not. 3. p. 452.* Quod privilegium vero ad nepotes vel pronepotes fratris non extenditur, ſed hujusmodi nepotes per parentes & fratres ipſius defuncti excluduntur, *Carpz. c. l. n. 5. 6.*

5. Saltem frater & ſoror, qui ex utroque latere

re

Digitized by Google

re conjuncti ſunt, de jure communi cum aſcendentibus ſimul ſuccedunt; excluditur ergo conſanguineus & uterinus, *nov. 118. c. 2. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 2. c. 1. §. 33. Carpz. p. 3. c. 17. d. 5. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 11. n. 1.* confer. vero *Berlich. p. 3. concl. 23. n. 9.*

6. In foro Saxonico aſcendentes, liberis ſuccedentes, indifferenter fratres defuncti, aliosque collaterales excludunt, Landr. *lib. 1. art. 17. Carpz. d. c. d. 6. & 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 40.* ſine diſcrimine dignitatis, nobiles ſint, an ignobiles, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 38. not. 5. p. 453. Carpz. d. c. d. 9.*

7. Gradus diverſi parentes neutiquam ad ſucceſſionem liberorum ſimul admittuntur, ſed proximiores remotiores excludunt, nec admittuntur avus aviaque & ulteriores aſcendentes, quando adſunt parentes, pater vel mater, *nov. 118. c. 2. auth. defuncto. C. ad SCt. Tertull. Carpz. d. c. d. 18.*

8. In ſucceſſione aſcendentium, bonorum diſtinctio obſervanda eſt, ita, ut pater vel avus paternus, ſolum in bonis paternis vel ex linea paterna, mater vero & avus maternus in bonis maternis, & ex linea materna quæſitis duntaxat ſuccedat, *Hartm. Piſtor. obſ. 51. n. 2. Teſſaur. dec. 27. n. 2. Carpz. p. 3. c. 14. d. 2.* diſſentiunt *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 2. Harprecht. in pr. J. de heredit. quæ ab inteſt. def. n. 372. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 38. not. 2. p. 452.*

9. Plane in foro Saxonico diſcrimen bonorum non obſervatur, ſed pater & mater, avus paternus & maternus, æqualiter in bonis omnibus deſcendentium ſuccedunt, origine bonorum non inſpecta, unde pro-

Digitized by Google

venerint, *Coler. p. 1. dec. 47. n. 5. Carpz. d. c. d. 5. Berger. c. l.*

10. Sicuti reciproca ſucceſſionum jura ſunt: ita pari modo, quo liberi naturales parentibus, etiam parentes liberis naturalibus ſuccedunt, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 2. c. 1. §. 42.* Hinc pater filio naturali, ſi hic liberos legitimos vel uxorem legitimam reliquerit, plane non ſuccedit, ſi vero cælebs deceſſerit, inſextante, *auth. licet. in fin. C. de natur. liber. nov. 89. c. 13. Stryck. c. l.* & quod ſi mater in tali ſucceſſione cum patre concurrat, hic in ſextante, illa in reliquis decem unciis ſuccedit, *Stephan. ad novell. 118. n. 50. Stryck. c. l.* Imo pater, ſi conſtet, etiam ſpurio, perinde ut naturali, ſuccedit, *Stryck. c. l. §. 43.* non autem filio inceſtuoſo, *arg. auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* nec ex ſtupro violento nato, *Stryck. c. l. §. 47.*

11. Mater filiis naturalibus vel ſpuriis parili modo ſuccedit, ac ſi ex legitimo eosdem ſuſcepiſſet thoro, *Stryck. c. l. §. 44.* etiamſi ex ſtupro violento ſint nati, *Stryck. c. l. §. 47.* imo licet cum violentia inceſtus concurrat, *Theſaur. lib. 1. qu. 22. n. 22. Stryck. c. l.* Extra quem caſum vero inceſtuoſis liberis nec matrem ſuccedere verius eſſe, ob generalitatem *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* cum *Nicol. de Ubald. de ſucceſſ. ab inteſt. p. 2. n. 25.* putat *Stryck. c. l. §. 44.* Mater illuſtris autem, ſi liberos legitimos habeat, filiis naturalibus non ſuccedit, *Chriſtin. vol. 4. dec. 12. 65. n. 1.* confer. vero *Stryck. c. l. §. 44.*

12. Uti parentes, ita quoque avi ſuccedunt liberis naturalibus, & quo caſu & qua ex parte nepos, extra matrimonium ſuſceptus, avo ſuccedit, eo quoque caſu admittendum eſſe avum, niſi manifeſta diſparita-

tis

Digitized by Google

tis ratio doceri poſſit, tradit *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 2. c. 1. §. 45.*

13. Si collaterales cum parentibus filii naturalis concurrant, illi cum pater ultra ſextantem nunquam admittitur, eo ordine, quo alias ad ſucceſſionem pervenire poſſunt, in eo, quod ſextantem excedit, admittuntur, a matre vero plane excluduntur, ſive fratres æque naturales, ſive poſtea a matre ex juſto matrimonio ſuſcepti fuerint, cum non modo hi, ſed quoque illi tantum uterini ſint, *Stryck. c. l. §. 46.* confer. vero *Theſaur. quæſt. for. lib. 1. qu. 22. n. 13.* aſſerens, ſi mater in ſucceſſione filii naturalis concurrat cum fratribus naturalibus & legitimis, in capita dividendam eſſe hereditatem, patrem vero, ſi adſit duas uncias capere.

14. Liberis ex putativo matrimonio natis parentes ſuccedunt, ſed illi tantum, qui extra reatum ſunt, ſive notitiam impedimenti non habuerunt. Quare, ſi pater ſciverit, mater ignoraverit, huic jus ſuccedendi competeret, non illi, *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 2. c. 1. §. 48.*

15. Liberis, per ſubſequens matrimonium legitimatis, pari ratione ſuccedunt parentes, quam liberis ab initio legitime natis, *Stephan. ad nov. 118. n. 51. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 2. c. 1. §. 49.* Et idem regulariter obtinet in legitimatis per reſcriptum principis, *Stephan. c. l. Stryck. c. l. §. 50.* quanquam forma reſcripti legitimationis non negligenda, ſed ea ante omnia attendenda, *Nic. ab Ubald. de ſucceſſ. ab inteſt. p. 2. n. 27. in fin. Stryck. c. l.*

SUCCESSIO COLLATERALIUM.

1. In foro Saxonico fratres & ſorores ſoli ſuccedunt defuncti fratri, excluſis fratrum ſororumque

 libe-

Digitized by Google

liberis: cum jure Saxonico jus repræſentationis in linea collaterali prorſus non attenditur, **Land-R.** *lib. 1. art. 13.* add. *Conſtit. Elect. Sax. 18. §. ult. p. 3. ibique Carpz. d. 1. n. 5. ſeq. Coler. p. 1. dec. 48. n. 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 39. not. 1. p. 454.*

2. At jure civili, una cum fratribus & ſororibus, fratrum ſororumque præmortuorum præmortuarumque liberi, qui jure repræſentationis portionem parentis ſui accipiunt, admittuntur, *nov. 118. c. 3. auth. ceſſante. C. de legit. hered. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 1. n. 1.* qui ſuccedendi modus *Conſtit. Imper. Car. V. de an. 1521.* ita confirmatus eſt, ut nulla alia obſtare debeat conſuetudo, *Mynſinger. R. 36. n. 6. Carpz. d. c. d. 2.* ubi *n. 11.* putat, inhærendum eſſe *Conſtitutioni Carolinæ* etiam in provinciis Saxonicis, iis ſcilicet, in quibus hæc *Conſtitutio* manifeſte recepta ac uſu hactenus obſervata fuit.

3. Fratrum ac ſororum liberi ſoli, nullo concurrente patruo, in capita ſuccedunt, non in ſtirpes, jure & civili, & Saxonico, *A. Fab. lib. 6. tit. 31. def. 1. n. 8. Berlich. p. 3. concluſ. 34. n. 26. Carpz. d. c. d. 3. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 39. not. 2. p. 454.*

4. Fratrum utrinque conjunctorum liberi patruum defuncti a ſucceſſione excludunt, etiamſi hic cum illis eſt in pari gradu, non ſolum jure civili, *auth. poſt fratres. C. de legit. hered. nov. n. 118. c. 3. Berlich. p. 3. concl. 24 n. 34.* ſed quoque jure Saxonico Electorali, *Conſtit. Elect. Sax. 18. p. 3. ibique Carpz. d. 5.* non autem jure Saxonico communi; *Carpz. d. c. d. 4.*

5. Excluduntur verò nepotes fratris a ſucceſſione per patruum defuncti, etiam in terris Electoratus Saxonici, *Carpz. d. c. d. 7.*

6. Fra-

Digitized by Google

6. Fratres utrinque conjuncti, ſeu germani, fratres ex uno latere junctos, ſive ſint conſanguinei ſive uterini, a ſucceſſione prorſus excludunt, tam jure cicili, *nov. 118. c. 3. auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Fœrſter. de ſucceſſ. lib. 8. c. 4. n. 1. ſeq.* quam Saxonico, Landr. *lib. 1. art. 20. Carpz. d. c. d. 8.*

7. Filii fratrum utrinque conjunctorum de jure civili fratres ex uno duntaxat latere junctos excludunt, idque propter jus repræſentationis, *nov. 118. c. 3. auth. ceſſante. auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Schneidew. ad pr. J. de heredit. quæ ab inteſt. def. ſub rubr. de tertio ordine ſuccedendi. n. 16. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 3. c. 1. §. 17. ſeq.* Aſt nepotes fratrum eodem jure non gaudent, ſed per fratres, ex uno latere junctos, ceu conſtitutos in gradu proximiori a ſucceſſione patrui magni excluduntur, *Berlich. p. 3. concl. 24. n. 60.* Plane jure Saxonico nec fratrum ſororumque utrinque conjunctorum liberi fratres, ex uno latere junctos, excludunt, ſed una cum illis æqualiter & in capita ſuccedunt, Landr. *lib. 2. art. 20. Conſtit. Elect. Sax. 18. p. 3. ibique Carpz. d. 10. Pingiz. qu. 5. n. 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 39. not. 5. p. 455.*

8. In ſucceſſione geradæ vero ſoror uterina ſororis utrinque conjunctæ filiam excludit, *Carpz. d. c. d. 11.* Et in ſucceſſione rerum expeditoriarum frater conſanguineus excludit fratris utrinque conjuncti filium, *Carpz. d. c. d. 12.*

9. Frater, ex uno duntaxat latere conjunctus, fratrum ex uno latere liberos in foro Saxonico excludit: quia hi in remotiori gradu reperiuntur, *Carpz. d. c. 18. d. 13.* jure civili autem aliter ſe res habet, propter jus repræſentationis, *nov. 118. c. 3. Carpz. d. def. 13. n. 2. Stryck. c. l. §. 20.*

10. Fratres, ſororesve, ex uno latere juncti, ſoli ſuccedunt, excluſis defuncti patruo, amita, avunculo vel matertera, ex utroque latere conjunctis, non ſolum jure civili, *auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Berlich. p. 3. concl. 24. n. 71.* ſed Saxonico quoque, eoque & Electorali, *Conſtit. Elect. Sax. 18. p. 3. ibique Carpz. d. 14.* & communi, *Carpz. d. c. d. 15.*

11. Imo jure civili, filii fratris, unilateraliter juncti, propter jus repræſentationis, excludunt patruum defuncti, *d. auth. poſt fratres. C. de legit. hered. Carpz. d. def. 14. n. 3. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 3. c. 1. §. 21.* Aſt jure Saxonico iidem illi per patruum defuncti, utrinque junctum, a ſucceſſione excluduntur, quia jure Saxonico jus repræſentationis in linea collaterali locum non habet, *Conſtit. Elect. Sax. 18. p. 3. ibique Carpz. d. 16.* Quod ſi vero patruus defuncti ex uno tantum latere huic ſit junctus, cum eodem fratrum conſanguineorum & uterinorum liberi ſimul ſuccedunt, *Carpz. d. c. d. 17.*

12. Fratrum & ſororum conſanguineorum vel uterinorum liberi admittuntur, ſi non ipſemet patruus vel amita, avunculus vel matertera adſint, ſed horum utrinque conjunctorum liberi ſuperſtites extiterint: etenim, quia in foro Saxonico hi liberi indifferenter omnes in pari, videlicet quarto, exiſtunt gradu, utique & pariter in capita ſuccedunt, quia plures, in eodem gradu poſiti, æqualiter omnes ad ſucceſſionem admittuntur, **Land-R.** *lib. 1. art. 3. Carpz. p. 3. c. 18. d. 18.* Quamvis de jure civili hoc caſu res aliter ſe habeat, & fratrum atque ſororum conſanguineorum vel uterinorum liberi patrui vel amitæ, avunculi vel materteræ liberos prorſus excludant, *Carpz. d. def. 18. n. 4.*

13. Jure

Digitized by Google

13. Jure civili eo caſu, quo defunctus non reliquit nec fratres utrinque conjunctos, nec ſolos uterinos, ſed tam conſanguineos, quam uterinos, diſtinguitur inter bona, quæ ex linea paterna & quæ ex linea materna provenerunt, ita ut frater conſanguineus ſuccedat in bonis paternis, excluſo fratre uterino, frater vero uterinus in bonis, ex linea materna quæſitis, præferatur fratri conſanguineo, *l. 13. §. 2. C. de legit. hered. Hartm. Piſtor. obſ. 51. n. 1. Carpz. p. 3. c. 14. d. 1.* quod & vulgo extendi ſolet ad eorum filios, *Carpz. d. def. 1. n. 5.* At in fratrum nepotibus & aliis collateralibus in gradibus ulterioribus conſtitutis diſtinctio hæc bonorum non obſervanda eſt, *Berlich. p. 3. concl. 20. n. 6. Carpz. d. def. 1. n. 6.*

14. Plane in foro Saxonico diſtinctio bonorum, unde nimirum illa provenerint, non attenditur, ſed jus Saxonicum ſolam proximitatem & gradus prærogativam reſpicit; ideoque fratres uterini & conſanguinei, nulla habita ratione bonorum, quæ reliquit defunctus, ſimul ſuccedunt, *Conſtit. Elect. Sax. 14. p. 3. ibique Carpz. d. 4. Pingitz. qu. 14. n. 21.*

15. Si defunctus reliquerit non fratres vel ſorores, utrinque vel ex uno latere tantum conjunctos, nec eorum filios, ſed alios collaterales ſolos, tunc hi omnes, ſi utroque latere ſint conjuncti, de jure civili pariter & Saxonico ſecundum gradus prærogativam in capita ſuccedunt, *auth. poſt fratres. C de legit. hered. nov. 118. c. 3.* Land-R. *lib. 1. art. 3. Harprecht. ad pr. J. de hered. quæ ab inteſt. def. n. 449 ſeq. Carpz. p. 3. c. 18. d. 19.*

16. Hinc nepotes ex fratre vel ſorore defuncti cum ejusdem patruelibus & conſobrinis, h. e. patrui, avunculi, amitæ vel materteræ liberis, pariter in capita ad ſucceſſionem admittuntur, *Carpz. d. def. 19. n. 3.* Econtra patruus defuncti, ejusdem patrueles a ſucceſſione excludit, *Carpz. d. c. d. 20.*

17. Jure civili in remotioribus cognatis duplicitas vinculi non attenditur, ſed proximus gradu, ſive utroque, ſive uno tantum latere junctus fuerit, remotiorem excludit, *nov. 118. c. 3. Struv. ex. 38. th. 35. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 3. c. 1. §. 26.* Aſt jure Saxonico, unilaterales ſemper, bilateralibus, remotiores uno gradu habentur, ſecundum illud: Die halbe Geburth tritt einen Grad weiter, *Carpz. p. 3. c. 18. d. 21. n. 2. ſeq. Stryck. c. l. c. 3. §. 8. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 39. not. 6. p. 455.* quod exemplis declarat *Carpz. in d. def. 21. & ſeq.*

18. Una perſona, duplici ratione conjuncta, defuncto, veluti patruelis & conſobrinus ſimul exiſtens, duplicem portionem lucratur, *Carpz. d. c. d. 26. Struv. ex. 38. §. 35. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 3. c. 1. §. 27.*

19. Poſthumus in ſucceſſionibus, etiam collateralium, pro jam nato habetur, *§. 2. J. de hered. quæ ab inteſt. defer. l. 7. & 26. de ſtat. homin. l. 7. de ſuis & legit. l. 30. §. 1. de acquir. vel omitt. hered. l. 20. ad SCt. Trebell. Carpz. d. c. d. 27.*

SUCCESSIO CONJUGUM.

1. In ſucceſſione conjugum tres caſus principales conſiderandi veniunt, PRIMO ante omnia circumſpici debet: an inter conjuges facta ſint pacta dotalia? Tunc enim non curatur de diſpoſitione juris

Digitized by Google

juris communis aut ſtatutarii, cum proviſio hominis faciat ceſſare proviſionem legis, *l. fin. C. de pact. conv. Conſtit. Elect. Sax. 20. p. 3. in pr. Schneidew. ad tit. J. de heredit. quæ ab inteſt. rubr. de ſucceſſ. int. vir. & ux. n. 1.*

2. Vidua portione, in pactis dotalibus aſſignata, contenta eſſe debet, nec, relicta ea, ad portionem ſtatuto vel jure provinciali, aut communi debitam redire poteſt, *Carpz. p. 3. c. 20. d 1. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. differt. 4. c. 1. §. 23. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 80.* etſi 1) abſque curatore in pacta dotalia conſenſerit, *Carpz. d. c d. 2.* vel 2) ultra dimidium in pactis dotalibus læſa fuerit, *Carpz. d. c. d. 3. Wernher. c. l.* confer. loc. *pacta dotalia. th. 18.*

3. Eodem modo maritus, ultra portionem, in pactis dotalibus ipſi aſſignatam, ex bonis defunctæ uxoris nihil amplius petere valet; nec ipſi patet regreſſus ad inteſtatam mobilium ſucceſſionem, ſi pactis dotalibus de certa portione, in caſum demortuæ uxoris, ſibi proſpexerit, *Carpz. p. 3. c. 23. d. 1.*

4. Vidua in teſtamento mariti ſibi relicta una cum portione, ex pactis dotalibus debita, lucratur: quia maritus hoc caſu eſt debitor voluntarius, qui certe haud compenſandi animo legare aliquid videtur, *Carpz. p. 3 c. 20. d. 5. Moller. lib. 3. ſemeſtr. 23.*

5. Vidua portionem, ex pactis dotalibus debitam, abſque onere collationis ſuæ dotis, aliorumque bonorum, conſequitur, niſi aliud conventum fuerit, *Carpz. p. 3. c. 20 d 4.*

6. ALTER caſus: deficientibus pactis dotalibus, attendi debet ſtatutum & conſuetudo loci,

Digitized by Google

ubi maritus habet domicilium habitationis, non originis, *Berlich. p. 3. concl. 26. n. 6. ſeq. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 4. c. 3. §. 4.*

7. Vidua, ſuccedens marito, ex ſtatuto locali, non tenetur conferre ſeu imputare dotem aliaque ſua bona in portionem ſtatutariam, *Carpz. d. c. d. 7.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 263.* niſi hoc expreſſis verbis ſtatutum locale requirat, *Carpz. d. c. d. 8. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 41.* In dubio vero ſtatuti localis verba ita ſunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum, *Carpz. d. c. d. 10.*

8. Conferre tenetur conjux ſuperſtes bona ſua mediante inventario, vel jurata ſpecificatione, ſicubi collatio exigitur, *Carpz. d. c. d. 9.*

9. Collatio bonorum, conjugi ſuperſtiti per ſtatutum impoſita trahenda non eſt ad caſum exiſtentis concurſus creditorum ſuper bonis prædefuncti, *Carpz. d. c. d. 11.*

10. Extra Saxoniæ Electoratum liberum eſt viduæ, portionem ex ſtatuto locali ſibi delatam eligere, vel bona ſua illata repetere una cum gerada, eo quidem caſu, cum ſtatutum expreſſis verbis onus collationis imponit, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 12.*

11. Aſt in Electoratu Saxoniæ, quando portio conjugis ſtatutaria jure locali definita eſt, facultas repetendi bona illata ceſſat, propter *peculiare reſcriptum de an. 1606. Carpz. d. c. d. 13. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 101.* excepto 1) ſi ſtatutum locale viduæ ſuperſtiti onus collationis verbis expreſſis haud imponat, *Carpz. d. c. d. 14. n. 5.* & 2) ſi, marito debitis onerato, fiat concurſus creditorum: nam tum vidua, repudiata portione, ex ſtatuto loci alicujus ſpeciali ſibi debita, bene dotem, aliaque ſuo bona illata una cum

Digitized by Google

cum gerada repetere valet, ***memoratum reſcriptum de an. 1606. Carpz. d. c. d. 14.***

12. Deficientibus pactis dotalibus & ſtatuto locali, reſtat TERTIUS ſuccedendi modus, ex jure nempe communi aut provinciali, ***Carpz. d. c. d. 15. n. 1.*** Jure civili autem conjuges ſibi invicem regulariter non ſuccedunt, ſed mortuo marito uxor ſuam dotem, & alia bona illata repetit, præter hæc ex bonis defuncti nihil lucratur, ***Berlich. p. 3. concluſ. 26. n. 1.*** & vice verſa, mortua uxore, maritus nequidem dotem lucratur, ***Berlich. p. 3. concl. 29. n. 1. ſeq.***

13. Attamen, ſi nulli adſint cognati, ſuccedunt demum conjuges in omnia defuncti bona, beneficio Prætoris, modo 1) bonorum poſſeſſio petita fuerit juſto tempore, i. e. intra 100. dies a die ſcientiæ, 2) juſtum ſubfuerit matrimonium, & 3) mortis tempore ſubſtiterit matrimonium, ***Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 4. c. 1. §. 4. ſeq. Berlich. de concluſ. 26. n. 2. & d. concl. 29. n. 2.*** confer. loc. ***bonorum poſſeſſio ab inteſtato: unde vir & uxor.*** Neque aliter res ſeſe habet in foro Saxonico, ubi, deficientibus cognatis, conjux in omnia prædefuncti bona ſuccedit, atque adeo fiſco præfertur, ***Carpz. p. 3. c. 23. d. 23. n. 7. Berlich. p. 3. concl. 29. n. 71. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 485. & p. 3. obſ. 67. n. 4.*** add. loc. ***bonorum poſſeſſio ab inteſtato: unde vir & uxor. th. 1.***

14. Cum vero ita rarius proſpiceretur conjugibus, novum beneficium imperator illis indulſit in ***nov. 52. c. 6. nov. 117. c. 5. & auth. præterea. C. unde vir & uxor.*** ita ut conjux ſuperſtes, ſi fuerit inops, præmortuus autem locuples, capiat quartam partem bonorum defuncti, ſi tres vel pauciores exiſtant heredes, ſive ſint liberi, ſive aſcendentes, ſive collaterales

viri-

virilem autem portionem, ſi quatuor aut plures exiſtant beredes, ſive itidem ſint liberi, ſive aſcendentes, ſive collaterales, *Berlich. p. 3. concl. 26. n. 14. 29. 30. & 38. nec non concl. 29. n. 18. & 19.* add. *Stryck. c. l. §. 16. ſeq. Struv. ex. 38. th. 38.* & quidem hanc determinatam portionem, acquirit, ſaltem quoad uſum fructum, ſi liberi concurrentes ſint nati ex ultimo matrimonio, pleno autem jure, ſi liberi ſint prioris matrimonii, aut, plane non extantibus liberis, aſcendentes vel collaterales defuncti concurrant, *Berlich. d. concl. 26. n. 15. 27. & 30.*

15. Jure Saxonico defertur marito ſucceſſio in omnia uxoris defunctæ mobilia, **Landr.** *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76. Conſtit. Elect. Sax. 22. p. 3.* Unde maritus Saxonicus vulgo dicitur heres mobiliaris, *Berlich. p. 3. concluſ. 29. n. 30. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 4. c. 5. §. 7. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. p. 465.*

16. Hinc maritus lucratur dotem in pecunia numerata, vel aliis mobilibus conſiſtentem, etiam promiſſam ſaltem, nondum vero ſolutam, *Gail. lib. 2. obſ. 79. Heig. p. 1. qu. 33. n. 91. Carpz. p. 3. c. 23. d. 3.* cum uſuris a die nuptiarum, *Carpz. d. c. d. 4.* imo etiam dotem in diem promiſſam, etiamſi uxor ante diem deceſſerit, *Carpz. d. c. d. 5.* add. loc. *dot. th. 20.* Dotem tamen ſub conditione promiſſam non lucratur maritus, ſi uxor ante conditionem exiſtentem deceſſerit, *Heig. d. qu. 33. n. 56. & 92. Carpz. d. c. d. 6.*

17. Præter dotem maritus lucratur omnia uxoris defunctæ mobilia, **Landr.** *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76. Carpz. p. 3. c. 23. d. 11. n. 2.* veluti 1) pecuniam numeratam, *Carpz. d. c. d. 7.* 2) nomina activa,

ſeu

Digitized by Google

ſeu pecuniam uxoris creditam indiſtincte, ſive ſolutionis dies venerit, ſive non, ſive pure ſive in diem debeatur, *Conſtit. Elect. Sax. 23. p. 3. ibique Carpz. d. 8. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. not. 1. p. 466.* jure enim Saxonico, in materia ſucceſſionis mariti, in bonis uxoris, actio ad res mobiles competens, pro re mobili habetur, *Carpz. p. 3. c. 21. d. 4. n. 7,* nec refert, an pecunia ſimpliciter, ſive ſub pignore vel hypotheca fuerit credita, *Berlich. p. 3. concl. 33. n. 15. Carpz. d. c. d. 9. n. 7.* 3) pretium rei venditæ nondum ſolutum indifferenter, *Carpz. d. c. d. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 23.* 4) omnia animalia, exceptis iis, quæ ad geradam vel ſponſalitiam largitatem pertinent, *Carpz. d. c. d. 12.* 5) etiam illa mobilia, quæ extra territorium Saxonicum ſita ſunt, *Rauchb. p. 1. qu. 17. n. 6.* niſi ad certum locum extra provincias Saxonicas ſint deſtinata, ea intentione, ut perpetuo ibi manerent, *Rauchb. d. qu. 17. n. 12. Carpz. d. c. d. 13. n. 5.*

18. Maritus Saxonicus omnia uxoris mobilia lucratur, 1) ſive ſit inops, ſive dives, *Berlich. p. 3. concl. 29. n. 42. Carpz. p. 3. c. 23. d. 11.* 2) ſive ſit nobilis, ſive ignobilis, *Carpz. d. c. d. 16.* 3) ſive uxor defuncta liberos primi, ſive ſecundi matrimonii reliquerit, *Carpz. d. c. d. 17.* 4) etiamſi ipſi in domo ſoceri alimenta fuerint ſubminiſtrata, *Carpz. d. c. d. 20. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. not. 1. p. 464.*

19. Si uxor omnino nulla reliquerit bona immobilia, vel non tanta, quanta ad liberorum vel parentum legitimam ſufficere queant, tunc liberi vel parentes ex bonis etiam mobilibus legitimam ſuam, vel ſaltem hujus ſupplementum petere haud prohibentur, *Coler. p. 1. dec. 57. n. 24. & p. 2. dec. 286. n. 12. ſeq.*

Digitized by Google

ſeq. Carpz. d. c. d. 18. & 19. Wernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 199.

20. Collateralibus vero legitima ex mobilibus defunctæ uxoris, quæ maritus conſequitur, non debetur, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 67.*

21. Res mobiles, ad geradam pertinentes, non lucratur maritus, ſed mediante inventario vel juramento proximæ cognatæ reſtituere tenetur, *Carpz. p. 3. c. 23. d. 14.*

22. Quod gener in ſubſidium paternum zur våterlichen Hülffe, accepit, id mortua uxore non lucratur, ſed reſtituere tenetur, cum revera mutuum contineat, *Carpz. d. c. d. 15. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 66. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* ſed per vocem: Våterliche Hülffe, dotem ſubintelligi docet *Schilter. ex. 36. §. 80.* & reſponderunt JCti Wittebergenſes apud *Berger. in philoc. for. ſub rubr. de diſcrim. bonor. uxor. §. 9. n. 9.*

23. De bonis immobilibus uxoris defunctæ maritus in foro Saxonico omnino nihil lucratur, **Landr.** *lib. 1. art. 31. Carpz. d. c. d. 22.* etſi 1) tota uxoris ſubſtantia in immobilibus conſiſtat, *Moller. ad p. 3. c. 21. n. 14.* 2) etſi uxor prædefuncta nullos alios reliquerit heredes deſcendentes, aſcendentes vel collaterales, fratres nempe aut ſorores, *Carpz. d. c. d. 23.* 3) etſi maritus ſit inops, *Carpz. d. c. d. 24.* diſſentit *Berlich. p. 3. concl. 29. n. 69.* ubi putat, quod tunc ſuccedat juxta diſpoſitionem juris civilis. Quem ſequitur *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 30.* Imo maritum indiſtincte, ſive inops, ſive dives ſit, in quartam admittendum eſſe, cenſent *Richter. de ſucceſ. ab inteſt. ſect. 4. membr. 2. n. 51. Struv. ex. 38. th. 40. Berger. Reſolut.*

Lau-

Digitized by Google

Lauterb. tit. quis ordo in poſſ. ſſ. ſerv. ad verba ex certa parte.

24. Nec dotem, in rebus immobilibus conſiſtentem, maritus lucratur in foro Saxonico, *Carpz. d. c. d. 25.* niſi res immobilis æſtimato in dotem data fuerit, *Berlich. d. concl. 29. n. 70. Carpz. d. c. d. 26.* Quod ſi vero bona immobilia dotalia durante matrimonio fuerint æſtimata, non cedunt marito, *Berlich. c. l. n. 71. Carpz. d. c. d. 27.*

25. Aes alienum, nomine mobilium contractum, a ſolo marito, diſſolvendum eſt *arg. lib. 1.* Land⸗R. *art. 24.* cœteroquin æs alienum non ſolum de mobilibus, ſed & de immobilibus bonis, pro rata, exſolvendum eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. not. 6. p. 467.* add. loc. *uxor. th. 9. 10 11.*

26. Jure Saxonico communi nihil diſpoſitum eſt de ſucceſſione uxoris ignobilis; ergo etiam in foro Saxonico communi ſtandum erit diſpoſitione juris civilis, ita, ut uxor demum, ſi inops fuerit, pro re nata, vel quartam vel virilem portionem conſequatur, *Carpz. p. 3. c. 10. d. 15. Berlich. p. 3. concl. 27. n. 13.* quamvis alii aliter ſentiant, varieque de ſucceſſione viduarum Saxonica differant, uti videre eſt apud *Berlich. c. l. n. 4. ſeq.*

27. Jure Saxonico Electorali tribuitur uxori ignobili ſtatutaria portio, quæ, deducto prius ære alieno, exiſtentibus liberis, eſt quarta, non exiſtentibus, tertia pars hereditatis, *Conſtit. Elect. Sax. 20. p. 3. ibique Carpz. d. 16. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. p. 470.* Neque refert, an uxor dives, aut pauper ſit, *d. c. ibique Carpz. d. 17.* atque etiamſi ambo conjuges vacuis manibus convenerint, conſtante autem matrimonio, amplas facultates acquiſiverint, *Carpz. d. c. d. 18.*

Libe-

Liberorum vero nomine hic quoque comprehenduntur nepotes, adeoque his exiſtentibus, non niſi quartam conſequitur, *Carpz. d. c. d. 17.*

28. In computationem portionis ſtatutariæ non veniunt 1) bona extra territorium Electoratus Saxonici ſita, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 19.* 2) bona feudalia, *Carpz. d. c. d. 20.* 3) bona mariti fideicommiſſo ſubjecta, *Carpz. d. c. d. 21.*

29. Acceſſio extrinſeca, quæ hereditati poſt mortem mariti ſupervenit, portionem ſtatutariam minus auget; acceſſio vero intrinſeca, veluti fructus hereditatis, eam auget, quamdiu vidua jure retentionis utitur in bonis mariti, *Carpz. d. c. d. 22.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. not. 7. p. 472.*

30. Marito propter commiſſum crimen læſæ majeſtatis condemnato licet ad confiſcationem bonorum, viduæ tamen portio debetur, ſtatutaria, *Carpz. d. c. d. 23.*

31. Vidua petens, portionem ſtatutariam, utroque caſu, extantibus ſive non extantibus liberis, conferre tenetur omnia ſua bona, mobilia & immobilia, & non ſolum, quæ ad maritum attulit, ſed quoque, quæ, conſtante matrimonio, ex hereditatibus vel aliunde acquiſivit, *Conſtit. Elect. Sax. 20. p. 3. ibique Carpz. d. 24.* nulla adhibita diſtinctione, an bona in Electoratu Saxoniæ, vel extra illum ſint ſituata, *Carpz. d. def. 24. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 45. p. 470.* item lucra nuptialia, *Carpz. d. c. d. 25.* & credita, quorum dies nondum ceſſit, *Carpz. d. c. d. 26.* nec non bona utenſilia & geradam ſuam propriam, *Carpz. d. c. d. 27.*

32. Quicquid autem, poſt mortem mariti, vidua, durante communione acquirit, neutiquam in com-

Digitized by Google

communem hereditatem conferre cogitur, *Carpz. d. c. d. 28.*

33. Legata, aliaque in teſtamento viduæ a marito relicta in portionem ſtatutariam imputantur, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 29.* niſi maritus diſertis verbis legatum viduæ ultra portionem ſtatutariam reliquerit, *Carpz. d. c. d. 30.* quo caſu portio ſtatutaria prius eſt deducenda, ac poſtea demum legatum viduæ exſolvendum, *Carpz. d. c. d. 31.*

34. Vidua oneri collationis haud eſt obnoxia, quando partem hereditatis, in teſtamento ſibi relictam, capit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 158.*

35. Vidua, petens portionem ſtatutariam, mediante juramento, tenetur conferre bona ſua, quando in harum exhibitione ſe facit ſuſpectam, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 45.*

36. Vidua, quæ bona ſua, mediante inventario aut jurata ſpecificatione, conferre renuit, ceteroquin heredibus jusjurandum in litem permittit, portionem, alioquin ex ſtatuto viduis debitam petere non valet, *Berger. E. D. F. tit. 45. obſ. 6. not. 3. p. 1533.* add. loc. *juramentum in litem. th. 10.*

37. Vidua tenetur ad exſolutionem æris alieni, a marito facti, pro rata portionis ſuæ ſtatutariæ, *Coler. p. 1. dec. 62. n. 13. Carpz. d. c. d. 46.*

38. Libera datur viduæ electio, an portionem ſtatutariam petere & bona ſua conferre velit, an vero, relicta portione ſtatutaria, ſuam dotem, aliaque bona retinere malit, *Conſtit. Elect. Sax. 20. p. 3. ibique Carpz. d. 32. n. 1.* quo poſteriori caſu jure petit ex bonis mariti geradam, *Carpz. d. c. d. 35.* legatum in teſtamento ſibi relictum, *Carpz. d. c. d. 40.* atque repetit nomina in dotem data, deductis tamen ſumtibus, pro eorun-

dem exactione factis, *Carpz. d. c. d. 39.* & dimidium partem donorum nuptialium, aut eorum æſtimationem, ſi non extent, *Carpz. p. 3. c. 22. d. 6.*

39. Non poteſt repetere vidua expenſas nuptiales, quia inde mariti bonis nihil acceſſit, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 36.* niſi in dotem fuerint imputatæ, *Carpz. d. c. d. 37.* vel adhuc extent, veluti monilia, annuli, torques &c. *Carpz. d. def. 27. n. 5.*

40. Vidua non poteſt petere mobilia, tanquam bona illata, ex eo ſolo, quod ſignaculo ſuo notata reperiantur, *Carpz. d. c. d. 34.*

41. Si bona illata adhuc extent, ſive mobilia, ſive immobilia fuerint, quin hiſce vidua contenta ſit, dubium vix eſt: alioquin ſi dotem in pecunia numerata intulerit, heredes viciſſim pecuniam numeratam ipſi exſolvere ſunt obligati, nec tenetur vidua alia bona in ſolutum acceptare, *Carpz. p. 3. c. 20. d. 32. n. 3. ſeq.*

42. Propter deteriorationem dotis, aliorumque bonorum illatorum, heredes mariti viduæ ad intereſſe tenentur, *Carpz. d. c. d. 33.*

43. Jus optionis ſive eligendi portionem ſtatutariam, vel bona illata repetendi, non ſolum viduæ, ſed & ejusdem liberis ac nepotibus competit, & perpetuo, usque ad 30. annos durat, niſi a judice brevioris temporis ſpatium, puta unius vel duorum menſium optioni fuerit præfinitum, *Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 21. n. 4. Carpz. d. c. d. 41.*

44. Aſt in heredes aſcendentes, collaterales & extraneos jus eligendi non transfertur, ſed hi portione ſtatutaria contenti eſſe debent, *Carpz. d. c. d. 42.* Itaque, vidua ad ſecundas nuptias convolante atque ea, antequam utatur jure optionis, defuncta, marito hoc jus optionis non competit, *Carpz. d. c. d. 43.*

45. S

Digitized by Google

45. Si vidua jure optionis uſa fuerit, ac bona illata petierit, defuncta ea, ejus heredibus ad portionem ſtatutariam redire non licet, *Carpz. d. c. d. 44.*

46. Jure Saxonico uxori nobili debetur 1) gerada, Landr. *lib. 1. art. 24. Berlich. p. 3. concl. 28. n. 3.* quam non aditam ad filias, vel alias cognatas transmittit, *Berlich. d. concl. n. 60. ſeq.* 2) ſponſalitia largitas, Landr. *c. l. Berlich. d. concl. n. 85.* 3) donatio propter nuptias, ſeu dotalitium, *Berlich. d. concl. n. 104* 4) comeſtibilia, Landr. *c. l. Berlich. d. concl. n. 101.*

47. Non ſuccedit vidua, jure nobilium, in dotalitio, morgengaba & cibariis domeſticis, ſi maritus defunctus non fuerit nobilis, *Carpz. p. 3. c. 37. d. 1.* licet ipſa ex genere nobili ſit procreata, *Carpz. d. c. d. 2.*

48. Defuncto marito, vidua geradam, ſponſalitiam largitatem, & dotalitium, propria autoritate, poſt trigeſimum accipere & occupare poteſt, Landr. *lib. 1. art. 24. Conſtit. Elect. Sax. 33. p. 3. ibique Carpz. d. 1. & 2* non vero comeſtibilia, *d. c. 33. §.* So viel aber *ibique Carpz. d. 3.*

49. Non tamen perdit jus ſuum vidua, lucra muliebria intra triceſimum, comeſtibilia vero poſt triceſimum propria autoritate apprehendens, licet arbitraria mulcta ob id ei imponi poſſit, *Carpz. d. c. d. 4.*

50. Vidua lucra muliebria propria autoritate apprehendens, beneficio inventarii vel juramento, quid acceperit, indicare tenetur, *Conſtit. Elect. Sax. 33. p. 3. ibique Carpz. d. 5.*

51. Uxor nobilis, eligens jura muliebria, nempe: dotalitium, geradam, comeſtibilia & ſponſalitiam largitatem, neque dotem, neque alia bona illata, neque dona nuptialia repetere poteſt, *Carpz. p. 3 c.*

 22. d.

Digitized by Google

22. d. 13. add. *Conſtit. Elect. Sax. 42. p. 2. ibique Moller. n. 1. Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 4. n. 20.* confer. loc. *dotalitium. th. 9.*

52. Vidua nobilis jura muliebria, veluti dotalitium, &c. dimittere, & loco eorundem portionem ſtatutariam, ad inſtar viduæ ignobilis, petere poteſt, quippe quod in ejus eſt arbitrio, *Berlich. p. 3. concl. 28. n. 116. Carpz. p. 3. c. 16. d. 3. & 6.* diſſentit *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 8. in fin.*

53. Quotam vero ſtatutariam vel hereditatis vidua, una cum dotalitio, cibariis domeſticis, aliisque juribus muliebribus, petere non poteſt, *Carpz. d. c. d. 4.* quod & verum, ſi vidua quotam hereditatis ex teſtamento mariti capiat, *Conſtit. Elect. Sax. 37. p. 3. ibique Carpz. d. 4. n. 3.*

54. Quandoque tamen vidua nobilis una cum hereditatis quota etiam jura mulierum nobilium capit, ſi nempe hoc marito placuerit, vel conſuetudine ſpeciali introductum, vel de eo conventum fuerit, *Carpz. d. c. d. 7.*

55. Viduæ, bona illata repetenti, non debentur dotalitium, comeſtibilia & ſponſalitia largitas, *Carpz. d. c. d. 5.* ubi *n. 4.* geradam excipit, ita ut eam cum bonis illatis petere vidua poſſit: quamvis contrarium ſtatuere videtur ipſe *Carpz. p. 3. c. 22. d. 13.* ubi *n. 1.* hæc habentur: *quemadmodum vidua nobilis, eligens dotem illatam, ſimul geradam, morgengabam & comeſtibilia petere haud valet.*

56. Vidua nobilis, una cum morgengaba, comeſtibilibus, aliisque juribus muliebribus petere valet 1) donatum mortis cauſa, *Carpz. p. 3. c. 37. d. 8.* 2) legatum in teſtamento mariti ipſi relictum, *Carpz. d. c. d. 9.*

57. Ut in foro Saxonico conjux lucretur id,

quod

quod ipſi ex pactis dotalibus, ſtatuto, vel jure Saxonico debetur, præter benedictionem ſacerdotalem requiritur conſcenſio thalami, **Landr.** *lib. 1. art. 45. Conſtit. Elect. Sax. 19. p. 3. ibique Carpz. d. 2. & 3.* add. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſert. 4. c. 3. §. 7. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. not. 2. p. 466.* vero acceſſerit copula carnalis, opus non eſt, *Carpz. d. c. d. 4. Stryck. c. l. Berger. c. l.*

58. Hinc non privanda eſt uxor portione ſtatutaria ob impotentiam ſponſi vel mariti in coeundo, ſi ei ad mortem usque cohabitaverit, *Carpz. d. c. d. 5.*

59. Utrum autem ſtuprata, & deinceps per ſacerdotem ſtupratori copulata, eidem, ante novam thalami conſcenſionem defuncto, ſuccedat, quæritur? id quod affirmat *Berger. c. l.* negat vero *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 40. verb. poſt. conſcenſum thalami.*

60. Conjux, conjugem malitioſe deſerens, ex huius bonis nihil lucratur, ſed amittit portionem ex pactis dotalibus, ſtatuto, conſuetudine aut jure ipſi debitam, *nov. 22. c. 15. §. 2. nov. 117. c. 8. §. ſi nolente viro. Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 3. ibique. Carpz. d. 1.* Idemque dicendum, ſi maritus deſeruerit uxorem peſte infectam, *Rauchb. p. 2. qu. 20. n. 18. Carpz. d. c. d. 2.* niſi ei de cura & medicamentis proſpexerit, *Carpz. d. c. d. 3. Berlich. p. 3. concl. 36. n. 22.* vel alio quocunque morbo laborantem, nec ei de medico & aliis neceſſariis proſpexerit, quod tamen eatenus verum eſt, ſi uxor mortua fuerit, *Carpz. d. c. d. 4.* vid. *omnino Berlich. d. concl. n. 37. ſeq.*

61. Maritus dotem & aliud lucrum amittit, qui uxori alimenta denegavit, *Mod. Piſtor. p. 2. qu. 57. n. 3. Berlich. d. concl. n. 46.* ſed hoc ita, ſi ex defe-

ctu alimentorum uxor deceſſerit, *Coler. p. 2. dec. 257. n. 6. Carpz. d. c. d. 5. n. 4.* nec minus qui uxorem verberat & expellit, ſed hoc ita, ſi uxor expulſa intereat, *Berlich. p. 3. concl. 26. n. 33. ſeq. Carpz. p. 3. c. 26. d. 6.* item qui necem uxoris molitus eſt, effectu licet non ſubſecuto, *Carpz. d. c. d. 7. n. 4.*

62. Porro maritus dotem, aliaque mobilia perdit, ſi uxorem interficiat, ut maxime eam de adulterio ſuſpectam habeat, *Berlich. d. concl. n. 3. Carpz. d. c. d. 7. n. 1.* imo in flagranti adulterio deprehendat, *Berlich. d. concl. n. 5. Coler. p. 2. dec. 286. n. 27. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. quis ordo in poſſeſſ. ſerv. qu. 2.* item ſi uxor ab alio fuerit occiſa, & maritus occiſſorem noverit, ſed necem uxoris non vindicaverit, *Berlich. d. concl. n. 6. Carpz. d. c. d. 8. n. 1.* niſi forſitan alius in ulciſcenda uxoris nece maritum prævenerit, *Berlich. d. concl. n. 10.*

63. Conjux portione ſtatutaria indignus judicatur, ſi conjugem adulterio falſo accuſaverit, & non obtinuerit, *Berlich. p. 3. concl. 26. n. 13. Carpz. d. c. d. 8. n. 4.* Et amittitur lucrum dotis mobiliumque, ſive portionis ſtatutariæ, ex eo, quod conjux de adulterio perpetrato convincitur, *nov. 117. c. 8. §. 2. Carpz. p. 3. c. 26. d. 9. & pract. crimin. qu. 64. n. 1. ſeq.*

64. Conjux portione ſtatutaria privandus non eſt, antequam, cognito negotio, cauſam privationis ſufficientem pronunciaverit judex; *Carpz. p. 3. c. 26. d. 10.*

65. Nunquam privatur conjux portione ſtatutaria, ſi heredes conjugis defuncti privationem non petierint, *Carpz. d. c. d. 11.*

66. Dubium non eſt, ſi ipſemet conjux adverſus conjugem ad privationem agere cœperit, quin, defun-

defuncto eo, heredes indifferenter actionem perſequi valeant: ſed ſi morte præventus conjux non experiri potuerit, ſoli heredes deſcendentes ad privationem portionis ſtatutariæ adverſus conjugem experiri poſſunt, non etiam extranei vel collaterales, *Carpz. d. c. d. 12.*

67. Non privari poteſt conjux ſuperſtes portione ſtatutaria, ſi defunctus ei injuriam ſibi illatam remiſerit, *Carpz. d. c. d. 13.* vel ſaltem tacite, e. g. ſi per annum forſan ante obitum quiete cum ipſo vixerit, *Carpz. d. c. d. 14. n. 2.* vel conjux innocens nocenti aliquid in teſtamento reliquerit, *Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 3. ibique Carpz. d. 14. n. 3. Berlich. p. 3. concl. 36. n. 28.*

68. Separatione inter conjuges quoad thorum & menſam a magiſtratu facta, deſertor non amittit portionem ſtatutariam, *Conſtit. Elect. Sax. 26. p. 3. ibique Carpz. d. 15. & in pract. crimin. qu. 58. n. 70. ſeq.* confer. vero *Berlich. p. 3. concl. 36. n. 26. ſeq.* Quodſi vero conjuges, quoad thorum & menſam, abſque judicis permiſſu & ſententia, ſe ab invicem ſeparent, nocens innocenti nequaquam ſuccedit, *Carpz. pract. crimin. c. l. n. 76. & d. c. d. 16.*

69. Facto divortio totali, nullum competit jus ſuccedendi marito vel uxori in bonis defuncti conjugis, *c. 2. c. 3. c. 8. X. de donat. int. vir. & uxor. Carpz. d. c. d. 17.*

70. Portio ſtatutaria, conjugi indigno ablata, non fiſco applicanda eſt, ſed hereditati accreſcit, per *l. 10. § 1. ſolut. matrim. Conſtit. Elect. Sax. 26. ibique Carpz. d. 19.* Sed eo caſu ſi maritus uxoris necem non vindicaſſet, portionem ſtatutariam fiſco applicari, tradit *Berlich. p. 3. concl. 36. n. 7.*

Digitized by Google

71. Licet conjux deſertor vel adulter indignum ſe reddat portione ſtatutaria: attamen id conjugi innocenti vel deſerto nocere nequit, quo minus debitam portionem ſtatutariam ex deſertoris vel adulteri patrimonio petere valeat; quin & innocens propter deſertionem ad ſeparationem agendo eo citius lucrum id conſequitur, quo facilius ſeparationem, non ſolum quoad thorum & menſam, ſed & totalem diſſolutionem, ac verum divortium impetrabit, *Carpz. p. 3. c. 26. d. 20. & pract. crimin. qu. 64. per. tot.* at ultra portionem iſtam innocens nihil petere valet, cum nec ei poſt obitum conjugis quicquam amplius ex hereditate defuncti debeatur, *Carpz. d. c. d. 21. Rauchb. p. 1. qu. 47. n. 11.*

72. Hinc conſequitur, bona utenſilia uxoris, deſertricis, vel adulteræ, non ad maritum pertinere, ſed proximæ cognatæ cedere, *Carpz. d. c. d. 22. & pract. crimin. d. qu. 64. n. 33.*

73. Ex bonis, poſt ſeparationem matrimonii deſertori conjugi delatis innocens portionem ſtatutariam petere nequit, *Carpz. d. c. d. 23.*

SUCCESSIO CONVENTIONALIS.

Vid. loc. *Pacta Succeſſoria.*

SUCCESSIO DESCENDENTIUM.

1. Liberi poſterioris matrimonii ſuccedunt patri, una cum liberis prioris matrimonii, indifferenter etiam in bonis ex priori matrimonio & a prima conjuge ad eum provenientibus, & jure civili, & Saxonico: nam circa ſucceſſionem liberorum nequidem jure civili diſtinctio bonorum introducta reperitur, *Carpz. p.*

3. c.

Digitized by Google

3. c. 14. d. 6. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 2. §. 6. ſeq.

2. Contractis ſponſalibus clandeſtinis, ſi ſponſus, ante benedictionem ſacerdotalem, ſponſam carnaliter cognoſcat, liberi inde nati pro legitimis habentur, & patri ſuccedunt, haud ſubſecutis licet nuptiis, *Carpz. d. c. d. 12. Stryck. c. l.* §. *49.* ubi tamen §. *50.* putat, quod ejusmodi liberi ad ſucceſſionem, quæ tantum ex beneficio ſtatuti defertur, non ſint admittendi, adeoque filius ita natus in rebus expeditoriis, filia vero in gerada non ſuccedat: cum jure ſtatutario nuptiæ validæ non adfuerint.

3. Jure Saxonico Electorali, liberi quidem ex commixtione deſponſatorum, ſi modo ſponſalia ſint publica, nec alio quodam vitio intrinſeco laborent, procreati, pro legitimis habentur, & ad ſucceſſionem paternorum bonorum admittuntur, etſi alteruter deſponſatorum, ante conſummationem matrimonii per benedictionem ſacerdotalem, deceſſerit; illi vero, qui ex ſponſalibus clandeſtinis, quæ neque publice repetita, neque ſacerdotali benedictione conſummata fuerint, geniti ſunt, patri non ſuccedunt, *dec. Elect. Sax. nov. 49. ibique Philipp. obſ. 2. n. 33. ſeq.*

4. Liberi, legitimati per ſubſequens matrimonium, non tantum, ſi ſoli ſint, ſed &, ſi cum aliis liberis juſtis, ſive ante, ſive poſtea natis, concurrant, pariter cum his, aſcendentibus omnibus ſuccedunt, *l. 10. C. de natural. liber. nov. 12. c. 4. nov. 89. c. 8. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 2.* §. *61. ſeq.* Et, ſi ſtatutum adſit, filiam, exiſtente filio, excludens, etiam filius, per ſubſequens matrimonium legitimatus, filiæ legitime natæ præfertur, *Gail. lib. 2. obſ. 141. Stryck. c. l.* §. *66.*

5. Quod ad legitimatos per reſcriptum principis, diſtinguendum eſt, an liberi juſti ante legitimationem jam extiterint, an poſtea ſupervenerint. Priori caſu non ſuccedunt, ſed ab his excluduntur, *nov. 89. c. 11. §. 1. Stryck. c. l. §.* 72. poſteriori caſu legitimati cum juſtis æqualiter ſuccedunt, *nov. 74. & 89. Stryck. c. l.* Taliter tamen legitimatus non comprehenditur ſtatuto, quo filius excludit filiam, *Gail. lib. 2. obſ. 140. n. 6. & 17. Stryck. c. l. §. 73.* Plane legitimati per reſcriptum principis ſuccedunt patri, cum hic conſenſerit in legitimationem, nullo diſcrimine, ſive liberi juſti jam extiterint, ſive minus, *Stryck. c. l. §. 74. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 37. p. 446.*

6. Liberi naturales matri, & omnibus ex matre aſcendentibus indiſtincte ſuccedunt, *l. 8. unde cognat. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 2. §. 52.* a paterna vero ſucceſſione plane excluduntur, ſi extent liberi legitimi vel uxor legitima, *nov. 89. c. 12. §. 6. Stryck. c. l. §. 46.* ſi vero nec liberi legitimi, nec uxor adſint, tunc naturales una cum matre concubina patri ab inteſtato in duabus unciis ſuccedunt, non attento numero naturalium, concubina vero capit portionem filialem, *d. nov. 89. c. 12. §. 4. auth. licet. C. de natur. liber. Richter. de ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 1. membr. 3. n. 9. Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 37. not. 7. p. 448.*

7. Spurii quidem, perinde ut naturales, matri & aſcendentibus ex matre ſuccedunt, *l. 2. & 8. unde cognat. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 2. §. 54. & 55.* excepta matre illuſtri, cui, liberos legitimos habenti, non ſuccedunt, *l. 5. C. ad Sct. Orfician. Stryck. d. §. 54.* at patri plane non ſuccedunt, *Carpz. p. 4. c. 28. d. 6. n. 3. Stryck. c. l. §. 53.* add. *Berger. c. l. p. 449.*

Digitized by Google

p. 449. ubi notat, quomodo in diverſas abeant ſententias dicaſteria. At, ſi de patre conſtet, ſpurio idem jus; quod naturali concedendum eſſe, denique putat *Stryck. c. l.* confer. *Struv. ex. 38. th. 21.*

8. Nepotes, quoties concurrunt cum prædefuncti patris fratre, aut ſoli extant, ſed ex diverſis filiis, toties avo ſuccedunt in ſtirpes jure repræſentationis, *nov. 118. c. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 37. not. 3. p. 447. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 2. §. 32. & 35.*

9. Nepos cum filio ad ſucceſſionem avi admittitur, etiamſi ſtatutum extet, quod proximos tantum ad ſucceſſionem vocet, *Stryck. c. l. §. 32. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. quis ordo in poſſeſſ. ſerv. ad verba: poſteriores tamen.*

SUCCESSIO FEUDALIS.

Vid. loc. *feudalis ſucceſſio.*

SUCCESSIO MARITI.

Vid. loc. *ſucceſſio conjugum.*

SUCCESSIO SPONSI ET SPONSÆ.

1. Sponſo ſive ſponſa ante nuptias decedente, ſuperſtes id lucratur, quod, matrimonio per nuptias conſummato, ſive ex pacto dotali, ſive ex ſtatuto aut conſuetudine ipſi debebatur, *Gail. lib. 2. obſ. 80. Berlich. p. 3. concl. 25. n. 5. ſeq.* qui *n. 15. ſeq.* aliquot limitationes affert. Sed plane diſſentit *Carpz. p. 3. c. 19. d. 1.*

2. In foro Saxonico expeditum eſt, quod, ſponſo, ſponſave ante conſcenſionem thori conjugalis, etiam ipſo nuptiarum die, peracta jam copula ſacerdotali, defuncto, ſuperſtes non lucretur, quod alias

ex

ex ſtatuto aut pactis dotalibus conjugi defertur, Landr. *lib. 3. art. 45. Conſtit. Elect. Sax. 19. p. 3. ibique Carpz. d. 2. & 3.*

3. Nihil lucratur ſponſus ex bonis ſponſæ a ſe imprægnatæ, ſi ante copulam ſacerdotalem eadem deceſſerit, *Berlich. p. 3. concl. 25. n. 37. Carpz. d. c. d. 6.*

4. Dotalitium petere nequit ſponſa nobilis, defuncto ſponſo ante conſcenſionem thalami, *Carpz. d. c. d. 8.*

5. Sponſo, ſponſæve ſuperſtiti debetur portio ſtatutaria vel lucrum dotis, defuncta licet perſona altera deſponſata ante conſcenſionem thalami, ſi id expreſſe conventum fuerit a contrahentibus in pactis forſan dotalibus, *Carpz. p. 3. c. 19. d. 7.*

6. Sponſa, quacum ſponſus matrimonium conſummare juſſus, idem illud malitioſe differt, eo interea mortuo, juſtæ uxoris loco, atque adeo ſtatutariæ portionis particeps habenda eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 43. not. 2. p. 467.* add. *Carpz. p. 3. c. 19. d. 9. Mev. ad jus Lubec. tit. 2. art. 12. n. 272.*

7. Sponſus nihil petere poteſt ex bonis ſponſæ, a qua propter deſertionem malitioſam fuit per ſententiam abſolutus, *Carpz. p. 3. c. 26. d. 24.*

SUCCESSIO UXORIS.

Vid. loc. *ſucceſſio conjugum.*

SUPERINFEUDATIO.

1. Inveſtitura de caducitate feudi facta, qua nempe feudum, vivente poſſeſſore, alteri ea lege ac conditione conceditur, ut, ſi poſſeſſor ſine liberis deceſſerit, feudum ad ipſum devolvatur, vulgo die

An-

Anwartung oder das Gedinge, de jure feudali & in foro Saxonico valet, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 25. Carpz. p. 2. c. 45. d. 1. n. 1. 2. Struv. ſynt. jur. feud. c. 7. th. 4. n. 1.*

2. Hæc inveſtitura etiam generaliter de feudo incerto fieri poteſt, quod poſſeſſoris morte domino primo apertum fuerit, *Hartm. Piſtor. d. qu. 25. n. 36. Carpz. d. def. 1. n. 7.*

3. Aſt inveſtitura de feudo nondum aperto pure facta non valet, *1. F. 9. 2. F. 35. Roſenth. de feud. c. 4. concl. 9. n. 1. ſeq.* usque adeo, ut, quamvis poſtea feudum domino aperiatur, tamen inveſtitura robur non accipiat, & dominus exceptione nullitatis contra eum, cui promiſit, ſe defendere poſſit, *Hartm. Piſtor. d. qu. 25. n. 13. ſeq. Fachin. 7. controv. 28.*

4. Valet inveſtitura de caducitate feudi indifferenter, ſive ſciente, ſive ignorante poſſeſſore, facta fuerit, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 25. n. 11. Carpz. p. 1. c. 45. d. 1. n. 13. Struv. ſynt. jur. feud. c. 7. th. 6.* Neque præſentia parium curiæ ad hanc inveſtituram requiritur, modo ea alio quodam inſtrumento vel ſcriptura probetur, *Roſenth. de feud. c. 6. concl. 6. n. 4.*

5. Inveſtitura de caducitate feudi adeo firmiter dominum obligat, ut, pendente conditione, pœnitere, factamque inveſtituram revocare nequeat, *Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 18. Carpz. d. c. d. 2. n. 1.*

6. Aperto feudo, dominus illud præciſe tradere tenetur, nec præſtando intereſſe liberatur, *Hartm. Piſtor. d. qu. 25. n. 21.* diſſentiunt *Berlich. p. 2. concl. 54. n. 55. Carpz. d. def. 2. n. 3.* qui vero in eo *Hartm. Piſtor. c. l. n. 62.* aſſerenti, quod, ſi feudum morte vaſalli apertum fuerit, inveſtitus propria auto-

Digitized by Google

toritate illud ingredi ac occupare queat, adſtipulatur, *c. l n. 5.* add. *Gail. lib. 2. obſ. 152. n. 14. Beriicb. d. concl. 54. n. 57.* confer. vero *Stryck. exam. jur. feud. c. 12. qu. 35.*

7. Dominum ex inveſtitura de caducitate feudi teneri, eo quoque caſu, ſi hoc propter culpam vaſalli fuerit apertum, tametſi inveſtitura facta ſit, ſub expreſſa hac conditione: *ſi, poſſeſſore vaſallo ſine heredibus maſculis decedente, feudum domino apertum fuerit*, tradit *Coler. vol. 1. conſil. 16. Vultej. de feud. lib. 1. c. 7. n. 52.* diſſentit, & inveſtitum nullo modo ad ſucceſſionem feudi adſpirare poſſe, licet vaſallus ſine liberis deinceps deceſſerit, niſi inveſtitura de feudo aperto ſimpliciter facta fuerit, docet *Carpz. p. 2. c. 45. d. 3.*

8. Hæc inveſtitura jus radicatum in re non tribuit, ſed ſpem futuræ inveſtituræ ſaltem facit, & tantum actionem perſonalem contra dominum parit, *Carpz. d. c. d. 1. n. 5. 6.*

9. Hinc inveſtitura expectativa, aliudve jus, quod quis ſuper feudo alieno a domino directo impetrat, vero ejus poſſeſſori nequit præjudicare, neque alteri confert jus reluendi, *Berger. P. 1. R. 274. n. 6.*

10. Duobus de eodem feudo in caſum mortis vaſalli inveſtitis, potior habendus eſt ille, qui primus inveſtituram impetravit, ita tamen ut dominus teneatur ſecundo ad intereſſe, *Schrader. de feud. lib. 5. c. 6. n. 6. Carpz. d. c. d. 4. n. 1. 2. 3. Struv. ſynt. jur. feud. c. 7. th. 7. n. 2.* niſi ſecundus poſſeſſionem nactus fuerit, *Carpz. d. def. 4. n. 4. ſeq.* ubi plures limitationes.

11. Inveſtituram domini de feudo vaſalli viventis factam ratam habere tenentur etiam heredes,

tam

Digitized by Google

tam jure communi, *1. F. 9.* quam Saxonico, **Lehnr.** *c. 59. Conſtit. Elect. Sax. 45. p. 2. §.* **Allweil.** *ibique Carpz. d. 5. Berlich. p. 2. concl. 54. n. 20.* non vero agnati, *Carpz. d. c. d. 5. Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 26. n. 21.* diſſentit *Coler. p. 1. dec. 93. n. 7.*

12. Nec ſucceſſor epiſcopi inveſtituram de caducitate feudi factam ratam habere tenetur, *1. F. 3. Carpz. d. c. d. 7. n. 1. ſeq.* niſi in eam totum capitulum conſenſerit, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 27. n. 25. ſeq. Carpz. d. def. 7. n. 5. ſeq.* diſſentit *Fachin. lib. 7. controv. 29.*

13. Nec dominus ſuperior ex inveſtitura de caducitate feudi alicujus a domino inferiore facta obſtringitur, *Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 2. Carpz. p. 2. c. 45. d. 8.* Plures limitationes refert *Berlich. p. 2. concl. 54. n. 10. ſeq.*

14. Inveſtitura de caducitate feudi etiam ad inveſtiti heredes transmittitur, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 25. n. 28. Carpz. d. c. d. 9.* ita ut deſcendentes diverſarum linearum ſemper in ſtirpes ſuccedant, *Berlich. d. concl. 54. n. 69. ſeq.*

15. Ne quidem in foro Saxonico renovatio inveſtituræ factæ de feudo vaſalli adhuc viventis neceſſario petenda eſt, **Lehnr.** *c. 57. Conſtit. Elect. Sax. 45. p. 2. §.* **So viel.** *ibique Carpz. d. 10. Berlich. d. concl. 54. n. 50.*

16. Inveſtitura de caducitate feudi, procreatis liberis, evaneſcit, **Lehnr.** *c. 30. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 20.* niſi liberi ante patrem rurſus deceſſerint, aut inveſtitura in eum quoque caſum facta fuerit, ſi nempe poſſeſſor, ejusque liberi deceſſerint, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 25. n. 15. ſeq. Carpz. d. c. 45. d. 1. n. 10.*

17. Nec inveſtitura de caducitate feudi ſortitur effectum, ſi vaſallus poſſeſſor illud alienaverit & in-

aium

Digitized by Google

alium tranſtulerit, 𝔏𝔢𝔥𝔫𝔰 ℜ. *c.57. ſub fin.* quo tamen caſu dominus, qui in alienationem conſenſit, tenetur ad intereſſe, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 28. n. 12. Berlich. p. 2. concl. 54. n. 65.* item, ſi vaſallus poſſeſſor illud domino reſignaverit, *Berlich. d. concl. 54. n. 68.*

SUPPLICATIONIS REMEDIUM.

1. Supplicatio eſt Remedium extraordinarium, quod adhibetur, quando appellare amplius, non ob qualitatem cauſæ, ſed ob qualitatem perſonæ, quæ ſententiam tulit, non licet, *auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. imperat. off. Stryck. introduct. ad prax. for. c. 23. §. 28. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 73. n. 1.*

2. Supplicatio interponi poteſt, vel intra decendium vel intra biennium, ita tamen, ut interpoſita intra decendium ſuſpendat executionem ſententiæ, usque dum victor ſatisdet de reſtituendo in caſum retractationis, *d. auth. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 8. not. 2. p. 1145. Stryck. c. l.*

3. In ſupplicatione ex iisdem actis ferenda eſt ſententia, *Berger. c. l. not. 3.* quanquam contrarium ſervetur in Marchia, ubi in ſupplicatione, perinde ut in appellatione, novæ probationes admittuntur, *Brunnem. proc. c. 28. n. 115. Stryck. c. l.*

4. Adverſus ſententias ſupplicationis remedio, niſi ubi ſpecialiter receptum eſt, locus hodie non datur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 73.* Sic obtinet in judicio Aulico Cæſareo, *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 55. Capit. Leopold. art. 42. Berger. c. l. not. 4.* At in Saxonia Electorali ſupplicatio non admittitur, O. *P. S. tit. 37. pr.* Alicubi tamen refertur inter remedia ordinaria ſuſpenſiva, *Stryck. c. l. §. 29.* etiam in Luſatia inferiore, *Berger. c. l.*

5. Sup-

5. Suppilcationes ad ſiſtendum juſtitiæ curſum aut executionem nequidem a ſummo principe admitti debent, *l. 1. & tot. tit. C. ut lit. pend. Mev. p. 1. dec. 180. n. 1.* quin potius gravi pœna affiçiendus contra rem judicatam ſupplicans, cum non appellaſſet, *l. fin. C. ut lit. pend. l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. Mev. c. l. n. 5.*

6. Supplicatio tamen ſuper notoria injuſtitia, etiam ſine appellatione, recipienda eſt, a ſuperiori tribunali, *Mev. p. 1. dec. 195. & p. 4. dec. 115. nec non p. 8. dec. 133.* quibus locis quoque de modo procedendi ejusmodi in caſibus agit.

SUSPENSIO AB OFFICIO.

Vid. loc. *delictum. th. 9. 10. & 11.*

SYNDICUS.

1. Collegia & univerſitates (a) non, niſi per ſyndicos, litem in judicio peragere ac defendere valent, *l. 1. quod cujusque univerſ. nom. Carpz. p. 1. c. 13. d. 5. Stryck. uſ. mod. d. tit. §. 1. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 32. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 106.* Hinc quoque, qui jus braxandi in civitate habent, ceu collegium per ſyndicos comparere debent, *Rivin. c. l. en. 33.*

2 Non tamen opus erit, ut civitas litigatura præciſe ſub nomine ſyndici aliquem conſtituat, ſed ſufficit mandatum procuratorium, in ſolita forma, *c. 9. X. de procurat. Mev. p. 2. dec. 35. Stryck. c. l. §. 3. in fin.*

3. Syndicus regulariter ex univerſitate eligi ſolet,

(a) Sicuti communitates, aliæque univerſitatis per ſyndicos, ita quoque illi, qui dicuntur Hüffner, Pferdtner, Coſſäten, Hinterſaſſen, ſimilesque ſemper per unum aut plures procuratores comparere tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 6.*

ſolet, *l. 4. quod cujusque univerſ. nom. Aretin. in §. præterea. 31. n. 38. J. de act.* quamvis nihil impediat, quo minus extraneus huic muneri præficiatur, ſive idoneus in univerſitate reperiatur, ſive minus, *Carpz. d. c. d. 6.* add. *Rauchb. p. 2. qu. 1. n. 3. ſ q. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 3. not. 3. p. 878.* ubi etiam: quod ex univerſitate invitus conſtitui quis poſſit ſyndicus.

4. Si ab univerſitate immediate ſyndicus conſtituitur, requiritur (b) 1) ut omnes ex univerſitate legitime convocentur, *Stryck. uſ. mod. tit. quod cujusque univerſ. nom. §. 8. & 10. Berger. c. l. th. 2. not. 1. p. 976.* adeo ut, hac convocatione prætermiſſa, non admittatur cautio rati, a præſentibus pro iis, qui abſunt, oblata, *Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 18. n. 2.* quamvis conſtitutio ſyndici, tempore publicæ calamitatis facta, ſuſtineri poſſit, etſi ſingula univerſitatis membra convocata haud ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 97.* 2) ut minimum duæ ejusdem tertiæ partes ſint præſentes, *Berger. c. l. Wernher. d. p. 4. obſ. 18. n. 4.* 3) ſuffragium majoris partis, *l. 3. quod cujusque univerſ. nom. Berger. c. l. Stryck. d. § 8.* add. *Carpz. p. 1. c. 13. d. 8.* ita tamen, ut & ipſiusmet ſyndici votum connumeretur, *l. 4. cod. Berger. c. l. Stryck. c. l. §. 17.* Plane in pagis atque villis omnes ac ſingulos ſyndicatus inſtrumento nomina ſua ſubſcribere, neceſſe eſſe, tradit *Carpz. lib. 3. R. 9. n. 6.*

5. Cum duæ, pluresve univerſitates conſortes ſunt, duæ tertiæ ad conſtituendum ſyndicum ſigillatim

(b) Ex inſtrumento ſyndicatus ſtatim cognoſci debet, quod omnes de univerſitate rite ſint citati, & ad minimum duæ tertiæ præſentes fuerint, nec minus earum plurima pars in conſtitutionem ſyndici conſenſerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 6.*

Digitized by Google

latim & diſtributive requiruntur, *Berger. E. D. F. tit. 4. obſ. 3. not. 4. p. 77.*

6. Si ſyndicus conſtituatur, ex parte viduarum & pupillorum, in univerſitate exiſtentium, autoritatem curatorum & tutorum intervenire, neceſſe eſt, *Carpz. p. 1. c. 13. d. 8. n. 4. & in proc. tit. 5. art. 4. n. 44.* Ex quo fit, quod ſyndicus in judicio non admittatur, antequam, una cum ſyndicatu, tutoria quoque & curatoria exhibeat, ad inſtar procuratoris, *Carpz. d. d. 8. n. 5. & lib. 3. R. 9. n. 15. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 34.* Sufficere tamen, notarii atteſtato probari, quod illa, dum conſtitueretur ſyndicus, fuerint producta, putat *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 2. not. 3. p. 977.*

7. Plane tutores pupillorum & curatores minorum ad conſtitutionem ſyndici concurrere non oportere, ſed minores tantummodo, qui in numerum civium adepti ſunt, putat *Berger. c. l.* præeunte *Stryckio in uſ. mod. tit. quod cujusque univerſ. nom. §. 10.* ubi hanc habet rationem: quia in civitatibus nullius conſenſus in conſtituendo ſyndico neceſſarius ſit, niſi qui revera in numerum civium lectus ſit.

8. Mediate conſtituitur ſyndicus per commiſſarios, univerſitatis, *l. 6. §. 1. quod cujusque univerſ. nom.* ut ſunt magiſtri tribuum, Viertels-oder Zunfft-Meiſtere, deputati civium, Ausſchüſſe, modo inſtructioni eorum inſerta ſit conſtitutio ſyndici, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 2. not. 1. p. 977.* add *Horn. cl. 2. R. 36. p. 143. u.* & prius de conſtitutione ipſorum tribunorum doceatur, *Carpz. lib. 3. R. 9. n. 12.*

9. Senatus, ſine interventu tribunorum ſyndicum civitatis conſtituere poteſt, *Carpz. p. 1. c. 13. d. 7. Mev. p. 2. dec. 36. Zahn. ichnograph. jur. municip. c. 48.*

 n. 3.

n. 3. niſi civium nomine contra acta ſenatus agatur, vel excipiatur, quippe quo caſu non niſi a civibus, eorumque nomine, a tribunis plebis ſyndici conſtituuntur, *Carpz. lib. 3. R. 9. n. 10.*

10. Aſt diſtinguendum quoque eſt inter ſyndicum ſenatus, ſive collegii ſenatorii, & ſyndicum civitatis: alter conſtituitur a conſulibus & ſenatoribus, ſine interventu tribunorum plebis, *l. 3. quod cujusque univerſ. nom.* alter autem a civitate, atque vel vere, ſive immediate, vel repræſentative, ſive mediate, ut puta per magiſtros tribuum, modo etiam ſatis fuerint legitimati; itemque per ſenatum, ſicubi huic vel expreſſe, vel tacite, puta per præſcriptionem, data ſit a civitate facultas ſyndicum conſtituendi, *l. 6. §. 1. eod. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 2. not. 2. p. 977.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. quod cujusque univerſ. nom. §. 8. 9.* Alias vero certum eſt, ſolam conſulum & ſenatorum voluntatem non ſufficere ad ſyndici conſtitutionem, *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 3. n. 350. Mynſinger. cent. 1. obſ. 76. Richter. p. 1. dec. 7. Stryck. c. l. §. 9.*

11. Legitimatio ſyndici fit productione (c) inſtrumenti ſyndicatus, quod quidem vel ſigillo univerſitatis publico, vel ſingulorum ſubſcriptione munitum eſſe oportet, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 3. not. 4. p. 978.* Præter ſigillum publicum ſubſcriptio perſonæ regentis, v. c. des regierenden Bürgermeiſters, non requiritur, *Berger. c. l. & E. D. F. tit. 7. obſ. 6. not. 2. p. 270. Horn. cl. 2. R. 35. n. 2* confer. *Berlich. p. 1. concl. 14. n. 87.* ubi: in mandatis civitatum ſub-

(c) Inſtrumentum ſyndicatus una cum libello offerendum, nec prius, quam id factum, citatio expedienda eſt, ſecundum *Ord. Proc. Sum. Rec. tit. 7. §. 1.*

ſubſcriptiones conſulum ſufficere. Plane, præter conſulem & ſenatum, etiam ſubſcriptionem tribunorum plebis requiri, ſtatuit *Mynſinger. cent. 1. obſ. 76.*

12. Optima eſt cautela, ut ejusmodi inſtrumentum ſyndicatus judicialiter, vel coram notario & teſtibus conficiatur, *Berger. E. D. F. c. l.* add. *Berlich. d. concl. n. 89.* ubi: ſi tamen ſyndicus pagi alicujus curat inſtrumentum ſyndicatus fieri coram notario & teſtibus, in quo aſſeritur, quod tota communitas in conſtitutione ſyndici fuerit præſens, tunc illud admittitur, etiamſi omnino nulla nomina ſint expreſſa, add. *Carpz. p. 1. c. 13. d. 8. n. 3.*

13. Defectus inſtrumenti ſyndicatus, ſi quis appareat, ſuppletur per cautionem de rato, *l. 6. §. 3. quod cujusque univerſ. nom. Carpz. dec. 205. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 3. not. 5. p. 979.* diſſentit *Berlich. p. 1. concl. 14. n. 61.* Imo ſyndicum ſine mandato cum cautione rati admitti poſſe, ſi ille, qui pro civitate acturus, ordinarius alias civitatis ſyndicus ſit; aut civis illius civitatis ſit, & cauſa civitatis, in judicium deducenda, concernat ſimul intereſſe civium ſingulorum, quia tum civis revera litis conſors ſit, tradit *Stryck. in uſ. mod. tit. quod cujusque univerſ. nom. §. 7.* add. *Schilter. ex. 10. th. 53. ſeq.*

14. Inſtrumento ſyndicatus ex parte actoris inſerenda eſt renunciatio (d) beneficiorum ordinis & diviſionis: cujus effectus eſt, ut 1) univerſitas liberetur a ſatisdatione pro reconventione & expenſis; 2) ſinguli ex univerſitate deinceps, cum ſimpliciter, i. e. non excuſſo prius ſyndico, tum in ſolidum reconveniri, ab iisque expenſæ repeti poſſint. Non autem

(d) Imo non requiritur renunciatio beneficiorum excuſſionis & diviſionis, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 6.*

Digitized by Google

præciſe neceſſaria eſt prædicta renunciatio, ſed exulat 1) ſi ſyndicus, idemque actor, ſatisdet, aut probet, univerſitatem bona immobilia, eaque communia, Gemeinſchaffts-Güther poſſidere; 2) ſi ante litem conteſtatam non opponatur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 10. th. 1. not. 5. p. 976. &* *E. D. F. tit. 7. obſ. 6. p. 268. ſeq.*

15. Conſtitutio plurium ſyndicorum cenſetur ſemper cum clauſula: ſammt und ſonders, facta eſſe, etſi illa expreſſa haud ſit, *Schilter. ex. 10. th. 53. & 54. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 160.* diſſentit *Berger. E. D. F. tit. 7. obſ. 6. not. 4. p. 271. & œcon. jur. c. l. th. 3. p. 978. Stryck. c. l. §. 12.*

16. Defunctis licet quibusdam perſonis ex univerſitate, horum tamen nomine ſyndicus litem reaſſumere neceſſe non habet; ex quo etiam fit, quod hoc caſu inſtrumentum ſyndicatus mutari & ab heredibus defunctorum ſubſcribi neceſſe non ſit, *Carpz. p. 1. c. 13. d. 9.* add. *Berger. E. D. F. d. obſ. 6. not. 5. p. 271.* Majore (e) vero univerſitatis parte defuncta, & litis reaſſumtione pariter, atque novo ſyndicatus inſtrumento opus erit, *Carpz. d. c. d. 10. Berger. c. l.* confer. vero *Stryck. uſ. mod. tit. quod cujusque univerſ. nom. §. 15.*

17. Syndicus, qui non ſimul membrum univerſitatis eſt, advocati munus, coram judicio, ubi certus advo-

(e) Contrarium diſponit *Ord. Proc. Sax. Rec. tit 7. §. 6.* verbis: Alſo ſoll nochgehends ein ſolches ſyndicat, wenn gleich dieſenigen, ſo es aufgerichtet oder unterſchrieben, allerſeits verſtorben, oder die Güter an neue Beſitzer gelanget, ungeachtet es auf die Nachkommen deutlich nicht gerichtet wäre, dennoch ſeine Krafft behalten, und keines weges vor erloſchen geachtet werden.

Digitized by Google

advocatorum numerus eſt, his invitis, obire nequit, *Wernher ſel. obſ. for. p. 10 obſ. 497.* confer. vero *Svendend. ad Fibig. p, 215.*

T.

TAXATIO.

Vid. loc. *æſtimatio.*

TERMINI PROROGATIO.

1. Non niſi unica vice judex, ad inſtantiam partis, terminum prorogare debet, & ne hoc quidem niſi juſta & legitima cauſa fuerit allegata & demonſtrata. Ulterior vero prorogatio non eſt concedenda, nec terminus per eventualem appellationem impediri, ſed, eo non obſtante, adverſa pars ad ejus obſervationem & accuſationem contumaciæ admitti, & deinceps demum de interpoſita appellatione ad ſuperiorem referri debet, ut pro re nata rejici, & appellator propter abuſum hujus beneficii puniri queat, *O. P. S. R. tit. 10. §. 4.*

2. Citatio ſpatium Saxonicum continere debet, ſi ſub præjudicio a citato aliquid expediendum, quod judex quoque obſervare tenetur, ſi terminum ex officio prorogat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 48.* Idemque obtinet, ſi prorogatio facta ad inſtantiam actoris, *Rivin. c. l. en. 49.* ſecus ſe res habet, ſi prorogationem termini qui ſpatium Saxonicum continuit, impetravit reus, *Rivin. c. l. en. 50.* Plane prorogatio termini, ſive a judice ex officio, ſive ad inſtantiam litigantium facta, fuerit, ſub ſpatio breviori, Von 3. Wochen oder 14. Tagen, fieri poteſt, *O. P. S. R. tit. 4. §. 1.*

TESTAMENTI APERTURA ET PUBLICATIO.

1. Publicatio teſtamenti proprie dicitur, quan-

do teſtamentum manu privata confectum in formam publicam redigitur, eum in finem, ut tali teſtamento plena fides adhibeatur, etiamſi teſtes moriantur, ut ſic publicare nihil ſit aliud, quam teſtamentum authenticare, *Bartol. in l. geſta. 6. C. de re judic. Carpz. p. 3. c. 5. d. 24. n. 2. 3. Hartm. Piſtor. obſ. 199.* ubi & requiſita publicationis refert, quæ in requiſitione heredum ac teſtium, nec non ſigillorum recognitione & declaratione ſcripturæ publicæ, a judice pro tribunali ſedente facta, conſiſtit, *Carpz. d. def. 24. n. 4.*

2. Non minus teſtamenta nuncupativa, quam in ſcriptis condita, eo modo publicari ſolent, citatis tamen & examinatis prius teſtibus, eorundemque dictis in publicam ſcripturam poſtea redactis, *Bald. & Jaſon. in l. 2. C. de teſtam. Carpz. d. def. 24. n. 5.*

3. Teſtamenta, manu notarii publici conſcripta, ſine prædicta publicationis forma, plene probant, *Carpz. d. def. 24. n. 6.* Quare, cum hodie teſtamenta judicialia ut plurimum nitantur autoritate, vel ſaltem ſuper iisdem inſtrumenta publica a notario conficiantur, publicatio de conſuetudine raro vel nunquam locum habet, *Hartm. Piſtor. obſ. 199. n. 11. Carpz. d. def. 24. n. 7. Stryck. uſ. mod. tit. teſtam. quemadm. aper. §. 1.*

4. Apertura teſtamenti in eum tantummodo finem deſideratur, ut inde appareat, qui ſint ſcripti heredes, quibusque aliquid relictum fuerit, *l. 1. teſtam. quemadm. aper. Carpz. p. 3. c. 5. d. 24. n. 8. Stryck. c. l.* quæ nec citationis nec recognitionis ſolennitatem requirit, *Carpz. c. l. n. 9. Stryck. c. l.* Sed hoc ita, ſi teſtamentum judicialiter factum, vel publica notarii autoritate per inſtrumenti confectionem firma-

firmatum fuerit, *Hartm. Piſtor. obſ. 109. n. 24. Carpz. d. def. 24. n. 10. Stryck. c. l.*

5. Ergo, ſi teſtamentum in ſcriptis factum publicam formam non habeat, omnino requiritur, ut vocentur illi, quorum intereſt; & citentur teſtes ad recognitionem ſubſcriptionis, & ſigillorum, *l. 4. & ſeq. teſtament. quemadmod. aper. Stryck. uſ. mod. eod. tit. §. 2. Carpz. d. def. 24. n. 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 19. p. 389.* Teſtamenta enim privata, publicatione demum accedente, publicam autoritatem accipiunt, ut ejus fides amplius in dubium vocari non poſſit, *Mev. ad jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 11. n. 17. Stryck. c. l.* confer. *Berger. d. th. 19. not. 5. p. 390.* ubi: aperturam teſtamenti ſequi publicationem, quæ maxime obtinet in teſtamento privato, præcipue nuncupativo, ita tamen, ut in ceteris quoque generibus ſalutaris exiſtat, quo, originali amiſſo, probatio ab actis peti queat.

6. Apertura teſtamenti omnibus, quorum verosimiliter intereſt, conceditur, *l. 1. teſtam. quemadm. aper. Carpz. p. 3. c. 5. d. 24. n. 9.* Aſt ille, qui petit aperturam teſtamenti, ſi quidem, ſua intereſſe, in continenti nequeat probare, jurare de calumnia debet, *l. 3. C. quemadm. teſtam. aper. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 19. not. 1. p. 389.*

7. Teſtamentum validitate ſua non deſtituitur, ſi debito modo publicari nequeat, quod forſan teſtes omnes mortui ſint, & ita recognitio ſigillorum & ſubſcriptionis fieri nequeat, *Stryck. uſ. mod. tit. teſtam. quemadm. aper. §. 4.* add. *Struv. ex. 34. th. 42. in fin. Schilter. ex. 38. th. 174.* licet diſſentiant *Barry de ſucceſſ. lib. 11. tit. 1. Dauth. ad l. 2. C. de teſtam. n. 1.* liberum tamen eſt, integrumque adverſario, ejus-

(Hhh) 5 mod.

modi teſtamentum jurato diffiteri, ſaltem de credulitate, *Berger. c. l. not. 3.* Quodſi vero vel duo ſaltem teſtes ſuperſint, per illos recognitio fieri poteſt, vid. *reſponſum*, quod habet *Stryck. c. l.* confer. *Mev. p. 4. dec. 13.* Plane teſtamentum nuncupativum, præmortuis teſtibus corruit, ob defectum probationis: nihil tamen vetat, quo minus ab herede nuncupato deferri poſſit legitimo jusjurandum, hoc videlicet effectu, ut idem illud præſtetur, aut referatur, *Berger. c. l.*.

8. Heredes quoque aliive, quorum intereſt, ſolenniter ſolent citari ad aperturam teſtamenti obſignati & judicialiter inſinuati, poſt tricesimum nempe diem, Land-R. *lib. 1. art. 22. & lib. 3. art. 15. Carpz. p. 3. c. 5. d. 25. n. 2.* Si vero apertura teſtamenti non petatur, nec judex heredes ab inteſtato, multo minus in teſtamento obſignato ſcriptos noverit, tum curare is debet, ut, intervenientibus optimæ opinionis viris, teſtamentum aperiatur, & poſt deſcriptum & recognitum factum ab iisdem, quibus intervenientibus apertum fuit, obſignetur: quo effecto, tum demum judex heredes, aliosve, quorum intereſt, ad apertionem ſolenniter citare poterit, *l. 7. teſtam. quemadm. aper. l. 1. §. 36. depoſ. Carpz. d. def. 25. n. 4. ſeq.*

9. Honorarium, ſi quod pro apertura teſtamenti judici debetur, ex communi hereditate eſt ſolvendum, *Carpz. d. c. d. 26.*

TESTAMENTI EXECUTOR.

1. Nemo cogi poteſt, ut executoris teſtamentarii officium invitus in ſe ſuſcipiat: quod ſi vero eo nomine ei legatum aliudve emolumentum in teſtamen-

ſtamento ſit relictum, tunc cogitur exequi teſtamentum, ſi legatum amittere nolit, *l. 12. §. 4. de relig. Reuſner. de teſtam. p. 7. c. 7. n. 14. ſeq. Carpz. p. 3. c. 13. d. 37. & 38. n. 1. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 19. not. 6. p. 390.*

2. Executores, qui a magiſtratu conſtituuntur, v. c. ob favorem alimentorum, *l. 3. de alim. vel cib. legat.* coguntur, id munus ſuſcipere, *Berger. c. l. not.* 7.

3. Executores legitimi ſunt epiſcopi, ratione legatorum, ad pias cauſas relictorum, *nov. 131. c. 11.* quibus tamen teſtamentarii anteferuntur, *c. 3. X. de teſtam. Berger. c. l.*

4. Executor teſtamenti petere nequit ſalarium, *Munnoz. de Eſcobar. de adminiſtrat. c. 27. n. 45. Carpz. p. 3. c. 13. d. 38. n.* 4. niſi judex certa ex cauſa executori ſalarium conſtituat, *Garſ. de expenſ. c. 20. n. 14. Carpz. c. l. n. 5.* puta, ſi executor aliquo proficiſci, vel negotia propria relinquere neceſſe habeat, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 36. def. 1. n. 3. Carpz. c. l. n. 6. 7.* Abſque dubio vero executor teſtamentarius expenſas, ſi quas fecerit, ex bonis hereditariis repetere valet, *Gars. d. c. 20. n. 15. ſeq. Carpz. c. l. n. 8.*

TESTAMENTI REVOCATIO.

1. Eadem ſolennitas ad revocationem teſtamenti requiritur, quæ in ejus confectione intervenit, *§. 7. J. quib. mod. infirm. teſtam. l. 35. de R. J. Carpz. p. 3. c. 3. d. 39. n. 2.*

2. Nuda & ſimplici teſtatoris voluntate revocatur teſtamentum judiciale, modo teſtator illud ab actis removerit, & ad ſe receperit, ac ſimul in judicio expreſſe ſe declaraverit, nolle ſe teſtamentum illud, apud

acta

Digitized by Google

acta depoſitum, valere, *l. 19. C. de teſtam. Moller. lib. 3. ſemeſtr. 22. n. 3. Carpz. c. l. n. 1.*

3. Per ſolam decennii tranſcurſionem teſtamentum hodie non evaneſcit, niſi expreſſa voluntas teſtatoris, id immutantis, acceſſerit, *l. 27. C. de teſtam. Carpz. d. c. d. 42. n. 1.*

4. At teſtamentùm neque ex nuda voluntate teſtatoris, quæ ita nude & ſimpliciter profertur: *nolo teſtamentum meum valere, &c.* rite revocabitur, *§. 7. & ult. J. quib. mod. teſtam. infirm. Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 10. th. 7. lit: q. Carpz. c. l. n. 2. Stryck. c. l. §. 35.*

5. Sed apud acta, vel coram ſeptem teſtibus voluntas ea daclaretur, neceſſe eſt, *arg. l. 1 §. 8. ſi tabul. teſtam. Carpz. d. def. 42. n. 3.* etiamſi teſtamentum ſit nuncupativum, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 35. Berger. œcon. jur lib. 2. tit. 4. th. 22. p. 392.*

6. Etiam coram tribus teſtibus revocari poteſt teſtamentum, modo acceſſerit lapſus decennii, ex tempore, non revocationis, ſed conditi teſtamenti, *l. 27. C. de teſtam. Berger. c. l.* add. *Carpz. lib. 6. R. 17.* ubi lapſum decennii quoque requirere videtur ad nudam contrariam voluntatem coram actis declaratam; id quod expreſſe requirit *Stryck. c. l. §. 38.* Imo lapſum decennii etiam eo caſu, ubi teſtator coram ſeptem teſtibus contrariam ſuam voluntatem declaravit, requirit *Stryck. c. l. §. 36.* ubi: *in tamen autem nuda voluntas inefficax eſt, ut, licet coram 7. teſtibus teſtator declaraverit, ſe nolle hoc teſtamentum valere, & ſic mutaſſe ſuam voluntatem, tamen illud valeat, niſi decennium fuerit elapſum.* At in Saxonia lapſus decennii minus requiritur, teſte *Finckelth. obſ. 93. n. 17.* & conſuetudinibus nonnullorum locorum receſſum eſſe ab hac diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitione juris civilis, teſtatur *Græneweg. de leg. abrog. ad l.* 27. *C. de teſtam.* qui hanc legem ubique abrogatam hodie eſſe contendit.

7. Teſtamentum apud acta conditum coram ſeptem teſtibus revocari poteſt, cum paria ſint, teſtamentum apud acta vel coram ſeptem teſtibus revocare, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 15. n. 19. ſeq Carpz p. 3. c. 3. d. 42. n. 6. ſeq.*

8. Miles teſtamentum ſuum nudis verbis, legitime tamen probatis, poteſt revocare, *l. 15. §. 1. de teſtam. milit.* quod tamen intelligendum de tali teſtamento militis, quod in pugnæ expeditionibus conditum eſt, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 37.*

9. Alter modus revocandi teſtamentum eſt, ſi teſtator illud deleat, incidat, cancellet: nam per cancellationem teſtamentum plane corrumpitur, *l. 1. & 3. de his, quæ in teſtam. delent. Stryck. c. l. §. 43.* quod de cancellatione totali intelligendum eſt: alioquin verbis ſaltem quibusdam cancellatis non totum infirmabitur teſtamentum, ſed ſolum id, quod deletum eſt, *l. 2. eod. Carpz. p. 3. c. 3. d. 5. n. 2. 3. Stryck. c. l. §. 48.* Multo minus teſtamentum vitiatur ex eo, quod in margine fuit adnotatum, ſi non ſenſum aut voluntatem teſtatoris invertat, *Carpz. c. l. n. 4.*

10. Requiritur vero, ut conſulto facta ſit deletio: nam quæ in teſtamento legi poſſunt, ea, inconſulto deleta & inducta, nihilominus valent, *l. 1. de his, quæ in teſtam. delent. Stryck. c. l. §. 44. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 22. p. 392.* De eo porro, an & quando deletio teſtamenti conſulto aut inconſulto facta præſumatur, vid. *Stryck. c. l. §. 45.*

11. Cancellatione inſtrumenti, à notario conditi, ſimiliter rumpitur teſtamentum, quamvis in protocollo

Digitized by Google

tocollo teſtamentum non fuerit deletum, *arg. l. 15. §. 1. de teſtam. milit. Berger. d. th. 22. not. 12. p. 396.*

12. Reſcindens vel cancellans alterius teſtamentum, defuncto teſtatore, mandatum, ſi de hoc aliter non conſtet, juramento ſuo probare tenetur, *Carpz. p. 3. c. 5. d. 28.*

13. Non videtur revocaſſe teſtator ultimam voluntatem, quæ reſignata apud eum fuit reperta, *Carpz. d. c. d. 27.*

14. Tacite revocatur teſtamentum per factionem alterius teſtamenti, quo ſemper prius rumpitur, *§. 2. J. quib. mod. teſtam. infirm. l. 29. ad SCt. Trebell. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 25. n. 2. Carpz. p. 3. c. 3. d. 39. n. 3. Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 48.* Solus enim miles poteſt decedere cum duabus voluntatibus, ſi ſcilicet ſibi invicem non contrariæ ſint, nam tunc poſterior prævalet priori, *l. 19. de teſtam. milit. Stryck. c. l.*

15. Licet teſtator oblitus ſit, ſe feciſſe jam teſtamentum, nihilominus, poſteriore condito, receſſiſſe a priori voluntate videtur, *Carpz. d. def. 39. n. 4. ſeq. Richter. p. 1. dec. 47. n. 14. Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 50.*

16. Teſtamentum prius plane pleneque mutatur, licet in poſteriori teſtamento heres in re certa inſtitutus ſit, *§. 3. J. quib. mod. teſtam. infirm. Richter. p. 1. dec. 49. n. 11. Stryck. c. l. §. 51.* aut ſub conditione, utut ea deficiat, *l. 16. de injuſt. rupt. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 22. p. 392.* confer. vero *Stryck. c. l.* vel heres, poſteriore teſtamento ſcriptus, non adierit hereditatem, *§. 2. J. quib. mod. teſtam. infirm. Berger. c. l.*

17. Quid, ſi teſtamentum prius clauſula derogatoria

gatoria ſit munitum? Illud nihilominus per teſtamentum poſterius ſimpliciter rumpi, volunt *Carpz. p. 3. c. 5. n. 19. Stryck. ad Lauterb. tit. de injuſt. rupt. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 205.* ubi hanc materiam late perſequitur; id quod quoque facit *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 53. ſeq.* Sed diſſentiunt, & revocationem expreſſam deſiderant, *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 12 tit. 8. n. 7. Brunnem. ad l. 22. de legat. 3.* aliique, quos citat *Wernher. d. obſ. n. 19.*

18. Sicubi priori teſtamento adjecta fuerit clauſula de non revocando, ſecundum tutiorem ſententiam, heredi, poſteriore teſtamento inſtituto, imponendum eſſe jusjurandum purgatorium, ſcilicet, ſe vi, dolove teſtatorem non induxiſſe, ut poſterius conderet teſtamentum, putat *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 22. not. 7. p. 394.*

19. Revocato teſtamento priore per poſterius, videntur ſimul revocata legata prioris teſtamenti, *l. 3. §. 7. ſi cui plus quam per leg. Falcid. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 37. Carpz. p. 3. c. 3. d. 40. n. 1. ſeq.* niſi appareat ex circumſtantiis, teſtatorem non in totum & quoad legata voluiſſe revocare teſtamentum prius, *l. 27. §. 1. de legat. 3. Mantic. c. l. Carpz. c. l. n. 4.*

20. Quid, ſi priori teſtamento adjecta ſit clauſula codicillaris, an tunc legata debentur? Id quod affirmat *Berger. c. l. not. 9. p. 395.* add. *Struv. ex. 34. th. 65.* negant vero *Pantſchmann. lib. 2. qu. 14. Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 62.*

21. Ut teſtamentum prius rumpatur per poſterius, requiritur, ut hoc quoad ſolennitates ſit perfectum, neque teſtator immortuus fuerit, ante illius implementum: hoc enim ſi contigerit, nihilominus valet

Digitized by Google

valet prius, §. *7. J. quib. mod. teſtam. infirm.* Nam teſtamentum non poteſt impugnari ob id, quod teſtator, morte præventus, aliud condere non potuerit, prout intendebat, quamvis aliquo modo conſtet de voluntate ejus noviore, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 50.*

22. Ad imperfectum etiam teſtamentum refertur, ſi teſtator, ad prius teſtamentum mutandum, doloſis perſuaſionibus, ſugillationibus, ac deceptionibus fuerit inductus: tunc enim prius nihilominus valet, *Stryck. c. l. §. 52.* Huc vero non pertinet, ſi teſtator blando ſermone ad revocandum prius teſtamentum eſt invitatus, *Richter. p. 1. dec. 54. n. 23.*

23. Non neceſſe eſt, ut mutatio teſtamenti fiat per ejusdem generis teſtamenti; ſic teſtamentum in ſcriptis per nuncupativum poteſt revocari, *Richter. d. dec. 54. n. 24. Stryck. c. l. §. 18.* Et teſtamentum ſolenne conditum ab eo, qui nondum miles erat, per minus ſolenne poſtea in militia conditum mutatur, *Stryck. c. l.*

24. Teſtamento parentum, aut alio privilegiario poſteriore, in quo liberi heredes inſtituuntur, tollitur prius, æque inter liberos conditum, nullo diſcrimine, utrum prius ſit ſolenne, an privilegiarium, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 25. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 22. not. 8. p. 394. & Reſolut. Lauterb. de his quæ in teſtam. delent. verb. niſi poſterius.* add. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 19.*

25. Priori vero teſtamento, in quo inſtitutus eſt extraneus, per poſterius inter liberos non aliter derogatur, quam adhibitis quinque teſtibus, *l. 21. §. ult. C. de teſtam. Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.* confer. *Carpz. d. def. 25.*

26. Ce-

26 Ceterum poſteriore teſtamento, quo inſtitutus eſt extraneus, non aliter tollitur prius inter liberos, quam ſi altero alteri coram ſeptem teſtibus expreſſe fuerit derogatum, *nov. 107. c. 2. auth. hoc inter liberos. C. de teſtam. Berger. cc. ll.* add. *Stryck. c. l.*

TESTAMENTUM. TESTATOR.

1. In dubio tenenda eſt opinio, per quam teſtamentum ſuſtinetur, *Moller. ad p. 3. c. 4. n. 3.*

2. Voluntas teſtatoris lex eſt, & quocunque jure potior habenda, *nov. 22. c. 2. in pr.* niſi teſtator aliquid contra jus vel legem diſponat: tum enim ejus voluntas pro lege haud habetur, *l. 4. l. 27. de condit. inſtit. l. nemo poteſt. de legat. 1.*

3 Ea ſemper, quantum fieri poteſt accipienda eſt interpretatio, quæ facit, ut a juris communis forma teſtantis voluntas minime abhorreat, *l. 77. §. pen. de legat. 2. Carpz. p. 3. c. 8. d. 26. n. 3.*

4. Conventio de inſtituendo aliquo herede aut faciendo teſtamento de bonis ſuis, in alterius favorem, ab initio ſtatim eſt nullius momenti, ac proinde heredes, ad intereſſe non obligat, *Carpz. p. 3. c. 5. d. 22.*

5. Licet quis mentem ſuam in præſentia aliorum expoſuerit, & diſpoſitionem certam fecerit, ac ſecundum eam altera forſan die ſolenniter teſtari ſe declaraverit: attamen ſi hoc morte præventus efficere haud potuerit, neutiquam diſpoſitio illa valebit, defuncto nempe eo abſque teſtamento, quod non adhibitis requiſitis ſolennibus, nunquam ſubſiſtit, *l. 2. §. 1. teſtam. quemadm. aper. Carpz. d. c. d. 23.* add *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 95.*

6. Forenſis teſtamentum condere poteſt ſecun-

Digitized by Google

dum ſtatuta loci, ubi teſtatur, etiam quoad bona alibi ſita, *Gail. lib. 2. obſ. 123. n. 3. Carpz. p. 3. c. 6. d. 12.* diſſentit *Fachin. lib. 5. controv. c. 90.*

7. Maſculus ante completum annum decimum quartum teſtari non poteſt, *§. 1. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* nequidem ad pias cauſas, *Imola in c. quia ingredientibus. 2. X. de teſtam. Carpz. d. c. d. 6.* & tempore peſtis, *Carpz. d. c. d. 8.*

8. Fœmina etiam in foro Saxonico poſt completum annum duodecimum teſtari poteſt *Carpz. d. c. d. 7.* dubium vero movet *Coler. p. 1. dec. 6. n. 10. & 11.*

9. Filius familias teſtari nequit, ne permiſſu quidem patris, *pr. J. quib. non eſt. permiſſ. fac. teſtam. ibique Hopp. ad verba: quamvis parentes. l. 120. de V. S.* Neque aliud moribus hodiernis obtinet, ſed adhuc liberi, quamdiu expreſſe aut tacite emancipati non ſunt, de peculio profectitio & adventitio teſtari nequeunt, *Schilter. ex. 38. §. 17. Hopp. ad d. pr. in uſ. hod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 142.*

10. In Belgio tamen & pleriſque Galliæ locis aliud obtinere, & filios familias, etiamſi nondum ſeparatim vivant a parentibus, modo puberes ſint, de bonis maternis, ceteriſque adventitiis omnibus teſtari poſſe, etiam non conſentientibus, imo reluctantibus parentibus, teſtatur *Grœnweg. de leg. abrog. ad pr. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

11. De peculio caſtrenſi & quaſi caſtrenſi filius familias teſtari poteſt, *pr. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* non item de peculio adventitio irregulari, *Hopp. ad d. pr. verbis: qui caſtrenſe peculium. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 142. n. 4. Berger. Reſolut. Lauterb. tit qui teſtam. fac. poſſ. qu. 3.*

12. Ubi filius vel expreſſe & formaliter vel virtuali-

tualiter emancipatus eſt, vel etiam pater omnino, diem obiit, nec niſi mater, quæ patriam poteſtatem non habet, *§. 10. J. de adopt.* ſuperſtes eſt, nihil impedimento eſſe intelligitur, quo minus filius, ſui juris factus, ultimum ſibi elogium condat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 34.*

13. In teſtamento ſatis eſt, de perſona heredis conſtare, quamvis nomen ejus expreſſum haud ſit, *l. 9. §. 8. de hered. inſtit. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 235.*

14. Teſtamentum ob id, quod heres in ipſo actu teſtandi præſens fuerit, non vitiatur, *Manz de teſtam. lib. 5. qu. 1. §. 74. not. u. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 174. n. 4. p. 273.*

15. Si teſtator heredibus ac legatariis injunxerit, ne contra ſuam voluntatem ac judicium quicquam moliantur, impugnando ejus teſtamentum ac diſpoſitionem, addita pœna privationis, ſi contra quid fecerint, heredes ac legatarii, ſi nihilominus impugnantes teſtamentum non obtinuerint, privationis pœnam incurrunt, nec hereditatem ac legata ſibi relicta petere valent, *Gail. lib. 2. obſ. 145. n. 8. Carpz. p. 3. c. 7. d. 23. n. 1. ſeq.*

16. Eaque privatio id operatur, ut heres in vim fideicommiſſi teneatur hereditatem reſtituere coheredibus vel ſubſtitutis, ſi dati ſint, ſin minus, heredibus ab inteſtato venientibus: non autem, ut deſinat heres eſſe, qui ſemel inſtitutus eſt, *Gail. d. obſ. 145. n. 9. Carpz. d. def. n. 6. 7.*

17. Non tamen incurrit pœnam privationis à teſtatore ſtatutam heres vel legatarius, qui ſolennia teſtamenti ſaltem impugnat, *Gail. d. obſ. 145. n. 11. Carpz. d. c. d. 24.*

18. Qui ex teſtamento ſuccedit, ad emolumenta, ab inteſtato debita, provocare nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 280.*

19. Qui teſtamentum, cognito ejus tenore, ſemel agnovit, illud impugnare non valet, etſi vires hereditatis ignoraverit, *Wernher. ſel obſ. for. p. 7. obſ. 242.*

20 Teſtamentum, illegitime licet conditum, ſubſiſtit, quando heredes, ab inteſtato ſucceſſuri, id ſemel approbarunt, *l. 16. §. 1. C. de teſtam. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 245.*

21 Add. loc. *inſtrumentum guarentigionatum. th. 3. & 4.* loc. *teſtamentum moribundi. th. 10. ſeq.*

TESTAMENTUM AD PIAS CAUSAS.

1. Teſtamentum ad pias cauſas, duobus adhibitis teſtibus, factam jure ſubſiſtit, *c. 11. X. de teſtam. Boer. dec. 93. n. 4. ſeq. Carpz. p. 3. c. 4. d. 33. n. 1. ſeq.* absque teſtibus vero per ſolam ſcripturam confectum non valet, *Reuſner. de teſtam. p. 4. c. 12. n. 12. Carpz. d. def. 33. n. 8. ſeq. Schilter. ex. 38. §. 119.* diſſentit *Stryck. de cautel. teſtam. c. 12. §. 6.* add. loc. *legatum ad pias cauſas. th. 1.*

2. In teſtamento ad pias cauſas ſufficit diſpoſitio in ſe perfecta, licet non adſit perfectio circa ipſam diſpoſitionem; hinc ſi quis dixerit, ſe velle eccleſiæ 500. ſolidos relinquere, deſuperque teſtamentum conficere, valida eſt illa pia diſpoſitio, licet is absque teſtamento deceſſerit, *Stryck. c. l. §. 3.* confer. vero *Cardin. de Luca theatr. verit. & juſtit. tr. de teſtam. diſc. 13.*

3. Si teſtamentum ad pias cauſas valere debeat, ut teſtamentum, pia cauſa quoque inſtituenda eſt heres: ut vero pia cauſa præciſe heres inſtituatur, non adeo neceſſarium eſt: cum ſuſtineatur diſpoſitio ad

pias

pias cauſas, quibuscunque conſcriptis verbis reperiatur, dummodo de voluntate teſtatoris conſtare poſſit, quia clauſula codicillaris hic ſemper ſubintelligitur; ex quo fluit, quamvis alias teſtamentum ſubſiſtere non poſſit, ſalvari tamen diſpoſitionem ad pias cauſas vi tacitæ & ſubintellectæ clauſulæ codicillaris, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 12. §. 4.* add. *Mev. p. 8. dec. 5. n. 5. 6. 7.*

4. Cum *in c. 11. X. de teſtam.* ſimpliciter teſtamentum ad pias cauſas ſit approbatum, hinc legatum extraneæ quoque perſonæ in ejusmodi teſtamento relictum ſubſiſtit, *Reuſner. de teſtam. p. 4. c. 12 n. 12. Stryck. c. l. §. 8.*

5. Piæ cauſæ legatum cenſetur, ſi quid eccleſiæ, ſcholis, academiis, Xenodochiis, pauperibus, vel in redemtionem captivorum aut ad ſtipendium relinquitur, *Donell. lib. 6. c. 9. in fin. Tuſch. tom. 8. pract. concl. 116. & 118.* non item, quod parocho vel miniſtro eccleſiæ relictum; cui conſequens eſt, ejusmodi legatum, non abhibitis præciſe quinque teſtibus, haud ſubſiſtere, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 34.*

TESTAMENTUM AEGROTI.

Vid. loc. *Teſtamentum moribundi.*

TESTAMENTUM COECI.

1. Cæcus teſtaturus 1) præter ſeptem teſtes adhibere debet notarium, vel, ſi hic deſit, octavum teſtem, *l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. Stryck. de cautel. teſtam. c. 4. §. 5. Hopp. ad verba: niſi per obſervationem. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* 2) palam nuncupare debet heredem, non tantum nomen ejus exprimendo, ſed etiam dignitatem, aliaque indicia,

ex quibus certo cognoſci poſſit heres, deſignando, *d. l. 8. Hopp. c. l.* quod intelligendum eſt de eo caſu, ſi heres inſtitutus jam ſit natus: cœcus enim & filios naſcituros, quorum nomina ignorari neceſſe eſt, inſtituere poteſt, *Stryck. c. l.* §. 9. Imo nec vitiatur teſtamentum, licet illa deſignatio heredis omiſſa ſit, ſi modo aliunde ſatis de mente teſtatoris conſtet, quem heredem velit, *Harprecht. ad* §. 4. *J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. n. 8. Stryck. c. l.* 3) requiritur, ut illa nuncupatio in ſcripturam redigatur, & ab omnibus octo teſtibus ſubſcribatur & ſubſignetur, *d. l. 8. Hopp. c. l. Stryck. c. l.* §. 7.

2. Quia interdum teſtatores, mortis cogitatione turbati, omnium memoriam habere non poſſunt, ipſis per *d. l. 8. qui teſtam. fac. poſſ.* permiſſum eſt, tabellioni prius omnia patefacere ad hoc, ut de eorum voluntate ſcripturam conficiat, eamque convocatis teſtibus notarius legat, & teſtator aſſerat, illam ſuam eſſe voluntatem, *Jaſon. ad d. l. 8. n. 10. Stryck. c. l.* Ceterum, quia & hic interdum poſſet ſubeſſe fraudis ſuſpicio, ut notarius aliter prælegat, quam literis ipſe concepit, dicta lex ulterius requirit, ut teſtibus etiam inſpiciendi facultas detur, *Stryck. c. l.*

3. In omni ultima voluntate cœci hæc proportio obſervanda, *ut, coram quot teſtibus diſponere poſſit videns, coram tot etiam poſſit cœcus, addito uno.* Sic v. g. in teſtamento ruſtici cœci 6. in teſtamento patris cœci inter liberos, vel ad pias cauſas 3. in codicillo cœci 6. teſtes requiruntur, *Hopp. ad verba: niſi per obſervationem.* §. 4. *J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Richter. ad l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. Struv. ex. 34.*

ex. 34. th. 57. vid. omnino *Stryck. de cautel. teſtam. c. 4. §. 14. ſeq.*

4. Verum in codicillis a cœco factis omnes illæ ſolennitates, quæ in *d. l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.* adhibendas eſſe, docent *Barry de ſucceſſ. lib. 1. tit. 6. n. 2. Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 10. th. 3. lit. f. Carpz. p. 3. c. 6. d. 5. n. 7. ſeq.* Econtra citra hæc ſolennia poſſe cœcum inter liberos vel ad pias cauſas teſtari, coram duobus ſaltem teſtibus, volunt *Harprecht. ad §. 4. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. n. 13. Carpz. d. def. 5. n. 5.*

5. Teſtamentum principis cœci, quod ipſi prælectum haud eſt, non ſubſiſtit: cum ad formam teſtamenti cœci pertineat prælectio, *Ordinat. Imper. Notariorum de an. 1512. tit.* von *teſtamenten. §. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 466. n. 11. p. 763. ſeq.*

6. Optima cautela eſt, ut cœcus teſtamentum principi inſinuet, vel judicialiter, teſtetur: nam tunc nullis opus eſt teſtibus, nec aliis ſcrupuloſis ſolennitatibus, *Mynſinger. cent. 6. obſ. 29. n. 5. Stryck. de cautel. teſtam. c.* 4. §. 24. Quodſi tamen cœcus non oretenus coram judice voluntatem ſuam exprimat, ſed illam in ſcriptis offerat, neceſſarium omnino eſt, ut ipſi a judice hæc ſcripta diſpoſitio prælegatur, *Stryck. c. l.*

TESTAMENTUM CONDEMNATI.

1. Jure civili damnatus capitaliter teſtamentum facere non poteſt, & quod ante condemnationem fecit, poſtea irritum fit, *l. 6. §. 5. de injuſt. rupt. l. 8. §. 1. & ult. qui teſtam. fac. poſſ. l. 25. §. 3. de acquir. hered.* Imo & hodie ad mortem condemnatum de bonis ſuis teſtari prohiberi, docent *Gail. lib. 1. de*

pac. public. c. 19. n. 8. Berlich. p. 3. concl. 8. n. 3. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. qui teſtam. fac. poſſ. qu. 2. add. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 3. §. 53. ſeq.*

2. Aſt ex conſuetudine generali ubique fere locorum hodie contrarium obſervari, & ſubſiſtere teſtamenta, quæ rei criminis capitalis, ante condemnationem, vel poſt eam, fecerunt, teſtantur *Clar. lib. 3. ſentent. §. teſtament. qu. 21. n. 1. Coler. p. 1. dec. 34. n. 6. Carpz. p. 3. c. 6. d. 1. n. 8.* Quæ conſuetudo in Saxonia Electorali expreſſa ſanctione confirmata eſt, *Conſtit. Elect. Sax. 6. p. 3. ibique Carpz. d. 2.*

3. Aſt rei læſæ majeſtatis, ad ſupplicium condemnati, quorum bona etiamnum hodie confiſcantur, *auth. bona damnatorum. C. de bon. proſc. ſeu damnat. Ord. Crimin. Car. art. 218.* nec hodie de bonis ſuis teſtari poſſunt, *d. c. 6. ibique Carpz. d. 3. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 21. n. 1.*

TESTAMENTUM CONJUGUM.

1. Teſtamentum conjugum ſecundum regulas communes æſtimari, &, ubi debitis ſolennibus deſtitutum, omnino rejici oportet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 157.*

2. Non valet diſpoſitio mariti, de bonis uxoris propriis ſibi illatis teſtantis, eaque diminuentis, licet ipſa abſque curatore conſenſerit, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 16.*

3. Si uxor in Saxonia, inſcio marito, de mobilibus ſuis teſtetur, convaleſcit teſtamentum, prædefuncto marito: nam regula: *quod ab initio vitioſum, poſtea non convaleſcit,* pertinet ad illud teſtamentum, quod ab initio vitioſum ob inhabilitatem teſtatoris, non vero ad id, quod vitioſum eſt ob præjudicium alterius,

terius, cui jus circa bona teſtatoris competebat, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 3. §. 19.*

4. Si conjuges in teſtamento reciproco ſeſe invicem heredes inſtituant, ea tamen conditione, ut poſt utriusque mortem bona ad heredes ex utraque parte perveniant, jure fideicommiſſi hoc caſu primi etiam defuncti conjugis bona poſt mortem ſuperſtitis ad heredes deferuntur, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 31. Carpz. p. 3. c. 7. d. 18.*

5. Conjux ſuperſtes hoc caſu heredibus defuncti conjugis de præſtandis fideicommiſſis ſatisdare tenetur, ne per malam adminiſtrationem heredes fideicommiſſo defraudentur, *Carpz. d. c. d. 19.* confer. *Berger. lib. 2. R. 49.*

6. Indifferenter heredes utriusque conjugis ad bona hereditaria admittuntur, & quidem ex partibus æquis & virilibus, in capita, non in ſtirpes, ſuccedentes, ſi æque & ſimul, zugleich und zu gleichen Theilen, vocati fuerint, non habito reſpectu numeri & pluralitatis perſonarum ab una vel altera parte exiſtentium, *Carpz. d. c. d. 20. n. 1. ſeq.* Omiſſa autem illa vocula, hereditas in duos ſemiſſes dividenda, horumque unus heredibus mariti, alter vero heredibus uxoris deferendus, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 9. n. 8. Carpz. d. def. 20. n. 7.*

7. Teſtamentum reciprocum inter conjuges factum ab horum alterutro, invita etiam parte altera, revocari poteſt, *Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 43. n. 1. ſeq. Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 2. Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 388. & in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 378.* Idque procedit, etiamſi unus ex conjugibus e vita jam deceſſerit, & morte teſtamentum confirmaverit, *Carpz. p. 3. c. 2. d.*

 12. Fin-

12. Finckelth. obſ. 90. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 22. not. 4. p. 393. Horn. cl. 7. R. 16. n. 3.

8. Revocato licet teſtamento reciproco, a conjuge ſuperſtite, nihilominus hujus heredes, fideicommiſſi titulo vocati, ad hereditatem conjugis prius defuncti, una cum ejus heredibus admittuntur, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 21.*

9. Cum vero conjuges ita mutuo teſtentur, ut alter de ſuis & alterius, tanquam heredis, bonis diſponat, tum ſuperſtes, qui defuncto ſucceſſit, de futura ſua hereditate aliter diſponere non poteſt; propterea, quod adeundo hereditatem, ſibi delatam, ſe ſubmittit legi, a defuncto dictæ, eamque agnoſcit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4 th. 22. not. 4. p. 393. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 378.* confer. *Struv. ex. 32. th. 43. Stryck. c. l. §. 23.*

10. Aliam non inelegantem cautelam ſuppeditat *Schilter. ex. 39. th. 57. ſeq.* ut ſcilicet conjuges, ad removendas diſputationes fori, & ſi alter alterius teſtamentum immutabile reddere velit, ultimam ſuam voluntatem reciprocam, ſive per modum teſtamenti, ſive donationis mortis cauſa factam, actis inſinuandam curent, ibique invicem ſibi ſtipulentur, omnia in hiſce voluntatibus contenta irrevocabiliter & inconvulſe ſeſe velle conſervare; hoc enim facta revocatio aut mutatio amplius locum non habet, *Stryck. c. l. §. 23.*

11. Quodſi maritus ſolus, tam de ſuis propriis, quam uxoris bonis teſtetur, illudque teſtamentum ab uxore approbari & ſubſcribi curet, uxor poſtea ſuæ approbationi & conſenſui contravenire ac teſtamentum illud mariti revocare nequit; quamvis ipſi

ipſi marito hoc facere liceat, *Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 43. n. 3. Carpz. p. 3. c. 2. d. 13.*

12. At enim vero, admitti poſſe hanc ſententiam, ſi quidem expreſſa pactio de non mutanda voluntate inter maritum hoc modo teſtantem & uxorem interceſſerit; tale pactum vero cum non poſſit ex iſto actu probari, integrum eſſe uxori, voluntatem ſuam mutare, & teſtamentum condere, tradit *Stryck. de cautel. teſtam. c. 24. §. 22.*

13. Add. loc. *portio ſtatutaria. th. 1. ſeq.*

TESTAMENTUM FILIIFAMILIAS.

Vid. loc. *teſtamentum. th. 9. ſeq.*

TESTAMENTUM FURIOSI.

1. Furioſus teſtari nequit, *l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.* quod procedit, etiamſi, cum adhuc ſanæ mentis eſſet, teſtamentum ceperit, & furor, eo nondum finito, ſupervenerit, *d. l. 9.* imo, etiamſi mentis compos poſtea deceſſerit, teſtamentum tamen in furore factum non convaleſcit, *§. 1. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. ibique Hopp. Stryck. de caut. teſtam. c. 3. §. 20.*

2. Licet omnis teſtator præſumatur ſanæ mentis, *l. fin. C. de hered. inſtit. Menoch. lib. 6. præſumt. 45. n. 18.* etiamſi teſtator jam ſenio confectus ſit, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. n. 3.* attamen, ubi conſtat aliquem ſemel furioſum fuiſſe, non præſumitur furor ille receſſiſſe, niſi hoc probatum fuerit: latitat enim ſæpius furor ſub ſpecie inumbratæ quietis, *l. 18. §. 1. de acquir. poſſeſſ. Reuſner. de teſtam. p. 2. c. 8. n. 31. Stryck. c. l. §. 21.*

3. Mente capti, quoad teſtamenti factionem, a furioſis non differunt, *Stryck. c. l. §. 23.* Aliud eſt

in te-

in teſtatore, qui ſemper ſana mente fuit, ſed morbi vehementia confuſus delirare videtur; hic ſane, ſi ceſſante delirio ultimum elogium proferat, non æque præſumendum eſt, quam de furioſo, quod furor nondum receſſerit, ſed latitet adhuc ſub inumbrata quiete, per. *l. 18. §. 1. de acquir. poſſeſſ. Stryck. c. l. §. 24.*

TESTAMENTUM IDIOTÆ.

1. Quamvis idiota, i. e. talis, qui nec legere novit, nec ſcribere, externo quodam corporis vitio non laboret: in effectu tamen eidem miſeriæ eſt ſubjectus, qua premitur is, qui luminibus captus eſt; & hinc pariter, ſi caute teſtari velit, octavum teſtem adhibere tenetur, per *l. 21. pr. C. de teſtam. Stryck. de cautel. teſtam. c. 4. §. 26.*

2. Ille tamen octavus teſtis non ad omne hujus analphabeti teſtamentum neceſſarius eſt, ſed tantum ad teſtamentum ſcriptum, ut teſtatoris loco illud perlegat atque ſubſcribat, non quidem teſtatoris, ſed ſuum nomen, *Carpz. p. 2. dec. 147. Stryck. c. l.* ubi quoque: quod conſultius, ſit, utrumque nomen conjungere.

3. Hic ſine omni teſte judicialiter diſponere valet; quo caſu tamen ſumme neceſſaria cautela eſt, ut, ſi in ſcriptis obtulerit teſtamentum, hoc a judice aperiatur, & ipſi prælegatur, ut de voluntate ipſius liquido conſtet: qua prælectione omiſſa corruit teſtamentum, *Beſold. conſil. 203. n. 14. Carpz. dec. 149. Stryck. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 64.* confer. vero ipſe *Carpz. lib. 6. R. 9. n. 9. ſeq.*

TESTAMENTUM INOFFICIOSUM.

1. Si perſonæ illæ, quibus legitima debetur juxta

formam

formam *nov. 115.* rite exheredatæ ſint, filius vero cauſam in teſtamento expreſſam falſam dicat, & ſic inique ſe exheredatum aſſerat: item ſi fratri turpis perſona ſit prælata, datur querela inofficioſi, *Struv. jurisprud. lib. 2. tit. 21. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 55. p. 508.*

2. Teſtamento parentum aut liberorum per querelam inofficioſi reſciſſo, legata nihilominus valent, *nov. 115. c. 3. & 4. in fin. Berger. œcon. jur. lib. 2. th. 17. not. 12. p. 385. Struv. ex. 10. th. 22. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 132. n. 1.*

3. Fratris vero teſtamento per querelam inofficioſi irrito facto, totum corruit teſtamentum, ita, ut nec legata ſubſiſtant, *Jaſon ad Auth. ex cauſa. C. de liber. præter. n. 96. Gail. lib. 2. obſ. 113. n. 2. Stryck. de cautel. teſtament. c. 19. §. 42. Berger. c. l.* diſſentit *Struv. c. l.* quem ſequitur fori uſus, teſte *Berger. c. l.*

4. Teſtamento per querelam inofficioſi reſciſſo, victoria omnibus ab inteſtato ſucceſſuris, quamvis querelam non habeant, prodeſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 270.*

5. Qui teſtamentum patris, tanquam inofficioſum, impugnat, adhuc hodie lucrum, ultra legitimam in eo ſibi relictum, amittit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 161.*

TESTAMENTUM IRRITUM.

1. Si heres non adierit hereditatem, vel quod ante teſtatorem mortuus fuerit, vel hereditatem acceptare noluerit, irritum fit teſtamentum, & redit hereditas ad caſum inteſtati, *l. 1. de injuſt. rupt. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 2. n. 14. Berger. œcon.*

jur.

jur. lib. 2. tit. 4. th. 21. p. 391. Hopp. ad verba : capite deminutus. §. 4. J. quib. mod. teſtam. infirm.

2. Legata ex teſtamento irrito vel deſtituto etiam corruunt, *l. 16. ſi quis omiſſ. cauſ. Carpz. p. 3. c. 2. d. 21. n. 1. ſeq. Berger. d. th. 21. not. un.* niſi teſtamento adjecta ſit clauſula codicillaris, *l. 29. de fideicomm. Carpz. d. def. n. 4. ſeq.* ſalva tamen heredi ab inteſtato quarta Falcidia, *l. 18. ad L. Falcid. Berger. c. l.*

TESTAMENTUM JUDICIALE.

1. Ad teſtamenti factionem, inſinuationemve judicialem non requiritur, judicii ordinario ſolennis, die Hegung des Gerichts, ſed ſufficit, teſtamentum judici coram actis inſinuari, *l. 19. C. de teſtam. Carpz. p. 3. c. 3. d. 13.* nihilque refert, an judex ſuperiorem, an inferiorem jurisdictionem habeat, *Berlich. p. 3. concl. 4. n. 32. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 23. & 24.* an judex ſit competens, an non, *d. l. 19. Pingizer. qu. 20. n. 27. Mev. p. 3. dec. 195. Stryck. c. l. §. 25.*

2. Probe autem hic notandum, jurisdictionem civilem illi judici, ubi teſtamentum inſinuandum, ordinario jure competere debere; unde coram commiſſario vel delegato hoc expediri non poterit, niſi in ſpecie ad actum teſtandi delegatus ſit, *Stryck. d. §. 25.* nec coram eo judice, qui ad certa cauſarum genera reſtrictam jurisdictionem habet, teſtamentum inſinuari poteſt, *Stryck. c. l.*

3. Teſtamentum ſculteto & ſcabinis in pago inſinuatum, vel coram iis conditum, tanquam judiciale, non valet, *Berlich. dec. 53. n. 9. Carpz. p. 3. c. 3. d. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 316.* niſi ipſis ſpecialiter conceſſa & demandata fuerit jurisdictio, eosve domini ac nobiles, merum & mixtum imperium ha-

bentes,

bentes, ad teſtamenti factionem ablegaverint, *Hartm. Piſtor. p. 3. qu. 28. Carpz. d. def. n. 1. 2.* vel teſtamentum tempore peſtis conditum fuerit, ubi quidem non ut judiciale, ſed ut aliud valet, *Carpz. d. c. d. 22.*

4. Nec aliud dicendum de magiſtratu oppidano, ſi nobili vel domino ſuperiori jurisdictio fuerit reſervata, quod quidem rarius, & non niſi in parvis oppidulis contingit: nec enim coram hoc magiſtratu, haud facta ablegatione a domino ſuperiore, valide quis teſtari poteſt, *Carpz. d. def. 21. n. 7. ſeq.*

5. De cetero cum teſtamenti inſinuatio voluntariæ jurisdictionis ſit, ſuperior etiam coram inferiori judice teſtamentum offerre poteſt, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 26.* Ex quo conſequitur, nobilem, aliumve judicem, merum vel mixtum imperium habentem, coram actis ſui judicii valite teſtari, modo ad actum teſtandi adhibeat ſclutetum & ſcabinos paganos, nec non judicii actuarium, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 12. n. 28. Berlich. p. 3. concl. 4. n. 33. Carpz. p. 3. c. 3. d. 14. Stryck. c. l. §. 27.*

6. Validum eſt teſtamentum apud acta confectum vel inſinuatum coram ſolo judice, aſſeſſoribus & ſcabinis aliis, licet non præſentibus, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 15. & lib. 6. R. 12.* diſſentiunt *Berlich. dec. 85. Finckelth. obſ. 65.* confer. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 28.*

7. Jure Saxonico Electorali ad inſinuationem judicialem teſtamenti ſufficit, ſi judex & actuarius juratus in loco judicii ordinario præſentes ſint, etiamſi nullus ſcabinus adſit: Actuarii autem perſona nullatenus omitti poteſt, niſi teſtator in præſentaneo mortis periculo ſit conſtitutus, & judex actuarii copiam tam cito habere nequeat: tali enim caſu, & quando judex de hoc periculo judicialiter teſtatur, teſtamentum

tum pro valido habetur, *dec. Elect. Sax. nov.* 45. *ibique Philipp. obſ. 1. n. 46. ſeq. & obſ. 2. n. 1. ſeq.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 5. p. 339.* ubi etiam, quod neceſſe non ſit, ut etiam probetur, actuarium haberi non potuiſſe, ſed affirmativæ potius probatio adverſæ incumbat parti.

8. Si nobilis ſeu dominus jurisdictionalis actuario jurato adminiſtrationem & exercitium jurisdictionis commiſerit: tunc teſtamentum eidem ſoli inſinuatum validum eſt, ſi copiam ſcabini judicialis tam ſubito habere non potuerit, periculum vero mortis in teſtatore adfuerit, de eoque actuarius judiciale tulerit teſtimonium, *d. dec. 45. ibique Philipp. obſ. 2. n. 9. ſeq.*

9. Non neceſſarium eſt, ut teſtator voluntatem ſuam ultimam claris verbis exprimat in judicio, quem ſibi heredem, vel cui quid legatum velit, ſed ſufficit, ſi teſtamentum domi conſcriptum & abſolutum judici offerat, & in illo ultimam ſuam voluntatem contineri teſtetur, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 30.* Neque requiritur, ut teſtamentum, ſi a teſtatore fuerit obſignatum, aperiatur, *Carpz. lib. 6. R. 9. n. 10. & p. 3. c. 3. d. 28. Richter. p. 1. dec. 30. n. 16. Stryck. c. l. §. 31.* Aſt, ſi nuncupative quis teſtari velit, omnino neceſſarium eſt, ut voluntas ultima ex ore teſtatoris diſtincte excipiatur, & libro judiciali inſeratur, *Stryck. c. l. §. 30. Carpz. p. 3. c. 3. d. 26.*

10. Subſiſtit teſtamentum judiciale absque teſtibus, & jure communi, *l. 19. C. de teſtam. Boer. dec. 228. n. 2. Hartm. Piſtor. qu. 28 n. 4. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 32.* diſſentit *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 32.* & Saxonico, *Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 3. ibique Carpz. d. 11.* Sed de teſtamenti confectione vel inſinuatio-

nuatione judiciali teſtantibus judici & ſcabinis creditur, etiam ſpecialiter non juratis, *Carpz. d. c. d. 12.*

11. Nihil refert, quo tempore vel die inſinuatio teſtamenti judicialis fiat, quippe quæ etiam die feriato fieri poteſt, *Stryck. c. l. §. 33.* quamvis *Pruckmann. vol. 2. conſil. 1. n. 221.* exiſtimet, diebus feriatis teſtamentum inſinuari non poſſe.

12. Quodſi teſtator morbi inclementia prematur, ut judicem adire nequeat, nec etiam ſpatium ſuppetat, ſolenniter teſtandi, tunc domi hoc expedire poteſt, vocato ad ſe judice cum ſcabinis, *Conſtit. Elect. Sax. 3. p. 3. ibique Carpz. d. 16. Stryck. c. l. §. 34.* imo non ſolum ægrotis, ſed & aliis id ipſum permittitur, *Carpz. d. def. 16. n. 10.*

13. Si quis domi judicialiter teſtari velit, requiritur ut teſtator judicem legitime, ad actum teſtandi expediendum, imploret: nam ſi judex, non imploratus, ad ædes ejus accederet, & ita teſtamentum ab ægrotante reciperet, hoc pro judiciali ſubſiſtere non poſſet, *Bechmann. ad ff. tit. qui teſtam. fac. poſſ. obſ. 15. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 35.* add. *Carpz. p. 3. c. 3. d. 20.* Imploratio autem judicis non præciſe ab ipſo teſtatore fieri debet, ſed ſufficit, ſi alius ejus nomine magiſtratum imploraverit ad ablegandos deputatos, *Harprecht. diſp. de teſtam. judic. §. 6. Carpz. d. def. 20. n. 4. Stryck. c. l.*

14. Sed quæritur: an hoc caſu judex ejus loci incompetens æquali efficacia adhiberi poſſit? Affirmatur; ideoque, ſi forte nobilis, in pago teſtamentum conditurus, ad ſe vocet magiſtratum oppidanum vicinæ civitatis, cui tamen jurisdictio nulla in iſto pago compedit, ſed illa domino pagi, apud quem forte commoratur ægrotus, jure feudi conceſſa ſit, ſu-

ſtinetur ejusmodi teſtamentum coram illo magiſtratu oppidano conditum, *Stryck. c. l. §. 36.* add. *Carpz. dec. 293. n. 10. ſeq.*

15. Poſtquam itaque imploratus eſt judex vel magiſtratus, certa deputatione opus eſt illarum perſonarum, qui actui intereſſe debeant: quodſi enim aliqui ſenatores vel ſcabini ſpeciatim rogati a teſtatore, & ita ad actum teſtandi conveniant, teſtamentumque recipiant, hoc de jure non ſubſiſtet, *Mev. ad jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 137. Carpz. p. 3. c. 3. d. 20. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. n. 37.* Quodſi tamen ipſe judex in perſona hoc officium ſubire, vel etiam conſules civitatis ipſi ſe eo conferre velint, non opus erit alia deputatione, *Stryck. c. l.*

16. Deinde requiritur, ut vel judex & ſcabinus actui teſtandi interſint, vel ad minimum duo aut tres ſcabini vel ſenatores ad id negotium deputentur, *Carpz. d. c. d. 17.* add. *Stryck. c. l. §. 38. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 4. p. 338.* Hinc coram judice vel unico ſcabino & notario judicii teſtamentum extra judicium valide confici non poteſt, *Carpz. d. c. d. 18. dec. Elect. Sax. 73. ibique Philipp. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 191.* confer. vero *Stryck. c. l.* niſi conſuetudine introductum ſit, ut valeat teſtamentum coram unico ſcabino & actuario judicii in domo teſtatoris conditum, *Carpz. d. c. d. 19.*

17. Quodſi actuario a domino jurisdictionali totalis adminiſtratio jurisdictionis commiſſa fuerit, ita, ut quoque ſit judicis loco, tunc valet teſtamentum, ſi unicam tantum perſonam judicialem ſecum habuerit, *dec. 73. ibique Philipp. obſ. 1. n. 19. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 9. p. 341.*

18. Pa-

18. Pari modo ſuſtinetur teſtamentum, quod coram actuario, qui ſimul judicis locum tenet, ſo Land⸗Richters Stelle mit vertritt, atque uno ſcabino confectum, *Berger. c. l.*

19. Imo, quando facultas recipiendi teſtamenta actuario a judice ſpeciatim commiſſa eſt, ſufficit præter ipſum unius ſcabini præſentia, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 26.*

20. Teſtamentum judiciale, coram actuario & duobus ſcabinis extra locum judicii conditum, ſubſiſtit, licet ipſe præfectus ſeu judex præſens non fuerit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 23.*

21. Deputati debent eſſe ex ipſo judicio; unde vix eſt, ut teſtamentum, coram tribus profeſſoribus extraordinariis, à Rectore deputatis, conditum, ſuſtineri poſſit, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 40. Berger. d. th. 2. not. 7. p. 340.* ubi etiam: imo nequidem Cancellarius præfecturæ ſuperioris, Ober⸗Amts⸗Cantzler, inter aſſeſſores ſive ſcabinos refertur.

22. Si deputati ad teſtatorem venerint, liberum teſtatori eſt, an oretenus voluntatem ultimam exponere, an teſtamentum antea conſcriptum ipſis offerre velit, addita conteſtatione, in illa ſcriptura ultimam ſuam voluntatem contineri, *Stryck. c. l. §. 39.* add. *Carpz. p. 3. c. 3. d. 26. 27. 28.*

23. Quodſi hac ratione ſenatores vel ſcabini voluntatem teſtatoris vel calamo exceperint, vel in ſcriptis oblatam acceptaverint, horum jam officium exigit, ut illud mox in curiam referant, atque vel in exteriori parte teſtamenti, poſtquam illud novo involucro, ſigillo ſenatus munito commiſerunt, inſcribant diem & locum factæ oblationis, vel etiam hoc ordina-

dinario judicii protocollo inſerant, ut inde poſtea veritas factæ oblationis doceri poſſit, *Stryck. de cautel. teſtam. c.* 7. §. 41.

24. Ut teſtator teſtamentum judicialiter in domo ſua conditum in præſentia deputatorum ſubſcribat, neceſſe non eſt, *Stryck. c. l.* §. 42. nec requiritur, ut judices præſentes illud ſubſcribant, *Stryck. c. l.* add. *Mev. conſil. 40. n. 107.* confer. vero *Vultej. vol. 1. conſil. 34. n. 40.* Et teſtamentum judiciale ſubſiſtere, etſi cancellariæ ſigillum & ſubſcriptio directoris deficiat, docet *VVernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 161.* Nec non teſtamentum nuncupativum, judicialiter confectum, valet, quamvis actuarii ſubſcriptio deficiat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3 obſ. 189.*

25. Ut teſtamentum judiciale valeat, requiritur præſentia ipſius teſtatoris: non enim putandum, remiſſis ſolennitatibus circa teſtes in teſtamento judiciali, illud etiam cenſeri remiſſum, quod ad fraudes removendas & conſervandas teſtantium voluntates adinventum eſt, nempe ut ipſemet teſtator coram actis voluntatem ſuam exprimat atque declaret, *A Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 20. n. 4. Carpz. p. 3. c. 3. d. 23. n. 1. ſeq.*

26. Unde non valet teſtamentum, quod domi conſcriptum & conſignatum teſtator per epiſtolam, nuncium vel procuratorem actis publicis præſentari & inſinuari curavit, *Berlich. p. 3. concl. 4. n. 28. ſeq. Carpz. d. def. 23. n. 7. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 2. p. 337.* Idque adeo procedere, inquit *Panſchmann. qu. 13. n. 4. & 5.* ut nec teſtamentum valeat, quod domi a teſtatore conſcriptum, per notarium una cum ſeptem teſtibus, nomine teſtatoris, judici oblatum, & actis inſinuatum fuerit. Plane teſtamen-

mentum per procuratorem inſinuari poſſe, docet *Stryck. de cautel. teſtam. c. 8. per tot.*

27. Quid autem, ſi magiſtratus, a teſtatore requiſitus, nolit ablegare ſcabinos ad recipiendum teſtamentum, domi conſcriptum, ſed per alias perſonas fide dignas ſibi id præſentari & inſinuari jubeat, addens, ſe teſtamentum perinde velle habere, ac ſi ipſemet teſtator id judici & actis publicis inſinuaſſet? Nec tum ſubſiſtere teſtamentum cum *Berlichio dec. 94.* exiſtimat *Carpz. d. c. d. 24.*

28. Teſtantibus judici & ſcabinis, quin fides adhiberi debeat, dubium non eſt, licet jurato id non depoſuerint; idque multo magis verum, ſi ex actis judicialibus & protocollis appareat, teſtatorem præſentem fuiſſe in judicio, ac ipſummet teſtamentum ſuum judici & ſcabinis inſinuaſſe: alioquin ſane ſoli teſtatoris ſcripturæ non credendum, ſed per teſtes ejus præſentia probari debet, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 25.*

29. Ut teſtamentum judiciale oretenus factum ſubſiſtat, requiritur omnino, quod judex & ſcabini illud ex ore teſtatoris audierint ac perceperint, *Carpz. d. c. d. 26.* nam ſicut præſentia teſtatoris, ita & diſpoſitio manifeſta, & declaratio mentis, propriis ipſius verbis facta, ad teſtamentum judiciale neceſſaria eſt, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 20. n. 4.* Non vitiat tamen teſtamentum expoſitio voluntatis per alium facta, ſi poſtea teſtator, a ſcabinis interrogatus, affirmando illam confirmaverit, *Carpz. d. c. d. 27. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 39.*

30. Validum eſt teſtamentum judiciale, ſive in loco judicii conditum fuerit, ſive extra judicium, in ædibus teſtatoris, etiamſi notarius judicii non adfuerit, *Carpz. d. c. d. 32.* add. *Stryck. c. l. §. 29.* ſcilicet

jure communi, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 5. p. 338.* At jure Saxonico Electorali præſentia actuarii indiſtincte neceſſaria eſt, *dec. Elect. Sax. 45. Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 189. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* adeo, ut notarius in vicem actuarii adhiberi nequeat, nequidem eo caſu, ubi actuarius heres inſtituendus, adeoque is in propria cauſa munere ſuo perſungi nequeat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 303.*

31. Amiſſa licet ſchedula teſtamenti judicialis obſignata, validum nihilominus illud erit, quatenus ſcabini tenorem perceperunt, deque voluntate teſtatoris deponere poſſunt, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 29.*

32. Non revocatum cenſetur teſtamentum judiciale ex eo ſolo, quod teſtator illud ab actis removerit & ad ſe receperit, ſi illud ſigillo judiciali obſignari & confirmari curaverit, atque ſubſcriptio & obſignatio judicialis poſt mortem teſtatoris illæſa reperta fuerit, *dec. Elect. Sax. nov. 44. Berlich. p. 3. concl. 4. n. 34. ſeq. Carpz. p. 3. c. 3. d. 30. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 45. ſeq.* diſſentit *Finckelth. obſ. 12.*

33. Quandoque tamen ſuſpicio fraudis facit, quo minus teſtamentum ab actis remotum ſubſiſtat, ut: ſi teſtamentum reſignatum, vel obſignatio læſa proponatur, *Carpz. d. c. d. 31.*

34. Add. loc. *inſtrumentum guarentigionatum. th. 3. & 4.*

TESTAMENTUM MENTECAPTI.

Vid. loc. *Teſtamentum furioſi.*

TESTAMENTUM MILITARE.

1. Teſtamentum militis, absque ulla ſolennitate,

te, ex nuda teſtantis voluntate valet, *l. 1. l. 15. §. 1. l. 35. de teſtam. milit. l. 15. C. eod. Stryck. de cautel. teſtam. c. 9. §. 2.* de qua tamen evidenter conſtare debet vel per duos teſtes, *§. 1. J. de teſtam. milit. l. 24. eod. Gail. lib. 2. obſ 118. n. 17. Carpz. p. 3. c. 4. d. 27. Stryck. c. l. §. 14.* vel per ſolam teſtantis ſcripturam, quomodocunque conceptam, ſine ullo teſte, *pr. J. eod. l. 15. C. eod. Hopp. ad d. pr. J. verb. ſive ſcripta, Stryck. c. l. §. 11. Carpz. d. c. d. 26. n. 3.*

2. Imo in chirographo, quo fatetur, ſe tot Joachimicos accepiſſe, valide teſtatur miles, adjiciendo hanc clauſulam: ut, ſi contingat, ſe non redire ex prœlio, tunc bona ſua ad nullum alium, quam creditorem perveniant, *Brunnem. ad l. 1. in fin. de teſtam. milit. Stryck. c. l. §. 9.* Idemque dicendum, ſi per epiſtolam eandem ſuam voluntatem declaraverit, *Stryck. c. l. §. 24.*

3. Requiritur vero, ut miles ſerio declaraverit, quem velit ſibi heredem eſſe, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 9. §. 5.* Sermones enim familiares pro teſtamento obſervari nequeunt, veluti: ſi miles dixit alicui, *ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo, §. 1. J. de teſtam. milit. ibique Hopp. ad verba: non oportet hoc. Wiſſenb. ad J. diſp. 18. §. 5. Stryck. c. l.*

4. Sola ſcriptura absque teſtibus tum demum ſufficit, ſi in ipſo conflictu & prœlio conſtitutus fuerit miles: in caſtris vero propter ceſſationem præſentis periculi duos ad minimum teſtes adhibere neceſſe habet, *Receſſ. Imper. de an. 1512. tit.* Von *Teſtamenten.* §. Und ſollen die *Notarien. verſ.* oder von Rittern. *Gail. lib. 2. obſ. 118. n. 17. Carpz. p. 3. c. 4. d. 26. n. 6, ſ q. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 5. not. 3. p. 351.*

5. Inter eos autem, qui in caſtris verſantur, ſo zu

Felde liegen, illi etiam ſunt numerandi, qui in hyberna dimittuntur, ſo im Rück-Marſch in die Winter-Quartiere begriffen, *Berger. c. l. p. 352. & lib. 1. R. 154.* Contra vero illi, qui amandati incedunt ad oppugnandam arcem, welche in An-Marſch vor eine Feſtung poſto zu faſſen, concurrentibus præſertim eruptionum periculis, perinde ac ſi in conflictu & diſcrimine belli, in Ubung des Streits, conſtituti eſſent, haberi debent, *Berger. œcon. jur. c. l. & lib. 1. R. 123. Stryck. de cautel. teſtam. c. 9. §.* 4. add. *Hopp. ad verba: in expeditionibus. pr. J. de milit. teſtam.* item qui ſunt expediti ad confligendum cum hoſte, *Stryck. c. l. §. 24.* nec minus, qui in obſidione conſtituti, quamvis in procinctu ad oppugnandum non ſint, modo præſens fuerit periculum, *Berger. œcon. jur. c. l.*

6. Expeditio enim, quæ ad teſtamentum militare requiritur, *§. 3. J. de milit. teſtam. l. 17. C. eod.* eſt illud tempus, quo milites in armis procedunt, aut ſtant adverſus hoſtem, ſive eum perſequantur, ſive imminentem expectent, vel, ut invadant, intenti in omnes opportunitates rei bene gerendæ vel invadentem ſuſtineant ac propulſent, *Donell. ad l. 17. C. de teſtam. milit. n. 2. Finckelth. obſ. 46. n. 8. 9. Carpz. lib. 6. R. 14. n. 12.*

7. Milites illis temporibus, per quæ, citra expeditionum neceſſitatem, domi vel aliis in locis extra tentoria vel caſtra degunt, neutiquam privilegio hoc militari gaudent; ſed communi jure, adhibitis nimirum debitis ſolennitatibus, ultimam ſuam voluntatem declarare, ac teſtari tenentur, *§. 3. J. de milit. teſtam. l. 17. C. eod. Harprecht. ad pr. J. de milit. teſtam. n. 27. Carpz. p. 3. c. 4. d. 28. n. 1. ſeq.*

8. Eodem modo milites præſidiarii, limitanei, & in

& in locis hybernis, Winter-Quartiere, conſtituti jure militari coram duobus ſaltem teſtibus teſtari non poſſunt, ſed omnes ſolennitates adhibere tenentur adeo ut nequidem valeant legata coram duobus teſtibus relicta, *Carpz. d. c. d. 28. & 29. nec non lib. 6. R. 14.* diſſentiunt *Chriſtin. vol. 1. dec. 109. n. 9. ſeq. Struv. ex. 34.* §. 4. Sed jure militari tum demum illi teſtari poſſunt, ſi ab hoſtibus ſint cincti, vel hoſtium invaſionibus expoſiti, *Hopp. ad verba. in expeditionibus. pr. J. de milit. teſtam. Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 10. th. 6. lit. c. Richter. dec. 38. n. 13. Stryck. de cautel. teſtam. c. 9.* § 4.

9. Si milites per modicum ſaltem tempus a militia & caſtris abſint, & propoſitum reverdenti habeant, jure militari etiam extra caſtra teſtari non prohibentur, *Bocer. de bell. & duell. lib. 1. c. 18. n. 6. & 7. Carpz. p. 3. c. 4. d. 28. n. 8.*

10. Teſtamentum, ante militiam non jure conditum, convaleſcit, ſi miles poſtea, in expeditione conſtitutus, eo ſtandum eſſe declaret, §. 4. *J. de milit. teſtam. ibique Hopp. Struv. ex. 34. th. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 196.*

11. Teſtamentum militis, qui in caſtris verſatur, ſcriptum, & ſoli auditori, dem Regiments-Auditeur, oblatum non ſubſiſtit, ſed tanquam nullam impugnari poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 5. not. 4. p. 353.*

12. Jure militari poſſunt teſtari omnes, qui in hoſtico, i. e. in ipſo conflictu, in acie, aut in procinctu, vel in tali loco, ubi præſens & ſummum ab hoſtibus imminet vitæ diſcrimen, deprehenduntur, ibidemque decedunt, licet non ſint milites, veluti ſunt conſiliarii bellici, judices, concionatores, medici & chirurgi caſtrenſes, ſimileſque, atque adeo illi

 quo-

quoque, qui, ſui commodi cauſa, aut ex libera voluntate, Volonteurs, in hoſtico ſunt conſtituti, *l. ult. de teſtam. milit. l. un. de honor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. Finckelth. obſ. 46. n. 14. ſequ. Hopp. ad verbum: militibus pr. J. de milit. teſtam. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 5. not. 2. p. 351. Stryck. de cautel. teſtam. c. 9. §. 20.* qui §. 23. reclamantibus licet aliis, putat, non præciſe requiri, ut ejusmodi perſonæ in hoſtico deceſſerint, ſed ſufficere, ut in hoſtico lethaliter vulneratæ alibi deceſſerint.

13. Teſtamentum militare, etiam poſt miſſionem, ſcilicet honeſtam vel cauſariam, non ignominioſam, valet, modo intra annum, a tempore iſtius miſſionis computandum, deceſſerit miles, *§. 3. J. de milit. teſtam. ubi Hopp. l. 26. pr. eod. Berger. c. l. not. 4. p. 352.*

TESTAMENTUM MORIBUNDI.

1. Aegrotus graviter decumbens, ſeu moribundus, etiam quaſi in agone conſtitutus, teſtamentum facere poteſt, *l. 15. l. 29. C. de teſtam. Reuſner. de teſtam. p. 2. c. 16. n. 5. ſeq. Carpz. p. 3. c. 5. d. 1. Stryck. de cautel. teſtam. c. 4. §. 36.*

2. Requiritur vero PRIMO, ut articulate & intelligibiliter loqui poſſit, *l. 29. C. de teſtam. Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 3.* articulate autem loquitur, qui intelligi poteſt a teſtibus, vel judice & ſcabinis ad hoc requiſitis, licet balbutire incipiat, *l. 15. C. de teſtam. Moller. ad d. c. 5. n. 3.*

3. Non ſufficit, teſtatorem loqui articulate & intelligibiliter *paſſive*, id eſt ut ab aliis exaudiatur, ejusque verba perſpicue intelligantur, ſed inſuper, quod præcipuum eſt, requiritur etiam, ut teſtator

articu-

articulate loquatur, *active*, h. e. cum bono intellectu & memoria, ita ut ex ejus loquela manifeſtum fiat, & concludi poſſit, illum ſanæ mentis fuiſſe, *Carpz. d. c. d. 2. n. 3. & 4. Stryck. c. l.* Non enim teſtari poteſt, qui integræ mentis ac perfecti intellectus non eſt, *l. 2. qui teſtam. fac. poſſ. Harprecht. in §. 1. n. 9. & 16. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

4. Nec militare teſtamentum, nec diſpoſitio patris inter liberos, vel ad pias cauſas ab ægroto facta ſubſiſtit, ſi ſanæ mentis non fuerit, nec articulate loqui potuerit, *Berlich. p. 3. concl. 6. n. 22 ſeq.*

5. In dubio vero teſtatorem articulate loqui potuiſſe, & ſanæ mentis fuiſſe, præſumitur; maxime, ſi teſtes adhibiti, vel ſcabini, coram quibus teſtamentum conditum eſt, de eo teſtentur, *Carpz. p. 3. c. 5. d. 3.* Ergo, qui contrarium aſſerit, & ob id teſtamentum impugnare velit, illud probare tenetur: contra ſolam tamen præſumtionem loquelæ articulatæ & ſanæ mentis, absque teſtium vel ſcabinorum aſſeveratione, præſumtiones & conjecturæ in contrarium admittuntur, vid. omnino *Pruckmann. vol. 1. conſil. 12. n. 209. Berlich. d. concl. 6. n. 13. ſeq. Carpz. d. def. 3. n. 3. ſeq.*

6. Non aliter SECUNDO moribundi teſtamentum valet, quam ſi voluntatem teſtandi habuerit, id quod exinde apparere poteſt, ſi vel notarium, vel alium quempiam ea de cauſa ad ſe vocatum rogaverit, ut ille voluntatem ſuam teſtibus proponat, *Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 3. ibique Moller. n. 5.*

7. Teſtamentum ad interrogationem alterius, ſive is notarius, ſive alius fuerit, factum jure ſubſiſtit, *Menoch. lib. 4. præſumt. 8. Hartm. Piſtor. obſ. 4. n. 1. Carpz. p. 3. c. 5. d. 4. n. 4. ſeq.* Hoc tamen ita reſtrin-

gen-

gendum, ſi teſtator voluntatem ſuam prius expoſuerit interroganti, isque poſtea deſuper coram teſtibus ipſum interrogaverit; alioquin, ſi quis injuſſu teſtatoris teſtamentum ordinaverit, ac deſuper teſtatorem ex abrupto & de improviſo nihil tale cogitantem interrogaverit, licet teſtator affirmative reſpondeat, teſtamentum tamen haud quaquam valebit, *Zaſ. lib. 1. conſil. 3. Hartm. Piſtor. d. obſ. 4 n. 4. Carpz. d. def. 4. n. 7. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 153.*

8. Teſtamentum non vitiatur per interrogationem teſtatoris, quid & quantum alicui relinquere velit, *VVernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 9. obſ. 153.*

9. Non ſubſiſtit teſtamentum ad interrogationem factam peregrino idiomate vel lingua, quam teſtes aut ſcabini haud callent, *Carpz. p. 3. c. 5. d. 5.* vel interrogatio facta fuerit a perſona ſuſpecta, *Jaſon. in l. 29. C. de teſtam. Carpz. d. c. d. 6. n. 1.* veluti conjugis, *Hartm. Piſtor. obſ. 4. n. 3. Carpz. d. def. 6. n. 5.* Plane nec tum valebit teſtamentum, ad alterius interrogationem conditum, ſi idem teſtator antea confeciſſet teſtamentum ſolenne, *Fachin. lib. 5. controv. 70. Carpz. d. def. 26. n. 6.*

10. TERTIUM requiſitum teſtamenti graviter decumbentis eſt, ut teſtator ſponte, quiete ſedate & ex enixa atque deliberata voluntate teſtetur, nec ad hoc duris verbis, immoderatis precibus & importunis ſollicitationibus inducatur, *l. ult. ſi quis aliqu. teſtar. prohib. l. 70. de hered. inſtit. Conſtit. Elect. Sax. 5. p. 3. Berlich. d. concl. 6. n. 32. & 33.*

11. Equidem blanditiis teſtatorem ad teſtamenti factionem inducere haud prohibitum eſt, *l. ult. ſi quis*

quis aliqu. teſt. probib. l. fin. C. eod. Carpz. p. 3. c. 5. d. 7. ut itaque ob ſimplicis perſuaſiones ac blanditias teſtamentum non infirmetur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 86. Stryck. de cautel. teſtam. c. 2. §. 8.* quamvis eædem forte in illorum, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, præjudicium vergant, *A. Fab. dec. 38. err. 8. Sande lib. 4. tit. 1. def. 11.*

12. Attamen jure non ſubſiſtit teſtamentum ad falſas & doloſas perſuaſiones conditum, *l. ult. ſi quis aliqu. teſt. probib. l. 70. de hered. inſtit. Carpz. d. c. d. 8. VVernher. ſel obſ. for. p. 2. obſ. 408. & p. 3. obſ 84. nec non in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 86* vel vi, metu, aut duris & importunis ſollieitationibus extortum, *Carpz. d. c. d. 9. Stryck. c. l. VVernher. cc. ll. Brunnem. ad l. ult. ſi quis aliqu. teſtar. prob.*

13. Non præſumitur teſtator, verbis duris, importuniſque ſollicitationibus inductus, teſtamentum ſuum feciſſe, *Mantic. lib. 2. de conject. ult. volunt. tit. 7. n. 2. Carpz. p. 3. c. 5. d. 11. n. 1.* Ergo alleganti coactionem & importunas ſollicitationes incumbit probatio: non tamen exacta & plena probatio hoc caſu requiritur, ſed ſufficit præſumtionibus eas demonſtrari, *Menoch. lib. 4. præſumt. 11. & 12. Carpz. d. def. 11. n. 3. ſeq. Berlich. p. 3. concl. 7. per tot.*

14. Confeſſio teſtatoris propria ſufficienter probat coactam teſtandi voluntatem, *Moller. lib. 3. ſemeſtr. 32. n. 1. Carpz. d. c. d. 12.*

15. Ad probationem importunarum ſollicitationum a judice & ſcabinis, coram quibus teſtamentum eſt conditum, teſtimonium exigi poteſt, *Carpz. d. c. d. 13.* niſi judex & ſcabini de libera teſtatoris voluntate jam antea teſtati fuerint, eamque in protocollo ju-

lo judiciali adnotaverint, vel in ſcriptura, ſuper teſtamento confecta, retulerint, *Carpz. d. def. 13. n. 11.*

16. Reo, de compulſione & importunis ſollicitationibus gravato præſumtionibus & indiciis, juramentum purgationis bene injungi poteſt, *Carpz. p. 3. c. 5. d. 14.*

17. Teſtamentum ad falſam ſuggeſtionem & importunam ſollicitationem conditum, ipſo jure nullum eſt, adeoque hereditas, non fiſco, ſed heredibus ab inteſtato defertur, *Carpz. d. c. d. 16.* legata tamen, ſponte in eo relicta, debentur, *Carpz. d. c. d. 17.*

18. Doloſis perſuaſionibus, vel importunis ſollicitationibus teſtamenti factionem impediens, ad intereſſe conveniri poteſt ab eo, in cujus præjudicium facta eſt prohibitio, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 29. n. 4. Carpz. p. 3. c. 5. d. 10. n. 1. ſeq.* Sed ad ſolas blanditias hoc extendi non poteſt: licet namque hæ tendant in præjudicium alterius, cui vel in teſtamento prius confecto aliquid relictum fuerat, vel teſtator voluerat aliquid relinquere, attamen ſi dolus atque fraus abfuerit, actioni de dolo vel ad intereſſe locus non eſt, *Hartm. Piſtor. c. l. Carpz. d. def. 10. n. 6.* 7. diſſentiunt *Cæpoll. cautel. 36. Menoch. de A. J. Q. caſ. 395. in fin.*

19. Cum non omnis perſuaſio teſtamentum vitiet, ille, qui teſtamentum ex capite perſuaſionis violentæ impugnat, exprimere in libello debet ſpeciatim, quibusnam perſuaſionibus reus uſus ſit, *Horn. cl. 12. R. 111. n. 2.* ut judex de eo, utrum ſufficiant, nec ne, poſſit arbitrari, *Berger. œcon. jur. l. 2. tit. 4. th. 13. not. 4. p. 369.*

TES-

TESTAMENTUM MUTI.

Vid. loc. *teſtamentum ſurdi & muti.*

TESTAMENTUM NULLUM.

1. Teſtamentum, in quo liberi vel parentes ſunt præteriti, eſt ipſo jure nullum, *l. 1. de injuſt. rupt. nov. 115. c. 3. 4. 5. Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 3. ibique Carpz. d. 1. 2.* adeo, ut, licet filius, qui in teſtamento patris præteritus eſt, vivo adhuc patre decedat, teſtamentum tamen, quod ab initio nullum fuit, non reconvaleſcat, niſi inſtituti fuerint venientes ab inteſtato, *l. 12. pr. de injuſt. rupt. Schneidew. in pr. J. de exheredat. liber. n. 3. Carpz. d. def. 1. n. 11. & 12.*

2. Etſi titulo ſubſtitutionis filio legitima relinquatur, non magis tamen teſtamentum valebit, *Jaſon. in auth. noviſſima. C. de inoffic. teſtam. n. 26. Carpz. d. def. 1. n. 13.* Sicut nec quicquam roboris tribuit teſtamento, quod legitima filio per fideicommiſſum univerſale fuerit relictum, *nov. 115. c. 3. Carpz. d. def. 1. n. 14* quia & is præteritus cenſetur, qui directo non eſt inſtitutus, ut maxime jure fideicommiſſi hereditatem adipiſcatur, *l. 27. §. 12. ad SC. Trebell. Carpz. d. def. 1. n. 15.*

3. Annullato licet ob præteritionem liberorum vel parentum teſtamento, legata tamen ex eo debentur, *nov. 115. c. 3. §. ult. auth. ex cauſ. C. de liber. præterit. Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 3. ibique Carpz. d. 3. Gail. lib. 2. obſ. 113. in pr. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 132.* confer. vero *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 9 def. 1. n. 6. 7. & 8.*

4. Teſtamentum parentum, in quo liberi ſunt

præ-

præteriti, non ſuſtinetur per clauſulam: *omni meliori modo. Wernher. ſel. obſ. for p. 1. obſ. 279.*

5. Filius, ſi præteritioni vel ante conditum teſtamentum, vel in ipſo teſtandi actu conſenſit, ſibi præjudicat, ſi non jure civili, quo teſtamentum hoc, haud obſtante filii conſenſu, nullum atque invalidum habetur, *l. 35. §. 1. C. de inoffic. teſtam.* attamen jure prætorio, *Carpz. p. 3. c. 10. d. 1. n. 1. 2. 3.* perinde ac teſtamentum ex prætoria æquitate ſuſtinetur, ſi filius præteritus, defuncto patre teſtatore, teſtamentum approbet, *l. 17. in fin. de injuſt. rupt. Berlich. p. 3. concl. 16. n. 11. & 12. Carpz. d. def. 1. n. 4.*

6. Si filius, vivo adhuc patre, in teſtamentum jam factum, in quo ipſe præteritus eſt, conſentiat, idque approbet, illud quidem jure civili invalidum eſt, *Berlich. d. concl. 16. n. 17.* ſubſiſtit vero jure prætorio, de quo minus dubium eſt in foro Saxonico, propter *Conſtit. Elect. Sax. 10. p. 3. ibique Carpz. d. 1. n. 8. ſeq. Berlich. d. concl. 16. n. 24. ſeq.* diſſentit *A. Fab. lib. 9. conject. 14. & decad. 37. err. 5.* Hinc quoque ſubſiſtit teſtamentum, in quo parentes ſunt præteriti, ſi illud approbaverint, *Carpz. d. c. d. 2.*

7. Non obſtat conſenſus filii præteriti, quo minus reliqui fratres, heredes, ſive ſoli, ſive cum extraneis inſtituti, ob ipſius præteritionem teſtamentum impugnare & cauſam teſtati ad cauſam inteſtati reducere valeant, per text. *in l. 10. §. ult. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. Berlich. p. 3. concl. 16. n. 37. Carpz. p. 3. c. 10. d. 3.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 455.*

8. Defuncto filio, conſentiente præteritioni, ante patrem teſtatorem, nepotes teſtamentum impugnare haud prohibentur, *Carpz. d. c. d. 4.*

9. Præ-

9. Præteritio teſtamentum non vitiat, ſi in favorem liberorum facta fuerit, puta: ſi teſtator timeat inſidias vitæ filii parvuli ab agnatis, & propterea alium inſtituat heredem, eumque fideicommiſſo de reſtituenda filio hereditate gravet, *l. 2. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 18. de liber. & poſth. Carpz. p. 3. c. 9. d. 11. n. 2. ſeq.* aut ſi parens, filium ære alieno obæratum prætereundo, inſtituat heredes nepotes, ne forſan creditores portionem hereditariam auferant, *Berlich. p. 3. concl. 15. n. 54. Carpz. d. def. 11. n. 4.*

TESTAMENTUM NUNCUPATIVUM.

1. Teſtamenti nuncupativi ſubſtantia in eo vertitur, ut teſtator ultimam ſuam voluntatem palam, h. e. clare & intelligenter nuncupet, atque declaret, *§. ult. J. de teſtam. ordin. l. 21. qui teſtam. fac. poſſ. Carpz. p. 3. c. 3. d. 33. n. 1. ſeq.*

2. Alias circa numerum & qualitatem teſtium inter teſtamentum ſcriptum & nuncupativum nullum exiſtit diſcrimen: nam & hoc coram ſeptem teſtibus idoneis fieri debet, *Schneidew. in §. ult. n. 3. J. de teſtam. ordin.* & notarius ſupplet defectum ſeptimi teſtis, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 26. n. 5. Moller. lib. 4. ſemeſtr. 5.*

3. Etiam in hoc teſtamento teſtes ſpecialiter rogatos adhiberi neceſſe eſt, *l. 21. §. 2. qui teſtam. fac. poſſ. Rec. Imper. de an. 1512. tit.* von *Teſtament*en *§.* aber die Form. *Carpz. d. def. 33. n. 7.*

4. Teſtamentum nuncupativum, a notario in inſtrumentum redactum, vim nuncupativi teſtamenti retinet, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 103.*

5. Hinc validum eſt teſtamentum nuncupati-

vum, etſi illud, in ſcripturam redactum, teſtes nec ſubſcripſerint, nec ſigillaverint, *Carpz. p.3. c.3. d.34.*

6. Nec ex eo vitiatur teſtamentum nuncupativum, quod in ſcripturam redactum teſtatori non prælectum, nec ab eo ſubſcriptum fuerit, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 4. Carpz. d. c. d. 35.* confer *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 318. n. 4 p. 554. ſeq.* ubi: quod quidem inſtrumentum ſuper teſtamento nuncupativo confectum, teſtatori vero & teſtibus, poſtquam ſcriptum fuerit, non prælectum, ſit invalidum, cum ejusmodi prælectio præciſe requiratur, *Conſtit. Maximil. 4. de notar. §. 5. verb:* Weiter ſo iſt auch *&c. Covarruv. ad c. relatum, 11. X. de teſtam. n. 16.* teſtamentum ipſum vero, quatenus teſtibus probari poſſit, maneat validum, *Covarruv. c. l. n. 19.* Prælectio autem non præſumitur, niſi in inſtrumento dictum fuerit a notario: actum coram me & teſtibus infra ſcriptis, *Covarruv. c. l. n. 17.*

7. Solo interventu ſeptem teſtium non probatur teſtamentum nuncupativum, niſi teſtes adhibiti jurato de ultima teſtatoris voluntate depoſuerint, *l. ult. §. ſi vero unus. C. de teſtam. Carpz. p. 3. c. 3. d. 36. Mev. p. 9. dec. 149. n. 3. 4.*

8. Sed hoc ita, ſi alia probatio non extet, qua nuncupativum teſtamentum demonſtrari queat. Etenim inſtrumentum a notario publico ſuper teſtamento nuncupativo confectum, adhibitis & ibidem deſcriptis ſeptem teſtibus, fidem facit absque omni alia teſtium jurata depoſitione, *Coler. p. 2. dec. 250. n. 4. ſeq. Carpz. d. c. d. 37.* vid. omnino *Mev. p. 9. dec. 149.*

9. Valet teſtamentum nuncupativum ex eo, quod duo teſtes de inſtrumento de ſuper confecto

depo-

deponant, licet inſtrumentum amiſſum, ac reliqui teſtes mortui fuerint, *Carpz. d. c. d. 41.*

10. Teſtes ſuper teſtamento nuncupativo etiam extra proceſſum absque exhibitione interrogatoriorum, aliisque ſolennibus, coram judice tamen, & mediante juramento, examinari poſſunt, *l. ult. §. ſi vero unus. C. de teſtam. Carpz. d. c. d. 38. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 36.* confer. vero *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 2. not. 8. p. 658.*

TESTAMENTUM PARENTUM INTER LIBEROS.

1. Teſtamentum inter liberos, coram duobus ſaltem teſtibus confectum, ſubſiſtit, *arg. l. 21. ∬. 1. C. de teſtam. auth. quod ſine. C. eod. nov. 107. c. 1. Guil. lib. 2. obſ. 112. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 24. n. 2. Carpz. p. 3. c. 4. d. 15. n. 1.* imo etiam absque ullis teſtibus in ſchedula, manu propria conſcripta, vel ſaltem ſubſcripta valide teſtantur parentes, *nov. 107. c. 1. l. 21. §. 1. C. de teſtam. auth. quod ſine. C. eod. Carpz. d. c. d. 17. & 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 239. n. 1. 2. 3. & p. 5. obſ. 154. nec non in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* nec requiritur ſubſcriptio, ſi teſtamentum manu propria ſit conſcriptum, *Harprecht. in §. 3. & 4. J. de teſtam. ordin. n. 136.*

2. Hoc maximopere neceſſarium eſt, ut in ejusmodi teſtamento inter liberos annus & dies ſimul in ſchedula exprimatur, nomina liberorum indicentur, & horum cuique ſua portio aſſignetur, *auth. quod ſine C. de teſtam. nov. 107. c. 1.* quibus omiſſis, teſtamentum inter liberos non valet. *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 2. n. 1. & 14. Harprecht. c. l. n. 193. Carpz. d. def. 17. n. 8. & 9.*

3. Si pater teſtamento inter liberos manu alterius ſcripto ſigillum ſuum, absque ſubſcriptione tamen, appoſuit, teſtamentum non ſubſiſtit, *Harprecht. c. l. n. 145. Carpz. p. 3. c. 4. d. 18. n. 6. 7.*

4. Teſtatoris diſpoſitio inter liberos, quam ille per actuarium judicii, ſeinen Gerichts-Verwalter, ſcribendam curavit, a liberis impugnari non poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 10. p. 938.*

5. Non refert, utrum teſtes rogati fuerint, nec ne, *Gail. lib. 2. obſ. 112. n. 5. Carpz. d. c. d. 15. n. 5.* quin & feminarum teſtimonium hoc caſu admittitur, *Harprecht. in §. 3. & 4. J. de teſtam. ordin. n. 239. ſeq. Carpz. d. def. 15. n. 6.*

6. Cum in teſtamento parentum inter liberos ſola illorum voluntas ſpectetur, adeoque nullis teſtibus opus ſit; hinc ſequitur, quod etiam, in nuncupativo teſtamento, voluntas teſtatoris per jurisjurandi delationem, item per unum teſtem, accedente juramento ſuppletorio, probari poſſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 465.*

7. Non ſolum patri ſed etiam matri privilegiariter inter liberos teſtari licet, *nov. 107. in præfat. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 1. n. 15. Carpz. d. def. 15. n. 7. ſeq.* Aſt liberi eodem modo inter parentes teſtari non poſſunt, *Gail. d. obſ. 112. n. 26. Carpz. d. def. 15. n. 12. & 13.*

8. Valet teſtamentum parentum inter liberos & nepotes, horum parentibus licet adhuc ſuperſtitibus, *Boer. dec. 241. n. 3. Carpz. d. c. d. 16.* diſſentit *Harprecht. c. l. n. 104.* nec non inter liberos naturales, *Carpz. d. c. d. 24.* diſſentit *Boer. dec. 204. n. 13.*

9. In

9. In teſtamento parentum inter liberos unus vel alter præteriri non poteſt, ſed omnibus inſtitutionis titulo legitima relinqui debet: alioquin teſtamentum non valebit, *Moller. lib. 3. ſemeſtr. 22. n. 6. Carpz. p. 3. c. 4. d. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 19. n. 1. & 2.*

10. At inſtitutio liberorum ex partibus diſparibus & inæqualibus teſtamentum non vitiat, etiamſi illa diſparitas in magna quantitate conſiſtat, modo filios legitima portione non defraudet, *Gail. lib. 2. obſ. 112. n. 23. Carpz. d. def. 21. n. 6.*

11. Teſtamentum, ratione voluntatis imperfectum, nequidem inter liberos valet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 195.*

12. Valet prælegatum a patre liberis coram duobus ſaltem teſtibus relictum, *Carpz. d. c. d. 42.*

13. Teſtamentum manu patris conſcriptum vel ſubſcriptum ſolummodo quoad liberos valet: extraneis vero perſonis; inter quas etiam referenda eſt uxor, in hujusmodi teſtamento inperfecto nec legatum nec fideicommiſſum relinqui poteſt, usque adeo, ut legatum vel fideicommiſſum extraneis perſonis in hoc genere teſtamenti adſcriptum ipſo jure nullum ſit, & liberis, tanquam heredibus teſtatoris, accreſcat, *l. ult. C. famil. erciſc. l. 21. §. 1. C. de teſtam. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 2. n. 3. 4. 5. Carpz. p. 3. c. 4. d. 19.* Quid autem, ſi duo teſtes acceſſerint? vid. loc. *legatum. th. 3.*

14. In privilegiato parentum inter liberos teſtamento legatum piæ cauſæ valide relinquitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 58.*

15. Teſtamentum parentum inter liberos, in quo perſona extranea heres inſtituta eſt, non ſuſtine-

tur, vi clauſulæ codicillaris tacitæ, jure fideicommiſſi, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 40.*

16. Diſpoſitio alicujus, de ſucceſſione liberorum, pro teſtamento, ceteris paribus, habetur, quamvis ipſemet teſtator eam alio nomine, v. c. pactum, appellarit, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. centur. 2. conſil. 33. n. 1. p. 1157.*

TESTAMENTUM PRINCIPI OBLATUM.

1. Teſtamentum ſoli principi, conſiliariis ejusdem remotis, oblatum valet, *Stryck. de cantel. teſtam. c. 7. §. 12. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. p. 1743. & œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 1. p. 337.* nec ullis teſtibus opus eſt, *Stryck. c. l. §. 16.* quos tamen requirunt *Dauth. de teſtam. ad. l. 19. C. de teſtam. n. 3. Hartm. Piſtor. p. 3. qu. 28. n. 25.*

2. Aſt ſi quis nuncupative coram principe teſtari vellet, ſolius principis præſentia non ſufficere, ſed ſecretarios advocandos eſſe, qui præſente principe voluntatem teſtatoris exciperent, tradit *Stryck. c. l. §. 13.* quamvis alii ad modum principi teſtamentum offerendi, ut illa voluntas ſuprema principi in ſcriptis offeratur, exigunt, *Tabor de teſtam. princ. obl. c. 5. n. 9.* confer ipſe *Stryck. c. l. §. 18.*

3. Caveat teſtator, ne acquieſcat ſolo oblationis facto, ſed ſimul perſpicue exponat, in charta oblata ſuum contineri teſtamentum, quod principi hac ratione offerre velit. Quod ſi enim ſimpliciter chartas quasdam principi offerat, & has ipſi commendet, ut in archivo recondantur, ſed teſtamenti in ſpecie mentionem non faciat, vitioſa erit inſinuatio, nec ſuſtinebitur teſtamentum, utut poſt mortem in archivo prin-

principis ſine alio vitio repertum ſit, *Stryck. de cautel. teſtam. c.* 7. §. 14.

4. Quodſi dubitetur, annon inſinuatio teſtamenti apud principem demum poſt mortem teſtatoris facta fuerit, heredi ſcripto, qui facti notitiam habet, deſuper juramentum deferri poteſt, *Stryck. c. l.* §. 15.

5. Si forte decumbens teſtator principem imploraverit, ut quosdam ex conſiliariis ad ſe mittat, quibus inſinuetur teſtamentum, hi, cum a principe miſſi ſint, eadem autoritate in recipiendo teſtamento gaudebunt; qua ipſe princeps, *Stryck. c. l.* §. 5. Imo nequidem opus eſt, ut conſiliarios ableget, ſed ſufficit ſi duos ex ſecretariis ad ædes teſtatoris mittat, quo hi teſtamentum recipiant, & principis archivo inſerant, *Brunnem. ad Weſenbec. tit. de teſtam. qu. 23. in fin. Struv. ad Anton. Matthæi de ſucceſſ. c. 2. th. 23. Stryck. c. l.*

6. Teſtamentum etiam valet, quod conditur coram duobus ſecretariis, iisdemque a curia principis, ſive cancellaria ad domum ægroti miſſis, *Struv. ex. 32. th. 9. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 2. p. 338. & p. 2. ſupplem. ad. E D. F. p. 1744.*

7. Si quis, abſente principe, conſilio ejus intimo, etiam in ipſo conſeſſu, teſtamentum inſinuet, & petat, ut archivo inſeratur, non valet, niſi princeps abiturus collegio conſiliariorum partes ſuas commiſerit, expediendi illa, quæ regimen provinciæ ordinarium reſpiciunt, qui ea propter appellari ſolent, Stadthaltende geheimde Räthe, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7.* §. 5.

8. Aliud dicendum, ſi teſtamentum non conſilio intimo, ſed dicaſterio ordinario aut cameræ juſti-

tiæ inſinuatum ſit: hic enim cum jurisdictio ordinaria exerceatur, & coram quovis judicio teſtamentum offerri poſſit, nullum eſt dubium, coram hoc ſupremo judicio ſubſiſtere teſtamenti inſinuationem, *Stryck. c. l.*

9. Verum hoc non referendum erit ad teſtamentum principi, ſed judici oblatum; hinc præſes talis dicaſterii hoc ſolus non recipiet, niſi vel aliquem ex aſſeſſoribus, vel ſecretarium præſentem habeat, *Stryck. c. l.*

10. Ad modum offerendi teſtamentum exigunt, ut ipſe teſtatur oblationem in perſona expediat, nec per alium transmittat, *Carpz. dec. 293. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. p. 1743.* confer. vero *Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 17.* ubi, quod princeps teſtatori ægrotanti indulgere poſſit, ut per duos viros fide dignos teſtamentum ſibi offerat. Imo oblationem per procuratorem fide dignum & ſufficienti mandato inſtructum ſine periculo fieri poſſe, docet *Stryck. d. tr. c. 8. per tot.*

11. Ad teſtamenti, per preces principi oblati, perfectionem non requiritur reſcriptum principis aut annotatio, *Stryck. d. c. 7. §. 19.* ſed ſufficit ſola receptio, nec neceſſe eſt, ut eam teſtimonium conſequatur, *Berger. c. l. §. 1744.* hodie tamen dari ſolet ſchedula, vulgo, eine recognition, *Berger. c. l. Stryck. c. l.*

12. Ut princeps teſtamentum oblatum & acceptatum ſcriniis ſuis inſerat, ſeu cancellariæ vel archivo cuſtodiendum committat, non requiritur, ſed ſufficit, ſi princeps illud in conclavi ſuo retineat, vel literis ſuis privatis jungat, *Tabor. de teſtam. princ. obl.*

obl. c. 6. §. 9. Stryck. de cautel. teſtam. c. 7. §. 20. confer. vero *Caſtreus ad l. 19. n. 1. C. de teſtam.*

TESTAMENTUM PRIVILEGIATUM.

1. In privilegatis teſtamentis, legatis & codicillis ſufficiunt etiam teſtes fortuiti & non rogati, *l. ult. in fin. C. de codic. Moller. lib. 3. ſemeſtr. 43. n. 6. Carpz. p. 3. c. 4. d. 36. n. 4.* & mulieres teſtes eſſe poſſunt, *Harprecht. ad. §. 3. & 4. J. de teſtam. ordin. n. 240. ſeq. Carpz. c. l. n. 6. ſeq.*

2. Ne quidem vero privilegiata & minus ſolennia teſtamenta ſubſiſtunt, ſi ipſemet teſtator præſens non fuerit, vel teſtes eum non viderint, ex ejusque ore voluntatem ſuam haud perceperint, *Carpz. d. c. d. 37.*

3. Teſtamentum privilegiatum absque ſolennibus ſubſiſtit, etſi teſtator illud in ſolennem formam redigere apud animum conſtituerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 248.*

TESTAMENTUM PRODIGI.

1. Prodigus, cui bonis interdictum eſt, valide teſtari non poteſt, *§. 2. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Carpz. p. 3. c. 6. d. 9.* ſubſiſtit tamen ejus teſtamentum ante interdictionem bonorum conditum, *Carpz. d. c. d. 10. Stryck. de cautel. teſtam. c. 3. §. 27.*

2. Imo teſtamentum poſt interdictionem bonorum conditum valet, ſi in eo ſuæ poſteritati conſuluerit, aut quicquam utiliter diſpoſuerit, *nov. Leon. 38. Hillig. in Donell. lib. 6. c. 5. lit. o. Carpz. d. c. d. 11. Philipp. uſ. pract. J. lib. 2. eclog. 52.* confer, vero *Stryck. c. l.*

TESTAMENTUM PROPRICIDÆ.

1. Teſtamentum ejus, qui mortem ſibi conſcivit,

ſcivit, valet, *l.6.§.7. de injuſt. rupt. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 45. §. 2. de jur. fiſc. Menoch. A. J. Q. caſ. 284. n. 77. Carpz. p. 3. c. 4. d. 13.*

TESTAMENTUM RECIPROCUM.

1. Pro confectione teſtamenti reciproci notarius duplex honorarium exigere valet, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 22.*

2. In teſtamento reciproco non requiruntur 14. teſtes, ſed 7. ſufficiunt, *Manz. de teſtam. tit. 4. qu. 1. n. 8. Stryck. de cautel. teſtam. c. 15. §. 41.*

3. In hoc teſtamento una teſtium ſubſcriptio ſufficit, modo teſtes exprimant, ſe ab utroque teſtatore rogatos utriusque teſtamentum ſubſcripſiſſe, *Stryck. c. l. Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 3. Carpz. c. l. n. 6. ſeq.*

4. Add. loc. *teſtamentum conjugum. th. 4. ſeqq.*

TESTAMENTUM RUPTUM.

1. Rumpitur teſtamentum agnatione ſui heredis poſthumi, *§. 1. J. quib. mod. teſtam. infirm. ibique Hopp. l. 12. pr. de injuſt. rupt. & irrit. l. 2. C. de poſthum. hered. inſtit. l. 3. C. eod.* Quam ob rem provide teſtaturus non tantum liberos natos, ſed & naſcendos, nec primi gradus tantum, ſed in caſum, ſi hi deceſſerint, etiam nepotes inſtituere debet heredes, ne poſtea agnatione illorum invalidum fiat teſtamentum, *Hopp. c. l.*

2. Poſthumo ſcientur præterito, teſtamentum quidem quoad heredis inſtitutionem rumpitur atque annullatur, legata vero & fideicommiſſa in eo relicta conſervantur, *nov. 115. c. 3. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 9. def. 1. n. 13. Carpz. p. 3. c. 9. d. 4.*

3. Quodſi

3. Quodſi vero poſthumus ignoranter præteritus eſt, i. e. ſi teſtator nec teſtamenti nec mortis tempore de poſthumo cogitavit, teſtamentum per agnationem ita rumpitur, ut nec legata ex eo veniant præſtanda, *l. 36. §. 2. de teſtam. milit. l. 1. C. de poſthum. hered. inſtit. A. Fab. d. def. 1. n. 14. Carpz. d. c. d. 5.*

4. Rumpitur quoque ſuperius teſtamentum poſteriore teſtamento, quod jure perfectum eſt, *§. 2. J. quib. mod. teſtam. infirm. ibique Hopp. l. 27. C. de teſtam.* etiamſi 1.) clauſula derogatoria adjecta fuerit priori teſtamento, *l. 6. §. 2. de jur. codicill. Carpz. p. 3. c. 5. d. 19. Huber. prælect. ad J. tit. quib. mod. teſtam. infirm. §. 2.* quam clauſulam ut teſtator in poſteriori teſtamento revocet, opus non eſt, prout ex *l. 22. de legat. 3.* concludunt *Sande lib. 4. dec. tit. 1. def. 10. A. Fab. in Cod. tit. 4. def. 19.* utut hoc tutius ſit, *Hopp. c. l.* 2.) quamvis teſtamento priori adjectum ſit juramentum de non revocando eo, *Hopp. c. l.* aut 3.) pacto quis promiſerit, ſe non revocaturum teſtamentum, *Carpz. d. def. 19. n. 8. Richter. vol. 2. conſil. 419. n. 113.* ut tamen hoc caſu illi, cui promiſit, teneatur revocans ad intereſſe, *pr. & §. fin. J. de V. O. Hopp. c. l.* 4.) etiamſi nullus ex teſtamento poſteriori exiſtat heres, *§. 2. J. quib. mod. teſtam. infirm. ibique Hopp.* Unde cum nec poſterius habeat vires, heredes ab inteſtato ſuccedunt, *d. §. 2. ibique Hopp. l. 16. de injuſt. rupt. & irrit.*

5. Etiam tunc teſtamentum prius rumpitur, licet in poſteriori aliquis in re certa tantum heres ſit inſtitutus, qui detracta rei mentione, heres poſterior ex aſſe intelligitur inſtitutus, *§. 3. J. quib. mod teſtam. infirm. §. 5. J. de hered. inſtit.* niſi teſtator in poſteriori dixerit,

dixerit, ſe nihilominus velle, prius valere: tunc enim prius jure fideicommiſſi ſubſiſtit, & heres poſterior rogatus cenſetur, ut contentus re, in qua inſtitutus, vel, detracta quarta, hereditatem reſtituat prioribus, *§. 3. J. quib. mod. teſtam. infirm. ibique Hopp. ad verba: ut valeret prius teſtamentum. l. 12. §. 1. de injuſt. rupt. & irrit. Richter. dec. 49. n. fin.*

6. Nec minus rumpitur teſtamentum prius, etiamſi teſtamentum poſterius jure ſingulari vel privilegiato tantum ſubſiſtat, veluti teſtamentum militum, parentum inter liberos, *l. 16. §. fin. de teſtam. milit. l. 2. de injuſt. rupt. & irrit. Zœs. ad ff. tit. eod. n. 20.* Imo teſtamentum poſterius, quod ratione ſolennitatis, non voluntatis imperfectum eſt, rumpit prius teſtamentum perfectum, ſi nimirum in eo heredes inſtituti, qui alias ab inteſtato erant ſucceſſuri, in priori autem inſtituti ſint alii, *l. 2. de injuſt. rupt. & irrit. Struv. ex. 32. th. 41.* modo in poſteriori quinque teſtes intervenerint, *l. 21. §. 3. C. de teſtam. Hopp. ad verba: quod jure perfectum eſt, §. 2. J. quib. mod. teſtam. infirm.*

7. Qui ſuper teſtamento, quod per poſterius ruptum eſſe ignorat, paciſcitur, non obligatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 283.*

TESTAMENTUM RUSTICUM.

1. Ruſtici hoc loco intelliguntur omnes, qui ruri degunt, atque adeo habitatione, non conditione, tales, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 8. not. 1. p. 360.* Itaque jure ruſticorum teſtari poſſunt cives, maximam temporis partem ruri habitantes, uti faciunt conductores prædiorum, non autem illi, qui forte fortu-

fortuna ruri incidunt in morbum, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 13. § 5.*

2. Teſtamentum ruſticum ſubſiſtit præſentibus 5. ſaltem teſtibus factum, eo caſu, ſi plures haberi nequeant, *l. ult. C. de teſtam. Rec. Imper. de an. 1512. tit.* **Von** *Teſtamenten.* §. **und ſollen.** *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 26. n. 1. Carpz. p. 3. c. 4. d. 30. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 121.* At probatio ejus circumſtantiæ incumbit illi, qui innititur in teſtamento, i. e. heredi, *Berger. c. l. not. 2.* diſſentiunt *Brunnem. ad l. ult. C. de teſtam. Stryck. c. l. §. 9.*

3. Præterea in teſtamento ruſtico ſcripto remiſſa eſt ſubſcriptio teſtium, ſiquidem hi ſcribere non poſſint, *l. ult. C. de teſtam. Berger. d. not. 2. p. 361. Stryck. c. l. §. 8.* quo vero caſu requiritur, ut teſtes ipſi cognoſcant voluntatem teſtatoris, & maxime, quem ſibi heredem relinquere voluerit, *d. l. ult. Stryck. c. l. §. 10.* & teſtes de eo poſt mortem teſtatoris jurato deponant, *d. l. ult. Stryck. c. l. §. 11.*

4. Quod coram duobus ſcabinis paganis & œconomo, dem Haus-Verwalter, conditur teſtamentum, ut ruſticum, non valet, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 8. not. 3. p. 361.*

5. Teſtamentum ruſtici, coram parocho & duobus vel tribus teſtibus conditum, in terris imperii, præprimis in Electoratu Saxoniæ, non valet, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 40. Berger. c. l. not. 2. p. 361. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 245.* confer. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 13. §. 25. ſeq.* quamvis jure canonico valeat teſtamentum parochiani, coram parocho & duobus vel tribus teſtibus idoneis factum, *l. 10. X. de teſtam.* etiam ad cauſas profanas, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 2. n. 10. Stryck. d. §. 25.* atque id etiam in provinciis

ciis imperii procedere putet *Coler. p. 1. dec. 35. n. 4.* Plane in reliquis Saxoniæ provinciis, puta ducalibus, præſentiam parochi & duorum teſtium ſufficere, teſtantur *Coler. c. l. Richter. dec. 28. n. 10. & 12. Schilter. ex. 38. th. 116. Linck. ad tit. X. de teſtam.* §. 7. add. *Berger. c. l.* vid. omnino *Stryck. c. l.* §. *28. ſeq.*

TESTAMENTUM SCRIPTUM SOLENNE.

1. Inter ſolennia teſtamenti ſcripti principaliora habentur: 1) ut teſtamentum uno fiat contextu, uno, eodemque tempore, nullo alieno negotio, ſeu extraneo actu interveniente, *l. 21.* §. *ult. qui teſtam. fac. poſſ. l. 21. l. 28. C. de teſtam. Rec. Imper. de an. 1512. tit.* Von *Teſtamenten.* §. Nun die Form eines *Teſtaments*; 2) ut ſeptem teſtes adhibeantur, ſpecialiter ad hoc rogati, *l. 21. C. de teſtam. Rec. Imper. c. l.* 3) ut illi nomina ſubſcribant, *l. 21. & 28. C. de teſtam. Rec. Imper. c. l.* nec unus ſcribat pro alio, niſi eo in loco tot literati teſtes non reperiantur, *l. ult. C. de teſtam.* 4) requiritur ſubſignatio teſtium, *l. 22. qui teſtam. fac. poſſ. l. 21. C. de teſtam. Rec. Imper. c. l.* 5) ut ipſemet teſtator manu propria teſtamentum ſcribat, vel ſaltem ſubſcribat, aut, ſi literas neſciat, vel ſubſcribere nolit, pro eo tunc alius, ceu octavus teſtis ſubſcribat, *l. 21. l. 28.* §. *1. C. de teſtam. Rec. Imper. c. l.* vid. *Carpz. p. 3. c. 3. d. 1. Hopp. ad* §. *3. J. de teſtam. ordin.*

2. Per actum continuum non intelligitur compoſitio ipſius teſtamenti: poteſt enim utique uno tempore una pars teſtamenti ſcribi, & alio altera pars, *l. 21. pr. C. de teſtam. Stryck. de cautel. teſtam. c. 15.* §. *3.* ſed adhibitio ſolennitatum: hæ enim non debent interrumpi, ſed uno eodemque tempore & unico contextu celebrari, *d. l. 21.* Sic itaque, ſi teſtes ante pera-

ctum

ctum teſtamentum digrediantur, non valet teſtamentum, *l. 28. C. eod.* Sicut nec, ſi hodie duo illorum adhibeantur, cras reliqui quinque, *Hopp. ad verba: uno eodemque tempore. §. 3. J. de teſtam. ordin.*

3. Nec valet teſtamentum, ſi actus extranei, qui nimirum non pertinent ad teſtamenti factionem, quales v. g. ſunt contractus, intervenerint in teſtamento *c. 21. §. ult. qui teſtam. fac. poſſ. l. 20. de V. S. Hopp. c. l. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. qui teſtam. fac. poſſ. qu. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 38.* ob contractum vero ſeparatim initum, atque teſtamento adjectum, illud non vitiatur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 163. n. 3.*

4. Plane regulam: *contractu teſtamentum vitiari.* ſaltem ad teſtamentum nuncupativum eſſe reſtringendam, cum *Stryckio de cautel. teſtam. c. 15. §. 40.* docet ipſe *Wernher. d. obſ. 163. n. 2.* Et nihil prohiberi, quo minus contractum in teſtamento celebrari poſſe, quin potius ejusmodi contractum jure ſubſiſtere, evinci ex *l. 1. §. 3. l. 7. de adſignand. libert. l. 26. de pignor. act.* tradit *Carpz. p. 3. c. 5. d. 20 n. 2.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 3. p. 344.* idque eo magis, ſi contractus penitus a teſtamento non ſit remotus, *Boer. dec. 353. n. 4. Reuſner. de teſtam. p. 3. c. 28. n. 7.*

5. Contractus in teſtamento celebratus, teſtamento licet irrito vel revocato, haud revocatus cenſetur, ſed validus remanet, *l. 17. §. 5. commod. l. 22. §. ult. mandat. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 36. Carpz. d. def. 20. n. 5.* Revocari tamen poteſt contractus in teſtamento celebratus, ſi alter nec præſens fuerit, nec acceptaverit contractum, teſtamento in reliquis punctis ſalvo permanente, *Carpz. d. c. d. 21. n. 5.* imo eo caſu, revocata ultima voluntate,

ſimul

ſimul revocatus cenſetur contractus, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 18. n. 13. Carpz. d. d. f. 21. n. 4.*

6. Illud vulgo requirunt, ut teſtator propria manu, vel, ſi ſcribere nequeat, manu teſtium heredis nomen diſerte exprimat, juxta *§. 4. J. de teſtam. ordin. l. 29. & 30. C. de teſtam. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 20. n. 2.* Sed hoc JUSTINIANUS, Imperator, ſuſtulit, & per alium etiam, quam per teſtem, ut totum teſtamentum, ita etiam heredis nomen ſcribi permiſit, *auth. & non obſervato. C. de teſtam. nov. 119. c. 9. Carpz. p. 3. c. 3. d. 1. n. 11. Stryck. de cautel. teſtam. c. 15. §. 3.*

7. In teſtamento holographo ſubſcriptio teſtatoris de neceſſitate non requiritur, *l. 28. §. 1. C. de teſtam. Stryck. c. l. §. 5.* ſi vero teſtamentum ab alio conſcriptum eſt, teſtator ſubſcriptionem ſuam non prius addere debet, quam ubi teſtes, legitime convocati, præſentes fuerint, *§. 3. J. de teſtam. ordin. l. 21. C. eod. Rec. Imper. de an. 1512.* von Unterricht der *Notarien. §. 55. Stryck. c. l.*

8. Non quævis rogatio teſtium teſtamentariorum ſufficit, ſed ſpecialis exigitur, nimirum, ad actum teſtandi, *Stryck. c. l. §. 16.* Sufficit tamen, ſi teſtes, ex alia cauſa præſentes, ante actum teſtandi rogentur & admoneantur, *l. 21. §. 2. qui teſtam. fac. poſſ. memor. Rec. Imper. §. 45. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 11. n. 5.* Et rogatio ab alio fieri poteſt, modo teſtator præſens ſit, *Stryck. c. l.* Non autem præſumitur rogatio, ſed probanda eſt, *Brunnem. ad l. 21. qui teſtam. fac. poſſ. n. 18. Stryck. c. l. §. 17. & 18.*

9. Teſtis in teſtamento eſſe non poteſt heres, neque

neque is, qui in poteſtate ejus eſt, neque pater ejus, qui eum habet in poteſtate, §. *10. J. de teſtam.* imo pater non poteſt eſſe teſtis, licet filius, heres inſtitutus, ſit emancipatus, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 7. n. 5.* cum nec heredis frater teſtis eſſe queat in teſtamento, *Receſſ. Imper. de an. 1512. tit.* von *Teſtamenten.* §. die *Notarien* ſo zu *teſtamenten. Carpz. c. l. n. 6.* nam qualiscunque conjunctio teſtium cum herede, ſive illa ſit ratione poteſtatis, ſive ratione ſanguinis, teſtamentum vitiat, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 15. §. 28. Hopp. ad §. 10. J. de teſtam. ordin. Struv. ex. 32. th. 13.* qui, maritum eſſe inhabilem teſtem in teſtamento, quo uxor heres inſtituta, JCtos Jenenſes pronunciaſſe, refert.

10. Quotiescunque vero conjunctio teſtium cum teſtatore adeſt, toties illa tantum vitiat, quæ eſt ratione poteſtatis, non quæ eſt ratione ſanguinis, *§. 9. J. de teſtam. ordin. ibique Hopp. Stryck. c. l.* Aſt conjunctione teſtium inter ſe non vitiatur teſtamentum, *§. 8. J. eod. ibique Hopp. Stryck. c. l.*

11. Curatores in teſtamento minorum pro idoneis habentur teſtibus, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 8.* Et famuli noſtri non ſolum a quovis extraneo, verum etiam ab ipſo eorum domino teſtante teſtes adhiberi poſſunt, *Stryck. de cautel. teſtam. c. 15. §. 20. Hopp. ad §. 6. J. de teſtam. ordin. in uſ. hod.* Proprii vero homines excluduntur a teſtimonio in teſtamento ferendo, *Rec. Imper. de an. 1512. §.* die *Form* eines *Teſtaments. Stryck. c. l.* ſcilicet in teſtamento liberi cujusdam hominis: nam in teſtamento alterius proprii hominis teſtes eſſe poſſunt, *Hopp. c. l. Stryck. c. l.*

12. Non vitiatur teſtamentum in ſcriptis ex eo, quod clauſum teſtibus fuit exhibitum, non vero prælectum, *l. 21. C. de teſtam. Carpz. d. c. d. 2.* nihil enim

(Mmm) refert,

refert, an ipſi teſtamento immediate ſignatura & ſubſcriptio teſtium ſuppoſita; an vero in involucro hæc adjecta, vel in illo linteo, cui tabulæ implicatæ, *l. 22. §. ult. qui teſtam. fac. poſſ. Stryck. c. l. §. 36.* modo teſtator in præſentia teſtium declaret, ſuum id eſſe teſtamentum, *Rec. Imper. c. l. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 20. n. 4. Carpz. d. def. 2. n. 9.*

13. Scriptura, jure teſtamenti ſolennis valere juſſa, ex defectu ſolennium non valet, ut teſtamentum nuncupativum, nec ut codicillus, deficiente clauſula codicillari, *Carpz. p. 3. c. 3. d. 3.*

14. Abbreviaturæ & cifræ arithmeticæ intelligibiles ac uſitatæ non vitiant teſtamentum ſolenne in ſcriptis: ſufficit enim de mente teſtatoris ac ſenſu ſcripturæ conſtare, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 3. Carpz. d. c. d. 4.* confer. *Stryck. de cautel. teſtam. c. 15. §. 6.*

15. Teſtamentum ſolenne ſine die & conſule ſubſiſtit, *Pantſchmann. lib. 2. qu. 1. n. 14. ſeq. Stryck. c. l. §. 42.* Utilis tamen eſt adjectio diei ad hoc, ut, ſi diverſa poſt mortem producantur teſtamenta, & conſtare nequeat, quodnam prius, quodnam poſterius, non utrumque corruat: quia nemo, excepto milite, cum duobus teſtamentis decedere valet, *Manz. de teſtam. tit. 4. qu. 3. n. 9. Stryck. c. l.*

TESTAMENTUM SURDI ET MUTI.

1. Surdus & mutus ſimul, ſi fuerit natura talis, nec teſtamentum facere, nec codicillos, neque fideicommiſſum relinquere, nec mortis cauſa donationem celebrare poteſt, *l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ. Manz. de teſtam. tit. 2. qu. 1. n. 291. Stryck. de cautel. teſtam. c. 4. § 27.*

2. Si quis ſurdus & mutus ſimul eſt ex accidenti,

ti, tunc ſi literarum ſcribendique peritiam habeat, in ſcriptis teſtari poteſt; ſin minus, plane teſtari nequit, *l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ. Stryck. c. l. §. 31.*

3. Quid vero ſi vitia illa non concurrant ſimul, ſed alterutrum tantum adſit? Clare hoc deciſum eſt in *d. l. 10.* ſcilicet, ſi morbus ſuperveniens tantummodo abſtulit auditum, vox tamen articulata adhuc adeſt, nihil prohibet eum omnia, quæ voluerit, facere: auditus enim ad actum teſtandi neceſſario non requiritur. Sin vero aures quidem apertæ ſint & vocem recipientes, lingua autem penitus præpedita, eum, ſi peritus literarum fuerit, nihil prohibet, ſcribentem hæc omnia facere, vid. *Stryck. c. l. §. 33.*

TESTAMENTUM TEMPORE PESTIS CONDITUM.

1. Jure civili, in teſtamento tempore peſtis condito, ſimultaneus quidem teſtium conventus, non vero eorum numerus ſeptenarius remiſſus eſt, *l. 8. C. de teſtam. Berlich. p. 3. concl. 5. n. 6. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 7. not. 1. p. 359.* confer. vero *Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſp. 10. th. 7. lit. i. in fin.*

2. Jure autem hodierno, præprimis Saxonico, etiam numerus teſtium remiſſus eſt, ita ut duo teſtes ſufficiant, *Conſtit. Elect. Sax. 4. p. 3. ibique Carpz. d. 1. Gail. lib. 2. obſ. 118. n. 17. Stryck. de cautel. teſtam. c. 11. §. 3. Berger. c. l.* At nunquam valet teſtamentum vel legatum peſtis tempore coram unico ſaltem teſte relictum, *Carpz. d. c. d. 13.*

3. Requiritur vero, ut teſtes ſint omni exceptione majores, *Berger. c. l.* aſt non ſolum ma-

 ſculi,

ſculi, ſed & feminæ teſtes eſſe poſſunt, *Carpz. d. c. d. 6. Finckelth. obſ. 14. n. 49. Struv. ex. 32. th. 21.* confer. vero *Stryck. c. l.* §. 4. Plane apud Saxones ſufficere teſtes habiles, licet non ſint omni exceptione majores, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 117.* Teſtimonium tamen domeſticum vel parentum non eſt admittendum, *Carpz. d. c. d. 7.*

4. Subſiſtit teſtamentum tempore peſtis conditum, licet teſtes ad id non fuerint ſpecialiter rogati, *Carpz. d. c. d. 8. Finckelth. obſ. 14.*

5. Nec minus requiritur, ut ipſe teſtator peſte decumbat, vel ejus domus ſaltem lue infecta ſit, *Conſtit. Elect. Sax. 4. p. 3. ibique Carpz. d. 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 7. not. 3. p. 360. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 74.*

6. Nec aliter valet ejusmodi teſtamentum, quam ſi teſtes teſtatorem viderint, ex ejusque ore ultimam voluntatem perceperint, *Carpz. d. c. d. 10. Berger. c. l. not. 1. p. 359.*

7. Deinde ut ejusmodi teſtamentum conſiſtat, requiritur teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, & liberis vel parentibus debitam legitimam titulo honorabili reliquiſſe, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 11.*

8. Omiſſa heredis inſtitutio vitiat teſtamentum peſtis tempore conditum, non tamen legata in eo relicta, *Dec. Elect. Sax. nov. 46. Carpz. d. c. d. 12.* diſſentit *Finckelth. obſ. 14.*

9. Valent etiam donationes mortis cauſa, codicilli atque legata, peſtis tempore coram duobus vel tribus teſtibus relicta, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 3.*

10. Validum eſt teſtamentum coram duobus vel tribus teſtibus factum a teſtatore, dyſenteria alioque morbo contagioſo laborante, *Carpz. d. c. d. 2.* confer.

confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 7. not. 2. p. 360.* ubi: at enim verius negatur, febrem petechialem, & ſimilem morbum contagioſum, ad teſtamentum tempore peſtis conditum referri poſſe, niſi teſtes, ob communem morbi horrorem, non poſſint haberi; id quod facti eſt, atque adeo probandum; & confer *Stryck. de cautel. teſtam. c. 11. §. 9.*

11. Teſtamentum peſtis tempore conditum valet perpetuo, etiam poſt intermiſſionem peſtis, quamdiu nempe teſtator in eadem voluntate perſeveraverit, *Carpz. d. c. d. 5. Berger. c. l. not. 5. Stryck. de cautel. teſtam. c. 11. §. 8.* confer. vero *Struv. ex. 32. th. 21.*

12. Non confecto inſtrumento a notario publico ſuper teſtamento peſtis tempore condito, teſtes adhibiti jurare tenentur, *Carpz. d. c. d. 9.*

13. Corruit teſtamentum, tempore peſtis coram duobus teſtibus factum, ſi unus, antequam voluntatem teſtatoris jurato indicet, deceſſerit, nec admittitur tunc heres ad juramentum ſuppletorium, *Carpz. lib. 6. R. 12.* confer. vero *Stryck. de cautel. teſtam. c. 11. §. 5.*

TESTIMONIUM ATTESTATUM.

1. In proceſſu ordinario non tenetur quis recognoſcere atteſtata nuda, etſi, ipſo abſente, jurejurando confirmata ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 310.*

2. Atteſtatum notarii injuratum nullam vim probandi habet. Nam quod dicitur, notario, tanquam perſonæ publicæ, fidem haberi debere, non aliter admittendum eſt, quam ſi negotium, de quo agitur, in inſtrumentum ſolenne, debita & legibus præſcripta forma adhibita, redegerit, idemque in originali productum fuerit. Extra quem caſum, ſi notarius

tarius teſtimonium ferat, alius privati loco eſt, adeoque hoc, niſi jurejurando confirmatum fuerit, nullam fidem meretur, *Wernher. ſel. obſ for. p. 10. obſ. 275.*

3. Teſtimonium parentum etiam injuratum contra liberos cauſam jurijurando ſuppletorio aut purgatorio dare poteſt, ceu præjudicio teſtatur *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 38. §. 2. p. 356.*

4. Atteſtatum paſtoris aut ludimoderatoris, ex libro eccleſiaſtico, de nativitatis die, pro inſtrumento guarentigionato haberi non poteſt. Licet enim ejusmodi atteſtatum vel potius extractus ex libro eccleſiaſtico ad probandum nativitatis diem vulgo ſufficere putatur: id tamen ita oportet temperari, ut nihilo ſecius adverſus ejusmodi inſtrumentum cum delatio jurisjurandi tum probatio per teſtes admittatur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 8. p. 34. & ſeq.*

TESTIS. TESTIMONIUM.

1. Parentes pro liberis idonei teſtes non ſunt, *l. 9. de teſtib. Carpz. p. 1. c. 16. d. 48. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 291. n. 1.* & teſtimonium parentum pro liberis nullam omnino vim probandi habet, *l. 6. C. de teſtib. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 425.* imo parentes nequidem in cauſa dotis & illatorum ſunt teſtes habiles, *Wernher. d. obſ. 291.* Plane parentes in probatione illatorum ad teſtimonium pro liberis dicendum admittuntur, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 100. n. 3. p. 505.*

2. Ex hoc etiam, quod parentes pro liberis non ſint teſtes habiles, conſequitur, nec liberos eo caſu, ubi in lite cum tertio verſantur, ad probanda bona materna, juratam ſpecificationem recte a patre petere;

re; quippe quæ tali caſu revera teſtimonium pro liberis involvit, *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 2. obſ. 445. n. 4.*

3. Parentum ac imprimis matris teſtimonium habetur legitimum in probatione ætatis filiorum, *Crot. de teſtib. p. 4. n. 111. Carpz. d. c. d. 49. n. 2. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 8. p. 1049.* Pariter in cauſa matrimoniali parentum teſtimonium recipitur ad favorem filiorum, *c. 3. X. qui matrimon. accuſ. poſſ. Farinac. de teſtib. qu. 54. n. 194. Carpz. d. def. 49. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 159. Berger. c. l.* Nec non in actione alimentaria, quamvis matris, quæ alioquin ad alendum tenetur, interſit: ſalvis tamen contra perſonam teſtis exceptionibus, ita, ut reo ſtupratori tantummodó dictitari poſſit jusjurandum purgatorium, *Berger. c. l.*

4. Parentes nequidem volentes ad dicendum teſtimonium contra liberos admittuntur, *l. 6. C. de teſtib. Carpz. d. c. d. 50. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 445. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 9. p. 1050.* multo minus ad id cogi poterunt, *Farinac. de teſtib. qu. 54. n. 170. Carpz. d. def. 50. n. 4.* non in criminalibus tantum, ſed & civilibus cauſis, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 157. in fin.*

5. In caſu, quo veritas aliter haberi non poteſt, præſertim in probatione delicti, parentes contra liberos ad dicendum teſtimonium ſunt admittendi, *Farinac. d. qu. 54. n. 171. Carpz. p. 3. c. 16. d. 50. n. 7. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 86.* diſſentit *Brunnem. ad l. 6. C. de teſtib.* Idemque dicendum, ſi adhibiti teſtes in contractibus, & ſic approbati ab utraque parte fuerint, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 158.* vel ſi lis ſit inter duos filios, propter præſumtam parem affe-

ctionem, *Brunnem. ad l. 6. C. de teſtib. n. 4. ſequ. Barth. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 8. p. 1050.*

6. Liberi in cauſis parentum ſunt teſtes inhabiles, *l. 9. de teſtib. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. p. 1040.* & adverſus parentes ne volentes quidem ad teſtimonium admittuntur, *l. 6. C. de teſtib. ibique Brunnem. VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 445.* etſi veritas aliter haberi nequeat, *Brunnem. c. l.* diſſentit *Wernher, ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 86.*

7. Adverſus ſocerum, generum, vitricum & privignum teſtimonium ferre nemo cogitur, *l. 4. de teſtib. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 157.* niſi affinitas divortio vel morte conjunctæ perſonæ ſit diſſolutæ, *Farinac. de teſtib. tit. 6. qu. 54. n. 32. Barth. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 10. p. 1050.* Quemadmodum quoque ſocer in ea cauſa, ubi gener plures litis conſortes habet, ad teſtimonium dicendum cogi poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 148. Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 3. p. 715.* Volentes autem indiſtincte admittuntur, *Barth. c. l.*

8. Socer & gener pro ſe invicem teſtes eſſe poſſunt, quum nusquam prohibeantur, *Berger. œcon. jur. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 225. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* diſſentit *Farinac. de teſtib. qu. 54. n. 11.*

9. Sed neque patrem neque ſocerum in cauſa civili pro filio aut genero admitti, etiamſi quoque non ex toto, ſed pro parte ſaltim aut in conſequentiam ad liberos commodum redundet, principaliter vero aliorum cauſa, pota collegii, cujus membrum filius, eſſe videatur, tradit *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 156.*

10. Uxor pro marito teſtis eſſe non poteſt, quia teſtimonium hoc eſſet domeſticum, quod eſt prohibitum,

bitum, *l. 3. C. de teſtib. Farinac. d. qu. 54. n. 210. Carpz. d. c. d. 51. n. 2. 3.* contra eum autem volens quidem admittitur, ſed non cogitur, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 1. n. 4. Carpz. c. l. n. 4. & 5.* niſi in cauſa criminali, *Farinac. c. l. n. 227. Carpz. d. c. d. 52. Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 5. p. 718.* confer. *Ant. Fab. d. def. 1. n. 2.* maxime ſi delictum ſit difficilis probationis, *Carpz. c. l. n. 3.* nam, ſi veritas aliter haberi non poteſt, etiam uxor ad teſtimonium contra maritum omnino compelli debet, *Farinac. c. l. n. 220. Carpz. p. 1. c. 16. d. 51. n. 7. ſeq.* add. loc. *uxor. th. 15.*

11. Maritus pro uxore teſtis eſſe poteſt, licet non ſit omni exceptione major, *Brunnem. proc. civ. c. 20. n. 10. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 169. Mencken. ad ff. tit. de teſtib. §. 12.* Sed eum, præſertim in Saxoniæ, ad teſtimonii dictionem non admittendum eſſe, putant *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 13. p. 1051. VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 469. & p. 9. obſ. 69.* Nec maritus cogitur ad perhibendum contra uxorem teſtimonium, in cauſa civili, *Berger. E. D. F. tit. 52. obſ. 1. not. 5. p. 1718.* Secus eſt in criminali, præſertim ſi veritas aliter haberi nequeat, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 52. n. 2.*

12. Maritus in cauſa uxoris, unde uſumfructum, aliudve emolumentum ſperat, eſt teſtis inhabilis, *l. 10. ff. & C. de teſtib. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 69.* Unde quoque maritus teſtis inhabilis eſt in concurſu creditorum, cum uxoris illata probanda ſunt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 427.*

13. Frater aut ſoror pro fratre aut pro ſorore teſtimonium dicere poteſt, ceſſantibus dummodo his tribus: patria poteſtate, bonorum communione & cohabitatione, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 24. n. 1.*

Carpz. p. 1. c. 16. d. 53. n. 1. 2. Imo frater aut ſoror etiam invitus pro fratre vel ſorore ad ferendum teſtimonium adigitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 17. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 156.* diſſentit *Farinac. de teſtib. tit. 6. qu. 54. n. 14.* qui etiam *c. l. n. 114.* docet, fratrem pro fratre nequidem ad teſtificandum admitti, ſi cauſa ſit magni momenti & valde præjudicialis.

14. Licet cognati pro ſe invicem ad teſtificandum admittantur, non tamen ſunt teſtes omni exceptione majores, *arg. c. 14. X. de præſumt. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 11. p. 1051.* adeo ut, quo proximior & conjunctior quis producenti eſt, eo infirmius illius habeatur teſtimonium, ita, ut ad ſuppletorium haud ſufficiat, ſed purgatorium tantum operetur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 156.* Imo teſtimonium fratris ſufficit interdum ad effectum ſuppletorii jurisjurandi, *Berger. p. 2. R. 106.*

15. Contra fratrem aut conſanguineos teſtificari licet, ſed nemo ad id cogi poteſt, cum teſtimonii dicendi neceſſitas remiſſa ſit conſanguineis collateralibus, usque ad ſeptimum gradum, computationis civilis, *l. 4. de teſtib. Carpz. lib. 3. R. 89. n. 38. 39. VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 385. n. 1. Barth. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 17.* ſed excipitur merito caſus, ubi de promiſſione matrimonii probanda agitur, *VVernber. c. l. n. 2. 3.* add. *Rivin. c. l. en. 18.*

16. Etſi prius a dicendo teſtimonio fratres aliique conſanguinei abſoluti fuerint, ſi vero poſtea ad id parati ſint, invitis etiam fratribus & conſanguineis, admittuntur; id quod præjudicio comprobat *Barth. c. l. p. 157.* Non autem e diverſo ad dicendum teſtimonium deliberato ſe offerens conſanguineus pœni-

tere

tere poſtea & declinare illud poterit, multoque minus, ſi in hac eadem cauſa ſe, extra proceſſum, ut teſtem examinari paſſus ſit, *Barth. c. l.*

17. In affinitate teſtis eſſe poteſt uxor contra mariti ſororem, ſed invita cogi nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 19.*

18. Domeſtica teſtimonia ſicuti regulariter prohibentur, *l. pen. de teſtib. l. 3. ubi Dd. C. eod.* ita nec famuli, ſervi aut ancillæ ad teſtificandum pro domino admittuntur, *c. 24. X. de teſtib. Farinac. de teſtib. qu. 55. n. 135.* Attamen ſi probandum ſit id, quod niſi per famulos ac domeſticos probari haud poteſt, nihil de horum fide, ob id ſolum, quod domeſtici fuerint, detrahetur, *l. 8. §. 6. C. de repud. Carpz. p. 1. c. 16. d. 54. VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 273.* Plane famuli, non habentes ſalarium, pro domino teſtes eſſe haud prohibentur, *Farinac. d. qu. 55. n. 138. Carpz. d. def. 54. n. 9.*

19. Etſi pupillus in cauſa civili teſtis eſſe nequeat, *l. 3. §. 5. de teſtib. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 12. n. 1.* attamen pubes factus non prohibetur teſtificari de iis, quæ vidit in pupillari ætate, *Farinac. de teſtib. qu. 58. n. 53. Carpz. d. c. d. 55.*

20. Inimicus a teſtimonio eſt repellendus, *l. 3. de teſtib. l. 1. §. 24. de quæſt.* niſi utriusque partis ſit inimicus, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 56.*

21. Non poteſt eſſe teſtis tutor in cauſa pupilli ſui, durante tutela, *Farinac. de teſtib. qu. 60. n. 272. Carpz. d. c. d. 57. n. 1.* add. *Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 1. p. 710.* Quin nec curator in cauſa minoris vel mulieris, ſuæ curandæ, in qua ipſe actoris vices gerit, vel alium actorem conſtituit, ad teſtificandum admittitur, *l. 10. C. de teſtib. Carpz. d. def. 57. n. 5. Berger. c. l.* imo nequidem finito munere, *Berger. c. l.* niſi veritas

ritas aliter haberi nequeat, *Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 242. Berger. c. l. p. 711.* Si vero cauſa pupilli, minoris vel curandæ ventilatur in judicio per actorem ad lites, non a tutore vel curatore, ſed a judice vel contutore deputatum, nihil impedit, quo minus teſtificatio ejus ſit admittenda, *Carpz. d. c. d. 58.* diſſentit *Berger. c. l.* Plane hoc caſu tutor aut curator teſtes quidem eſſe poſſunt, non tamen omni exceptione majores, *Brunnem. ad l. ult. de teſtib. n. 4.*

22. Judex in cauſa coram ſe vertente nequit teſtimonium ferre, quia abſurdum eſt, quod quis in una eademque cauſa duplici fungatur officio, judicis nempe atque teſtis, *Felin. in c. 28. n. 6. X. de teſtib. Carpz. p. 1. c. 16. d. 61. n. 1.* Finita tamen cauſa & lite determinata, judex admittitur, imo cogitur ad teſtificandum, ſuper iis ſcilicet, quæ proceſſum concernunt: ſi vero teſtimonium ferendum ſuper iis, quæ reſpiciunt juſtitiam vel injuſtitiam ſuæ ſententiæ judex nullatenus ad teſtificandum admittitur, *Farinac. de teſtib. qu. 60. n. 93. Carpz. d. def. 61. n. 2. ſeq.*

23. Eodem modo commiſſarii, qui judicum vice funguntur, teſtes idonei haud exiſtunt, *Carpz. lib. 3. R. 90. n. l.* Finita autem commiſſione, commiſſarius, etiam ad unius partis inſtantiam tenetur ad dicendum teſtimonium ſuper iis, quæ coram commiſſione acta fuere, *Carpz. d. R. 90. n. 8. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de teſtib. ad verba: hæc neceſſitas remittitur. & p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 21. § 10. p. 513. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 301.* non aliter vero ipſi fides tribuitur, quam præſtito juramento, *Carpz. d. R. 90. n. 9.* Imo, & durante commiſſione, commiſſarius ad dicendum teſtimonium cogi poteſt, ſuper factis ſcilicet alienis, non item propriis, *Berger. E. D. F. tit. 21. obſ. 1. not. 9. p. 725.*

Aſt

Aſt ſuper iis, quæ reſpiciunt juſtitiam vel injuſtitiam ſuæ ſententiæ non exiſtit teſtis idoneus, ſed a teſtificatione repellitur, *Carpz. d. R. 90. n. 6.* 7. add. *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. c. l.*

24. Licet notarius nullibi prohibeatur ferre teſtimonium in cauſa, cui tanquam notarius fuit adhibitus, ut proinde pro teſte legitimo habendus ſit: attamen ſi geſta coram eo, tanquam notario, impugnentur, neutiquam ad teſtificandum ipſe cogendus eſt, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 63.*

25. Teſtimonium ſubditorum in cauſa domini ſui non valet, *l. 6. de teſtib. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſil. 7. n. 25.* Ex obſervantia fori autem ſubditi admittuntur in cauſa dominorum, remiſſo ipſis hac in re juramento, quo alias domino ſunt obſtricti, maxime, ſi veritas aliter haberi nequeat, *Hartm. Piſtor. c. l. n. 26. Carpz. d. c. d. 64.* Plane non eſſe neceſſe, ut ſubditis juramentum remittatur: cum, remiſſo licet jurejurando, non ceſſet metus a potentatu vel gratia ſuperioris, quæ alioquin id efficiunt, ne ſubditi teſtes omni exceptione majores habeantur, tradit *Berger. in Reſolut. Lauterb. tit. de teſtib. ad verb. modo dominus*, add. *Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 3.*

26. In propria cauſa, i. e. ex qua quis commodum ſperat, vel metuit incommodum, *l. 1. §. 1. quand. appell.* quamvis per accidens tantum, *c. 40. X. de teſtib.* teſtis non admittitur, *l. 10. ff. & C. de teſtib. Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 6. p. 719.* Hinc conductor in cauſa locatoris ad dicendum teſtimonium non admittitur, *Berger. c. l.*

27. Unde porro teſtis idoneus non eſt venditor pro emtore in cauſa rei venditæ, quando tenetur de evictione, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 68. VVernher. ſel. obſ. for.*

p. 2.

p. 2. obſ. 371. Quodſi vero neceſſitas præſtandi evictionem pacto remiſſa venditori eſt, idem a teſtimonio haudquaquam repelli poteſt, *VVernher. d. obſ. 371. n. 2.*

28. Teſtis inhabilis quoque eſt debitor in cauſa, quæ fidejuſſorem, qua talem, concernit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 379.* Nec debitor pro creditore teſtimonium ferre poteſt, *Farinac. de teſtib. qu. 60. n. 321. Carpz. d. c. d. 67. n. 6.* Creditor vero teſtis idoneus eſt in cauſa debitoris, *Farinac. c. l. n. 316. Carpz. d. def. 67. n. 1. ſeq.*

29. Teſtis de univerſitate admittitur ad teſtificandum pro ſua univerſitate, *Feliv. in. c. 6. n. 1. X. de teſtib.* quatenus ſcilicet agitur de commodo & utilitate univerſitatis, *Carpz. p. 3. c. 16. d. 65. n. 1. ſeq.* add. *Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 6. p. 719.* quanquam non ſit omni exceptione major, *Mev. p. 2. dec. 86. Berger. c. l.* Nam ſuper iis, quæ ſingulorum commodum & utilitatem reſpiciunt, puta, quando agitur de jure paſcendi, piſcandi, &c. ſinguli de univerſitate ad teſtificandum neutiquam admittuntur, *Carpz. d. def. 65. n. 6.* Collegii tamen miniſtri, ſeu boethi, die Geſellen, pro collegio admittuntur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. n. p. 156.*

30. At membra univerſitatis contra univerſitatem teſtificari non compelluntur, niſi veritas aliter haberi nequeat, *Carpz. lib. 3. R. 93. Berger. c. l. & œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 5. p. 1049.* Quo loco cautela commendanda eſt, ut adverſarius univerſitati aut collegio, ſive ſuper actione, ſive ſuper exceptione, deferat jusjurandum, & deinde, ſic ubi jurandum ſit per tres pluresve ex illa univerſitate aut collegio, eos inprimis denominet, quos alioqui tanquam

quam teſtes adhibere volebat, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 22. §. 2. p. 167. ſeq.*

31. Ille, qui reſpectu unius litis conſortis ad dicendum teſtimonium eſt inhabilis, nihilo ſecius, quod ad reliquos conſortes admitti debet; præterquam eo caſu, ubi ex ejusdem teſtimonio commune commodum dimanat, *Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 1. not. 6. p. 720.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 148.*

32. Cedens contra ceſſionarium teſtari non cogitur; hinc impugnata a procuratore fiſci ceſſione ex capite legis Anaſtaſianæ, cedentem ad teſtimonium perhibendum non teneri, præjudicio comprobat *Berger. c. l. not. 5. p. 719.*

33. Perinde ac laici ad teſtificandum hodie clerici compelluntur, *Pingizer. qu. 35. Carpz. p. 1. c. 16. d. 69. n. 2.* quamvis hoc ipſum ad eum ſolummodo caſum ab aliis reſtringatur, quo veritas aliter haberi nequeat, *Gail. lib. 1. obſ. 100. n. 4.* Nec minus clericus teſtificans ad juramenti præſtationem cogendus eſt: quia teſtis injuratus nullam fidem facit, & conſiſtit ſubſtantia depoſitionis teſtium in juramento, *l. 9. §. 1. C. de teſtib. c. 20. c. 3. qu. 9. c. 39. X. de teſtib. Gail. lib. 1. obſ. 101. n. 1. Carpz. d. def. 69. n. 6. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de teſtib. qu. 4.*

34. Spurii & naturales a teſtimonii dictione haud ſunt repellendi: quia infamia facti, qua ſpurii laborare videntur, neminem a teſtimonio dicendo repellit, ſed ſola infamia juris, *l. 3. §. 5. de teſtib. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 45. n. 1. Carpz. d. c. d. 71.*

35. Teſtes minus idonei probant, quando veritas aliter haberi non poteſt, *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 124. n. 48. Carpz. d. c. d. 54. n. 7. Wernher. ſel. obſ. for.*

for. p. 5. obſ. 56. Veritatem autem aliter haberi non poſſe, non dicitur ex eo, quod alii teſtes actui non intervenerint: ſed tum demum veritas non aliter haberi poſſe dicitur, ſi negotium, de cujus probatione agitur, ſit difficilis probationis de ſui natura, hoc eſt, tale, ut vel ratione loci vel temporis veriſimiliter alii teſtes habitu intervenire non potuerint, *c. ult. X. de teſtib. cogend. c. 5. X. de probat. l. 8. §. 6. C. de repud. Carpz. p. 1. c. 16. d. 73. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 18. p. 1053.*

36. Porro teſtes inhabiles admittuntur, ad defenſionem rei, in cauſis criminalibus, *arg. l. 5. de pœn. Ord. crimin. art. 47. Berger. c. l.* cum agitur de vitando peccato, v. c. in cauſa conſanguinitatis ad impediendum matrimonium, ut inceſtus evitetur, *c. 3. R. qui matr. accus. Berger. c. l.* jure retorſionis, niſi cauſa remotionis, ut inimicitia, emergat, *l. 17. C. de teſtib. Berger. c. l.* denique pro natura negotii ut in crimine perduellionis, *arg. l. 10. pr. & §. 1. de quæſt. Berger. c. l.* Quantum autem ipſis tum fidei habendum ſit, judex arbitratur, *l. 3. pr. & §. 2. de teſtib. Berger. c. l.*

37. Teſtes in propria cauſa nequidem tunc, ubi veritas aliter haberi non poteſt, admittendi ſunt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 416.*

37. In genere notandum, circa materiam admittendorum vel repellendorum teſtium inprimis attendi ſolere, 1) an quis a lege teſtificari expreſſe prohibitus reperiatur: 2) an ſit domeſtica perſona; 3) an ex teſtimonio ullum ſperet commodum & intereſſe; 4) num ulla obſtet affectio aut reverentia teſtimonium impediens, *Carpz. lib. 3. R. 89. n. 1. ſeq.*

29. Teſtis

29. Teſtis invitus (a) teſtimonium perhibere tenetur, *l. 21. de teſtib. l. 19. C. eod. Gail. lib. 1. obſ. 100. n. 2.* ad quod, ſi ſine juſta cauſa recuſet, arbitraria pœna compelli poteſt, *Ruland. de commiſſar. lib. 2. c. 7. n. 10. Berlich. p. 1. concluſ. 41.* In Electoratu vero Saxoniæ pœna eſt definita, nempe decem aureorum (b) Rhenenſium pro dimidia parte judici, pro altera dimidia parte producenti applicandorum; quæ pœna toties, quoties quis teſtimonium recuſat, imponi & exigi poteſt; nec tamen invitus a teſtimonio ferendo per id liberatur, quin potius arctiori mulcta ad id compelli debet, *O. P. S. tit. 22. Carpz. p. 1. c. 16. d. 47. n. 6. ſq.*

30. Teſtis antequam ipſi ſumtuum (c) neceſſariorum nomine ſatisfiat, domo ad teſtandum exire,

(Nnn) aut

(a) Teſtes plane inhabiles judex citare non tenetur: illi vero, qui omnino inhabiles non ſunt, ſed tantum non omni exceptione majores, item qui inviti ad dicendum teſtimonium non coguntur, comparere tenentur, ita tamen, ut in termino inter procedendum, vel etiam eo caſu, ubi absque dubio ad dicendum teſtimonium cogi nequeunt, ante terminum in ſcriptis exceptiones ſuas proponere poſſint, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 22. §. 1.* ubi etiam, quod producens teſti, a teſtimonio dicendo per ſententiam abſoluto expenſas refundere teneatur.

(b) Aſt ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 22. §. 1.* teſtes mox ab initio ſub pœna 5. thalerorum ſunt citandi, eaque, ſi contumaciter emaneant, absque mora ab iis exigenda, & in ulterioribus citationibus ſemper multiplicanda eſt.

(c) Sumtus, qui ſuppeditandi ſunt teſtibus, in loco judicii non præſentibus, ſed teſtimonii dicendi cauſa iter ſuſcipientibus, determinantur in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 22. §. 3.*

aut iter arripere, non cogitur, (d) *l. pen. C. de teſtib. l. 13. §. illo. C. de judic. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 1. n. 448. ſeq. Berger. E. D. F. tit. 22. obſ. 2. not. un. p. 726.* diſſentit, & teſtes propterea, quod ipſis neceſſarii, ad iter ingrediendum, ſumtus nondum ſuppeditati ſint, teſtimonium regulariter declinare haud valere, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 370. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.*

TESTIUM ATTESTATA, DEPOSITIONES.

1. Juramentum a teſtibus, priusquam deponant, præſtari debet, *c. 17. X. de teſtib. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 43. n. 1.* & quidem in præſentia partis adverſæ, *O. P. S. tit. 20. §.* Wann es nun. *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 13.* nam teſtationum vis & poteſtas adeo pendet ex teſtium jurejurando, ut nec aliter fidem faciant, quam ſi juratæ ſint, *l. 9. C. de teſtib. c. 5. c. 23. & c. 51. X. eod. Carpz. p. 1. c. 16. d. 31. n. 2.* niſi ex partium conventione jusjurandum iis fuerit remiſſum, *O. P. S. c. l. Carpz. d. def. n. 7.*

2. Teſtes haud jurati deponentes, publicatis atteſtationibus, denuo ſub juramento examinari debent, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 32.* Prius dicta vero per juramentum ſubſecutum confirmare non tenentur: cum depoſitio, ſine juramento facta, ſit nulla, ac propterea juramento confirmari nequeat, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 43. n. 5.*

3. Alias

(d) Sumtus una cum articulorum oblatione, vel ad minimum intra ſpatium, judici ad præfigendum terminum præfixum, ſub pœna dupli, ſunt exſolvendi. Quodſi vero litigans ad jus paupertatis fuerit admiſſus, teſtis expectare tenetur litis eventum juxta *Ord. Proc. Sax. c. l.*

3. Alias, facta atteſtationum publicatione, examen teſtium, ad partis inſtantiam, repeti prohibetur, *c. 48. X. de teſtib. Farinac. de teſtib. qu. 66. n. 255. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def.* 47. *n.* 4. quamvis, quando dubia & ambigua eſt teſtium depoſitio, neceſſe omnino ſit, teſtes denuo audiri, eamque declarari, *Farinac. c. l. n. 264. Carpz. p. 1. c. 16. d. 30. n. 3.* non quidem per repetitionem, ſed ex integro, ac ſi nunquam auditi fuiſſent, *A. Fab. d. def. 47. n. 3.* quamvis & plurimi extent caſus, ubi repetitio teſtium admittitur, *Carpz. d. def. 30. n. 5.*

4. Parum aut nihil probat teſtis unicus, *c. licet univerſis. c. veniens. c. in omni negotio. X. de teſtib. l. 9. C. eod. Carpz. lib. 3. R. 94. n. 1. ſeq.* etiamſi in dignitate aliqua ſit conſtitutus, *c. in nomine domini. c. licet ex quadam. X. de teſtib. d. l. 9. §. 1.* Plane unicus teſtis plene probat in cauſis modici præjudicii, parvæque quantitatis, quæ ſcilicet ſummariter expediuntur, *Carpz. c. l. n. 9.* modo ſit omni exceptione major, *Carpz. c. l. n. 16.* Et unici ſolius teſtis admittitur teſtimonium, teſtantis nimirum de facto proprio, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 99. n. 13. ſeq.* quod tamen non aliter procedit, quam ſi teſtis deponat de negotio, cujus ratione nihil ſua intereſt, uter ex litigatoribus vincat, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 35. n. 2. Carpz. p. 1. c. 16. d. 39. n. 2.* & cum ejus depoſitione adminicula quædam & præſumtiones concurrant, quas judex diſcretus ſufficientes arbitratus fuerit, *Farinac. de teſtib. qu. 63. n. 221. ſeq. Carpz. d. def. n. 3.*

5. Semiplena probatio dicitur facta per unum teſtem omni exceptione majorem, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 4. n. 8. & def. 18. n. 7. Carpz. lib. 3. R. 94. n. 13. & 16.* Imo unicus teſtis, contra producen-

tem deponens, plene probat, *Menoch. A. J. Q. caſ. 99. n. 13. Martin. ad O. P. S. tit. 20. rubr. n. 184.* & teſti minus idoneo contra producentem plena habenda eſt fides, *Struv. ex. 28. th. 41.* Sed unum teſtem contra producentem haud plene probare, docet *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 194.* vid. omnino *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 5. not. 6. p. 691.* confer. *Brunnem. ad l, 17. C. de teſtib. n. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 19. en. 29.*

6. Teſtes, ut aliquid probent, de propria ſcientia deponere oportet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 37. n. 2.* nam teſtimonia de auditu fere negligi & inſuper haberi ſolent, *Wernher. c. l. n. 1.* adeo, ut teſtes etiam plures, de auditu deponentes, regulariter ad jurameutum ſuppletorium non ſufficiant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 118.*

7. Excipiuntur vero quædam cauſæ, præſertim, ubi de probanda conſuetudine, præſcriptione immemoriali, aut de finibus eruendis & diſtinguendis agitur: in his enim magnum pondus habent depoſitiones teſtium, inprimis ſenum, de auditu, *Wernher. d. p. 4. obſ. 37. n. 3. 4.*

8. Teſtis, qui nullam dicti ſui rationem reddit, fidem non meretur, *l. 4. C. de teſtib. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 410. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* & regulariter haud probat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 65.*

9. Hine uni teſti affirmanti & cauſam ſcientiæ afferenti major habetur fides, quam pluribus negantibus ſine certa ſcientia, *Mev. p. 9. dec. 165. n. 12.*

10. Teſtibus, de delicto deponentibus, præſertim ſi cauſa capitalis ſit, non habetur fides, niſi tempus, quo illud commiſſum, cum omnibus circumſtan-

tiis

tiis ſpecifice deſignent, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 120.*

11. Teſtis ob variationem ſuſpectus fit, etſi, cum priorem depoſitionem faceret, in rem præſentem deductus haud fuerit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 289.*

12. Teſtes ſingulares plures non plus probant quam unus, imo minus: quoniam alter alterius fidem debilitat, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 46. n. 2. Rauchb. p. 2. qu. 5. n. 4.* Unde conſequitur, ſi teſtes de uno eodemque facto ſive negotio, attamen de diverſo loco aut tempore depoſuerint, nihil probatum cenſetur: teſtes enim dicuntur ſingulares, qui non conveniunt in loco & tempore vel aliis cauſæ circumſtantiis, *Rauchb. c. l. n. 2. Carpz. p. 1. c. 16. d. 40. n. 3. 4.* quo quidem caſu nec jusjurandum in ſupplementum deferri poteſt, niſi depoſuerint teſtes de actu reiterabili, eorumque teſtationes ad eundem tendant finem, *A. Fab. d. def. 46. n. 3. Carpz. d. def. 40. n. 5.*

13. Sed hoc ita, ubi tempus & locus eſt de ſubſtantia rei, *Salycet. in l. 18. C. de teſtib. Carpz. d. c. d. 41. n. 1.* Ceteroquin quando in genere quid eſt probandum, ut puta, jurisdictio, poſſeſſio, aditio hereditatis, aliquem eſſe prodigum, uſurarium, &c. diverſitas in loco & tempore ſingularitatem non inducit, nec teſtibus fidem tollit, *Farinac. de teſtib. qu. 64. n. 78. Carpz. c. l. n. 2. & 3.*

14. Hinc etiam ſolutio vel debitum ex confesſione creditoris aut debitoris probatur, variantibus licet teſtibus in loco & tempore, quo facta eſt confeſſio, *Rauchb. p. 2. qu. 5. n. 5. Carpz. c. l. n. 7.* Quoniam nempe hoc caſu ſingulæ probationes per ſingulos teſtes tendunt ad unum eundemque finem, nimirum

mirum ad unius ejusdemque facti, ſive debiti, ſive ſolutionis probationem; ut proinde, quia ſingularitas teſtium non obſtativa vel diverſificativa, ſed ſaltem cumulativa teſtium dictis ineſt, ea ad plenam probationem conjungi nihil prohibeat, *Rauchb. c. l. n. 6. Carpz. c. l. 8. 9.*

15. Teſtium dicta ita ſunt interpretanda, ut, quantum fieri poteſt, teſtes ad concordiam redigantur, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 42. n. 1.* Unde varietas ſeu diſcrepantia teſtium modica non obſtat, quominus eorundem depoſitio plenam faciat probationem, *Carpz. d. def. 42.* Imo nec in ſubſtantialibus modica varietas teſtibus fidem tollit, *Farinac. de teſtib. qu. 64. n. 36.*

15. Teſtibus inter ſe diſcrepantibus, credendum eſt potius ſenioribus, quam junioribus, &c. *Carpz. d. c. d. 43.* deponentibus veriſimiliora ratione negotii, vel accedentis alicujus præſumtionis, quam aliis, *Carpz. d. c. d. 44.* Si vero teſtes ejusdem ſint exiſtimationis & fidei, ſecundum majorem teſtium numerum pronunciandum erit: nam teſtibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores, *Mynſinger. cent. 4. obſ. 38. Carpz. p. 1. c. 16. d. 45.* Et denique, ſi neque ex numeri inæqualitate judex habeat, quid ſequatur, pronunciabit pro reo, *Farinac. de teſtib. qu. 65. n. 152. Carpz. d. c. d. 46.*

16. Licet alias magis credatur duobus teſtibus affirmantibus, quam mille negantibus, *Beuſt. ad l. admonendi. 31. de jurejur. n. 468. ſeq. Carpz. pract. crimin. qu. 33. n. 43.* Attamen in materia defenſionis duobus teſtibus, ſuper negativa deponentibus, plus creditur, quam mille affirmantibus, *Gail. de pac. publ. c. 16. n. 23. Carpz. c. l.*

TES-

TESTIUM DENOMINATIO.

1. Denominatio teſtis, quoad prænomen & cognomen, item profeſſionem & locum, ubi degat, fieri debet, &, ſi id intermittatur, non quidem probatio deſerta eſt, ſed denominatio ei a judice ex officio injungitur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. c. p. 127.* etiam ſub pœna deſertionis, *Barth. c. l. p. 128. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 66. & 67.*

2. Si teſtes plane peregrini, ultramarini, & in longinquis rigionibus degentes nominantur, quod plerumque dolo fit, tunc illi quidem admittuntur: at, ſi præſumtio ſit contra producentem, quod ejusmodi peregrinos teſtes, negotium protelandi forte cauſa, producat ab eo juramentum malitiæ (a) exigi certumque tempus, atteſtationem eam ad locum judicii comparandam, præfigi poteſt, *c. 2. de teſtib. in 6. Ord. Proc. Sax. tit. 23. ibique Philipp. Carpz. p. 1. c. 16. d. 33.*

TESTIUM EXAMEN.

1. Teſtium examen ſuſcipi nequit die feriata, niſi conſenſu partium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 68.*

2. Quando productus contra examen teſtium, antequam hi jurarunt, allegat exceptiones, ac deſu-

(a) Quod non ſolum producenti, ſed quoque ejus advocato imponitur, & ſi illud præſtare recuſant, ille 10. vel 20. thaleris mulctandus, hic vero ad quadrimeſtre a praxi ſuſpendendus. Idemque juramentum pro re nata exigi quoque poteſt ab eo, qui quidem non peregrinos, plures tamen in diverſis locis Electoratus habitantes teſtes ſuper uno articulo, circumſtantia denominat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 23. §. 1.*

per proteſtatur, id ſuſpendendum (a) eſt a judice, *Ord. Proc. Sax. tit. 20.* §. wenn es nun. *ibique Rivin. en. 70. Berger. lib. 1. R. 208. n. 2.*

3. Si de articulorum diſceptatur impertinentia, judex ſalvo jure impertinentium teſtes deſuper examinare, illosque in dubio, ſi non convicti criminis, quod infamiam imponit, admittere tenetur, *Rivin. c. l. en. 73.*

4. Teſtes ſeorſim, & ſecreto, remotis litigatoribus, ſunt examinandi, *Huber. prælect. ad ff. tit. de teſtib. §. 24. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. eod. ad verbum: examinat.* licet diſſentiat *Wiſſenb. ad ff. tit. eod. th. 23.* & quidem ſinguli ſeparatim, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. ſect. 2. §. 5.*

5. Teſtes a ſolo judice ſine adhibitione actuarii, vel a ſolo actuario, perſonis judicialibus non adhibitis, examinari non poſſunt, ſed talis examinatio nulla eſt, *Wernher. in ſupplem. ad p. 1. obſ. 1. n. 4.*

6. Utile eſt, examen in eo ipſo loco inſtitui, de quo eſt controverſia, & teſtes in rem præſentem deduci; unde &, ſi depoſitio eorum dubia ſit, repeti ea illo in loco, & declarari poteſt; idque etiam poſt

(a) Confer *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 22. §. 2.* ubi: Daferne nun ein oder ander Zeuge ſich des Zeugniſſes verweigert, oder auch der ProducDiejelben zum Zeugniß nicht zulaſſen wolte, ſo hat nichts deſtoweniger der Richter nach Befinden, und wenn die exceptiones unerheblich ſind, mit deren Abhörung zu verfahren, oder auch, wenn die exceptiones in Rechten gegründet/ dieſelben damit zu verſchonen, und den Producenten abzuweiſen. Da auch dieſer, oder der Product, oder auch die Zeugen ſelbſt bey deſſen arbitrio nicht beruhen wolten, iſt es damit, wie *ad tit. 20. §. 8.* wegen derer interrogatorien verſehen, allenthalben zu halten.

poſt publicatas atteſtationes quandoque fieri ſolet, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 2. §. 5. lit. a.*

7. In poſſeſſorio ſummariiſſimo nullæ circa teſtium examinationem ſolennitates obſervantur, atque adeo etiam legitime facta eſſe cenſetur, quamvis teſtium aſſerta poſtea demum jurejurando ab ipſis corroborentur, *Horn. cl. 12. R. 104. n. 5.*

8. Si precibus producti judex annuat, & terminum proroget, ac de facta prorogatione termini producentem certiorem reddat, producens vero nihilominus in termino productionis cum teſtibus compareat, eosdemque, abſente producto, examinandos curet, examen teſtium tamen ſubſiſtit, ſalvis vero integrisque producto interrogatoriis, *Berger. œcon. jur. in additam. ad lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1227.*

TESTIUM PRODUCTIO.

1. In ipſo termino (a) productio teſtium fieri debet ſub pœna deſertionis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 52. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. ſect. 2. §. 2. lit. a.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 24. obſ. 2. not. 1. p. 737. ſeq.* quæ vero ceſſat, ſi quis vel pomeridianis demum horis teſtes produxerit, *Griebner. c. l.* etiam in judicio mercatorio Lipſienſi, teſte *Bergero in œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1069.* licet ob jusjurandum, quod a teſtibus præſtandum eſt, plerumque productio horis antemeridianis fieri ſoleat, *Griebner. c. l.*

2. Teſtes abſentes, tanquam præſentes ſunt

(a) Producens, ſi in termino productionis præfixo, non compareat, teſtes, quos producere debebat, amittit: formalis tamen eorum productio, modo producens comparuit, neceſſaria non eſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 7.*

producendi, (b) ſub pœna deſertionis, *Svendendærff. ad Fibig. p. 1412.* Verum hoc neceſſarium haud eſſe, ſed ſufficere, eorum accuſare contumaciam & petere, ut arctius citentur, putat *Griebner. d. §. 2. lit. b.* Fruſtanea tamen eſt contumaciæ accuſatio, audita hora quarta, ſi poſt quintam producantur teſtes abſentes, tanquam præſentes, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 59.*

3. Producens amittit (c) teſtem præſentem, cujus oblitus in termino productionis eſt, *Rivin. c. l. en. 60.* Sufficit vero, in termino productionis teſtes relative nominari, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 372.*

4. Qui ſemel produxit teſtes, licet in ſubſequenti termino emaneat, nec denuo eosdem producat, non amittit eos, ſed illi omnino ſunt axaminandi, *Rivin. ad. O. P. S. tit. 20. en. 63.*

TESTIUM REVOCATIO.

1. Teſtes realiter producti citra partis adverſæ conſenſum revocari haud poſſunt: quippe per realem ejusmodi productionem teſtes alteri parti communes fiunt, ita, ut pro utraque parte reſpondere debeant, neque id jus, adverſario quæſitum, per revocationem eidem auferri poteſt, *Carpz. lib.* 3. *R.*

(*b*) Productio teſtium abſentium plane remiſſa eſt, ſed judex, vel ad producentis inſtantiam vel ex officio, teſtes, qui non comparuerunt, denuo citare, eosque examinare debet, ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 7.*

(*c*) Confer. vero *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi: Jedoch gebrauchet es, wann nur der Producent erſchienen, keiner förmlichen production derer Zeugen.

3. R. 86. n. 12. Mev. p. 8. dec. 3. n. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 325. n. 1. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 62. ubi illud quoque ad demonſtrationem termino Saxonico adſtrictam extendit.

2. Quodſi vero teſtes non realiter, ſed ſolummodo in ſchedula & verbaliter abſentes, tanquam præſentes, producti fuerint, eos revocari poſſe nihil prohibet, *Carpz. c. l. n. 13. Rivin. c. l. en. 61.*

THESAURUS.

1. Theſaurus, in ſolo proprio inventus, inventori totus cedit, & jure civili, *§. 39. J. de R. D. ibique Schneidew. n. 6.* & jure Saxonico, *Conſtit. Elect. Sax. 53. p. 2. ibique Carpz. d. 4.* idque hodienum obtinet, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 411.* vid. omnino *Hopp. ad verba: in alieno loco. §. 39. J. de D. R. in uſ. hod.* Nec refert, an quis caſu fortuito, an vero data opera theſaurum invenerit in fundo ſuo, *l. un. C. de theſaur. Schneidew. c. l.* modo non opera illicita, artibusque magicis & incantationibus ad hoc uſus fuerit, quo caſu theſaurus totus fiſco cedit, *d. l. un. Heig. p. 1. qu. 13. n. 56. Hopp. ad verba: in loco ſuo. §. 39. J. de R. D.*

2. Quid, ſi virgula mercuriali, ſeu divinatoria theſaurus ſit inventus? R. totus ad inventorem pertinet, quia ad inſtrumenta magica non poteſt hæc virgula referri, *Hopp. c. l. Frommann. de faſcinat. lib. 3. p. 3. c. 4. §. 1. ſeq.* confer. *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. cent. 1. conſil. 23. p. 705.*

3. Theſaurus, data opera in fundo alieno inventus, totus eſt ejus, qui ſoli dominus eſt, *§. 39. J. de R. D. l. un. poſt pr. C. de theſaur. Heig. c. l. Menoch.*

noch. lib. 1. præſumt. 30. n. 6. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 13. p. 235. Nec refert, quod forſan opera adhibita ſit illicita, v. g. artes magicæ, &c. quia id domino non poteſt imputari, *Hopp. ad verba: in alieno loco: §. 39. J. de R. D. Berger. p. 1. ſupplem. c. l.* quamvis diſſentiat, & theſaurum, arte illicita inventum, nec inventori, nec domino fundi cedere, ſed totum ad fiſcum pertinere, putet *Berlich. p. 2. concl. 66. n. 11.* At fortuito caſu, puta: arando, fodiendo, vel aliter terram colendo, theſaurus in alieno repertus inter inventorem & dominum ſoli dividitur, *§. 39. J. de R. D. ibique Schneidew. n. 8. & Hopp. c. l. Carpz. p. 2. c. 53. d. 5. Horn. cl. 5. R. 9. p. 278. a. ſeq.*

4. Quod idem ſtatuendum, ſi theſaurus reperiatur in locis publicis, civitatis, fiſci, cæſaris & religioſis; *l. 3. §. 10. de jur. fiſc. Carpz. d. def. 5. n. 3. ſeq. Hopp. c. l.* Hinc theſaurus in cœmeterio caſu fortuito inventus pro parte dimidia eccleſiæ & pro altera dimidia inventori cedit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 322. Hopp. ad verba: fortuito caſu. §. 39. J. de R. D. in uſ. hod.* Et pecunia vetus, intra pomœria civitatis caſu inventa, cedit pro una dimidia inventori, pro altera fiſco, ſive ei, qui merum habet imperium, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. cent. 1. conſil. 24. p. 706.*

5. De theſauro, arte illicita in loco alieno reperto, neque inventor, neque fiſcus quicquam percipit, quamvis in loco civitatis proprio inveniatur, qualis eſſe judicatur ruinoſa domus, quam parochi olim inhabitarunt, ein alt lang wüſte gelegenes Pfarr-Hauß: verum eundem theſaurum totum lucratur ſenatus, tanquam dominus loci, *Berger. c. l. conſil. 23. p. 704. ſeq.*

6. The-

6. Theſaurus, ab uſufructuario caſu fortuito inventus, cum domino ſoli dividi debet, *Harprecht. ad §. 39. J. de R. D. n. 13. Carpz. p. 2. c. 53. d. 6. n. 1. ſeq.* Aliud vero in emphyteuta & vaſallo obtinet, quippe quibus theſaurus, ab ipſis inventus, totus cedit, *Harprecht. c. l. n. 17. Carpz. d. def. 6. n. 7. Hopp. ad verba: in loco ſuo. §. 39. J. de R. D.*

7. Si emtor in fundo, cum pacto de retrovendendo, ipſi vendito inveniat theſaurum, tum eum pro dimidia parte ipſi, tanquam inventori, pro dimidia parte venditori, tanquam fundi domino, cedere, tradit *Berlich. p. 2. concl. 2. n. 57.*

8. Licet quis fundum antea non habuerit, nec diu poſſederit, ſed jam de novo emerit, nihilominus theſaurus, in reficiendo vel aliter meliorando in eo repertus, totus ad emtorem pertinet, *l. 67. de R. V. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 4.* quamvis 1) ſciens theſaurum in fundo alieno, ignorante venditore, fundum emerit, & theſaurum effoderit, *Heig. p. 1. qu. 13. n. 61. Berlich. c. l. n. 5.* vel 2) traditio nondum fuerit ſubſecuta, *Berlich. c. l. n. 6.*

9. Verum, ſi emtor in fundo emto, ſed nondum tradito, theſaurum invenerit, eum dimidiam tantum partem lucrari jure inventionis, alteram vero venditori jure ſoli reſtituere cogi, tradit *Hopp. ad verba: in alieno loco. §. 39. J. de R. D.* Et venditorem theſaurum, quem in vendito fundo antequam traderetur, invenit, retinere, docet *Berger. in Reſolut. Lauterb. tit. de act. emt. qu. 9.*

10. Eſſentialia theſauri requiſita ſunt: 1) immemorialis depoſitio, 2) ut de domino non conſtet, *l. 31. §. 1. de A. R. D. Hopp. ad verb. theſauros. §. 39. J. de R. D.*

R. D. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 24. Carpz. p. 2. c. 53. d. 10. n. 6. confer. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 13. not. 1. p. 235. Horn. cl. 5. R. 9. p. 278. a.*

11. Unde, ſi ex ſcriptura pateat nomen deponentis, non habenda pecunia pro theſauro, ſed vel ipſi deponenti, vel, ſi is jam mortuus, heredibus ipſius reſtituenda, *Rittershuſ. ad nov. p. 9. c. 24. n. 2. Hopp. c. l.* Idem dicendum, ſi ex monetæ genere dijudicari poſſit, pecuniam ante annos non adeo multos fuiſſe reconditam, *Hopp. c. l.* add. *Berlich. c. l. n. 25. Berger. c. l.*

12. Hinc pecuniam in fundo emto inventam, quæ intra vicennium fabricata erat, adeoque ante vicennium depoſita eſſe non poterat, ad venditorem potius, quam emtorem pertinere, quia ejusmodi pecunia a venditore, vel potius ab ejus parentibus ſub terra depoſita cenſetur, reſponderunt Scabini Lipſienſes, teſte *Carpz. d. d. 10.* Quod ſi vero dominus ignoretur, tunc idem eum tali pecunia faciendum, quod cum alia re inventa, *Hopp. c. l.* vid. *Berlich. d. concl 66. n. 27. ſeq.*

13. Ad theſauri acquiſitionem non ſufficit, theſaurum vidiſſe, ſed inſuper requiritur, ut inventor eum apprehendat, & loco moveat, *l. 3. §. 3. l. 44. pr. de acquir. hered. Harprecht. ad §. 39. J. de R. D. n. 26. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 23.*

14. Inventor, occultans theſaurum, in fundo alieno repertum, pœna arbitraria coercendus eſt, *Carpz. p. 2. c. 53. d. 7. Horn. cl. 5. R. 9. n. 4. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 13. not. 2. p. 235.* & ſi minus, quam invenit, fateatur, adigi poteſt, ut jurejurando quantitatem theſauri indicet, *Carpz. d. c. d. 8.*

d. 8. & pract. crimin. qu. 86. n. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 322. n. 7. quin, ſi ſit homo levis, torturæ ſubjici poteſt, *Carpz. d. def. 8. n. 3. Berlich. c. l. n. 34. ſeq. Berger. c. l.*

TORTURA.

1. A tortura ob defectum judicii exemti ſunt: 1) impuberes, *l. 10. pr. de quæſt. l. 1. §. 33. ad SC. Sylan. Theodoric. in colleg. crimin. diſp. 9. th. 10. lit. b. Carpz. pract. crimin. qu. 118. n. 10. ſeq.* non autem minores, *Carpz. c. l. n. 29.* imo etiam impuberes, pubertati proximi, licet torqueri nequeant, terreri tamen poſſunt, appoſitis etiam forcipibus, mit Anlegung der Daum-Stöcke, *d. l. 1. §. 33. ad SC. Sylan. Carpz. c. l. n. 14.* 2) furioſi, *l. 3. §. 11. de quæſt. Zanger. de tortur. c. 1. n. 43.* itemque ii, qui affectu melancholico laborant, nec plenum intellectum habent, de quo vero conſulendi ſunt medici, *Carpz. c. l. n. 18. 19.* nec reo, qui per intervalla non ſanæ mentis eſt, tortura facile dictari debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 458.* 3) ſurdus & mutus natura, *Zanger. c. l. n. 44. Carpz. c. l. n. 21.* non autem cœcus, *Zanger. c. l. n. 48.* nec prodigus, *Carpz. c. l. n. 27.*

2. Deinde ob corporis debilitatem torqueri non poſſunt 1) ſenes, *l. 3. §. 7. ad SC. Sylan. Carpz. pract. crimin. qu. 118. n. 35.* ſcilicet qui ætate ſunt defecti: robuſti enim torqueri poſſunt, *Carpz. c. l. n. 38. 39. Zanger. de tortur. c. 1. n. 39.* imo etiam ſenes decrepiti, licet torqueri non debeant, terreri tamen poſſunt, adhibitis etiam inſtrumentis ad conſtringendos reorum pollices comparatis, vulgo Daum-Stöcke, *Zanger. c. l. n. 40. Carpz. c. l. n. 42.* 2) valetudinarii, tali morbo laborantes, qui omnis ulterioris cruciatus

eſt

eſt impatiens, *Carpz. c. l. n. 46.* qui tamen etiam terreri, non ſolum verbaliter, ſed & realiter poſſunt, *Carpz. c. l. n. 47.* quin &, ſi morbus ſit talis, ut vitæ periculum præſens non ſit, ipſa tortura, quæ in ſcalâ expanſione membrorum perficitur, moderate tamen adhiberi poteſt per *ordinat. Crimin. art. 59. Carpz. c. l. n. 49.* veluti ſi reus morbo epileptico laboret, *Carpz. c. l. n. 50.* 3) mulier prægnans, *l. 3. de pœn. Carpz. c. l. n. 51. ſeq.* quæ nequidem terreri poteſt, *Carpz. c. l. n. 62.* nec mulier puerpera intra 40. dies tormentis interrogari debet, *Carpz. c. l. n. 57.* imo & mulier lactans immunis eſt a tortura, *Carpz. c. l. n. 60.* quando ſcilicet alia nutrix reperiri non poteſt, *Carpz. c. l. n. 61.* ubi vero teſtatur, ſæpius matri infantem lactanti torturam fuiſſe indictam, cum hac declaratione, ut moderate adhibeatur, ne per eam noceatur infanti, quod nutrimentum.

3. Denique ob dignitatem tormentis non ſubjiciuntur 1) perſonæ illuſtres, principes, duces, comites & Barones, *Carpz. pract. crimin. qu. 118. n. 66. ſeq.* 2) milites, *l. 8. C. de quæſt.* quod ad officiales militum reſtringit *Carpz. c. l. n. 74. & Zanger. de tortur. c. 1. n. 58.* ad gregarios vero quoque extendit *Stryck. in uſ. mod. tit. de quæſt. §. 3.* 3) nobiles, *Zanger. c. l. n. 67. Carpz. c. l. n. 76.* 4) doctores & licentiati, *Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 176. Carpz. c. l. n. 80.* imo 5) tali privilegio quoque frui clericos & ſtudioſos putat *Stryck. c. l.* diſſentit *Carpz. c. l. n. 98. ſeq.* ex ea ratione, quod non quævis dignitas, ſed eximia ſaltem & præclara veniam mereatur. Presbyteri vero torqueri prohibentur, in *l. 8. C. de epiſcop. & cleric. Carpz. c. l. n. 101.*

4. Hæ

4. Hæ privilegiatæ perſonæ torqueri poſſunt 1) conſenſu principis; unde ſententiis hæc formula: Jedoch mit Vorbewuſt und Einwilligung der hohen Landes-Obrigkeit, inſeri ſolet, *Stryck. c. l.* confer. *Horn. cl. 15. R. 46. p. 1098. a. Carpz. pract. crimin. qu. 118. n. 93. ſeq.* 2) in criminibus atrociſſimis, *Bocer. de quæſt. c. 4. n. 75.* ut læſæ majeſtatis, *l. 3. l. 4. C. ad l. Jul. majeſt. l. 10. §. 1. de quæſt.* proditionis patriæ, *l. 7. de quæſt. l. 3. §. 10. de re milit.* hæreſeos, *l. 4. §. 4. C. de hæret.* veneficii, *l. 7. C. de malef. & mathem.* falſi, *l. 21. C. de falſ. Carpz. c. l. n. 87.* quod tamen non indiſtincte ad omnes falſi ſpecies pertinet, ſed qualitas criminis attendenda, v. g. in falſa moneta, *Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt. §. 3.* Adhuc alia delicta, veluti homicidium, ſodomiam, inceſtum, raptum, adulterium excipit *Brunnem. in proc. inquiſ. c. 8. membr. 5. n. 25.* add. *Carpz. c. l. n. 89.* 3) ceſſare privilegium de non torquendo reo, ſi nobilis vel doctor, abutens dignitatibus, vitiis ſe dedat, tradit *Zanger. de tortur. c. 1. n. 86. & Tiraquell. de nobilit. qu. 22.*

5. Tortura non in omnibus, ſed illis ſolum delictis locum invenire poteſt, quorum pœna eſt ultimum ſupplicium, vel pœna corporis afflictiva, *Carpz. pract. crimin. qu. 119. n. 3. ſeq. Stryck. c. l. §. 2.* Unde in criminibus, quorum pœna regulariter eſt relegatio, tortura haudquaquam eſt decernenda, *Farinac. in prax. crimin. lib. 1. tit. 5. qu. 42. n. 9. Carpz. c. l. n. 22. ſeq.* territio tamen, additis etiam quandoque præludiis torturæ & moderatæ ligaturæ locum ſibi vindicat, *Farinac. c. l. n. 19. ſeq. Carpz. c. l. n. 52.*

6. Multo minus rei torquendi ſunt in cauſis pecuniariis, *l. divus. in fin. de quæſt.* ſive crimin-

liter, ſive civiliter agatur, *Carpz. c. l. n. 35. & 36.* quod ipſum tamen limitandum eſt, in cauſa civili, ſeu pecuniaria, quæ crimen annexum habet tale, in quo de ſui natura reus poteſt torqueri, *Carpz. c. l. n. 37.*

7. Hinc doloſi bancoruptores tormentis ſubjici poſſunt, ut pecunias ſibi creditas, itemque chirographa & rationes, quas ſalvas adhuc penes ſe habere negant, creditoribus ſuis indicent, *Rosbach. in proc. crimin. tit. 5. c. 19. n. 2. Carpz. pract. crimin. qu. 119. n. 38.* Quodſi vero de dolo certo non conſtet, tortura quidem locum non habet, attamen territio vel etiam juramentum purgatorium injungi poterit, *Carpz. c. l. n. 43.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 26.*

8. Pariter & in cauſis civilibus arduis teſtes, deponere nolentes, torqueri queunt, *Zanger. de tortur. c. 1. n. 9.* modo hæc duo concurrant: 1) ut veritas aliter haberi nequeat, *Zanger. c. l. n. 9. Carpz. c. l. n. 47.* 2) ut teſtis indiciis urgentibus ſit gravatus, veluti: ſi depoſuerit, ſe facto interfuiſſe, & nihil vidiſſe, aut negaverit, ſe facto interfuiſſe, & de mendacio convictus ſit, *l. 18. §. 3. de quæſt. Carpz. c. l.* aut in teſtimonio dicendo vacillaverit, *l. 15. pr. l. 18. §. 3. de quæſt. Carpz. c. l.* ſcilicet quoad factum principale: ſecus ergo, ſi quoad acceſſoria variaverit, *Carpz. c. l. n. 49.*

9. Antequam ad torturam deveniatur, de corpore delicti certo conſtare, illudque vere perpetratum eſſe apparere debet, *Carpz. pract. crimin. qu. 119. n. 54.* add. loc. *corpus delicti. th. 2. ſeq.* Neque enim tortura ad liquidandum factum, ſed ad liquidationem perſonæ adhibetur, hoc eſt, ut diſquiratur, an accuſa-

tus

tus reus crimen illud, de quo jam conſtat, commiſerit, nec ne, *Carpz. c. l. n. 56.*

10. Si veritas aliunde explorari & inveſtigari poteſt, puta: per teſtes, per inſtrumenta aut liberam rei confeſſionem, quæſtio haudquaquam adhiberi debet, ſed judicem omnia experiri oportet, antequam ad torturam perveniat, *Carpz. c. l. n. 64.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt. §. 1.*

11. Tortura absque præcedentibus legitimis & ſufficientibus indiciis judicii minime poteſt inferri, *l. 1. §. 1. & 4. l. 18. §. 1. l. fin. de quæſt. Ordinat. crimin. art. 6, 7. 18. 21. 22. & 23. Carpz. practic. crimin. qu. 120. n. 1.* Quod ſi itaque absque ejusmodi indiciis aliquis torturæ ſubjectus fuerit, actus ipſo jure nullus eſt, & reo non præjudicat, quamvis crimen imputatum confeſſus fuerit, per textum in *Conſtit. crimin. art. 20. Mynſinger. cent. 5. obſ. 23. n. 4. Stryck. c. l. §. 4. Carpz. qu. 123. n. 8. ſeq.*

12. Quænam indicia in quovis delicto legitima & ſufficientia ſint ad infligendam torturam, judicis arbitrio relinquitur, vid. *Conſtit. crimin. art. 18. 24. 27. Carpz. qu. 120. n. 2. & qu. 123. n. 27.* quod vero non abſolutum & liberum, ſed juri & æquitati adſtrictum eſſe debet, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 270. n. 4.* De indiciis agit *Carpz. in pract. crimin.* & quidem de indiciis communibus veriſimilibus ſaltem, incertis atque remotis in *qu. 120.* de indiciis communibus certis & propinquis in *qu. 121.* & denique de indiciis propriis, in *qu. 122.*

13. Ex remotis indiciis ad torturam devenire non licet, niſi eorundem plura pro arbitrio judicis concurrant, *Carpz. qu. 120. n. 88. & qu. 123. n. 6.* At unicum etiam propinquum indicium ad decer-

nendam torturam ſufficiens eſt, *Carpz. d. qu. 123. n. 36.*

14. Non ſatis eſt, indicia ad torturam ſufficientia in judicio allegari, ſed etiam probari eadem oportet, & quidem regulariter duobus teſtibus, omni exceptione majoribus, *ordinat. crimin. art. 23. & 30. Zanger. de tortur. c. 3. n. 21. Carpz. d. qu. 123. n. 43. ſeq.*

15. Quod ſi vero crimen, ejusque autor directo probetur per unum teſtem, qui de ipſomet facto deponit, quod nempe ſuis oculis viderit committi facinus ab eo, qui reus poſtulatur: tunc ille teſtis unicus, ſi omni exceptione major fuerit, ſufficit ad habendam de reo quæſtionem, *d. art. 23. & 30. Zanger. c. l. n. 20. Carpz. c. l. n. 50.*

16. Si plura, eademque gravia, indicia concurrant, etſi nullum eorum plene probatum ſit, tortura tamen dictari poteſt, *Carpz. c. l. n. 55. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 452.* Et ſufficit probatio indiciorum per unicum teſtem quoad effectum territionis, etiam realis, *Carpz. c. l. n. 59.*

17. Licet indicia ad quæſtionem habendam ſufficientia probata fuerint, ad torturam tamen tum demum deveniendum eſt, quando reus ea tollere & elidere nequit, *Conſtit. crimin. art. 28. 29. 33. & 37. Zanger. de tortur. c. 2. n. 36. Carpz. c. l. n. 61. ſeq.*

18. Reus de aliquo crimine confeſſus ſeu convictus, pro ulteriori veritate habenda ſuper aliis delictis ſive gravioribus, ſive æqualibus ſaltem, torqueri poteſt, *Farinac. prax. crimin. lib. 1. tit. 5. qu. 40. n. 16. ſeq. Carpz. pract. crimin. qu. 120. n. 68.* modo graviſſima & indubitata adſint indicia, aliæque cauſæ prægnantes, *Carpz. c. l. n. 71.* Et reus, ſuper alio delicto tor-

tortus, ſi in negando perſtiterit, pœna tamen ordinaria eſt condemnandus pro delicto, de quo antea erat convictus vel confeſſus, *Farinac. d. qu. 40. n. 19.*

19. Territio nuda, ſeu verbalis, die bloſſe Vorſtellung des Scharff-Richters, quæ proprie loquendo ſpecies torturæ non eſt, *Carpz. pract. crimin. quæſt. 117. n. 49.* & interdum, ubi alias, propter indiciorum levitatem, tantum juramento purgatorio locus fuerat, propter conditionem rei ejusque levitatem animi adhibetur, *Wernher. jurispr. form. part. poſter. c. 7. §. 4.* add. *Carpz. c. l. n. 50.* nihil aliud eſt, quam ſimulatio quædam carnificis nuda de torquendo reo, absque omni tactu & apprehenſione ejusdem, quando ſcilicet carnifex, verbis & geſtibus ſeverioribus & ad torquendum conſuetis, irruit in inquiſitum, non aliter, ac ſi ipſum prehendere & torquere vellet, absque apprehenſione tamen confeſſionem ejus nuda comminatione torturæ extorquet, *Carpz. c. l. n. 48. Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. b. p. 949.* & hiſce formalibus indici ſolet: daferne er nun, ſein Geſtändniß richtiger zu thun, ſich ferner verweigern ſolte, iſt er dem Scharff-Richter vorzuſtellen, und vermittelſt deſſen, als ſolte und wolte er ihn angreiffen, jedoch noch zur Zeit unangegriffen, zu befragen: ob er nicht ꝛc. ꝛc. *Wernher. c. l. Carpz. c. l. n. 51.*

20. Territio realis, quæ tum adhiberi ſolet, quum reus jure tormentis interrogari prohibetur, ut, ſi impubes ſit; aut inſimulatus ejusmodi criminis, quod pœna corporis afflictiva non coercetur; vel ſi indiciis non levibus urgeatur, illis tamen, quæ non plane veriſimilia & probabilia putantur. *Carpz. pract. crimin. qu. 117. n. 53.* & in Saxonia Electorali ſemper torturam ſtricte dictam ejusdemque tres gradus præ-

 cedit,

cedit, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. not. 1. p. 1202.* eſt, quando carnifex pollices inquiſiti, affixis forcipibus, comprimit, die Daum-Stöcke, *VVernher juriſpr. formul. part. poſter. c. 7. §. 5. Carpz. c. l. n. 52.* confer. vero omnino *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. b. p. 949. & lit. c. p. 950.* Cujus formula: dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und darmit zuſchrauben, jedoch daß es darbey verbleibe, und mit Inquiſiten vor dieſes mahl nichts weiter vorgenommen werde, worbey er dann mit allen Ernſt zu befragen: ob er nicht ꝛc. ꝛc. *VVernher. c. l.* add. *Carpz. c. l. n. 55.*

21. Exaſperatio territionis realis conſiſtit in funium initio, quando nempe inſuper carnifici manus inquiſiti ligare, non vero arcte conſtringere licet, die Daum-Stöcke mit dem Anfang der Schnüre; cujus formula: dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und damit zuſchrauben, auch da dieſes nicht fruchtet, mit den Schnüren den Anfang machen, jedoch daß es darbey verbleibe, und mit Inquiſiten vor dieſes mahl nichts weiters vorgenommen werde, *VVernher. c. l. Berger. c. l. not. 2. p. 1202. ſeq.* add. *Carpz. c. l. n. 54. 56. 57.*

22. Torturæ, in ſpecie talis, primus gradus eſt, ubi carnifex manus inquiſiti ligatas arcte retro conſtringit, die Schnüre, ſeu die völlige Schnüre; cujus formula: dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter füh-

ren,

ren, die zur Peinlichkeit gehörigen inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und darmit zuſchrauben; auch da dieſes nicht fruchtet, mit den Banden zuſchnüren, jedoch, daß es darbey verbleibe, *Wernher. jurisprud. formul. part. poſter.* §. 7. vid. omnino *Carpz. pract. crimin. qu. 117. n. 60. 61.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. c. p. 950.*

23. Secundus gradus torturæ eſt, quando rei ſcalæ ſubjiciuntur, & violenta quadam expanſione ſeu extenſione omnium membrorum articuli diſtinguuntur atque dilacerantur, Wann Inquiſit auf die Leiter gezogen, und geſpannet, oder gefoltert, wird, *Zanger. de tortur. c. 4. n. 10.* add. *Barth. c. l. lit. d. p. 951.* Hic gradus torturæ omnium frequentiſſimus eſt, & nomine torturæ ſimpliciter poſito, proprie venit, ac ſubintelligitur, *Carpz. c. l. n. 62.* Eundem hac formula: Daferne nun Inquiſit ſein Geſtändniß, richtiger zu thun, ſich ferner verweigeren ſolte; ſo iſt er von dem Scharff-Richter mit der Schärffe ziemlicher Weiſe anzugreiffen, worbey er denn mit allem Ernſt zu befragen &c. &c. indici ſolere, docet *Wernher. c. l. §. 8.* add. *Carpz. c. l. n. 64. & 67.*

24. Tertius & ſummus torturæ gradus eſt, quando carnifices, ultra expanſionem rei in ſcala jam peractam, ſeverioribus adhuc tormentis utuntur, & vel candentibus luminibus, vel ſulphure & igne corpori injecto, cutem adurunt, aut extremas digitorum partes, immiſſus infra ungues pineis cuneolis, iisque poſtmodum accenſis, adultione lædunt, aut etiam tauro vel aſino ex metallo fabricato, & igne immiſſo paulatim excandeſcenti reum imponunt, *Zanger. c. l. Carpz. pract. crimin. qu. 117. n. 63.* Atque hic gradus indicatur hac formula: Da-

ferne nun Inquiſit auf bewegliches Zureden, ſeinem Leibe keine unnöthige Marter zuziehen, ſein Geſtändniß in Güte zu thun, ſich ferner verweigern ſolte, iſt er von dem Scharff-Richter mit der Schärffe anzugreiffen, worbey er denn mit allem Ernſt zu befragen ꝛc. ꝛc. *Wernher. c. l.* add. *Carpz. c. l. n. 64. 67.* confer. *Berger. p. 1. ſupplem. ad jurisprud. crimin. obſ. 39.* ubi animadvertit, gradum torturæ ſupremum in Collegiis Wittembergenſibus indicatum fuiſſe verbis: mit der ſcharffen Frage, jedoch menſchlicher Weiſe.

25. Quia tertius hic torturæ gradus atrociſſimus & horribiliſſimus eſt, in omnibus indifferenter delictis locum non habet, ſed tantum in criminibus nefandis & exceptis, indiciis multum urgentibus & certiſſimis occurrentibus; ita ut ſola confeſſio deficere videatur, *Zanger. de tortur. c. 4. n. 10. Carpz. c. l. n. 65.* add. *Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt. §. 10. Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. d. p. 451. & Berger. jurisprud. crimin. p. 289. ſeq.* ubi genera augendi tormenta referuntur.

26. Quod gradus torturæ certa regula dari non poteſt, ſed judex ſecundum arbitrium & moderamen rectæ rationis ita faciet, ut qualitas delicti, perſonæ & indiciorum poſtulare videbitur. Pro perſonæ enim, quæ torquenda eſt, robore, corporis infirmitate, dignitate, criminis ratione & indiciorum qualitate moderamen adhibendum eſt, *l. 7. l. 10. §. 3. de quæſt. Zanger. c. l. n. 14. Carpz. c. l. n. 69.*

27. Interrogatoria, ad quæ inquiſitus in tortura eſt examinandus, defenſori, qui pro ea avertenda laborat, regulariter communicari haud debent,

bent, *Wernher: ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 123.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. a. p. 948.*

28. Sententia, qua tortura dictitata eſt, inquiſito, caute ac occultato torturæ gradu, a judice publicanda eſt, *Wernher. jurisprud. form. part. poſter. §. 10. Ludovic.* Einleit. zum peinlichen *Proc. c. 9. §. 10.* add. *Barth. c. l.* Sed, ſi integra tortura indicta eſt, nihil prohibet, quo minus tota ſententia ipſi prælegi, imo ejus copia communicari poſſit, *Ludovic. c. l. n. 12.* hoc autem in Saxonia Electorali non fieri, teſtatur *Barth. c. l. in fin.*

29. Quod ſi plures delicti complices ſint torquendi, a ſuſpectiſſimo, & a quo facillime poſſe verum ſcire judex crediderit, incipiendum eſt, *l. 11 §. 2. de quæſt. Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt. §. 11. Carpz. pract. crimin. qu. 124. n. 14.* v. g. ſi unus timidior eſt, vel teneræ ætatis, *l. 18. pr. eod. Bocer. de tortur. c. 5. n. 6. & 7. Stryck. c. l.* Hinc femina prius torqueri debet, quam maſculus, *Carpz. c. l. n. 16. Stryck. c. l.* Et filius primo loco quæſtioni ſubjiciendus eſt, & quidem in conſpectu patris, quia veroſimile eſt, patrem, qui videt cruciari filium, ultro veritatem dicturum, *Zanger. de tortur. c. 4. n. 28. Stryck. c. l.*

30. Reus non torquendus eſt poſt prandium vel cœnam, ne ſcilicet vertatur torquendo ſtomachus & vomendo patiatur, ut examinari non poſſit. Unde quibusdam in locis tempore nocturno quæſtio de reis haberi ſolet; maxime vero oportunum huic actui eſt tempus matutinum, *Carpz. c. l. n. 5. ſeq.*

31. Tortura ipſo judice, cum duobus aſſeſſoribus & actuario, præſente peragenda, & reus furori ſo-

lius carnificis relinquendus non eſt, *Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt. §. 12.*

32. Priusquam in locum torturæ abeant, in conſeſſu judicii judex reum de confeſſione ſponte facienda, adſtante ei a lătere carnifice, admonet, ne alia ratione invito & pertinaci extorqueri ea debeat, *Ordinat. crimin. art. 46. Carpz. pract. crimin. qu. 124. n. 9. Barth. hodeg. for. c. 6. ſ. 18. lit. e. p. 951.* Quo facto ſuper interrogatoria eum examinat; permanente vero in negatione inquiſito, judex carnifici tenorem ſententiæ legendum tradit, reumque in locum torturæ abducere jubet, *Barth. c. l.*

33. Deinde judex in loco torturæ inquiſitum, de non reticenda diutius veritate, denuo adhortatur, cum jam in eo eſſet, ut violento modo adſtringi ad hoc deberet, &, absque tortura de novo eum ſuper commiſſo delicto interrogat, pertinaciter autem in negatione ſubſiſtens, carnifici, ut latam ſententiam in eo exequatur, torquendus relinquitur, *Barth. c. l.* Tum vero, ſi primus ſaltim, communi ſtylo loquendi, torturæ gradus in ſententia contineatur, nimirum: Die Daum-Stöcke anzulegen, und mit denen Schnüren den Anfang zu machen, carnifex e. g. forcipes ei applicat, ante compreſſionem autem eorum judex cum ſuper primo interrogatorio quærit, *Barth. c. l. in fin.* nam interrogatio non minus ac reſponſio, remiſſa demum tortura, fieri debet, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 4. not. 5. p. 1203. & p. 1. ſupplem. ad. jurisprud. crimin. obſ. 41. Carpz. pract. crimin. qu. 124. n. 27. Barth. c. l. p. 952.* quamvis id, quod ad interrogationem, negent Scabini Lipſienſes, teſte *Bergero p. 2. ſupplem. ad jurisprud. crimin. p. 627.*

34. Reo interrogatorium negante, carnifex forcipes

forcipes comprimit; poſt aliquod vero temporis intervallum eas relaxat, er ſchraubet die Daum-Stöcke auf; quo facto pergit examinando judex, &, ſi inquiſitus ad ſecundum interrogatorium itidem negative reſpondeat, carnifex eas rurſus coarctat, quod ſub ſingulis interrogatoriis, ad ultimum usque ita repeti & continuari ſolet, *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. p. 952.*

35. His ita abſolutis, & remotis forcipibus, relaxataque ligatura, judex de novo incipit ſuper interrogatoria examinare reum, qui, ſi negative ad primum reſpondeat, carnifex manus ipſi a tergo arcte conſtringit, &, funiculis prope juncturam manum brachiis circumvolutis, & hinc inde mediocriter tractis, eum torquet, quod dicitur: Er machet mit den Schnüren den Anfang; deinde remiſſis ligatura & funiculis ulterius interrogando procedit judex, &, inquiſito ſequens interrogatorium negante, adſtringuntur rurſus funiculi, iisque attractis, pro gradus illius quantitate cruciatur. Idque pari modo ad ſingula interrogatoria, perinde uti cum forcipibus digitorum antea factum, repeti ſolet, *Barth. c. l.*

36. Sin ſecundus torturæ gradus inquiſito fuerit adjudicatus, eodem, quo in primo modo, cum digitorum forcipibus & funiculorum ligatura, ſucceſſivo ordine proceditur, niſi quod hi arctius conſtringantur, & ultimo ſcalæ alligetur & ſuſpendatur, applicatisque pedicis manicisque ferreis crucietur, *Barth. c. l.* In tertio gradu etiam trinæ ſucceſſive inſtituuntur diſtinctæ & ſeparatæ quæſtiones: 1) ſub forcipibus, 2) ſub funibus & ſcala, 3) ſub igne. *Barth. c. l.*

37. Interrogatoria oportet eſſe ſuccincta, non adeo

adeo multa, aut impertinentia, ſed ad factum ipſum directa, ut proinde a pluralitate abſtinere prudentem judicem non immerito oporteat, *Carpz. pract. crimin. qu. 124. n. 34.* quanquam hodie Scabini & Aſſeſſores facultatum, ſuper tortura pronunciantes, ipſi ex actis interrogatoria formare, & inquiſitori judici præſcribere ſoleant, quæ retinere præciſe tenetur, *Carpz. c. l. n. 36. & 47. Barth. hodeg. for. c. 6. §. 18. lit. e. p. 252.*

38. Judex reum interrogare non poteſt de aliis delictis, quam quorum accuſatus & gravatus eſt, *Carpz. c. l. n. 51.* Et reus, ob delictum aliquod certum torturæ ſubjiciendus, nequidem incidenter ſaltem de alio etiam crimine perpetrato interrogari poteſt, *Bocer. de tortur. c. 5. n. 5. Carpz. c. l. n. 52. ſeq.* niſi delictum unum ab alio dependeat, vel connexitatem habeat cum eo, de quo torqueri debet: modo leviuſcula adſint indicia, quæ de illo quoque delicto reum faciant ſuſpectum, *Carpz. c. l. n. 57.*

39. Notarius adhibitus vel actuarius judicii non modo confeſſionem rei, omnesque ejusdem circumſtantias, ſed & executionis torturæ qualitatem & quantitatem tormentorum diligentiſſime conſignare & actis apponere debet, *Ord. crimin. art. 46. & 47. Carpz pract. crimin. qu. 124 n. 64.*

40. Quamdiu ſub tormentis detineri debeat reus, determinatum non reperitur, adeoque judicis arbitrio relinquitur, qui qualitates perſonarum, delictorum & indiciorum præ oculis habere debet. Ultra horæ ſpatium autem raro continuatur quæſtio, etiamſi maximus gradus dictatus fuerit, *Brunnem. proc. inquiſit. c. 8. membr. 5. p. 67. Stryck. uſ. mod. tit. de quæſt.*

quæſt. §. 12. confer. *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 175.*

41. Reus, qui criminis indicia per torturam purgavit, non modo a judicii obſervatione, ſed definitive prorſus abſolvendus eſt, *Theodoric. in colleg. crimin. diſp. 9. th. 11. lit. d. Carpz. pract. crimin. qu. 125. n. 3. ſeq.* Sed tortum, etiamſi in negando perſtiterit, ab inſtantia ſaltem & obſervatione judicii abſolvi, quo ſcilicet inventis poſtea novis indiciis, vel probationibus certis & indubitatis, denuo capi, torqueri & condemnari poſſit, volunt *Menoch. lib. 1. de præſumt. qu. 93. in fin. Zanger. de tortur. c. 5. n. 2. & 5.*

42 Quid, ſi reus, plenis probationibus de crimine aliquo convictus, ac inſuper tormentis ſubjectus in negatione ſua perſeveraverit? Reum pœna ordinaria plecti debere, non minus, ac ſi nunquam tortus fuiſſet, eo quod de crimine convictus illegitime torturæ ſubjectus, adeoque quæſtio de illo habita invalida ſit, ac nullius momenti, tradit *Gomez. tom. 3. var. reſolut. c. 13. n. 20.* Nam reus, de crimine convictus, non torqueri, ſed ultima ſententia condemnari debet, *Conſtit. crimin. art. 69 A. Fab. in Cod. tit. de quæſt. def. 15.* Alii vero concludunt, plenas probationes per torturam adhibitam purgatas, ac propterea reum prorſus abſolvendum eſſe, vid. *Gravett. conſil. 287. n. 3. Alber. de Roſa. in l. edictum. 8. de quæſt.* Denique reum convictum, & in tortura negantem a pœna quidem ordinaria eximunt, nihilominus tamen extraordinaria quadam pœna eum plectendum eſſe ſtatuunt, *Farinac. in prax. crimin. qu. 40. n. 11. Zanger. de tortur. c. 5. n. 18. Carpz. c. l. n. 24. ſeq.*

43. Novis indiciis exiſtentibus, tortura repetenda

tenda eſt, *l. 18. §. 1. de quæſt. Conſtit. crimin. art. 58. Carpz. c. l. n. 27. ſeq.* Judicis autem arbitrio relinquitur, quoties is quæſtionem pro qualitate criminis & ratione circumſtantiarum repetendam exiſtimaverit, *Theodor. in colleg. crimin. diſp. 9. th. 11. lit. a.* confer. *Carpz. pract. crimin. qu. 125. n. 48. ſeq.* Jure autem Saxonico Electorali in criminibus atrocibus vel atrocioribus ultra duas, in atrociſſimis vero ultra tres vices quæſtionem inferre non licet, *Conſtit. ined. 9. Carpz. c. l. n. 51. ſeq.* Ex indiciis tamen novis, poſt ſecundam vel tertiam torturam ſupervenientibus, reus extraordinaria quadam pœna affici debet, ſeverior vero aliqua, quam relegationis, pœna hoc caſu reo infligenda non eſt, *d. conſtit. ined. 9. Carpz. c. l. n. 74. ſeq.*

TRADITIO.

Vid. loc. *dominium. th. 2. 7.*

TRANSACTIO.

1. In omni transactione requiritur dubietas cauſæ, ſuper qua tranſigitur, *l. 1. de transact. ibique Brunnem. n. 1. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 7. n. 2.* Hinc tranſigi non poteſt ſuper re judicata vel jurejurando deciſa, *l. 32. C. de transact. Stryck. c. l. §. 4.* Hodie autem aliud obtinet, & etiam ſuper re certa, & ſic quoque ipſo judicato transactio ſubſiſtit vi pacti, *Zæſ. ad ff. tit. de tranſact. n. 10. Stryck. uſ. mod. tit. eod. §. 7. & cautel contract. d. l. §. 4.*

2. Transactio, nullo viciſſim dato, vel retento, vel promiſſo, minime procedit, *l. 38. C. de tranſact. Stryck. de cautel. contract. c. l. §. 2.* Et ſi hoc in inſtrumento dictum non ſit, aliquid datum vel promiſſum eſſe, hoc non præſumitur, ſed corruit

trans-

transactio, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 1. n. 23. Gilken. ad l. 38. C. de tranſact. n. 5. Stryck. c. l.*

3. De relictis in teſtamento tranſigere non licet, niſi prius viſis ſeu inſpectis tabulis, *l. 6. de tranſact. l. 1. §. 1. teſtam. quemadm. aper. Sand. lib. 4. tit. 5. def. 15. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 7. §. 5.* Imo transactio ſuper relictis in teſtamento valet, ſi modo tenor ejus cognitus fuerit, etſi tabulis non præciſe inſpectis, *Stryck. c. l. §. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 243.*

4. Non autem ſuſtinetur ejusmodi transactio, non inſpectis tabulis, aut cognito earum tenore, licet huic inſpectioni fuerit renunciatum, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 24. tit. 2. n. 2. ſeq. Sande lib. 4. tit. 5. def. 15.* niſi acceſſerit juramentum, *Vinn. ad tit. de tranſact. c. 5. n. 8. Stryck. uſ. mod. tit. de tranſact. §. 10. Struv. ex. 6. th. 57.* qui in fine ex magis recepta Doctorum ſententia ſubjicit, relicta pacto in totum remitti poſſe; quod vero in dubium vocat, *Stryck. c. l.*

5. De alimentis præteritis valide tranſigitur, *l. 8. C. de tranſact. ibique Brunnem.* itemque de iis, quæ ex contractu debentur, *l. 8. §. 2. de tranſact. Zoeſ. ad ff. tit. eod. §. 17.* Aſt ſuper alimentis futuris, ultima voluntate relictis, transactio non valet, *l. 8. pr. de tranſact. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 493.* niſi 1) prævia prætoris cognitione, & decreto, *d. l. 8. §. 17.* quæ duo conjunctim deſiderantur; hinc transactio tantum a ſuperiore confirmata non valet, *Brunnem. ad l. 8. de tranſact. n. 11.* vel 2) cauſa alimentorum melior facta, *d. l. 8. §. 9. Stryck. c. l. §. 11.* aut 3) juramentum acceſſerit, *Brunnem. ad d. l. 8. n. 12.*

Struv.

Struv. ex. 6. th. 58. vel denique 4) gratis remittantur, *Struv. c. l.* diſſentit *Stryck. c. l.*

6. Cum in poteſtate partium non ſit, diſſolvere matrimonium, igitur irrita habetur transactio ſuper matrimonio negativa, *c. ult. X. de transact. Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 233. n. 4. & lib. 3. def. 44. n. 10. 11. Stryck. uſ. mod. tit. de transact. §. 21. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 59. n. 3.* quod pariter de ſponſalibus aſſerunt, adeo ut nec in arbitrum ſuper matrimonio compromittere liceat, *c. pen. §. ult. X. de in integr. reſtit. Heig. p. 2. qu. 16. n. 3. Stryck. c. l.* add. loc. *ſponſalia. th.*

7. Quare, ſi ex tali transactione aliquid præſtatur, vel promittitur, ob cauſam turpem transferri, vel promitti intelligitur, cumque turpitudo ex utraque parte ſubſit, repetitio vel petitio ceſſat. per *l. 3. de condict. ob turp. cauſ. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 78.*

8. Licita eſt transactio in cauſis matrimonialibus, ut, pro redimenda vexa, reus pecuniæ ſummam exſolvat, quando promiſſio matrimonii adhuc eſt dubia, ejusque probatio difficilis, *Carpz. jurisprud. eccleſ. lib. 2. def. 233. Heig. c. l. n. 8.* add. *Stryck. c. l.*

9. Extendit hoc *Struv. ex. 6. th. 59.* eo, quod etiam de matrimonio contracto diſſolvendo tranſigi poſſit, ſi concurrat cauſa adulterii vel malitioſæ deſertionis. Verum vix quicquam hic remanebit privato arbitrio, ſed cauſæ cognitione & ſententia hic opus eſt, ne quæruntur prætextus, ſibi invicem pro lubitu dandi repudium, & ita, quodquidem licebat jure juſtinianeo; *nov. 22. c. 6. ſeq.* reducatur facultas, bona gratia diſſolvendi matrimonium, *Stryck. c. l.*

Sane

Sane publica Conſiſtorii vel Principis autoritate inter conjuges, quorum ſæpius tentata erat concordia, ſed fruſtra, transactionem fuiſſe initam, non de diſſolvendo matrimonii vinculo, ſed de ratione ſeparatim vivendi, alimenta præſtandi, & dotem reſtituendi, teſtatur *Stryck. c. l.*

10. Super delictis capitalibus tranſigere licet, *l. 18. C. de transact. Stryck. uſ. mod. tit. de transact.* §. *12.* excepto adulterio, *d. l. 18.* ne maritus pretium pro injuria accipiendo lenocinii crimen exercuiſſe cenſeatur, *Stryck. c. l.* §. *13.* Sed hodie etiam ſuper adulterio tranſigere licere, tradit *Carpz. pract. crimin. qu. 55. n. 14.* diſſentit *Stryk. c. l.*

11. Facta in delictis capitalibus transactio publico & aliis non tranſigentibus non nocet, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 10. Stryck. c. l.* §. *12.* nec pœnam capitalem mitigat, præcipue ſi per transactionem damnum reparari non poſſit, *Carpz. pract. crimin. qu. 148. n. 26. Brunnem. proceſſ. inquiſit. c. 9. n. 64. Stryck. c. l.*

12. In delictis publicis non capitalibus transactio prohibita eſt: ſi vero ineatur, res habetur pro convicto, actor autem præſumitur, falſum committere, & fit infamis, *l. 18. C. de transact. Stryck. uſ. mod. tit. de transact.* §. *19.* In privatis quidem delictis transactio eſt permiſſa, hoc effectu, ut tollatur actio, *l. 17.* §. *1. de pact.* non tamen eſt impunita, quia tranſigens reus pariter incurrit infamiam, quam ſi de delicto condemnatus eſſet, *l. 4.* §. *ult. de his, qui not. infam. Stryck. c. l.* Pactio autem gratuita ſuper talibus delictis licita eſt, nec præſumtionem confeſſionis inducit, *l. 6.* §. *3. eod. Stryk. c. l.* quod idem injuriis hodie obtinere, teſtatur *Mev. p. 1. dec. 223. n. 10.*

13. Utuntur autem hodie vulgata cautela, ut proteſtentur, ſe non animo confitendi, ſed tantum in honorem judicis tranſigere velle; quæ praxis in *l. 6. §. 3. de his, qui not. infam.* fundamentum habet, ubi expreſſe dicitur, quod is, qui juſſu prætoris, pretio dato, pactus eſt, non notetur infamia, *Stryck. c. l.* Et hoc non tantum in delictis privatis, ſed etiam publicis non capitalibus hodie obtinere, ut interventu judicis tranſigere ſine nota vel ſuſpicione liceat, aſſerunt *Carpz. pract. crimin. qu. 148. n. 17. Habn. ad Weſenbec. tit. de transact. n. 5.* Imo poſſe aliquando judicem compellere partes, præſertim ut ſuper injuriis tranſigant, docet *Mev. p. 1. dec. 224.*

14. Hæc praxis hodie fere in mores abiit, quod judices, delictum quadantenus occultum eſſe exiſtimantes, cum ſuſpecto reo per follem quaſi tranſigunt, &, accepta pecunia certa, ipſum ab inquiſitione dimittunt; quæ transactio ſine dubio illicita. *Brunnem. Proc. inquiſit. c. 10. n. 29. Stryck. ad Brunnem. jus. eccleſ. lib. 1. c. 6. membr. 1. §. 15. verb. ad redimendam vexam.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 418.* ubi: magiſtratus, tranſigendo cum reo, eundem ab inquiſitione liberare nequit.

15. Transactio eſt ſtricti juris, & ad incogitata non extenditur; ſed de his tantum, de quibus inter convenientes placuit, interpoſita creditur, *l. 5. l. 9. §. 1. de transact. Mev. p. 5. dec. 255. n. ult.* etſi clauſula generalis eidem adjecta fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 286.*

16. Aſt transactio generalis omnes obligationes & actiones tollit, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 6. n. 8. Habn. ad Weſenbec. tit. de transact. n.*

2. *Mev.*

2. Mev. p. 6. dec. 149. in fin. adeo ut ſufficiat, aliquem cogitaſſe de omnibus, quæ ſub iſto genere & generali locutione comprehendi potuerunt, nec ad probationem contrarii admittatur, *Barboſ. locuplet. lib. 18. c. 25. ax. 13.* Hinc transactio de hereditate generaliter inita, omnes obligationes & actiones excludit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4 obſ. 63.*

17. Transactio introducta eſt litium finiendarum cauſa, &, transactione finita, non eſt amplius pœnitentiæ vel proceſſui locus, *l. 39. C. de transact. Carpz. lib. 1. R. 32. n. 2. Bœhmer. de act. ſect. 2. c. 9. §. 9. lit. y.* Hinc transactione acta omnia cenſentur extincta, *Carpz. c. l.*

18. Non reſcinditur transactio prætextu inſtrumentorum poſtea repertorum, *l. 19. C. de transact.* nec annullatur, licet nulla litis cauſa ſubfuerit, *l. 65. §. 1. de condict. indeb.* Aſt dolus vitiat transactionem, *l. 4. C. eod.* nec valet transactio, ad quam quis falſo inſtrumento inductus, licet fuerit jurata, *l. 42. C. eod. ibique Caſtrenſ. Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 7. §. 19.*

19. Propter errorem calculi etiam transactiones retractari queunt, *l. un. C. de err. calc. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 427.*

20. Transactio unius partis perfidia non infirmatur, ſed licet paciſcentium unus conventionem violet, per hoc tamen alter non liberatur, ſed ſolum agere ad implendum poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 173.*

21. Verum, ſi pars adverſa transactioni ſtare nolit, mihi priſtinam actionem, per transactionem ſublatam, reſtitui, juxta *l. 14. C. de trantact.* tradit *Stryck. c. l. §. 22.* add. *Mev. p. 5. dec. 119.* eam vero ſimpliciter

 inſti-

inſtituere non poſſum, ſed alternative mihi agendum, ut aut ſervet per transactionem promiſſa, aut reſtituat mihi illa, quæ ante transactionem debebat, niſi transactioni adjecta fuerit clauſula commiſſoria, *Stryck. c. l.* Plane ſi alter contra placitum agere nititur, integrum eſſe, vel ad implendum agere, vel ut, reſciſſa transactione, ex integro agatur, vult *Bœhmer. de act. ſect. 2. c. 9. §. 9. lit. y.*

22. Hoc quoque, quoad contraventionem transactionis, cautelæ loco obſervandum, ut ſi unus transactioni contraveniat, mox alter contraventionem acceptet, & ſe pariter transactione amplius ſtare nolle dicat: alioqui impugnans transactionem mutare conſilium, & impugnationem transactionis revocare poſſet, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 7. §. 23.*

23. Qui transactionem impugnat, ante omnia ea, quæ per illam accepit, reſtituere tenetur, *l. 14. C. de transact. ibique Brunnem. n. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 489.*

24. Si transactio conventione nuda inita fuerit, jure civili nulla actio inde deſcendit, ſed tantum exceptio pacti vel doli, ad priorem actionem elidendam datur, *l. 28. C. de transact. l. ult. C. ſi adverſ. transact.* hodie autem, ſicut ex omni pacto, etiam nudo, ita & hoc caſu actio, videlicet condictio ex moribus, competit, *Carpz. lib. 5. R. 7. n. 5. Brunnem. cent. 4. dec. 56. n. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p 9. obſ. 160.*

TREBELLIANICA.

Vid. loc. *quarta trebellianica.*

TRIBUTA.

1. Solutio tributorum, facta v. c. a ruſticis ſculteto, quem præfectus eo nomine conſtituit, liberat, ita, ut ruſtici ſolventes nequidem in ſubſidium, i. e. ſculteto non ſolvendo exiſtente, fiſco teneantur, *Berger. E. D. F. tit. 42. obſ. 9. not. 7. p. 1421.* Præfectus autem a fiſco eſt conveniendus, qui ſcultetum recipiendis pecuniis præfecerit, *Berger. c. l. p. 1422.*

2. Jus collectandi inter regalia merito refertur, atque adeo nemini competit, niſi principi, qui jus habet territoriale, *l. un. C. de ſuperind. l. 8. C. de excuſ. muner. Receſſ. Imper. de an. 1512. §.* Und damit die Mäßigung. *Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 1. §. 18. Stryck. uſ. mod. tit. de muner. §. 5. Berger. dec. 29. n. 1.*

3. Contra jus ſubcollectandi, i. e. indicta tributa diſtribuendi, viritim anzulegen, pertinet ad jus municipale, & ad magiſtratum inferiorem, *Carpz. lib. 4. R. 72. n. 2. Stryck. c. l. §. 8. Berger. c. l. n. 2.* Eo pacto idem illud jus attributum eſt ſenatibus oppidanis & nobilibus, per receſſus comitiales, omnibusque aliis, qui loco magiſtratus ſunt, *Berger. c. l. n. 3.*

4. Quid autem, ſi civitas pertineat ad nobilem? num ſenatus, an nobilis habebit jus ſubcollectandi? Reſp. inſpiciendum in primis eſſe poſſeſſionem vel quaſi juris ſubcollectandi: nam poſſeſſor in ea defendendus eſt; nec ejusmodi ſenatui idem illud jus denegari poteſt, *Berger. d. dec. 29. n. 4. ſeq.*

5. Civitas, cui immemoriali præſcriptione jus exigendi certum tributorum exceſſum, eine Uber-

maſſe derer Schocke, derer Land-Steuern, ibique ad publicos uſus, acquiſitum eſt, eodem jure utitur, inita onerum extraordinariorum, derer Pfennig-Steuern, ratione. Quamobrem ea à Collegio Steurali cogi nequit, ut ſpecificet prædictum exceſſum, die Uber-maſſe, de eodemque rationes reddat, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 3. p. 486.*

6. Hodie uſu bellorum invaluit, ut, ubi jus metatorum militibus conceditur, ibi etiam tributum deberi putetur, ideo ejus impoſitio & exactio belli ducibus juſta habeatur; quod olim ſecus fuit, uti apparet ex *l. 5. & tot. tit. C. de metat. Mev. p. 2. dec. 24. n. 3.*

7. Add. loc. *uſus. th. 5.* loc. *uſusfructus. th. 9.*

TUTELA. TUTOR.

1. Mulieres tutelam gerere prohibentur, *l. 16. l. ult. de cautel. l. 26. de teſtament. tutel. l. 1. C. quand. mul. tutor. offic. fung. poſſ. Carpz. lib. 5. R. 80. n. 1. ſeq.* exceptis matre & avia, vid. loc. *mater. nutrix.*

2. Tutor teſtamentarius, ſi extet, non modo legitimo, ſed etiam dativo & matri præfertur, *l. ult. de teſtament. tut. auth. matri & aviæ. C. quand. mul. tut. offic. Carpz. lib. 5. R. 81. n. 3.*

3. Tutor teſtamentarius ſolummodo a patre, qui liberos in poteſtate habet, conſtitui poteſt, *§. 3. J. de tutel. ibique Hopp.* Mater ergo filio tutorem dare nequit, niſi eum ſimul heredem inſtituat, *l. 4. de teſtam. tut.* & quidem ultra legitimam: alias, ſi in legitima tantum, in arbitrio judicis erit, an confirmare eum velit, vel non, *l. 4. C. eod. ibique Brunnem. Hopp. ad d. §. 3. verb. quos in poteſtate.*

4. Porro neo avus hodie, non tantum ſuper-ſtite

ſtite adhuc patre, poteſt tutorem conſtituere nepotibus in teſtamento, ſed nec mortuo eo: quodſi tamen nihilominus mortuo patre aliquem conſtituerit, confirmandus ille eſt, ad inſtar illius, qui a patre datus filio emancipato, *Hopp. ad verba: in poteſtatem patris. §. 3. J. de tutel. in uſ. hod.*

5. Non niſi in teſtamento perfecto pater conſtituere poteſt tutorem, *l. 1. pr. de teſtam. tutel. l. 1. §. 1. de confirm. tutor. §. 3. J. de tutel. ibique Hopp. verb. teſtamento. Carpz. lib. 5. R. 85. n.* 4. ergo non in teſtamento imperfecto, v. g. parentum inter liberos, *l. 2. C. de confirm. tut.* nec in codicillis, niſi teſtamento confirmatis, *l. 3 pr. de teſtam. tut.* Quodſi tamen codicillis teſtamento non confirmatis, aut alio imperfecto teſtamento tutor datus fuerit, confirmandus erit a magiſtratu, *l. 3. de confirm. tut. l. 2. C. eod. Hopp. c. l.* Quare tutor datus a patre in teſtamento inter liberos non admittitur, ut teſtamentarius tutor, priusquam a judice ad tutelam fuerit confirmatus, *Carpz. lib. 5. R. 85. Hahn. ad Weſenbec. tit. de teſtam. tut. n. 2.*

6. Jure Romano non omnis tutor confirmatione opus habet, ſed tantum ille, qui, teſtamento datus, aliquo defectu laborat, *l. 1. de confirm. tut. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 113. n. 1.* Sed hodie tutores, ſine diſcrimine, magiſtratus competentis indigent confirmatione, nec ſine ejus decreto ad adminiſtrationem admittuntur, *Rec. Imper. de an. 1548. tit. 31. §. 2. & de an. 1577. tit. 32. §. 2. Gail. lib. 2. obſ. 107. Mev. p. 8. dec. 90. Hopp. ad verbum: confirmandus. §. 5. J. de tutel. in uſ. hod. Wernher. d. obſ. n. 3. ſeq.*

7. Licet hodie in eo conveniant tutores recte dati & defectu laborantes, quod pariter ſint confirmandi, nec quisquam eorum antea tutelam ſubire poſ-

ſit: in hoc tamen etiamnum diſcrepant, quod tutoribus, qui defectu laborant, non currat tempus excuſationis ante confirmationem, *l. 16. in fin. de excuſat. l. 1. & 2. C. de confirm. tut.* nec ipſi de culpa & negligentia antea teneantur, *l. 40. de adminiſtr. tutor.* currat tamen utique illis, qui recte ſunt conſtituti, *§. 16. J. de excuſat. tut.* imo, ſi culpa vel mora non petiti decreti penes ipſos aliquo modo fuerit, teneantur ad damnum, ob non decretam adminiſtrationem pupillo datum, reſarciendum, *l. 6. C. de teſtam. tut. Hopp. c. l.* confer. *Schilter. ex. 37. th. 40. 41. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de confirm. tutor. & œcon. jur lib. 1. tit. 4. th. 2. p. 160.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 113.* putans, quod tutor, ante confirmationem magiſtratus, tutelæ nomine hodie non teneatur.

8. Quando unus ex teſtamentariis tutoribus mortuus eſt, non præciſe alius in ejus locum conſtituendus; quippe quod in *l. 11. §. 4. de teſtam. tut.* non injungitur, ſed exinde hoc ſaltem colligitur, poſſe judicem, ſi velit, alium tutorem conſtituere, præſertim, ſi alter id urgeat, neque ſolus tutelam adminiſtrare velit; utpote cui ipſo jure tutela defuncti nequaquam accreſcit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 390.*

9. Deficientibus tutoribus teſtamentariis ſuccedunt legitimi tutores, *l. 1. in pr. l. 2. & 3. §. 4. de legit. tut.* qui licet a nemine dentur, ſed a lege ipſa ſint conſtituti, *l. legitimor. de legit. tut.* attamen exercitium tutelæ, ſive adminiſtrandi facultas legitimis tutoribus non competit, niſi a judice illis decernatur, *l. fin. C. arbitr. tut. Montan. de jur. tut. & curat. c. 14. n. 6.* etiamſi mater vel avia tutrix fuerit, *Montan. c. l.*

n. 7.

n. 7. Carpz. lib. 5. R. 81. n. 6. Sed in matre non requiri decretum, ipſe, ſibi contrarius, ſtatuit *Montan. d. tr. c. 32. reg. 1. n. 6.*

10. Plures ſi exiſtant agnati, decernendum eſt exercitium tutelæ ei, cui defertur hereditas ab inteſtato, h. e. proximiori, *l. tutela legitima. de legit. tut. l. quo tutela. de R. J. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cent. 2. caſ. 150. n. 32. & 35.* Unde inter agnatos & cognatos diſtinguendum non eſt, ſed utrisque tutela defertur, *nov. 118. c. 5. auth. ſicut hereditas. C. de legit. agnat. tut. Harprecht. ad pr. J. de legit. agnat. tut. n. 4.*

11. Si vero per ſtatutum cognati a ſucceſſione fuerint excluſi, ac ſolis agnatis ſucceſſio deferatur, nec tum cognati onere tutelæ gravari debent, *Schrader. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 34.* Hinc in bonis feudalibus, excluſis omnibus cognatis, ſoli agnati ſunt tutores vaſalli impuberis, *Schrader. c. l. n. 31.*

12. Pluribus agnatis vel cognatis in eodem gradu exiſtentibus, tutela omnibus ſimul defertur: commiſſa tamen magis idoneo adminiſtratione, cum aliorum periculo, tacitaque ipſorum hypotheca, *l. ſi plures. de legit. tut. auth. ſicut hereditas. C. eod. Schneidew. ad pr. J. de legit. agnat. tut. rubrica: quæ dicitur legitima agnatorum tutela. n. 11.*

13. Plane jure Saxonico in gerenda tutela agnati in genere præferuntur cognatis, & agnatus proximior remotiores ſemper excludit, Landr. *lib. 1. art. 23.* Weichbild. *art. 49. Carpz. lib. 5. R. 81. n. 13.* &, ſi plures proximiores, in eodem gradu exiſtentes concurrant, onus tutelæ non omnibus, ſed ſeniori tantummodo defertur, Landr. *lib. 1. art. 23. Carpz. c. l. n. 15.* eaque juris Saxonici diſpoſitio etiam

reſpectu bonorum feudalium obtinet, *Schrader. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 39. Carpz. c. l. n. 16.*

14. Nunquam tutor, ſive teſtamento datus, ſive agnatus, ſive dativus, res pupillares adminiſtrare poteſt, priusquam *quinque* præſtiterit: PRIMO enim neceſſe habet adminiſtationem tutelæ decreto judicis ſuſcipere, *l. 3. §. ſi non erit. l. 4. de adminiſt. tut. Rec. Imper. de an. 1548. tit. 31. §. 2. Carpz. lib. 5. R. 82. n. 1.* niſi teſtator, in teſtamento conſtituens tutorem, expreſſe voluerit, propria ipſum autoritate bona pupilli apprehendere, *Schneidew. ad pr. J. de legit. agnat. tut. n. 14. Carpz. c. l. n. 2.*

15. SECUNDO: obſtrictus eſt tutor quilibet conficere inventarium, in eoque omnia tam mobilia quam immobilia pupilli bona conſignare, requiſito ad id tabellione publico cum teſtibus; idque ſi neglexerit, tanquam ſuſpectus ab officio tutelæ removebitur, cum infamiæ nota, ac præterea ad omne intereſſe pupilli, per juramentum in litèm æſtimandum, obligatus eſt, *l. 7. de adminiſtrat. tut. l. 24. C. eod. l. ult. C. arbitr. tut. Carpz. lib. 5. R. 82. n. 3.* Quin, etſi diſpoſitione teſtatoris inventarii confectio ſpecialiter prohibita vel remiſſa fuerit, ſecundum *l. ult. §. 1. C. arbitr. tutel.* nihilominus, propter utilitatem pupilli, magiſtratus tutori aliqua de cauſa ſuſpecto inventarii confectionem poterit mandare, *Damboud. de patrocin. pupill. c. 4. n. 21. ſeq. Carpz. c. l. n. 4. Finckelth. obſ. 76. n. 22. ſeq.* add. loc. *inventarium. th. 10.*

16. TERTIO: coram judice competente, promittere tutor neceſſe habet, ſe non relicturum pupillum indefenſum, tam in judicio, quam extra judicium, *l. ult. ſ. defenſionem & §. ſeq. C. de adminiſtr. tutor.*

tutor. Schneidew. ad pr. J. de legit. agnat. tut. n. 18. Carpz. lib. 5. R. 82. n. 6.

17. QUARTO: jurare debet tutor, ſe facturum ea, quæ ſint utilia pupillo, & inutilia prætermiſſurum, *nov. 72. c. ult. Rec. Imper. de an. 1548. tit. 31. §. 2. Carpz. c. l. n. 7.*

18. QUINTO: denique per fideijuſſores regulariter aut pignora ſatisdare cogitur omnis tutor, rem pupilli ſalvam fore, ſcilicet ſecundum *receſſum imperii de an. 1548. tit. 31. §. 2. Hopp. ad pr. J. de ſatisdat. tut. in uſ. hod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 156. n. 4.* Nam jure civili cavet tantum legitimus, *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. §. 1. rem pupill. ſalv. for. l. 5. § 1. de legit. tut. l. 4. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. Carpz. c. l. n. 13.* non item teſtamentarius, *pr. J. de ſatisdat. tutor. ibique Hopp. l. teſtamento. de teſtam. tut. Carpz. c. l. n. 12,* & ex inquiſitione datus, *pr. J. de ſatisdat. tut. ibique Harprecht. n. 12. l. 4. C. de tut. vel. curat. qui ſatisd. non deb.* Aſt jure Saxonico legitimi tutores a cautione immunes erant, dativi vero cavebant legitimis, **Land. R.** *lib. 1. art. 3. Schilter. ex. 37. th. 90. in fin.*

19. Sed non ubique locorum in imperio hæc ſtricte obſervari, proinde hac in re conſuetudinem & obſervantiam cujusque regionis potius attendendam, quam verbis legum ac receſſuum imperii præciſe inhærendum eſſe, tradit *Carpz. d. lib. 5. R. 82. n. 11.*

20. Sic *quartum requiſitum* fere ab uſu recesſiſſe, & loco juramenti hodie plerumque recipi promiſſionem, ſtipulata manu factam, vel admoneri tutores juramenti, quod magiſtratui ſuo præſtiterunt, & ſub

& ſub ejus fide ipſis tutelam committi, teſtatur *Hopp. ad pr. J. de ſatisdat. tut. in fin. uſ. hod.*

21. Nec minus hodie rariſſime a tutoribus exigi cautionem; (a) cum, quia ex inquiſitione dantur, tum, quia ut plurimum poſſident bona immobilia, in quibus pupillis & minoribus competit tacita hypotheca; teſtantur *Carpz. lib. 5. R. 82. n. 12. ſeq. Hopp. ad pr. J. de ſatisdat. tut. in uſ. hod. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 9. p. 186.* Imo tutores legitimos, licet non ſint poſſeſſionati, a cautione immunes eſſe dicit, *Beyer. ad J. poſit. 12. lit. c.*

22. Interdum tamen cautionem præſtari, eo ſcilicet caſu, ſicubi bona tutoris, curatorisve non ſatis eſſe videantur, ait *Berger. c. l.* & hodie ne teſtamentarium quidem tutorem a cautione immunem eſſe, docet *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 156.* Nec minus, ſi legitimi non ſatis poſſeſſionati deprehendantur, nec cautio ab iis facile præſtari queat, huic rei per ſubſtitutionem idoneorum tutorum magiſtratum debere ſubvenire, docent *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 41. def. 1. n. 3. Carpz. c. l. n. 14.* Porro in Saxonia Electorali hodienum tutori legitimo, ſub alia jurisdictione conſtituto, bona pupilli, absque ſufficienti cautione, haud extraduntur, *Reſolut. gravam. de an. 1609. §. 7. tit.* Von *Juſtitien*-Sachen, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 246.*

23. Si plures exiſtant tutores, & tamen omnes ſimul adminiſtrare nolint, unus ex pluribus tutoribus poterit ceteris offerre electionem, ut & ipſi gerant & ſatisdationem præſtent, aut a ſe ſatisdationem accipiant,

(a) Imo hodie in foro Saxonico ſemper cautionem judicialiter præſtare tenentur, vid. loc. *hypotheca tacita th. 8. lit. b.*

piant, ac patiantur ipſum ſolum adminiſtrare; quodſi fecerint, eligantque ſatis accipere, decernenda ei eſt adminiſtratio: ſi vero ipſi malint adminiſtrare, poterunt id facere, &, præſtita ſatisdatione, præferuntur primo, offerenti ipſis electionem, *§. 1. J. de ſatisdat. ibique Harprecht. n. 1. & Hopp. ad verba: poteſt unus. Carpz. lib. 5. R. 85. n. 17. ſeq.*

24. Tutor tamen ad adminiſtrationem absque cautione admittendus eſt, quem 1) teſtator, plures dans tutores, expreſſe deſignauerit, ut adminiſtret, *§. 1. J. de ſatisdat. tut. Carpz. c. l. n. 21.* vel 2) major pars tutorum elegerit, *Carpz. c. l. n. 22.* vel cui 3) diſſentientibus invicem tutoribus, prætor partes ſuas interponendo, adminiſtrationem demandat, *§. 1. J. de ſatisdat. ibique Schneidew. n. 8. & Harprecht. n. 4.* niſi tamen omnes ſimul adminiſtrare velint, nec ſuccedanei & participes eſſe alieni periculi: ſic enim utique hoc iis permittendum eſt, non attento, quod prætor aliud voluerit, *l. 3. §. pen. de adminiſtr. tut.* quia omnes æquale jus habent ad tutelam, & ad omnes pariter periculum redundat, *l. 5. §. pen. de legit. tut. Hopp. ad verba: poteſt unus. §. 1. J. de ſatisdat. tut.*

25. Tutor propriis ſummtibus res pupilli adminiſtrare non tenetur, *l. 1. §. 9. de tutel. & rat. diſtr. l. 33. §. ult. de adminiſtr. tut. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 36. def. 1. n. 2.* ſalarium tamen petere non poteſt, ſed gratuitam pupillo præſtare debet operam, *l. 38. de negot. geſt. l. 1. l. 33. de adminiſtr. tut. Menoch. de A. J. Q. caſ. 512. Carpz. p. 2. c. 11. d. 40. n. 2.* niſi tutor vel curator 1) operas ſuas aliis locare ſoleat, & quotidie ex operis ſuis lucretur, vel 2) ſit advocatus, vid. *Berlich. p. 1. dec. 134. Gutieretz. de tut. p. 3. c. 2. n. 19. 20.*

aut

aut 3) magiſtratui placuerit, illi ſalarium ex certa cauſa conſtituere, *l. 33. §. ult. de adminiſtr. tut. A. Fab. in Cod. d. def. 1. n. 3.*

26. Tutores licito lucro & fœnori, ſecundum morem regionis, pecuniam pupillarem exponere, vel in emtionem prædiorum collocare, &, ſi hoc neglexerint, uſuras pupillis refundere tenentur, *l. 7. § 3. l. 15. de adminiſtr. tut. l. 2. C. de uſur. pupill. Rec. Imper. de an. 1600. §.* So viel nun, *Cothmann. vol. 4. R. 9. n. 69. Carpz. p. 2. c. 11. d. 22. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 478. n. 1.* modo eandem citra periculum fœnerari, aut ſaltem in emtionem prædiorum convertere potuerint, *l. 12. §. ult. l. ſeq. de adminiſtr. & peric. tut. l. 3. C. de uſur. pupill. Rauchb. p. 2. qu. 36. n. 14.* quod pupilli probare tenentur, *Carpz. d. c. d. 23. Wernher. d. obſ. 478. n. 3. ſeq.* atque ſatis inde probant, ſiquidem tutor pecuniam propriam bene elocarit, *l. 13. §. 1. de adminiſtr. tutor. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 6. p. 192.* ubi vero teſtatur, ſenatum cenſuiſſe, pupillum onere probandi levandum eſſe.

27. Tutor, qui a debitoribus pupilli recipit pecunias, earum nomine uſuras non debet, ſiquidem apud judicem receptas depoſuerit, quamvis curatorem, eumque ſpeciatim hoc fine conſtitutum, minus curarit citandum, ut videat deponi *Berger. c. l. not. 7.* vel coram judice, aut teſtato, i. e. coram notario & teſtibus proteſtetur, ſe idoneam exponendi occaſionem invenire non poſſe, *Berger. c. l. not. 6.*

28. Tutor, pecuniam pupillarem non fœnerans, omnino excuſatur, ſi vel negotiorum pupillarium adminiſtratio ejusmodi fœnerationem haud deſideraverit, vel ſumtus quotidiani, ad ſuſtentationem pupilli, erogandi hoc non admiſerint, *nov. 72. c. 7.*

auth.

auth. noviſſime. C. de adminiſtr. tut. Carpz. d. c. d. 22. n. 8. 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 59.

29. Tutor, qui pecunia pupillari in propriam utilitatem uſus eſt, ad uſuras centeſimas præſtandas etiam hodie adhuc tenetur, juxta *l. 7. §. 10. ſeq. de adminiſtr. tut. l. 1. C. de uſur. pupill. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 316. n. 4. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 8. p. 192.*

30. Tutor non poteſt emere rem pupilli, *l. 34. §. ult. l. 36. de contrah. emt.* quia pupillo in rem ſuam autor eſſe non poteſt, *l. 2 l. 7. de autor. tut.* Quodſi vero contutorem habeat, eo autore, rem pupilli emere non prohibetur, *l. 5. in pr. & §. 2. de autor. tut. Carpz. p. 2. c. 11. d. 33. n. 3.* quod & aſſerendum de venditione publica, facta rei pupillaris ſubhaſtatione a magiſtratu, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 35. def. 2. n. 4. Carpz. c. l. n. 4.*

31. Tutores nomine pupillorum valide haud tranſigunt, *l. 46. l. ult. de adminiſtr. tut. Carpz. p. 2. c. 11. d. 48. n. 2. ſeq. & lib. 5. R. 66. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 156.* niſi eorum jus valde incertum ſit, vel tranſactio in eorum emolumentum cedat, *l. 1. §. 1. de tutel. & rat. diſtr. l. 54. §. ult. l. 56. §. 5. de furt. Carpz. d. R. 66. n. 9. Wernher. d. obſ. 156. n. 1. ſeq.*

32. Minus ergo tutor nomine pupilli donare poteſt, niſi tutelam illuſtrium perſonarum adminiſtret, *Gail. lib. 2. obſ. 72. n. 8. Carpz. p. 2. c. 11. d. 48. n. 4.* vel utilitas pupilli id ſuadeat, *l. 1. §. 1. de tutel. & rat. diſtrah. Carpz. c. l.* Ipſe vero tutor facto ſuo contravenire, & donationem impugnare nequit, *Carpz. d. c. d. 49.*

33. Tutor in dotalitium, ultra modum legiti-

mum

mum conſtitutum, nomine pupilli conſentiens neutiquam ei præjudicare valet, *Carpz. lib. 5. R. 79.*

34. Tutores, finita demum tutela, rationes reddere tenentur, §. *fin. J. de attil. tut. l. 9. §. 4. de tut. & rat. diſtrah.* hodie autem quotannis; (b) *Rec. Imper. de an. 1548. tit.* Von der *Pupillen* und Minderjährigen Kinder. §. *item.* daß er nach. *Conſtit. Elect. Sax. 11. p. 2.* etiam de bonis feudalibus, *Carpz. ad d. c. 11. d. 1.* a tutoribus, etiam irrequiſitis, ſed ſua ſponte, *Rec. Imper. de an. 1577. tit. 32.* Von der *Pupillen* und Minderjährigen. §. *item* daß er. *Carpz. d. c. d. 2.* diſſentit *Moller. lib. 1. ſemeſtr. c. 8.* reddendæ ſunt rationes: niſi tutor ſimul heres ſit proximus pupilli, quippe quo caſu demum finita tutela ipſi pupillo rationes reddi ſufficit, Landr. *lib. 1. art. 23. Carpz. d. c. d. 3.*

35. Tutor, reddens rationem adminiſtrationis, ante omnia inventarium exhibere, vel, eo deficiente, aut non legitime confecto, bona pupilli juramento indicare tenetur, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. 14. Carpz. p. 2. c. 11. d. 6.* confer. omnino loc. *inventarium. th. 10.*

36. Etiam mater, quæ ſe pro tutrice geſſit, finita tutela, obſtringitur ad redditionem rationum, mediante inventario, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 31. d. f. 4. n. 5. Carpz. d. c. d. 5.* quamvis diſſentiat *Berlich. p. 2. concl. 12. n. 11.* nec ſi inventarium conficere omiſerit, a juramento ſe liberare valet, *Carpz. d. c. d. 7.*

37. In redditione rationum tutor propria tantummodo facta, non etiam a patre pupilli geſta, juſtificare tenetur, *Carpz. lib. 5. R. 73.* Nec tutor de adminiſtratione anteceſſoris ſui aliter tenetur, quam quatenus

(b) quod expreſſe jubet *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.*

tenus in rationibus, ab eo exigendis, negligentiam admiſit, *Carpz. lib. 5. R. 74. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 364.*

38. Tutor tenetur de debitis, quæ juſto tempore non exegit, utut debitores ſolvendo ſint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 33.*

39. Redditis licet nondum rationibus, res in inventario deſcriptas pupillo reſtituere tenetur, *Munnoz. ab Eſcob. de ratiocin. adminiſtr. c. 4. n. 15. & c. 21. n. 21. Carpz. dec. 94.*

40. Tutor non ſolum de dolo, ſed & de culpa, tam lata, quam levi, tenetur, *l. 3. §. ult. de ſuſpect. tut. l. 2. l. 3. l. 5. de magiſtr. conven.* heredes vero ex levi ejus culpa non tenentur, *l. 1. C. de hered. tutor. Carpz. p. 2. c. 11. d. 35.*

41. Si plures ſint tutores, omnes tenentur, ſiquidem adminiſtratio vel indiviſa ſit, vel ab ipſismet tutoribus diviſa, (ſecus, ſi diviſa ſit vel a teſtatore vel a magiſtratu) ita tamen, ut prius eum, qui geſſerit, excuti oporteat, *l. 3. C. de divid. tut. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 11. not. 4. p. 191.* Quodſi autem unus fuerit tutor, idemque adminiſtrationem ei, qui non eſt tutor, v. c. matri pupilli, permiſerit, ipſemet ſtatim, non excuſſo adminiſtratore conveniendus eſt, *Berger. c. l.*

42. Pupillus, qui poſt pubertatem unum tutorem dimiſit, actionem quoque adverſus alterum amittit, *l. 45. de adminiſtr. & peric. tutor.* quia pupillus facto ſuo cedere deinceps nequit actionem alteri, contra quem in ſolidum vult experiri: ita enim illi obſtabit exceptio cedendarum actionum, *Berger. c. l. not. 5.* Illa lex vero fruſtra tum in partes vocatur, cum tutor pro ea parte convenitur, pro qua ipſemet tenetur, *Berger. c. l.* tutoribus quippe beneficium competit diviſionis,

ſine pro diviſo adminiſtrent, *l. 2. & ult. C. de divid. tut.* ſive pro indiviſo, *l. 1. §. 11. de tutor. & rat. diſtrah. Mev. p. 7. dec. 217. Berger. c. l.*

43. Poſtquam tutor rationes ſemel probe reddiderit, rationesque rite calculatæ fuerint, per quietationem factam ita liberatur, ut denuo conveniri & ad calculum urgeri nequeat, *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2. caſ. 109. n. 37. Carpz. d. c. d. 8. n. 2.* Quodſi vero error in computatione interveniſſe allegetur, & doceatur, dubium non eſt, quin, ut denuo rationes edantur & calculentur, poſtulari poſſit, *Heig. qu. 20. n. 36. Carpz. c. l. n. 4. & lib. 5. R. 69.* Quin &, ſi, rationes dolo redditas fuiſſe, pupillus contendat, quietatione tutor liberatus non eſt, quo minus ob fraudem & dolum, in adminiſtratione & rationibus commiſſum, veluti, quod aliquid retinuerit, denuo ad reddendas rationes conveniri poſſit, *Heig. d. qu. 20. n. 32. Carpz. d. def. 8. n. 5.*

44. Pater tutori, liberis a ſe conſtituto, neceſſitatem reddendi rationes teſtamento remittere poteſt, *l. 18. C. de fideicomm. l. 9. de liberat. leg. Manoz. ab Eſcob. de ratiocin. adminiſtr. c. 5. n. 2. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 155. n. 1.* Quo ipſo tamen non cenſetur remiſſa neceſſitas, reliqua reſtituendi, item dolum præſtandi, *l. 9. de liberat. leg. VVernher. d. obſ. 155. n. 2.*

45. Imo, remiſſa inventarii confectione a teſtatore, rationes a tutore exigi non poſſunt, *Moller. lib. 1. ſemeſtr. 39. Carpz. p. 2. c. 11. d. 4. n. 1. ſeq.* niſi doli & fraudis arguatur, quam teſtator neutiquam remiſiſſe videtur, nec remittere potuit; adeoque per remiſſionem confectionis inventarii culpa & negligentia ſolummodo tutoris remiſſa cenſetur, & ne in ratio-

num

num redditione fiat ſcrupuloſa inquiſitio, *l.50. de legat. 1. Moller. d. c.39. n. 8. ſeq. Carpz. c. l. n.6. ſeq.*

46. Per remiſſionem inventarii non omnis conſignatio rerum adminiſtrationi ſubjectarum tutori remiſſa intelligitur, ſed tantum ſolennis inventarii confectio, ita, ut ſufficiat, ſi tutor res privatim, adhibitis cognatis pupilli, conſcribat, *arg. l. ult. C. arbitr. tut. Moller. c. l. n. 10. Montan. de tutel. c.32. reg. 5. n.106. Carpz. d. def. 4. n. 8. ſeq.*

47. Tutor, curatorve, durante officio, ad ſatisfaciendum ex bonis pupillorum, minorumve conveniri poſſunt, *arg. l. 2. de adminiſtr. tutor. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 13. p. 195.*

48. Tutor, finita tutela, & redditis rationibus, liberatus pupilli nomine ulterius conveniri non poteſt, nec ei in lite aſſiſtere tenetur, *l. 1. C. quand. ex fact. Carpz. lib. 5. R. 77.* niſi 1) commiſerit dolum, *Berger. c. l.* 2) tanquam fidejuſſorem ſe obligarit, *l. 15. C. de adminiſtr. tutor. Berger. c. l.* 3) proprio nomine contraxerit, ſuos heredes, ſuaque bona obligando, *l. 9. C. de præd. & alien. reb. minor. Berger. c. l.*

49. Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli, pro eo, quod ſibi debetur, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 43. def. 1. Carpz. p. 2. c. 24. d. 16.*

50. Excuſſis tutoris vel curatoris facultatibus, actio ſubſidiaria etiamnum hodie in magiſtratum dari ſolet, juxta § *ult. J. de ſatisdat. tut. Carpz. p. 2. c. 11. d. 41. & lib. 5. R. 82. n. 15. & 16. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 2. not. 12. p. 716.* ubi hanc ſubſidiariam actionem profert 1) ad curatores abſenti datos, 2) ad eccleſiam, cui a magiſtratu, negligenti inſpectione, datum eſt damnum.

51. Add. loc. *hypotheca tacita. th. 8. ſeq.*

V.

VARIATIO.

1. Sola variatio ſermonis reum ad jusjurandum purgatorium gravat, ſi ſcilicet variatio circa ipſum factum, vel ſaltem ejusmodi circumſtantiam, quae aliquid ad rem facit, committitur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 395.*

VASALLUS.

1. Vaſallus non minus ad pagana quam militaria ſervitia ex ipſa feudi natura obſtrictus eſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 77.*

2. Vaſalli ab ordinariis collectis & contributionibus ſunt immunes & exemti, *Roſenth. de feud. c. 5. concl. 78. n. 2. Carpz. lib. 4. R. 70. n. 20. ſeq.* niſi conſuetudine aliove legitimo modo introductum ſit, ut ex feudis collectæ ſolvi debeant, *Struv. ſynt. jur. feud. c. 11. aph. 5. n. 16. Horn. cl. 10. R. 13. VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 60.*

3. Vaſallus de fructibus tam perceptis, quam adhuc naſcituris, ſeu de jure fructus futuros percipiendi, libere diſponere poteſt, eoque intuitu domini directi conſenſu opus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 431.* add. *Struv. ſynt. jur. c. 12. aph. 7. in fin.*

4. Vaſallus in feudo utilitatem ſuam promovere, & ſic quoque officinam, qua lateres coquuntur, eine Ziegel-Scheune, extruere poteſt, *Horn. cl. 2. R. 4.*

5. Vaſallus, ſub pœna amiſſionis feudi, ad ſummariam reſponſionem, zur Vernehmung, citatus, eandem non incurrit, ſi compareat, & , mediante ſcripto judici exhibito, reſpondeat: quia ejusmodi pœna

pœna nimis dura & inſolita eſt, adeoque eandem quovis modo coarctari atque reſtringi par eſt. Imo aliquando, habita circumſtantiarum ratione, ubi ſuper contumacia pronunciandum fuerit, memorata pœna prorſus inſuper haberi, & in ejus locum conſueta comminatio, ut citatio ſub pœna confeſſi & convicti fieri debeat, dictari poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 262.*

VECTIGAL.

1. A vectigalibus immunes ſunt: 1) academici & ſtudioſi, *arg. auth. habita. C. ne fil. pro patr. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 4. p. 82.* 2) eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ, *c. 4. de cenſib. in 6.* 3) illuſtres perſonæ, quod ad res victus cultusque cauſa illatas, *arg. l. 9. §. 1. de V. S. Berger. c. l.* ſpeciatim legati, *Edict. Imper. de an. 1666.* & aſſeſſores, ceterique camerales, *Berger. c. l.*

2. Porro a vectigalibus immunes ſunt res, quæ 1) in proprium uſum inferuntur, *l. 5. C. de vectig. l. 4. §. 1. de publ. & vect. Mev. p. 7. dec. 120. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 475. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 14. p. 82.* 2) ad agriculturam pertinentes, *l. 5. C. de vect. Berger. c. l.* 3) exercitui paratæ, *l. 9. §. 7. de publ. Berger. c. l.* 4) ad feudi aut familiæ uſum advectæ, vel in feudo natæ, ſi quidem venum exponantur, modo patenta, Frey-Paß-Zeddul, exhibeantur, *Reſol. Grav. de an. 1661. tit.* Von Cammer- und Renth-Sachen, *§. 9. Berger. c. l.*

3. Vectigalia debent eſſe onera earum mercium, ex quibus lucrum per mercaturam quæritur, *l. 5. C. de vectig. & commiſſ. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 475. n. 1.* Et materia, circa quam verſatur acciſa, eſt

res, quæ venum exponitur, *Rhet. de acciſ. c. 3.* ad quam tenentur, qui fructus percipiunt, & deinde res vel fructus vendunt, *l. jurisdictionis. C. de annon. & tribut.*

4. Lege vero vel conſuetudine introduci poteſt, ut pro iis, quæ pro uſu neceſſario advehuntur, ſolvatur vectigal, aut portorium, *Gylmann. lib. 1. dec. 8. n. 5. Kœpp. dec. 50. n. 34.* Quid hodie in foro Sax. Elect. obtineat, demonſtrat *ordinatio acciſarum*, die neue General-Accis-Ordnung.

VENATIO.

1. Venatio, jure civili, omnibus eſt permiſſa, etiam in fundo alieno, ſalva tamen domino, qui prohibuit, ne quis ingrederetur, actione injuriarum contra ingredientem, *§. 12. J. de R. D. ibique Hopp. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 7. p. 225.* Et, jure Saxonico communi, venandi jus, ſecundum ſtatum primævum, atque adeo terminos juris Romani, judicatur, niſi quod ibidem excipiantur drey Bann-Förſte, ſive hodierno ſtylo, Gehege, ut puta, 1) die Heyde zu Koine, 2) der Hartz, 3) die Maget-Heyde, oder Prettiniſche Heyde, & quidem bey Königs-Bann, i. e. 6. Schillinge, Land-R. *lib. 2. art. 61. Berger. d. th. 7. not. 1. p. 225.*

2. Hodierno autem jure, jus venandi inter regalia refertur, ita, ut privato nequidem in fundo proprio liceat venari, niſi ei a domino territorii, dem Landes-Herrn, jus venandi, vel expreſſe, puta per inveſtituram, eamque ſive principalem, ſive acceſſoriam, vel tacite, puta per præſcriptionem immemorialem, concedatur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 7. p. 225. Hopp. ad verba: prohiberi, ne ingrediatur. §. 12. J. de*

J. de R. D. in uſ. hod. add. *Heig. p. 1. qu. 15. n. 33. ſeq. Carpz. p. 3. c. 32. d. 17. n. 4. ſeq.*

3. Hinc quoties quis venatur in ſylvis & montibus apertis, toties extra ordinem punitur, niſi alicubi certum ſupplicii genus ſtatutum ſit: quoties autem quis venatur in ſylvis cinctis, clauſtris & ſepimentis, in gehegten Wäldern, toties ſecundum diſtinctionem *art. 158. & ſeq. in ord. crimin.* plectendus eſt, *Berger. juriſpr. crimin. p. 60.* confer. *Carpz. pract. crim. qu. 84. n. 25. ſeq.* ubi, quod prohibitam venationem exercentes pecuniariis ſaltem, aut corporalibus pœnis coerceri debeant, nunquam autem ultimo ſupplicio, deficiente expreſſa ſanctione. Add. *Hopp. c. l.*

4. Jure Saxonico Electorali ille, qui venatur feras nobiliores & majores, das hohe, rothe, ſchwartze oder grobe Wild, punitur ſuſpendio, ſi eas venetur in Electoris Saxonis banno ferino, in gehegter befriedigter Wild-Bahne, ſin autem in ſylvis & nemoribus ducum Saxonicorum vel nobilium, arbitrarie coercetur, *mandatum de an. 1584. Berger, c. l. Carpz. c. l. n. 33. ſeq. n. 47. & n. 72.*

5. Priusquam vero pœna laquei furibus ferarum beſtiarum indicatur, certo conſtare debet de corpore delicti: tot nempe feras, quarum æſtimatio valorem quinque ducatorum Ungaricorum excedit, ex banno ferino Electorali amiſſas & ablatas fuiſſe, *Carpz. pract. crimin. qu. 84. n. 50. ſeq. Berger. juriſpr. crimin. p. 61.*

6. Quoties quis feras minores, klein Wildpret, capit, toties, ſi in ſylvis & ſaltibus Electoris, pro ſingulis feris vicenos florenos ſolvit, *memoratum mandatum de an. 1584. Carpz. c. l. n. 73. & 74. Berger.*

c. l. ſin autem in ſylvis, ſaltibus & campis nobilium, aliorumque, quibus ex ſpeciali conceſſione jura venationum competunt, in multam centenorum florenorum, pro ſingulis ſolvendam, condemnatur, *ord. prov. de an. 1555. tit.* Daß keiner auf des andern Grund und Boden. *verſ.* So wollen wir. *Carpz. c. l. n. 75. Berger. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 5. n. 111. p. 95.*

7. Conceſſio jure venandi, convenatio reſervata non videtur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 7. not. 3. p. 226. & p. 2. ſupplem. ad E. D. F. p. 2077.*

8. Simplici venationis conceſſione non majorum ferarum, vulgo des hohen und ſchwartzen Wildes, ſed ſaltem minorum, ſive inferior conceſſa intelligitur venatio, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 17. n. 14. Finckelth. obſ. 41. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 8. not. 2. p. 227. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 58.* diſſentit *Beyer. in ſpecim. jur. german. lib. 2. c. 2. th. 52.*

9. Cui conceſſum eſt jus venationis ſuperioris, ei conceſſa non videtur venatio inferior, *Beſold. theſ. pract. voc.* Jagen. *p. m. 420. Beyer. c. l. th. 61.*

10. Conceſſa venatione majorum ferarum, conceſſum intelligitur tantummodo exercitium, quod fit per canes & retia, mit Hunden und Stellen, non trajiciendi feras ſclopetis & bombardis, durch Pürſchen und Schieſſen, *Carpz. dec. 287. Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 227. Beyer. c. l. th. 60.*

11. Sub conceſſione des Pürſchens non conceditur venatio mit Netzen und Hunden. Quemadmodum & das Pürſchen und Hetzen non comprehendit jus pandendi Zonas, Netze und Tücher aufzuſtellen,

ſtellen, *VVebner. obſ. pract. voc.* Forſt-Recht. *p.* 123. *Beyer. c. l.*

12. Conceſſione venationis minoris, des klei- nen Weide-Wercks, non comprehenditur der Auer-Hahnen-Fals und die Reigerbais mit dem Blaufuß Habicht ꝛc. ꝛc. zu treiben, *Berger. c. l.*

13. Eum, qui cum jurisdictione inferiore & ſuperiore eſt inveſtitus, etiam jus venandi exercere poſſe, docet *Schilter. ex.* 4. §. 18. confer. vero *Berger. œcon. jur. lib.* 2. *tit.* 2. *th.* 8. *not.* 4. *p.* 227. *Beyer. ſpecim. jur. germ. lib.* 2. *tit.* 2. *th.* 68.

14. Sub generali inveſtitura de ſylva cum omnibus pertinentiis, mit allen und jeglichen Zu- und Inngehörungen an Grund und Boden, auch geſuchten und ungeſuchten Nutzungen, Gnaden, Rechten und Gerechtigkeiten, nichts überall davon ausgenommen, jus venandi comprehenditur, *Beyer. c. l. th.* 50. 51. diſſentit *Herold. in obſervat. conſultativo-deciſivis for. obſ.* 14.

15. Quodnam tempus in exercendo venandi jure in Saxonia Electorali definitum ſit, elucet e *mandati d.* 20. *Sept.* 1702. *promulgati* verbis: Daß mit denen hohen Jagden, die ſonſten nach der alten Zeit, jedesmahl von Pfingſten angegangen, auf den erſten Sonntag nach Trinitatis, und mit denenjenigen, ſo beſonders auf Johannis veraccordiret, auf den ſechſten Sonntag nach Trinitatis der Anfang gemachet, mit denen Mittel- und Nieder-Jagden aber, welche man zeithero alsbald um Bartholomæi vorigen Calenders exerciret, biß auf den Tag Ægidii angeſtanden werden ſolle; und ſeynd wir dargegen allergnädigſt zufrieden, daß vorerwehnte ſämtliche Hohe-Mittel-und Nieder-Jagden, ſo ſonſt vermöge

der Landes-Ordnung und getroffenen Vergleiche, mit Faſtnacht vormahls ihre Endſchafft genommen, nunmehro biß auf den Sonntag Invocavit prolongiret, und alsdenn erſt beſchloſſen werden mögen, vid. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 8. not. 7. p. 229.* Integrum mandatum exhibet *id. in E. D. F. tit. 11. obſ. 5. p. 397. ſeq.*

16. Fera, ab uno vulnerata, ab alioque capta, efficitur capientis, non vulnerantis, *l. 5. §. 1. de A. R. D. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. eod. ad verba: captum tamen acquirit.* etiamſi ita vulnerata ſit, ut fieri aliter non poſſit, quam ut caperetur, puta, quia eſt ſemimortua, *Berger. c. l.* diſſentit *Mobr. de jur. venand. p. 1. c. 8. n. 10.*

17. Hodie, ſi quis beſtiam vulneravit in ſuo, daß es ſchweiſt, ex conſuetudine multorum locorum, ſpeciatim jure Saxonico communi, hoc juris conſequitur, ut poſſit eandem perſequi, etiamſi in aliud territorium ſe conferat, modo ſine ulteriori ſclopeti exploſione, ſine inflatu corniculi venatorii, & ſine incitatione canum id fiat, **Landr.** *lib. 2. art. 61. Richter. dec. 16. Hopp. ad verba: tuum eſſe deſinit. §. 12. J. de R. D. in uſ. hod. Berger. c. l.*

18. Aſt jure Saxonico Electorali feram vulneratam in alienum fundum perſequi non licet, propter *ordin. prov. de an. 1555. tit.* **daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen 2c. 2c.** *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 8. p. 226. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 67.* diſſentit *Beyer. in ſpecim. jur. germ. lib. 2. c. 2. th. 74.* quocum facit ipſe *Wernher. c. l.*

19. Per non uſum temporis longiſſimi, 30. nempe annorum, anni & diei in foro Saxonico jus ac privilegium venandi, ſpecialiter conceſſum, amittitur,

titur, niſi occaſio venationem exercendi defuerit, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 18.*

VENDITIO. VENDITOR.

Vid. loc. *emtio venditio.*

VENDITIO SUB HASTA.

Vid. loc. *adjudicatio. licitatio. ſubhaſtatio.*

VENEFICIUM.

1. Qui veneno aliquem occidit, hodie rota contunditur, *Carpz. pract. crimin. qu. 20. n. 22. ſeq. Berger. jurispr. crimin. p. 113.* Exaſperatur vero pœna veneficii, ſi parricidium concurrat, vel aliquoties reiteratum ſit, *Carpz. c. l. n. 41. ſeq.* Contra judici licentia competit, relicto juris rigore, certis ex cauſis mitiorem quandoque pœnam dictitare, *Carpz. c. l. n. 46.*

2. Pœna ordinaria in crimine veneficii tuto dictari nequit, niſi de hiſce tribus conſtet: 1) venenum fuiſſe revera propinatum; 2) ex eo mortem ſecutam; 3) venenum propinatum fuiſſe malum & noxium, *Carpz. pract. crimin. qu. 21. n. 5.* Verum in crimine veneficii pœnam capitalem locum habere, quamvis longo poſt propinatum venenum tempore mors demum ſecuta ſit, nec venenum ſimpliciter lethale fuerit, tradit *Wernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 75.*

3. Ceſſat pœna ordinaria veneficii, quando præbens venenum non habuit animum occidendi ſive nocendi, ſed vel conciliandi amoris, vel depellendi morbi, præter intentionem autem mors ex veneno propinato ſequatur, *Carpz. c. l. n. 13.* Hinc exhibens poculum amatorium, inſecuta præter inten-

tionem

tionem morte, relegatione tantum puniendus eſt, ita tamen, ut, ſi ad vetitam libidinem aut adulterinum congreſſum ſit datum, pœna quoque gravior, veluti fuſtigatio cum perpetua relegatione imponi debeat, *Carpz. c. l. n. 20. Berger. juriſpr. crim. p. 113.* Imo ſi mors ex philtro non fuerit ſecuta, relegatio vel pœna arbitraria carceris dictanda ſolum eſt, *Carpz. c. l. n. 21.*

4. Ceſſat quoque pœna veneficii ordinaria, quando quis veneno non hominem, ſed bruta animalia necavit, ſed hoc caſu ſufficit pœna gladii, ſi ingens damnum datum fuerit, & pecora aliquod ex veneno præbito perierint, *Carpz. pract. crimin. qu. 21. n. 24.* Plane illi, qui paſcua veneno inficiunt, ſi quid damni inde ſecutum ſit, vivi concremantur; alioqui fuſtigatione vel relegatione puniuntur, *Conſtit. Elect. Sax. 18. p. 4. Carpz. c. l. n. 29. Berger. juriſpr. crimin. p. 113.*

5. Denique ordinaria hujus delicti pœna imponenda non eſt, quando non fuit conſummatum, nec ſubſecutum homicidium; vel propterea, quod venenum non erat potens & ſufficiens ad enecationem, vel quod venenatus, remediis & medicinis repente adhibitis, ſanatus, vel etiam quod veneficus venenum propinare impeditus fuerit: ſed, ſi ad actum proximum deventum & propinatum fuerit, ad ſummum fuſtigatio cum perpetua relegatione infligi poteſt, *Theodor. in colleg. crimin. diſp. 7. th. 6. lit. b. Carpz. c. l. n. 33. ſeq.* Imo eo caſu, ubi nec corpus damnum ex ſumto veneno ſenſit, non facile ultra perpetuam relegationem procedi poſſe, docet *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 444. n. 21.*

VIDUA

VIDUA VIDUUS. VIDUITAS.

1. Vidua propter ſtuprum non perdit dotem, nec donationem propter nuptias, nec aliud lucrum, Landr. *lib. 1. art. 5. verſ.* Ein Weib. *Berlich. p. 4. concl. 31. n. 23. ſeq.*

2. Promiſſio viduitatis non valet, quamvis fuerit jurata, *l. 1. 2. & tot. tit. C. de indict. viduit. Carpz. lib. 2. def. 172. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 8. p. 114.*

3. Valet legatum, a marito uxori relictum, ſub conditione non nubendi, ita, ut cautio Mutiana ſit præſtanda, *nov. 22. c. 44. §. 2.* non item ab extraneo, vel virgini, *l. 79. §. ult. de condit. & demonſtr.* vel viduæ alienæ relictum, *arg. l. 62. l. 63. §. ult. l. 64. §. ult. eod.* quandoquidem conditio pro non adjecta habetur, *dd. ll. Berger. d. th. 8. not. 3. p. 117.*

4. Vidua, quæ portionem ſtatutariam accepit, propter debitum a marito contractum conveniri nequit; quia ex bonis defuncti mariti portionem non jure hereditario, ſed ſtatutario, adeoque jure ſingulari capit, indeque mariti heres proprie vocari nequit, *Mev. ad jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 244. ſeq. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 10. p. 563. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 320.* ubi *n. 7.* teſtatur, aliam eſſe facultatis juridicæ Lipſienſis ſententiam, cum eaque nonnullos ex ſcabinis, diſſentientibus aliis licet, facere.

5. Sed, quia portio ſtatutaria non, niſi deducto ære alieno, debeatur, adeoque vidua plus juſto accipit, quæ nondum facta illius deductione portionem capit; hinc heredes, qui creditoribus defuncti ſatiſfecerunt, regreſſum ſuum adverſus viduam habent,

bent, ratamque ejus per condictionem indebiti repetere non prohibentur, *Wernher. d. obſ. 320. n. 5.*

6. Viduæ, quæ jure retentionis gaudet in bonis mariti, eorum ſimultanea adminiſtratio cum herede permitti poteſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 480.*

7. Vidua, a marito heres ſcripta, ſibi non præjudicat, quando in concurſu creditorum illata repetit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 415.*

VINUM.

1. Jus vendendi vinum, Weinſchanck, eſt proprium civitatum, adeoque nobilibus & eorum ſubditis in pagis eſt interdictum, juxta *Ordinat. prov. de an. 1555. rubr.* Brauen, Schencken und andere Bürgerliche Handthierung aufn Lande. §. Wiewohl ſich auch ꝛc. ꝛc. *ibi*: eines Theils kauffen Wein auf dem Verkauff ꝛc. ꝛc. *Reſolut. grav. de an. 1661. tit.* Von *Juſtitien*-Sachen. *§. 101. & 102. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 3. p. 238. ſeq.* quamvis diſſentiat *Carpz. dec. 104.*

2. Alia eſt ratio vini, quod nobilis, aut quisquis fuerit, e fundo proprio conſequitur: hujus venditio non magis vetita eſt, quam aliorum fructuum, qui eo in fundo naſcuntur. Hoc loco disquiritur ſolummodo de negociatione & commercio vinario, Weinhandel, quod præſtruit vinum, venditori non natum, ſed ab eo commercii cauſa coemtum. Nihil itaque prohibet, quo minus quis vinum, in fundo ſuo natum, libere diſpenſare poſſit, etiam minutatim, Kannen-Weiſe, modo vel privilegium vel conventio non obſiſtat, *Berger. c. l. p. 243. & Chriſtoph. Henric. Berger. dec. 27. n. 8.* confer. vero *Horn. cl. 16. R. 1.*

VINUM

VINUM ADUSTUM.

1. Facultatem vinum aduſtum præparandi absque magiſtratus conſenſu exerceri non poſſe, docet, atque in hanc ſententiam publicas leges, ſigillatim autem in Saxonia, *Reſol. grav. de an. 1609. tit.* Von *Juſtitien*-Sachen. *§. ult.* extare, quibus præparationem vini aduſti, maxime in pagis prohiberi, & absque conceſſione magiſtratus loci non permitti, tradit ac præjudicio comprobat *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 34.* Extante autem nulla prohibitione magiſtratus vel conſuetudine, cuilibet confectionem vini aduſti fore licitam, docet *Leiſer. in jur. Georg. lib. 3. c. 22. §. 9.*

2. Canon annuum, quod pro conceſſione facultatis conficiendi vini aduſti ſolvi ſolet, non ubivis locorum ad dominum jurisdictionis ſpectat, *Leiſer. c. l. §. 8.* ubi reſponſum.

UNIO PROLIUM.

1. Ut unio prolium ſubſiſtat, requiritur 1) conſenſus parentum, *Stryck. uſ. mod. tit. de adopt. §. 10.* ita, ut ex parte matris interveniat quoque curator, ſi hoc pactum ineatur illo loco, ubi mulieres opus habent curatore ad contractus perficiendos, *VVibel. de contract. mulier. c. 3. §. 3. n. 57.* 2) conſenſus ipſorum liberorum uniendorum, *Carpz. lib. 5. R. 6. n. 19.* cum tamen hi plerumque ejus ſunt ætatis, ut conſentire nequeant, tutorum conſenſus adhibendus eſt, *Gail. lib. 2. obſ. 125. n. 5. Stryck. c. l.* 3) conſenſus proximorum cognatorum, *Rick. de union. prol. c. 6. n. 8. 19. Carpz. c. l. n. 17. Stryck. c. l.* 4) autoritas magiſtratus

ſtratus competentis, ut coram eo cauſa cognoſcatur, num unio expediat liberis, *Carpz. c. l. n. 16. & 20. Stryck. d. §. 10. & 12.* 5) decretum ejusdem, *Carpz. c. l. n. 22. Stryck. d. §. 10.*

2. Hæc requiſita ad pactum unionis prolium adeo ſunt neceſſaria. ut, uno vel altero omiſſo, actus unionis jure haud ſubſiſtat, *Gail. lib. 2. obſ. 125. n. 8. Carpz. lib. 5. R. 6. n. 24.* Sed hoc pactum præciſe autoritate magiſtratus haud fieri debere, &, ſi conſuetudo id exigat, illud fieri in favorem liberorum minorennium, adeoque parentes vel liberos majorennes hunc defectum non poſſe urgere reſpondit Fac. Witteb. teſte *Horn. cl. 3. R. 15.* Quemadmodum & decretum magis ad cautelam abundantem refert *Mev. ad jus Lubec. part. 2. tit. 1. in addit. ad n. 113.*

3. Liberi uniti ſuccedunt parentibus pariter, ac ſi ex iisdem nati eſſent, quippe hoc principaliter conventum, *Franzk. lib. 2. Reſolut. ult. n. 2. Stryck. uſ. mod. tit. de adopt. §. 13.* quod jus quæſitum liberis ultima voluntate a parentibus auferri non poteſt, *Rick. de union. prol. c. 3. n. 18. Stryck. c. l. Horn. cl. 3. R. 19. p. 205. a.* diſſentit *Beſold. ad jus provinc. VVürtemb. diſp. 3. th.* 74. confer. *quoque Franzk. d. reſolut. ult.*

4. Ideo tamen liberi uniti neceſſario non ſunt inſtituendi heredes, nec teſtamentum ob præteritionem illorum eſt nullum, *Stryck. de ſucceſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 6. §. 30.* diſſentit, & liberos unitos, ratione inſtitutionis & præteritionis, pari jure cum naturalibus & legitimis ſimul gaudere, tradit *Bachov. ad Treutler. vol. 1. diſp. 2. th. 11. lit. e.*

5. Parentes filiis unitis non ſuccedunt, niſi hoc pacto expreſſum. *Bets. de pact. fam. illuſtr. c. 5. p. 133. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. de adopt. §. 14.* diſſentit *Rick.*

de

de union. prol. c. 6. n. 76. Nec unio prolium inducit effe-ctum ſucceſſionis, quoad ipſos unitos inter ſe, *Knip-ſchild. de fideicomm. famil. illuſtr. c. 8. n. 438. Rick. c. l. c. 7. n. 4.* Expreſſo autem pacto fieri poteſt, ut uniti inter ſe ſuccedant, *Stryck. c. l.* diſſentit *Beſold. ad jus Würtemb. diſp. 3. th. 91.*

6. Patriam poteſtatem pacto unionis non conſequitur vitricus, etiamſi hoc unionis pacto expreſſe inſertum: non enim patria poteſtas conventione privata acquiritur, ſed modis jure receptis, *Rick. de union. prol. c. 8. n. 1. ſeq.* Statuto autem introduci poteſt, quod patria poteſtas unione prolium acquiratur, *Stryck. uſ. mod. tit. de adopt. §. 15.*

7. Unio prolium per mutuum diſſenſum, ſeparationem & diviſionem bonorum diſſolvitur, *Rick. d. tr. c. ult. n. 15. Stryck. c. l. §. 16. & de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. c. 6. §. 27.* Ob ingratitudinem vero unionis vinculum non tollitur, *Stryck. uſ. mod. tit. de adopt. §. 16.* diſſentiunt *Rick. d. tr. c. 10. n. 40. Mev. ad jus Lubec. part. 2. tit. 1. prooem. n. 115.* quorum ſententiam, quatenus ex unione liberi lucrum captant, adeoque illa naturam donationis ſapit, admittit *Stryck. c. l.*

USURÆ.

1. Uſuræ quincunces hodie ordinariæ ſunt, nec majores debentur, etiamſi promiſſæ fuerint, *Receſſ. imper. de an. 1654. §. 174. Ord. Torgav. de an. 1548. tit.* Von Wucherlichen *Contracten. Carpz. p. 2. c. 30. d. 1. & pract. crimin. qu. 92. n. 16. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 201. n. 1. ſeq.* & conventio, qua illæ ſunt promiſſæ, judiciali autoritate munita ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 420.*

(Rrr) 2. Etiam

2. Etiam inter mercatores uſuræ ordinariæ ſunt hodiè quincunces, non majores, niſi conſuetudo loci aliud introduxerit, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 1. Carpz. d. c. d. 2.* Neque uſuræ pupillares, quincuncibus majores admittuntur, *Rauchb. p. 2. qu. 26. n. 27. Carpz. d. c. d. 3.*

3. Uſuræ, ultra legitimum modum promiſſæ, non modo ſolvi haud debent, ſed & ſolutæ repeti vel in ſortem imputari poſſunt, *l. 9. de uſur. l. 20. l. 26. C. eod. l. 26. pr. de condict. indeb.* Torgauiſch. Ausſchreiben. *de an. 1583. tit.* Von Wucherlichen *Contracten.* §. Setzen, ordnen. *Carpz. p. 2. c. 30. d. 4. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 201.*

4. Si quis pecuniam inter biennium ſolvere, & interea certas quotannis uſuras præſtare promiſit, nec, elapſo biennio, ſolvit, easdem uſuras quotannis tamdiu præſtare tenetur, quamdiu ſortis ſolutio facta haud fuerit, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 1. Carpz. d. c. d. 5. n. 2. 3. & 4.*

5. Sufficit uſurarum præſtatio per aliquot annos continuata ad inducendam in poſterum tempus obligationem, *l. 6. de uſur. A. Fab. lib. 7. conject. 8. & 9. Carpz. d. def. 5. n. 7.*

6. Citra conventionem, evitandi damni cauſa, uſuræ pretii non ſoluti debentur venditori, qui rem venditam tradidit, *l. 5. C. de act. emt. l. 2. C. de uſur. Conſtit. Elect. Sax. 30. p. 2. ibique Carpz. d. 6. n. 4. Gail. lib. 2. obſ. 17. n. 6.* Iniquum enim eſſet, ut emtor ejusdem temporis & fructus fundi, & pretii uſuras retineret, *l. 13. §. 20. de act. emt. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 5. n. 11.* Quin licet emtor nullos omnino

mnino fructus perceperit, vel percipere potuerit, ad uſurarum tamen præſtationem obligatus eſt, propter moram commiſſam, *Carpz. d. def. 6. n. 7.* diſſentit *Berlich. p. 2. concl. 38. n. 14.*

7. Non liberat emtorem a præſtatione uſurarum alimentatio venditoris, quando emtor venditori alimenta, tanquam partem pretii, promiſit, *Carpz. p. 2. c. 36. d. 7.*

8. Uſuræ vel ex conventione, vel ſola mora (a) officio judicis debentur, *l. 3. l. 4. C. de uſur. l. 2. C. depoſ. l. 17. C. locat. Carpz. d. c. d. 8. n. 1.* & quidem ex conventione, ſi in ſtricti juris judiciis per ſtipulationem, *l. 31, l. 41. in fin. de uſur. l. 10. §. 4. mandat.* hodie vero per pactum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 11. not. 3. p. 758.* in bonæ autem fidei contractibus pacto in continenti adjecto promiſſæ fuerint, *l. 3. & 4. C. de uſur. l. 13. C. de pact. l. 24. l. 26. §. 1. depoſ. Carpz. d. def. 8. n. 2. & 3.* ſed hodie ſine diſcrimine debentur, utrum ex intervallo, an in continenti, itemque contractui ſtricti juris, an bonæ fidei adjectum ſit pactum, *Berger. c. l.*

9. Ex mora uſuræ ſolummodo in bonæ fidei contractibus debentur, *l. 17. §. 2. l. 32. §. 2. de uſur. l. 2. C. eod. l. 24. §. ult. depoſ. l. 17. C. de locat. Carpz. d. def. 8. n. 4.* Aſt mutuum in ſe & ſua natura eſt contractus gratuitus, ita ut nequidem ex mora, eaque judi-

(a) Ex quo tempore uſuræ, ſeu intereſſe moræ computandæ ſint, in ſententia clare exprimi debet, ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 5. & tit. 41. §. 6.* quodſi factum non fuerit, a tempore moræ actionis liquidandæ ſunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 11.*

judiciali, uſuræ debeantur, *l. 24. de præſcript. verb. Berger. E. D. F. tit. 49. obſ. 2. not. 2. p. 1645. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. l. p. 486.*

10. Equidem *Schilter. ex. 35. th. 11.* pertendit, hodiernis moribus mutuum non præſumi gratuitum, ſed uſuras ob carentiam utilitatis & in compenſationem uſus regulariter, ſpectata contrahentium intentione, ita deberi, ut a die ſtatim numeratæ pecuniæ omnino currant. Verum in mutuo, aliisque ſtricti juris judiciis, uſuræ quincunces, extra caſum initi pacti, demum a tempore moræ decernuntur, *Receſſ. Imper. de an. 1600. §.* So viel nun *verſ.* oder aber. *itemque de an. 1654. §. 170. Ordinat. Torgav. de an. 583. tit.* Von wucherlichen *Contracten.* §. Als haben wir ſolcher ihrer Bitte. *verſ.* Und es wolte ſich der Gläubiger. *Carpz. p. 2. c. 30. d. 8. n. 5. ſeq. & lib. 4. R. 50. Brunnem. ad l. 35. de uſur. n. 1. Sand. lib. 3. tit. 4. def. 1. Berger. c. l.* ſcilicet loco intereſſe, abſque ulla ejus liquidatione & probatione, *Ordinat. Torg. c. l. Heig. p. 2. qu. 1. n. 104. Carpz. d. def. 8. n. 11.*

11. Quodſi vero creditor uſurarum ordinariarum, videlicet quincunciúm, quantitate non ſit contentus, majus intereſſe moræ petere non prohibetur, ſi id probare audeat, *Ord. Torg. c. l. Heig. p. 2. qu. 2. in pr. Berlich. p. 2. concl. 38. n. 19. Carpz. d. c. d. 9.* add. *Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 1. §. 26.* (ubi commendat pactum de reſtituendo intereſſe) promiſſis licet ab initio quincuncibus, *Colr. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 111. Carpz. d. c. d. 10.* Poſtquam autem creditor in probatione majoris intereſſe defecerit, deinceps uſuras quincunces loco intereſſe petere nequit, *Heig.*

Heig. p. 2. qu. 2. n. 13. Carpz. d. c. d. 11. diſſentit *Stryck. c. l. §. 27.*

12. Cautio pro creditore eſt, ut ex mutuo certum, eundemque brevem, ſolutionis terminum conſtituat: tum enim duplici beneficio gaudebit: altero, ut in quarta claſſe, inter perſonaliter privilegiarios, locetur; altero, ut uſuras quoque a die deſtinatæ ſolutionis una cum ſorte in eadem claſſe conſequatur, *Berger. E. D. F. tit. 49. obſ. 2. not. 2. p. 1646.*

13. Non valet pactum de ſtando ſimplici ac nuda creditoris aſſertione ſuper intereſſe, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 147. Carpz. p. 2. c. 30. d. 15.* diſſentiunt *Bartol. in l. ult. n. 3. de prætor. ſtipulat. Heig. p. 2. qu. 3. n. 18.*

14. Licet fidejuſſor ſub gravioribus uſuris mutuam pecuniam acceperit, nihil tamen ultra quincunces uſuras à debitore, ceu intereſſe, repetere valet, *Berlich. p. 3. concl. 38. n. 27. & 28. Carpz. d. c. d. 16.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 14. not. 2. p. 769.*

15. Propter moram in traditione rei donatæ commiſſam jure exigi poſſe uſuras ſeu intereſſe a debitore, probat *Carpz. lib. 4. R. 53.* cui vero repugnat *l. 22. de donat.*

16. Penſionibus annuis dotalitii juſto tempore non exſolutis, debitor ad præſtationem intereſſe a tempore moræ obſtrictus eſt, *Carpz. lib. 4. R. 54.*

17. Ex collectis non ſolutis ob moram uſuræ de-

bentur, *Klock. de contrib. c. 19. n. 514. ſeq. Mev. p. 2. dec. 162.*

18. Ex contractu depoſiti non debentur uſuræ, niſi depoſitarius rem depoſitam in proprios uſus convertat, vel in reſtituendo moram committat, *Carpz. lib. 4. R. 55. VVernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 347.*

19. Propter reſiduum rationum nullæ uſuræ, nequidem inter mercatores, debentur, niſi promiſſæ fuerint, aut debitor per interpellationem a creditore factam, aut adventum diei, qui dictus ſolutioni eſt, in mora conſtitutus fuerit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 163.*

20. Uſuræ pretii, propter merces tabernarias, Kraam-Waaren, demum a tempore interpellationis judicialis, a tempore ſcilicet actionis motæ, atque citationis debitori inſinuatæ, debentur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 427.* etiamſi pretium promiſſum ſit, alsbald, förderlichſt, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 11. not. 4. p. 759.* niſi certus dies ſolutioni definitus ſit, aut merces pro pecunia præſenti, baar Geld, ſint venditæ, *Berger. œcon. jur. c. l. & Reſolut. Lauterb. tit. de uſur. verb. vel ex alia ſingulari æquitate.*

21. In mutuo, quando nullum tempus ſolutioni dictum, uſuræ demum debentur a tempore interpellationis judicialis, ac litis conteſtatæ, ſive conteſtatio vera intercesſerit, ſive ficta, quæ inducitur ex contumacia, *Carpz. p. 2. c. 30. d. 17. & lib. 4. R. 56. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. c. p. 478.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 159.* etiam tum, cum debitor promiſerit, ſe ſoluturum quam primum, förderlichſt,

ehiſt-

chiſt, *Carpz. d. R. 56. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 8. p. 566.* ubi præterea obſervat, interpellationem hic neceſſariam eſſe tantummodo in mutuo, non autem in bonæ fidei contractibus, v. c. emtione venditione.

22. Ratione pecuniæ indebite ſolutæ, intereſſe vel uſuræ nequidem a tempore litis conteſtatæ exigi poſſunt, *l. 1. C. de condict. indeb. Carpz. p. 2. c. 30. d. 18.* A qua regula excipiendus eſt caſus, ſicubi, reum pecuniam indebite receptam, uſumeſſe, comprobetur, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 50. p. 620.*

23. Uſuræ non tantum ex conventione aut mora, ſed & ex alia ſingulari æquitatis ratione quandoque debentur; quo pertinet exemplum emtoris, qui metu evictionis pretium retinuit: hic enim ex receptiori ſententia tenetur ad uſuras pretii non ſoluti, non ex conventione, cujusmodi hic nulla eſt, nec tam ex mora. quæ, retentionem permittente lege, commiſſa intelligi nequit, quam potius ex æquitatis reſpectu in vicem ac compenſationem fructuum, e re vendita perceptorum, *Sand. lib. 3. tit. 14. def. 8. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de uſur. verb. vel ex alia ſingulari æquitatis ratione.* add. *Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 163.*

24. Imo eadem æquitatis ratione, eo quoque caſu, cum convenerit, ut, facta reſignatione judiciali, pretium ſolvatur, wenn Käuffer die Zahlung des Kauff-Pretii bey Auflaſſung der Lehn zu thun verſpricht, emtorem ad uſuras pretii, a die initi contractus ſolvendas, teneri, putat *Berger. c. l.* Sed eo caſu, ſi emtor certo tempore ſolvere promiſit, interea

ad uſuras non tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 170.*

25. Creditor, qui debitoris creditori ſatisfecit, uſuras pretii ſoluti, non a die litis motæ, ſed ſtatim a die ſolutionis petit, *Berger. dec. 171.*

26. Uſuræ quincunces tantum debentur, niſi aliud licite convenit, *Mev. p. 4. dec. 205. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 1. §. 25.* Hinc privilegium, quo majores ordinariis uſuræ permittuntur, de caſu, ubi per expreſſam conventionem promiſſæ ſunt, accipiendum eſt. Igitur, licet in Judæis ex peculiari privilegio, a principe indulto, toleretur, ut conſuetis quincuncibus majores uſuras a Chriſtianis accipiant: attamen, ſi Judæus Chriſtiano pecuniam mutuo dat, id inter eos tacite actum cenſeri non debet, ut tantæ uſuræ, quantas privilegium permittit, præſtentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 417.*

27. Unde quoque, licet *mandato Elect. Sax. de an. 1704.* in cambiis uſuræ 6. pro 100. permittuntur, (b) non aliter tamen illæ debentur, quam ſi tantæ uſuræ ſpeciatim promiſſæ fuerint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 428.*

28. Debitor, qui creditore abſente, ſolutionem differt, a curſu uſurarum haud liberatur, quamvis pecunia uſus haud ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 109.* Imo debitor, licet pecuniam debitam coram notario & teſtibus exſolverit, conſignaverit & receperit, attamen a præſtatione uſurarum non liberatur, quamvis jurare velit, ſe eadem deinceps uſum haud fuiſſe,

(b) adhuc hodie, vid. *mandatum de an. 1724. contra bancoruptores: §. 2.* quod *Ord. Proc. Sax. Rec. ſub No. XXIV.* adjectum eſt.

fuiſſe, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 12. p. 765. & lib. 2. R. 105.*

29. Præceptum judicis de non exſolvendo debitorem liberat ab uſuris & intereſſe, *Felin. in c. 19. X. de reſcript. n. 12. Carpz. p. 2. c. 30. d. 24. Berlich. dec. 25.* niſi pecunia creditoris uſum eſſe & commodo ſuo proſpexiſſe proponatur, *Carpz. d. def. 24. n. 9.*

30. Sed præceptum judicis de non exſolvendo debitorem ab uſuris haud liberare, docet *Finckelth. obſ. 19.* cujus ſententia probatur *dec. Elect. Sax. nov. 27.* ubi diſponitur, quod præceptum judicis de non ſolvendo ab uſuris non liberet, niſi debitor pecuniam judicialiter obſignandam curet, vel eadem ſe minus uſum eſſe probet aut juret, add. *Philipp. ad d. dec. 27. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 12. p. 765. & tit. 15. th. 5. not. 6. n. 885. nec non lib. 1. R. 211. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 109. n. 3.*

31. Oblatio verbalis impedit initium uſuræ 1) ex mora, non autem curſu, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 5. not. 3. p. 884.* 2) cum creditor, v. c. pupillus, minor, aliusve, cujus negotium adminiſtratum fuit, moroſus eſt in conſtituendo liquido, Wenn der Gläubiger in mora die übergebenen Rechnungen zu defectiren, *l. 2. C. de uſur. pupill. Berger. c. l. Carpz. lib 5. R. 99. n. 36.*

32. Uſuræ uſurarum exigi non poſſunt, *l. ult. C. de uſur. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 4. n. 1.* in tantum, ut, licet promiſſæ fuerint uſuræ uſurarum, haud tamen debeantur, quin & ſolutæ condictione indebiti jure repetantur, *l. 26. pr. de condict. indeb. l. 29. de uſur. Carpz. p. 2. c. 30. d. 29. n. 2.*

33. Unde anatociſmus, qui dicitur quando uſuræ rediguntur in ſortem, prohibitus eſt, *l. 28. C. de uſur. A. Fab. d. def. 4. n. 4. Carpz. d. c. d. 33. & Pract. crimin. qu. 92. n. 87. ſeq. Berlich. p. 2. concl. 39. n. 37.* & nequidem inter mercatores permittendus eſt, *Carpz. d. c. d. 34. Horn. cl. 12. R. 14. p. 805. a.*

34. Quod etiam obtinet, licet, novatione facta, inter debitorem & creditorem tranſactum fuerit, ut ex uſuris reſiduis fiat ſors, ſeu quantitati ſortis deinceps jungantur, *Struv. ex. 27. th. 50.* Quod intelligendum de debitore paupere, qui uſuras ſolvere nequit: ſin vero debitor ſit dives & poſſit uſuras ſolvere, easdem tamen malit retinere ſui commodi cauſa, novatio & tranſactio, qua uſuræ in ſortem rediguntur, non erit illicita, *Berlich. p. 2. dec. 268. n. 8. Mev. p. 4. dec. 213.*

35. Valida eſt tranſactio, ut, remiſſa uſurarum parte, de reſiduis aliæ uſuræ præſtari debeant, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 6. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 10. not. 9. p. 763. in fin.* confer. vero *Brunnem. p. 4. dec. 13.*

36. Fidejuſſor uſuras uſurarum, quas ſolvit, recte petit, quia uſuras alteri ſolutas non repetit ut tales a debitore vel confidejuſſore, ſed tanquam principale debitum, ſeu ut ſortem, quæ ipſi abeſt alterius cauſa, *Mev. p. 6. dec. 328. & p. 7. dec. 212. n. 7. nec non p. 1. dec. 249.* Nam uſurarum, quoties principale debitum conſtituunt, uſuræ debentur, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 13.*

37. Mutata debitoris perſona, uſuræ uſurarum ſunt licitæ, quia reſpectu illius novæ fiunt ſors, *l. 28.*

l. 28. §. fin. de adminiſtr. tut. l. 11. de uſur. Carpz. p. 2. c. 30. d. 48. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 86. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Horn. cl. 16. R. 14. p. 1252. b.

38. Tutor de pecunia pupillari uſuras uſurarum a debitoribus acceptarum, quas ceu ſortem alteri ad uſuras dare neglexit, ſolvit, *l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. de adminiſtr. tut. Carpz. d. c. d. 30.* non etiam alius extraneus debitor, *Weſenbec. conſil. 72. n. 12. Molin. de uſur. qu. 77. n. 602. Carpz. d. def. 30.*

39. Tutor uſuras uſurarum illarum, quas a debitore non accepit, neutiquam præſtare tenetur, licet ipſemet in exactione uſurarum negligens fuerit, *Carpz. d. c. d. 31.*

40. Si tutor ipſemet pecunia pupillari, quam penes ſe habet, utatur fruatur, de ea procul dubio uſuras præſtabit, neutiquam vero uſuras uſurarum, *Carpz. d. c. d. 32. Sande. lib. 3. tit. 14. def. 6. Stryk. uſ. mod. tit. de uſur. §. 18.* diſſentiunt *Berlich. p. 2. dec. 268. n. 14. Lyncker. p. 2. dec. 996. Mev. p. 1. dec. 73. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 397. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 23. p. 633.* qui *ibid. lit. b. p. 634. ſeq.* varia invicem contraria dicaſteriorum refert reſponſa.

41. Uſuræ in dubio de eodem genere monetæ intelliguntur, in quo ſors data eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 187.*

42. Sorte debitori cum abolitione chirographi remiſſa, uſuræ quoque remiſſæ cenſentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 488.*

43. Creditor, ſolutionem ſortis absque proteſtatione accipiens, poſtea intereſſe, ſeu uſuras ex

mora

mora petere nequit, *l. 49. §. 1. de act. emt. l. 178. de R. J. Carpz. p. 2. c. 30. d. 12. Mev. p. 1. dec. 219. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 391.* Alia eſt ratio uſurarum, quæ ex pacto & ſtipulatione debentur, *Carpz. d. c. d. 13. Mev. c. l. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 1. §. 25.*

44. Uſuræ, ſolo judicis officio, ſeu ex (c) mora debitæ, & in ſententia omiſſæ, amplius peti nequeunt, *l. ult. de eo, quod cert. loc. l. 4. C. depoſ. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 377. n. 3.* Alia eſt ratio uſurarum, quæ jure actionis veniunt, v. g. ex pacto aut ſtipulatione debitæ; quæ peculiari actione recte petuntur, utut earum nulla mentio, ſive in libello, ſive in ſententia, quæ vires rei judicatæ nacta eſt, facta ſit, *l. 1. C. de judic. Wernher. d. obſ. 377. n. 2.*

USURÆ CENTESIMÆ.

1. Per *receſſum imperii de an. 1577. tit.* von wucherlichen *Contracten.* quo quincunces tantum uſuræ probantur, non ſublatum eſt jus ſingulare, in ſpecialibus quibusdam caſibus conſtitutum, ubi centeſimæ uſuræ, 12. pro centum, in pœnam exſolvi debent. Hinc uſuræ centeſimæ hodienum ſunt præſtandæ a tutore, qui pecunia pupillari in propriam utilitatem uſus eſt, juxta *l. 7. §. 10. ſeq. de adminiſtr. tut. l. 1. C. de uſur. pupill.* nec non ab adminiſtratore pecuniæ publicæ, qui eandem, antequam rationes redderet, in proprios uſus conver-

(c) Hodie ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 5.* in ſententia clare exprimendum eſt, a quo tempore uſuræ ſeu intereſſe moræ ſint præſtandæ.

vertit, ſecundum *l. 38. de negot. geſt. l. 54. de adminiſtrat. tutor. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 316.* imo etiam a mandatario ob pecuniam in proprios uſus converſam, *l. 38. de negot. geſt. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. mandat. qu. 4.* Sed hoc omne hodie non ſervari tradit *Huber. prælect. ad ff. tit. de uſur. §. 20. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 316.*

USURÆ REI JUDICATÆ.

1. Privilegium, quo uſuræ rei judicatæ gaudent, triplex inprimis cernitur. PRIMO enim ultra alterum tantum currunt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 309. & obſ. 433. n. 2.* add. loc. *alterum tantum. th. 2.* etiam in concurſu creditorum, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 278.* DEINDE a tempore rei judicatæ hodienum centeſimæ peti queunt, juxta *l. pen. C. depoſ. l. 2. C. de uſur. rei jud. VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 253.* confer. vero *Huber. prælect. ad ff. tit. de uſur. §. 20. Struv. ex. 44. th. 16.* TERTIO uſuræ ex re judicata eundem cum ſorte locum occupant in Saxonia etiam Electorali, *Carpz. lib. 4. R. 47. ſeq. & p. 2. c. 32. d. 31. VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 433. n. 4.*

USURARIA PRAVITAS.

1. Pœna eorum, qui uſurariam pravitatem exercent, eſt: 1) quod contractus uſurarius annihiletur, & reſcindatur, tam jure communi, *Receſſ. Imper. de an. 1548. & 1577. tit.* von wucherlichen Contracten. §. dieweil aber ſolche. quam Saxonico Electorali, *Torgav. de an. 1583. tit.* von wu-

cher=

cherlichen *Contracten.* §. Setzen, ordnen. *Carpz. pract. crimin. qu. 92. n. 23. ſeq.* 2) amiſſio ſortis, jure imperii, quoad quartam partem, *d. Rec.* jure autem Electorali Saxonico, totius, *mandat. Elect. Sax. de an. 1625.* §. So wollen. *Carpz. c. l. n. 28. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 11. p. 764. & part. 1. ſupplem. ad juriſprud. crimin. obſ. 19. VVernher. in ſupplem. nov. ad p. 6. obſ. 459.* 3) quod, præter hanc pœnam pecuniariam, arbitrarie, fuſtigatione, relegatione vel carcere puniantur, *Ord. Torgav. de an. 1583. tit.* von wucherlichen *Contracten.* §. über dieß ſoll auch. *Mandat. Elect. Sax. de an. 1625.* §. So wollen wir. *Carpz. c. l. n. 29. 30. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cent. 4. caſ. 398.* 4) infamia juris, *l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. d. mandat. de an. 1625. Carpz. c. l. n. 32. Berger. œcon. jur. c. l.* 5) denegatio confeſſionis & abſolutionis, honeſtæ ſepulturæ, & teſtamenti factionis, *c. 2. de uſur. in 6. de mandat. de an. 1625. Carpz. c. l. Berger. c. l.*

2. Ut vero hæc pœna infligi poſſit, requiritur, ut uſuraria pravitas actu exercita ſit, nec ſatis eſt, creditorem uſuras juſto majores ſtipulatum (*a*) eſſe, niſi quoque easdem acceperit, *Gail. lib. 2. obſ. 1. Berger.*

(*a*) Jure Saxonico Electorali, ſi creditor majores, ſemiſſibus, 6. pro 100. uſuras ſtipulatus eſt, nondum vero accepit, nec, acceptis novis obligationibus vel cambiis, in ſortem redegit, ordinaria quidem uſurariæ pravitatis pœna ceſſant, mulctatur tamen creditor quadruplo ejus, quod ultra juſtum modum ſtipulatus eſt, vid. *mandat. de an. 1724. de bancorupt. §. 1.* quod *Ord. Proc. Sax. Rec. ſub No. XXIV.* adjectum eſt.

ger. juriſprud. crimin. 68. & Reſolut. Lauterb. tit. de uſur. verbis: amittit quartam partem ſortis. VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 299. confer. vero ipſe *Wernber. in ſupplem. nov. ad p. 6. obſ. 459.*

3. Contractus uſurarius non omnino vitiatur, ſed tantum quod ad pactum uſurarium, quod eo continetur, utpote quod pro non adjecto reputatur, *Gail. lib. 2. obſ. 4. Berger. juriſprud. crimin. p. 67. & Reſolut. Lauterb. c. l.* Unde licet creditor uſuras, modum legitimum excedentes petere nequeat, *Carpz. pract. crimin. qu. 92. n. 25.* vel debitor ſolutas repetere aut in ſortem imputare poſſit, *Carpz. c. l. n. 26.* & fœnerator juxta *Receſſum Imperii* quarta ſortis puniatur: attamen in reſiduo actio ſalva integraque manet, *Berger. juriſprud. crimin. c. l.* imo nequidem partem quartam amittit, ſi ipſa numeratio uſurarum illicitarum non acceſſerit, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l.*

4. Amiſſa ſortis pars magiſtratui inferiori cedit, juxta *Receſſ. Imper. de an. 1577. tit.* Von Wucherlichen *Contracten.* §. dieweil aber ſolche. Jure Saxonico Electorali vero principi vindicatur, *Ord. Provinc. de an. 1550. & 1555. Ord. Torg de an. 1583. tit.* Von Wucherlichen *Contracten.* §. Uber das ſoll auch. *verb.* uns verluſtig ſeyn. Quod nec mutatum eſt per *mandatum de an. 1625.* ut itaque hodie tota ſors (b) principi cedat, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit.*

(b) Hodie illi, qui uſurariam pravitatem denunciat, atque ſufficientia indicia ſuppeditat, quarta commiſſæ ſortis pars in præmium cedit, vid. *mandatum de an. 1724. contra bancoruptores* §. 2. quod adjectum eſt *Ord. Proc. Sax. Rec. ſub No. XXIV*

tit. de uſur. verb. amittit quartam partem ſortis & œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 11. not. 2. p. 764.

5. Quamvis fœnerator, ante obitum ſuum, tanquam manifeſtus uſurarius non fuerit declaratus: nihilominus poſt fata ejus ſuprema cauſæ cognitio ad teſtamentum ejus evertendum poteſt ſuſcipi, *Carpz. pract. crimin. qu. 92. n. 33. Berger. jurisprud. crimin. p. 68.*

6. Crimen uſurariæ pravitatis committunt: 1) qui ultra modum; (c) in provincia lege aut conſuetudine definitum, uſuras exigunt, *Carpz. pract. crimin. qu. 92. n. 38. Berger. jurisprud. crimin. p. 67.* 2) Kupperi, die Küppere, quos etiam æruſcatores appellant, *Carpz. c. l. n. 39. Berger. c. l.* 3) qui ultra alterum tantum ſcienter ac doloſe uſuras exigunt, *nov. 121. c. 1.* quod ſecus eſt jure Saxonico, *dec. Elect. Sax. nov. 29. Carpz. c. l. n. 42. Berger. c. l.* 4) illi, qui, pacto ἀντιχρήσεως inito, ultra legitimum uſurarum modum fructus ex fundo pignorato lucrantur, modo illi certi ſint, *Carpz. c. l. n. 68. Berger. c. l.* 5) illi, qui præter uſuras a debitoribus ſuis collectas, de pecunia mutuo data principi

(c) Jure Saxonico-Electorali, ſi debita cambialia excipias, prohibitum quidem eſt, 6. pro 100. accipere, aſt pœna uſurariæ pravitatis ordinaria non obtinent, ſed ſaltem contractus quoad exceſſum eſt nullus, & ſextus thalerus de ſorte deducitur, inſuperque creditor, eodem quanto, quod contra prohibitionem accepit, ſingulis vicibus mulctatur, vid. *mandat: de an. 1724. de bancoruptoribus, §. 2.* quod *Ord. Proc. Sax. Rec. ſub No. 24.* adjectum eſt.

cipi debitas, exigunt, *Carpz. c. l. n. 76.* 6) qui uſurarum uſuras exigunt, *l. ult. C. de uſur. Carpz. c. l. n. 79. Berger. c. l.* 7) qui uſuras in ſortem redigunt, & poſtea totius ſortis uſuras ſtipulantur, *l. 28. C. de uſur. Carpz. c. l. n. 87. Berger. c. l.* 8) qui nomen aliquod, cujus ſolutio particulatim fit, Tage-Zeit oder Erbe-Gelder, pro pecunia numerata emunt, & ex ejusmodi emtione ultra licitas uſuras aliquid lucrantur, *Carpz. c. l. n. 91.* 9) omnes illi, qui ultra legitimum uſurarum modum, ullo modo vel colore & ſpecie contractus aliquid a debitoribus extorquent, *Carpz. c. l. n 94.* veluti, ſi creditor, pro communi pecunia thaleros vel ducatos ſibi reddere curaverit, *Mandat Elect. Sax de an. 1625. tit.* Von Wucherlichen *Contracten. Barth. bodeg. for. c. 3. §. 2. lit. f. p. 479.*

7. Illis, qui vera ignorantia ac communi errore peccant, aut minimum ultra quincunces uſuras lucrantur, pœna facilius condonari poteſt: reſciſſo nihilominus ipſo contractu uſurario, quatenus uſurarius eſt, *Hartm. Piſtor. obſ. 65. Carpz. pract. crimin. qu. 92. n. 95.*

8. In Saxonia Electorali pœna uſurariæ pravitatis, propter uſuras, quincuncibus majores, acceptas, locum non habet, quando ad paucos dies vel menſes pecunia mutuo data eſt, propter peculiare *Reſcriptum Regium de an. 1704.* quod exhibet *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 347.*

9. Si ultro & ſponte, creditore non petente, debitor aliquid, eine Diſcretion, creditori offerat & ſolvat, tunc pœnæ uſurariæ pravitatis haudquaquam

locum inveniunt: ſecus, ſi creditor ultra uſuras aliquid honorarii nomine, eine Diſcretion ſibi ſtipulatus eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 459.*

10. Exceptio uſurariæ pravitatis etiam in Saxonia Electorali in ipſa executione locum habet, modo in continenti ſit liquida, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 499. & p. 10. obſ. 328.* adeoque etiam adverſus inſtrumentum guarentigionatum admittitur, ſi ſcilicet ſit in continenti liquida: alias, quæſtione hac in reconventionem rejecta, reus condemnatur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 201.*

11. Debitor, ſi quidem ipſe uſurariam pravitatem adverſus ſe exeraitam non rite denunciaverit, quarta debiti parte (*d*) multatur, juxta *mandat. Elect. Sax. de an. 1625. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de uſur. ad verba: amittit quartam partem ſortis. in fin.*

USUS.

1. Inter ſervitutem habitationis & uſus hæc notabilis differentia intercedit, quod habitator ædes lo-

(*d*) Quodſi vero crimen uſurariæ pravitatis denunciat debitor, non ſolum impunis eſt, ſed quoque quartam commiſſæ ſortis partem conſequitur, propter *mandatum de an. 1724. contra bancoruptores* promulgatum, & *Ord. Proc. Sax. Rec. ſub No. XXIV.* adjectum §. 2. ubi quoque tam debitori, quam alii denuncianti, ſi peculiares circumſtantias allegare poterit, permittitur, denunciationem jurato confirmare, ad eum effectum, ut creditor ad minimum juramento purgatorio gravetur.

locare poſſit, licet eas non inhabitet, *l. 13. C. de uſufr.* quod contra ſecus eſt in uſuario: huic enim locandi & inquilinum recipiendi facultas non aliter competit, quam ſi ipſe ſimul ædes inhabitet, *l. 4. l. 8. de uſ. & habit. VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 137.* confer. omnino *Harprecht. ad §. 1. n. 5. ſeq. J. de uſ. & habit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 18. not. 1. p. 316.*

2. Quandoque, legato uſufructu, ſolus uſus legatus cenſetur, ex præſumta teſtatoris mente, veluti: ſi is leget alicui uſumfructum pro indigentia ſeu neceſſitate ſua, *Cavalcan. de uſufr. mulieri relict. n. 21. Carpz. p. 3. c. 13. d. 4. n. 4.* Et, ſi teſtator legaverit uſumfructum domus, habitandi cauſa, ſolus uſus & non uſusfructus quoad mentem teſtatoris cenſebitur relictus, *arg. l. 7. l. 10. §. 1. de uſ. & habit. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 135. n. 8.*

3. E contra quandoque accidit, ut, legato uſu, ſimul etiam uſusfructus legatus cenſeatur; quando videlicet legatario uſus rei vanus & inutilis futurus eſſet, veluti: ſi uſus ſylvæ legatus ſit: nam & tunc fructus ſylvæ legatus videtur, quia, niſi legatarius poſſit ſylvam cædere & vendere, nihil ex eo legato habiturus eſſet, *l. 22. pr. de uſ. & habit. Carpz. d. def. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 20. not. 2. p. 325.* Ita, ſi teſtator alicui uſum equitii legaverit, quem ſciebat aurigam eſſe: legatarius equos ut ſuos locare poterit, *l. 12. §. 4. de uſ. & habit. Schneidew. ad pr. J. de uſ. & habit. n. 9. Berger. c. l.*

4. Uſus dividi non poteſt, *l. 19. de uſ. & habit.* ex quo conſequitur, in uſuariis non habere locum jus accreſcendi, *Berger. c. l. not. 4. p. 326.*

5. Uſuarius tenetur 1) ad præſtandam cautionem uſuariam, *l. 5. §. 1. uſufr. quemadm. cav.* 2) ad neceſſariam refectionem, 3) ad ſolutionem tributorum, utrinque tum ſcilicet, cum uſus omnes fructus conſumit, *arg. l. 18. de uſ. & habit. Beerger. c. l. not. 3.*

USUSFRUCTUS.

1. Onus ſolvendorum legatorum ad heredem, non ad uſufructuarium, pertinet, *l. 33. in pr. de legat. 2. l. 54. §. 1. de legat. 1. l. 1. C. ſi cert. pet. Gail. lib. 2. obſ. 146.* excepto legato annuo, quod ab uſufructuario de fructibus ipſis, non autem de proprietate, eſt per ſolvendum, *l. ult. §. 4. C. de bon. quæ liber. Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 10. n. 4. Carpz. p. 3. c. 13. d. 7. n. 2.*

2. Legata quantitate, heres bona hereditaria, juxta ordinem *l. 15. §. 2. de re judic.* vendere, atque inde legata perſolvere debet, ita, ut id, quod legatorum nomine ſolvitur, tam ipſi de proprietate, quam uſufructuario de uſufructu decedat, *l. 69 ad L. Falcid. Cravett. conſil. 187. Carpz. d. def. 7. n. 4. & 5.*

3. Quod ad legatum vero certæ ſpeciei, uſufructuarius in uſufructu concurrit cum legatario, atque adeo proprietas ejus rei ad legatarium pertinet, uſusfructus vero utriusque eſt communis, *l. 19. de*

de uſufr. legat. l. 26. eod. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 17. def. 3. n. 5. Carpz. d. d f. 7. n. 7. Sed teſtatorem, legantem ſpeciem certam, cenſeri derogaſſe generali legato uſusfructus, adeoque in hoc legatarium eſſe potiorem uſufructuario, docent *Bald. in l. 2. col. 2. circ. fin. C. famil. erciſc. Jaſon. in l. 23. C. de legat.*

4. Onus æris alieni ad uſufructuarium non pertinet, *Menoch. lib. 4. præſumt. 143. Fachin. lib. 4. controv. 19. VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 167.* uſusfructus tamen nulla habetur ratio, priusquam æs alienum deductum fuerit, *l alt. de uſufr. legat. Carpz. p. 3. c. 13. d. 8. n. 3.* Unde, ubicunque onus æris alieni bonorum quantitatem exuperat, ibi, non exiſtentibus bonis, uſusfructus alicui competere haud poteſt, *arg. l. 8. §. 9. de inoffic. teſtam. Carpz. c. l. n. 4.*

5. Quodſi vero, diligenti adminiſtratione adhibita, ſolvantur debita, ſalvis quibusdam bonis manentibus, de iis uſusfructus etiamnum competit. Non enim heres deductionem æris alieni ita inſtituere poteſt, ut, ſibi proprietate ſalva remanente, illa ſaltem in detrimentum uſufructuarii cedat, & inde penitus jus utendi fruendi perimatur: ſed potius ex bonis hereditariis res aliqua vendenda, & ex pecunia inde redacta debitum ſolvendum, ita ut, quantum uſufructuarius de jure utendi fruendi, ob æs alienum, amittit, tantum etiam heredi de proprietate decedat, reſiduo utrique relicto, *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 46. n. 17. ſeq. Carpz. p. 3. c. 13. d. 8. n. 6. ſeq.* add. *Brunnem. ad l. fin. de uſ.*

uſ. & uſufr. legat. VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 167. n. 2.

6. Documenta prædii, in quo alius haber uſumfructum, relinquenda ſunt apud proprietarium: qui tamen tenetur tradere exemplum uſufructuario, *l. 4. famil. eriſc.* & inſuper præſtare cautionem, quod, ſi opus fuerit uſufructuario, ea proferre velit, *l. 24. C. de fideicomm. Hartm. Piſtor. obſ. 14. Carpz. d. def. 8. n. 11. ſeq.*

7. Uſufructu fundi, cum poteſtate abſoluta alienandi, legato, legata videtur ipſa proprietas, *Menoch. lib. 4. præſumt. 135. n. 4. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 5. n. 14. Carpz. p. 3. c. 13. d. 11.*

8 Uſusfructus perſonæ cohæret, nec ad heredes tranſit, ſed morte uſufructuarii extinguitur, *§. 3. J. de uſufr. l. 126. de R. J.* Quodſi vero teſtator voluerit, vel alias in conſtituendo uſufructu id actum ſit, ut in heredes etiam transferretur, hoc ad primum ſolum eorum gradum pertinet, neque ad ulteriores heredes extenditur, *l. 14. C. de uſufr. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 271. n. 1. & 2.*

9. Tributa, tam ordinaria, quam extraordinaria, onus fructuum ſunt, adeoque eorum ſolutio non proprietario, ſed uſufructuario de ſuo incumbit, *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3 de uſufr. l. 2. C. de annon. & trib. l. 7. de publ. & vectig. VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 10. n. 1.*

10. Regulariter quisque uſufructuarius ad idoneam cautionem præſtandam obſtrictus eſt, *l. 1. §. 2. uſufr.*

uſufr. quemadm. cav. l. 4. de uſufr. quod re tanquam bonus paterfam. uti velit, *l. 13. pr. de uſufr.* & quod, finito uſufructu, rem reſtituere velit, *l. 1. pr. uſufr. quemadm. cav.* Si vero nec fidejuſſores, nec pignora habet, aliqui admittunt juratoriam, *Harpr. ad §. 2. J. de uſufr. n. 9.* Sed tum potius proprietario vel tertio concedendam eſſe adminiſtrationem ſub cautione, quod uſufructuario fructus præſtare velit, putant *Eckolt. ad ff. tit. uſufr. quemadm. cav. §. 4. ibique Swendend. Richter. dec. 19. n. 14. & 19.*

11. Teſtator uſufructuario cautionem uſufructuariam remittere nequit, *l. 7. pr. uſufr. quemadm. cav. l. 7. C. ut in poſſeſſ. legat. Gail. lib. 2. obſ. 145. Carpz. p. 3. c. 13. d. 12. n. 2.* Heres vero vel proprietarius hanc cautionem remittere, *l. 71. ad L. Falcid. Carpz. c. l. n. 1.* quod & facere poteſt, qui inter vivos uſumfructum conſtituit, *Harprecht. ad §. 2. J. de uſufr. n. ult.*

12. Vidua uſufructuaria bonorum defuncti mariti cautionem, quæ itidem illi remitti nequit a teſtatore, præſtare tenetur, etiamſi ipſi in caſu neceſſitatis poteſtas alienandi conceſſa ſit; *Carpz. p. 3. c. 13. d. 13.*

13. Cautionem uſufructuariam præſtare non tenentur 1) maritus, *Carpz. p. 2. c. 10. d. 9. n. 6.* 2) pater, *l. 6. §. 2. l. 8. §. 4. in fin. C. de bon. quæ. lib.* vid. loc. *pater. th. 11.* 3) fiſcus, *l. 1. §. 18. ut leg.* 4) uſufructuarius, cui proprietas ex die legata, *l. 9. §. 2. uſufr. quemad. cav.* 5) donans proprietatem, reſervato ſibi uſufructu, *Gail. lib. 2. obſ. 145. n. ult. Struv.*

ex. 12. th 12. 6) vidua intuitu dotalitii, *Schilter. ex. 17. th. 21. ſeq.* confer. vero loc. *dotalitium. th. 21.* 7) miniſter eccleſiæ, quatenus intuitu officii uſumfructum honorum habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 58.*

14. Quo vero conſtet, quid, finito uſufructu, reſtituendum ſit, inventarium ab initio conficiendum eſt, *l. 1. §. 4. uſufr. quemadm. cav. Gail. lib. 2. obſ. 144. n. ult.* etiam a vidua uſufructuaria, *Carpz. p. 3, c. 13. d. 14. n. 1.* quod nec a teſtatore remitti poteſt, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 11. def. 43. n. 2. Carpz. c. l. Brunnem. ad l. 1. C. de uſufr. n. 8.* Remiſſio tamen inventarii in tantum proficit, ut vidua non teneatur facere inventarium ſecundum ſolennitatem, ſed ſufficiat nuda conſignatio bonorum, *l. 1. §. 4. uſufr. quemadm. cav. l. ult. C. de jur. de lib. Moller. lib. 1. ſemeſtr. 39. Carpz. d. def. 14. n. 3. 4.* quæ quoque ſufficit in patre uſumfructum in bonis liberorum adventitiis habente, vid. loc. *pater. th. 10.*

15. Cum inventarium in utriusque, tam proprietarii, quam uſufructuarii, utilitatem conficiatur, uterque ſumtus ejus æqualiter ferre tenetur, *Meier. colleg. Argent. tit. uſufr. quemadm. cav. th. 8.*

16. Si, urgente proprietario, uſufructuarius nec cautionem præſtet nec inventarium conficiat, fructus non facit ſuos, *l. 13. pr. de uſufr. Gail. lib. 2. obſ. 46. n. 6. Struv. ex. 12. th. 68.* confer. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. uſufr. quemadm. cav. qu. un.* ubi, quod uſufructuarius fructus, ante cautionem

præ-

præſtitam interim perceptos, reſtituere non teneatur.

17. Vidua, cui uſusfructus a marito legatus eſt, impenſas fructuum reſtituere haud tenetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 94.* confer. vero loc. *fructus. th. 29. 30.*

18. Uſufructuarius ad reparationem propriis ſumtibus faciendam eſt obſtrictus, adeoque impenſas eo nomine factas a proprietario repetere nequit, *l. 9. §. 6. l. 13. §. 2. l. 18. l. 45. l. 64. de uſufr. l. 7. C. eod. Carpz. p. 3. c. 31. d. 9. n. 6.* Aſt meliorationes ſeu impenſæ, quæ non fiunt fructuum colligendorum gratia, ſed perpetuam rei utilitatem reſpiciunt; uſufructuarius non ſuſtinet, ſed ejus heredes repetere valent, *l. 7. §. 2. de uſ. fr. l. 3. §. 1. de impenſ. in res dot. fact. l. 7. §. ult. ſolut. matrim. Gars. de expenſ. c. 11. n. 12. Carpz. d. def. 9. n. 4. 5. & 9.*

19. Hoc equidem certum eſt, quod uſusfructus morte uſufructuarii finiatur, & cum proprietate conſolidetur, *§. ult. J. de uſufr.* Sed, ſi ita legatus fuerit uſusfructus, ut poſt mortem legatarii revertatur ad proximos teſtatoris cognatos, dubitari ſolet, quonam tempore proximitas conſiderari debeat? Et placuit, uſumfructum ad eum reverti, qui proximus fuit tempore mortis teſtatoris, ad quem ſtatim translata fuit proprietas, non tempore mortis uſufructuarii, *Hartm. Piſtor. obſ. 75. Peck. de teſtam. conjug. lib. 5. c. 5. Gail. lib. 2. obſ. 143. n. 2. ſeq.* Cujus rei effectus potiſſimum in eo conſiſtit, quod heres proprietatis de uſufructu futuro non ſolum diſpo-

nere poſſit, ſed & ſpem uſusfructus, una cum proprietate, ad heredes transmittat, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 16. n. 4. ſeq.*

20. Uſusfructus, conſtitutus filiofamilias, ejus morte non finitur, ſed remanet apud patrem: quemadmodum etiam apud filium remanet, mortuo licet patre, *l. ult. C. de uſufr. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. quib. mod. uſusfruct. amitt. verb. ſingulare eſt.*

21. Earum rerum, quæ utendo quidem non conſumuntur, ſed quæ paulatim deteruntur, & obſoleſcunt, ut ſunt animalia, veſtimenta, utenſilia, verus eſt uſusfructus. Quam ob rem ejusmodi res, finito uſufructu, in eadem ſpecie, licet attritæ & deteriores factæ ſint, reddi poſſunt, modo fructuarius, boni viri arbitratu, eisdem uſus fuerit, *l. 9. §. 3. uſufr. quemadm. cav. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de uſufr. ear rer. quæ uſu conſum. verb. veſtimentorum.*

22. Add. loc. *uſus. th. 2. 3.*

UXOR.

1. Uxor per actum inter vivos alienando mobilia ſua, & quæ mobilium nomine habentur, nequit præjudicare marito in ſucceſſione mobiliari, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 5.*

2. Uxor ſine conſenſu mariti pecuniam in emtionem bonorum immobilium impendere nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 455.*

3. Uxor in præjudicium mariti, ſine ejus conſe-

ſenſu, æs alienum contrahere, aut executionem pati nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 175.*

4. Maritus tamen ea debita, quæ uxor, præter ejus conſenſum, etiam absque curatore, œconomiæ cauſa contraxit, agnoſcere & ſolvere tenetur, *Berger. dec. 44.* ipſa vero, defuncto marito, ejusmodi debita non ſolvit, ſi heres ejus facta non fuerit, *Berger. dec. 45.*

5. In præjudicium mariti, ratione ſucceſſionis mobiliaris, petitioni legitimæ, ſeu quartæ Trebellianicæ uxor renunciare nequit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 95. n. 3. p. 129.*

6. Maritus, ære alieno obrutus, in favorem forte liberorum valide conſentire poteſt, ut uxor ipſum teſtamento excludat ſucceſſione mobiliari, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 71. n. 3.*

7. Uxor rem donatam propter nuptias non niſi in ſubſidium, marito ad inopiam vergente, vindicare poteſt, *nov. 98. c. 6. §. 1. VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 191.*

8. Ad repetendam pecuniam dotalem uxor adverſus tertium, cui illam maritus ſolvit, ne in ſubſidium quidem actionem habet, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 49.* quia dotis, in pecunia conſiſtentis, dominium in maritum ita tranſit, ut ſimul liberam de illa diſponenti, adeoque pecuniam dotalem pro arbitrio & lubitu expendendi facultatem habeat, *l. 42. de jur. dot. Struv. jurisprud. lib. 1. tit. 8. §. 4. Hopp. ad pr. J. quib. alien. lic. vel. non.*

9. Jure comm[illegible] defunctæ uxoris

ante

ante omnia de mobilibus, iisque deficientibus, ex bonis immobilibus exſolvitur, *l. 15. §. 2. de re judic.* Aſt in foro Saxonico æs alienum, ratione bonorum immobilium contractum, heredes de immobilibus ſolvere tenentur, maritus vero onere exſolutionis tum demum gravatur, ſi æs alienum ratione mobilium contractum fuerit, *Heig. p. 2. qu. 15. n. 13. Carpz. p. 3. c. 25. d. 15.*

10. Sed hoc ita ſi certum ſit æs alienum vel ratione mobilium vel immobilium bonorum fuiſſe contractum: alioquin in dubio, ſi id certo probari nequeat, vel ſi conſtet, absque reſpectu vel intuitu bonorum mobilium aut immobilium uxoren æs alienum contraxiſſe, id, quia commune eſt, ex communi etiam hereditate, tam a marito, quam heredibus pro rata eſt exſolvendum, *Berlich. p. 3. concl. 29. n. 106. Carpz. d. c. d. 16.*

11. Non ſufficientibus bonis immobilibus ad æs alienum ſolvendum, horum nomine contractum id de bonis mobilibus in ſubſidium ſolvi debet, *Hartm. Piſtor. obſ. 57. Carpz. d. c. d. 17.*

12. Uxor pro marito in judicio haud admittitur, *l. 2. de injur.* quamvis forte uxor in Saxonia, peculiari curatore ſtipata, defenſionem mariti ſuſcipere velit, isque cœcitate laboret, aut ſenio confectus ſit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 8. VVernher. ſel. obſ. for. p. 7 obſ. 214.*

13. Plane uxorem procuratoris munere pro marito fungi poſſe, ſi hic carcere detineatur, tradit *Gail. lib. 1. obſ. 133. n. 8.* Atque uxorem pro marito in ejus utilitatem valide in judicio tranſigere, docet *VVernher. in ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 126.*

14. In

14. In foro Saxonico uxor ſine curatore, ſpecialiter conſtituto, plane non admittitur in judicio, etſi cum marito compareat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 217.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 11.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 11. th. 1. not. 12. p. 981.*

15. Uxor ad teſtimonium pro marito dicendum admitti non debet, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 469.* In criminalibus tamen uxoris teſtimonium pro defenſione mariti admittitur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 153.*

16. Uxor maritum pauperem alere tenetur, *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 35. Carpz. p. 3. c. 25. d. 7.* etſi a creditoribus cambialibus arreſto detineatur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 185.*

17. Uxori, intuitu alimentorum, in bonis mariti nulla tacita hypotheca competit, niſi dos ſoluta, & alimenta tanquam intereſſe vel uſuræ dotis; & quidem quantitati dotis correſpondentia petuntur, *Ord. Proc. Sax. tit. 50.* §. **Denn wenn einer.** *Mynſinger. cent. 1. obſ. 64. VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 137. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 4. not. 4. p. 523.*

18. Quam primum femina nomen uxoris induit, atque in manus mariti convenit, forum originis amittit, *l. 37. §. 2 l. 32. ad munic ip.* & forum mariti ſortitur, *l. 65. de judic. l. ult. §. 3. ad municip. l. 13. C. de dignit.* quod retinet, quamdiu uxor manet; imo & tunc, ubi matrimonium per mortem ſolutum eſt, *l. 22. §. 1. ad municip.* quamdiu nempe ad ſecundas nuptias haud tranſit, *l. ult. C. de incol.* Quod in caſu divortii, quod per

per ſententiam inter vivos contigit, ſecus eſſe videtur: hoc enim omnia jura atque privilegia prioris conjugii perimit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 260. n. 3. 4. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 1. not. 7. p. 929.* add. loc. *domicilium. th. 11.*

19. Poſt mortem mariti uxor pretium, pro gerada eidem vendita ſolutum, inter cetera illata ab ejus heredibus recte repetit: quia maritus illud ab uxore ad utendum fruendum recepiſſe præſumitur, quoad contrarium probari nequit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 383.*

20. Uxor, in bonis mariti obærati jure retentionis ſubſiſtens, ad rationes non tenetur, niſi adminiſtrat, aut fructus percipit, *Mev. p. 1. dec. 187. & p. 7. dec. 137.*

W.

WEERGELDUM.

1. Quoties homicidium culpa commiſſum eſt, toties delinquens, ſi pœna corporis afflictiva non afficitur, etiam Weergeldum proximis occiſi cognatis ſolvere tenetur, in foro Saxonico, Landr. *lib. 3. art. 45. Conſtit. Elect. Sax. 11. p. 3. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 41. p. 462. & jurisprud. crimin. p. 100.* At in homicidio mere caſuali weergeldi pœna non obtinet, *Carpz. pract. crimin. qu. 27. n. 51. ſeq. Berger. p. 2. ſupplem. ad Elect. Jurisprud. crimin. obſ. 109.*

2. Weergeldum eſt, maſculo, etiam infante, occiſo, 24. ſexagenarum antiquarum, ſive 20. thalerorum; at femina occiſa, 12. ſexagenarum antiqua-

quarum, ſeu 10. thalerorum *Carpz. pract. crimin. qu. 34. n. 24. ſeq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 41. n. 1. p. 463.* quod integrum, in caſu homicidii a pluribus commiſſi, a ſingulis exſolvendum eſt, nec unius ſolutio liberat reliquos, *Carpz. c. l. n. 31. ſeq.*

3. Weergeldum non niſi heredibus necem occiſi vindicantibus debetur, *Carpz. c. l. n. 61.* Quodſi igitur heres occiſi ignorantiam internecionis prætendat, jurisjurandi auxilio veritas cognoſci poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 107.* Sufficit autem, ſi quidem heres munus vindicandi necem commiſerit magiſtratui per denunciationem, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 41. not. 2. p. 463.*

4. Weergeldi ſolutionem etiam ex officio judex, parte licet non petente, decernere poteſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 242. Berger. œcon. jur. c. l. not. 1.*

5. Omnis reus, culpoſi homicidii nomine, ad ſolvendum Weergeldum tenetur, etiam femina, *Carpz. pract crimin. qu. 34. n. 39.* atque impubes, modo ſit proximus pubertati, prout intelligendus eſt textus im Landr. *lib. 2. art. 65. Coler. p. 1. dec. 162. n. 7. Carpz. pract. crimin. qu. 143. n. 15. ſeq. Stryck. uſ. mod. tit. ſi. quadrup. pauper. fec. dic. §. 3.* contra ea infans, & infantiæ proximus, utpote qui culpæ capaces non ſunt, ſolutione weergeldi levantur, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 2. Stryck. c. l.*

Z.

Zinnß-Güter.

1. In dubio bona cenſentur cenſitica, non emphyteutica, *Menoch. lib. 3. præſumt. 106. n. 3. Carpz. p. 3. c. 39. d.*

39. d. 8. Et, tranſlato dominio directo in poſſeſſorem, contractus habetur cenſiticus, licet expreſſis verbis facta fuerit mentio emphyteuſeos, *Carpz. d. c. d. 9. VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 198.*

2. Bona cenſitica & emphyteutica potiſſimum differunt in eo, quod in illis plenum, in his vero tantum utile dominium transferatur, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 1. VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 198. n. 1.*

3. Ob non ſolutum cenſum bona cenſitica nunquam amittuntur, *Conſtit. Elect. Sax. 39. p. 2. ibique Carpz. d. 2. Mynſinger. cent. 3. obſ. 65. n. 5. VVernher. ſel. obſ for. p. 9. obſ. 72.* pœna tamen arbitraria cenſito contumaci irrogari poteſt, *d. c. ibique Carpz. d. 3. Berlich. p. 2. concl. 47. n. 4.*

4. Pleriſque in locis non ſolum bona emphyteutica, ſed etiam cenſitica a dominis recognoſci, illorumque nomine inveſtituræ renovatio peti ſolet, *d. c. 39. ibique Carpz. d. 4.*

5. Interim tamen ob non petitam renovationem inveſtituræ bona cenſitica non amittuntur, punitur vero ob id cenſitus arbitrarie, carcere ſcilicet vel mulcta pecuniaria, *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 25. d. 7. n. 1. Carpz. d. c. d. 5.*

FINIS.

SYLLABUS
LOCORUM COMMUNIUM

PART. PRIOR.

Abactio partus pag. 1
Abbreviatura 2
Abigeatus ibid.
Abolitio ibid.
Abortus procuratio
Vid. loc. *abactio partus.*
Abſens. Abſentia. Abſentis bona & cura 4
Abzugs-Geld.
Vid. loc. *gabella.*
Acceptatio 8
Acceptatio juramenti.
Vid. loc. *Oblatio ad jurandum.*
Acceptilatio 9
Accreſcendi jus ibid.
Acta 11
Actio 13
Actio ad exhibendum 14
Actio æſtimatoria ſeu quanti minoris 15
Actio communi dividundo 16
Actio confeſſoria ibid.
Actio de ſervo corrupto ibid.
Actio de ſtupro ibid.
Actio doli 17
Actio ex leg. diffamari.
vid. loc. *provocatio ex leg. diffamari.*
Actio ex leg. ſi contendat.
vid. loc *provocatio ex leg. ſi contendat.*
Actio hypothecaria 18
Actio negatoria 21
Actio perſonalis 24
Actio publiciana ibid.
Actio realis ibid.
Actio redhibitoria.
vid. loc. *Actio æſtimatoria.*
Actor. Actorium 25

Actorum reſignatio 26
Actorum transmiſſio 27
Actuarius ibid.
Actus contenſioſæ jurisdictionis.
vid. loc. *jurisdictio.*
Actus meræ facultatis 31
Actus *voluntariæ jurisdictionis.*
vid. loc. *jurisdictio.*
Addictio in diem 32
Adjudicatio 33
Aditio hereditatis.
vid loc. *hereditatis aditio.*
Adminiſtratio. Adminiſtrator 37
Adulterium 39
Advocatus 43
Aedificare 55
Aedificia feudorum
vid. loc. *feudorum meliorationes.*
Aedilitiæ operæ.
vid. loc. *operæ ædilitiæ.*
Aeſtimatio. Aeſtimator 56
Aggratiandi jus 61
Alienatio 63
Alienatio in fraudem creditorum 65
Alimenta. Alimentatio 69
Allodialia bona.
vid. loc. *bona allodialia.*
Alternativa 71
Alterum tantum 72
Alveus 73
Amicabilis compoſitio ibid.
Amtſasſius 74
Anatociſmus.
vid. loc. *uſuræ*
Annuæ præſtationes ibid.
Annui cenſus, ſive reditus 76
Annus gratiæ 78
Antapocha 79
Antichreſis 81
Apocha 83
Apotheca.
vid. loc. *pharmacopolium.*
Appellatio 85
Appellationis ſubjectum 86
Appellationis materia 88
Appellationis interponendæ fatale 96
Appellationis promovendæ fatale 97
Appellationis introducendæ fatale 100
Appellationis juſtificandæ fatale 102
Appellationis interpoſitæ effectus 105
Appellationis introductæ effectus 108

Appellationis juſtificatæ effectus ibid.
Appellationis Adhæſio 110
Appellationis renunciatio ibid.
Arbitri 111
Arreſti impoſitio 112
Arreſti renovatio 122
Arreſti proſecutio 124
Arreſti effectus 125
Arreſtum commune, ſive ſequeſtrum 127
Arrha.
vid. loc. *emtio. venditio.*
th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
Arrha ſponſalitia 133
Aſſaſſinium 134
Aſſecurationis contractus.
vid. loc. *contractus aſſecurationis.*
Aſſignatio 135
Attentatum.
vid. loc. *appellationis interpoſitæ effectus* & loc. *avocatio cauſæ.* th. 3.
Avocatio cauſæ 138
Auriga 139
Auszug, Ausgedinge, *Reſervatum ruſticum* 140

Bacilli fiſſi 148
Benedictio ſacerdotalis 149
Beneficium cedendarum actionum 151
Beneficium competentiæ 152
Beneficium diviſionis 155
Beneficium excuſſionis 157
Beneficium legis 2. C. de reſcindenda venditione.
vid. loc. *læſio.*
Bibliopola 160
Bigamia 161
Blanquetum 163
Blaſphemia 164
Bona 166
Bona abſentis.
vid. loc. *abſens. abſentis bona.*
Bona allodialia 166
Bona avita 167
Bona cameralia 168
Bona cenſitica.
vid. loc. Zinß-Güter.
Bona civitatis.
vid. loc. *civitas.*
Bona domanialia. 168
Bona eccleſiaſtica.
vid. loc. *eccleſia.*
Bona feudalia.

vid. loc. *bona allodialia.*
& loc. *feudum.*
Bona fiſcalia.
vid. loc. *bona cameralia*
& loc. *fiſcus.*
Bona immobilia 170
Bona mobilia ibid.
Bona vacantia ibid.
Bonorum poſſeſſio ibid.
Bonorum poſſeſſio ab inteſtato unde liberi 171
Bonorum poſſeſſio ab inteſtato unde agnati & cognati 172
Bonorum poſſeſſio ab inteſtato unde vir & uxor ibid.
Bonorum poſſeſſio contra tabulas 173
Bonorum poſſeſſio decretalis ibid.
Bonorum poſſeſſio ex L. ult: C. de edict. D. Hadr. tollendo
vid. loc. *heres.*
Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas. 174
Braxandi jus.
vid. loc. *cerevifiarium jus.*
C*adaver* 176
Cambium 177
de perſonis, qui cambialiter obligantur ibid.
de forma literarum cambialium 182
de tempore ſolutionis cambiorum 185
de cambii præſentatione, acceptatione & proteſtatione 188
de indoſſamento 193
de præſcriptione cambiorum 198
de aliis exceptionibus, quæ contra literas cambiales locum habent vel non 202
de foro & proceſſu in cauſa cambiali 206
Carcer 211
Carcer publicus, Schuld-Thurm ibid.
Carnifex, Carnificina 216
Caſtigatio domeſtica 217
Caſus fortuitus 219
Caupo, Caupona 221
Cauſa adæquata 225
Cauſa civilis criminalis ibid.
Cauſa debenti 226
Cauſa finalis ibid.
Cauſa impulſiva ibid.
Cauſa ordinaria ibid.

Cau-

Cauſa præjudicialis ibid
Cauſarum avocatio.
vid. loc. *avocatio cauſarum.*
Cauſarum continentia
vid. loc. *continentia cauſarum.*
Cautio 227
Cautio de damno infecto 229
Cautio de lite proſequenda ibid.
Cautio de non amplius offendendo ibid.
Cautio de non amplius turbando 230
Cautio judicatum ſolvi ibid.
Cautio judicio ſiſti 231
Cautio pro reconventione & expenſis.
vid. loc. *ſatisdatio pro reconventione & expenſis.*
Cautio rati 233
Cedendarum actionum beneficium.
vid. loc. *beneficium cedendarum actionum.*
Cenſitica bona
vid. loc. Zinß⸗Güter.
Cenſus annui.
vid. loc. *annui cenſus.*
Cereviſiarium jus 235
Ceſſio actionis nominis & juris 239
Ceſſio bonorum 249
Charta blanca.
vid. loc. *blanquetum.*
Charta ſignata, Stempel⸗Pappier 252
Chirographum ibid.
Cibaria domeſtica.
vid. loc. *comeſtibilia.*
Citatio 253
Citatio edictalis 265
Civis. Civitas 268
Clandeſtinitas 274
Clauſula ibid.
Clauſula codicillaris 275
Clericus ibid.
Codicilli 278
Cognatio. Cognatus 282
Collatio ibid.
Collegium 290
Collegium juridicum 293
Collegium opificum.
vid. loc. *opifex, opificium.*
Columba, Columbarium 293
Comeſtibilia, Mußtheil 294
Commendatio 296.
Comminatio 297

Commiſſarius. Commisſio ibid.
Commodatum 303
Communio. Communis res 307
Communio bonorum conjugalis 309
Comparitio 311
Commpaſcuum 312
Compenſatio 314
Competentiæ beneficium. vid. loc. *beneficium competentiæ.*
Compoſitio amicabilis. vid. loc. *amicabilis compoſitio.*
Compoſſeſſio 320
Compromiſſum. Compromittere 321
Concluſio cauſæ 323
Concubinatus 324
Concurſus creditorum. vid. loc. *creditorum concurſus.*
Conditio 324
Confesſio 325
Confesſio auricularis. Confesſionarius 332
Confirmatio judicialis 333
Confiſcatio bonorum 334
Confrontatio ibid.
Conjuges 335
Conſanguinitas 337
Conſens-Buch. vid. loc. *liber conſenſuum.*
Conſenſus 337
Conſiliarius 338
Conſilium 338
Conſiſtorium eccleſiaſticum 339
Conſtitutum 342
Conſtitutum poſſeſſorium 344
Conſuetudo 345
Conſul. Conſulatus 347
Continentia cauſæ ibid.
Contractus. Contrahentes 351
Contractus æſtimatorius 354
Contractus antichreticus. vid. loc. *antichreſis*
Contractus aſſecurationis 357
Contractus innominatus ibid.
Contrademonſtratio 358
Contravindicatio 361
Contumacia 363
Copia. Copia vidimata 375
Corpus delicti 384
Cre-

Correi credendi & debendi 385
Correus delicti 388
Creditor. Creditum ibid.
Creditorum Concurſus 392
Creditorum claſſis prima 403
Creditorum claſſis ſecunda 417
Creditorum claſſis tertia 427
Creditorum claſſis quarta 428
Creditorum claſſis quinta 431
Crimen 435
Crimen de reſiduis.
vid. loc. *reſidui crimen*
Criminalis cauſa 436
Culpa ibid.
Cumulatio actionum 438
Cura. Curator abſentis.
vid. loc. *abſens, abſentia &c.*
Curator ad litem 438
Cura. Curator ætatis ſive minoris ibid.
Curator bonorum 440
Curator hereditatis.
vid. loc. *hereditas jacens.*
Curator litis 440
Curator ſexus, ſive mulieris 441

Damnum 448
Datio in ſolutum 454
Debitor. Debitum ibid.
Declaratio honoris 456
Decretum 457
Defenſio. Defenſor ibid.
Defenſio conſcientiæ.
vid. loc. *probatio pro exoneranda conſcientia.*
Delatio juramenti 461
Delegatio 473
Delictum. Delinquens 474
Demonſtratio 477
Denuncians. Denunciatio 480
Denunciatio litis.
vid. loc. *litis denunciatio.*
Depoſitum 483
Depoſitum judiciale 487
Deprecatio.
vid. loc. *declaratio honoris.*
Deſertio conjugum malitioſa 491

Deſtinatio. Deſtinata res 494
Detractionis jus.
vid. loc. *gabella.*
Diffeſſio inſtrumentorum.
vid. loc. *inſtrumentorum recognitio.*
Diffidator.
vid. loc. *minitator.*
Dignitas 495
Dilatio ibid.
Dilatio moratoria.
vid. loc. *moratoria dilatio.*
Diligens. Diligentia 499
Director judicii ibid.
Diſpenſatio 500
Diſputationes atteſtatorum ibid.
Diverſorium 507
Diviſio ibid.
Diviſio hereditatis.
vid. loc. *hereditatis diviſio.*
Diviſio parentum inter liberos 509
Diviſionis exceptio.
vid. loc. *beneficium diviſionis.*
Divitiæ. Dives 510
Divortium ibid.
Doctor 515
Documentum.
vid. loc. *inſtrumentum.*
Dolus 519
Domanialia bona.
vid. loc. *bona domanialia.*
Domicilium 522
Dominium 527
Dominus 531
Dominus juriſdictionalis 534
Dona nuptialia.
vid. loc. *nuptialia dona.*
Donatio. Donator. Donatarius 536
Donatio inter parentes & liberos 537
Donatio inter virum & uxorem 538
Donatio inter vivos 540
Donatio mortis cauſa 548
Donatio propter nuptias 554
Donatio reciproca ſive remuneratoria 555
Dos. Dotatio 556
Dotalia pacta.
vid. loc. *pacta dotalia.*
Dotalitium 560

E*Brietas* 566
Eccleſia 568

Eccle-

Eccleſiaſticæ perſonæ.
vid. loc. *clerici.*
Edictalis citatio.
vid. loc. *citatio edictalis.*
Editio documentorum.
vid. loc. *inſtrumentorum editio.*
Emancipatio 571
Emenda Saxonica 573
Emphyteuſis ibid.
Emtio venditio 577
Equus 590
Erb-Bücher. Erb-Regiſter.
vid. loc. *libri cenſuales.*
Error 591
Error calculi 592
Evictio 593
Examen teſtium.
vid. loc. *teſtium examen.*
Exceptio 599
Exceptio compenſationis 601
Exceptio dilatoria 602
Exceptio excuſſionis 605
Exceptio fori declinatoria ibid.
Exceptio illegitimationis 606
Exceptio illegitimationis ad cauſam ibid.
Exceptio inadmiſſibilitatis 607
Exceptio incompetentiæ ibid.
Exceptio intentionis & facti ibid.
Exceptio minorennitatis ibid.
Exceptio negativa ibid.
Exceptio non adimpleti contractus 608
Exceptio non fundatæ intentionis 609
Exceptio non numeratæ pecuniæ 610
Exceptio non ſecuti implementi.
vid. loc. *exceptio non adimpleti contractus.*
Exceptio peremtoria 612
Exceptio plurium cohæredum 618
Exceptio præſcriptionis ibid.
Exceptio rei judicatæ 619
Exceptio ſolutionis ibid.
Exceptio tua non intereſt ibid.
Exceptio veritatis ibid.
Exceſſus 620

Excubiæ ſubditorum ibid.
Excuſſionis beneficium.
vid. loc. *beneficium excuſſionis.*
Executio 622
Executionis pecunia 634
Executivum pactum.
vid. loc. *pactum executivum.*
Executivus proceſſus.
vid. loc. *proceſſus executivus.*
Exheredatio liberorum 635
Exheredatio parentum 639
Exheredatio fratrum ibid.
Expeditoriæ res.
vid. loc. *beergewetta.*
Expenſæ 640
Expenſæ funeris.
vid. loc. *funus. &c.*
Expenſæ inquiſitionis 640
Expenſæ litis 645
Expilatæ hereditatis crimen.
vid. loc. *hereditatis expilatæ crimen.*
Expoſitio infantis.
vid. loc. *infantis expoſitio.*
Expromiſſio 655

FActor. *Fattura* 655
Factum 658
Falcidia.
vid. loc. *quarta falcidia.*
Falſarius. Falſum 659
Falſæ monetæ crimen.
vid. loc. *moneta.*
Fama. Exiſtimatio 661
Famoſus libellus.
vid. loc. *libellus famoſus.*
Familia 662
Familiaritas 663
Famulitium ibid.
Fatalia 665
Favor. Favorabilia 666
Felonia ibid.
Femina.
vid. loc. *mulier.*
Feneſtra 667
Fera
vid. loc. *venatio.*
Feriæ 668
Feudum 670
Feudum antiquum 671
Feudum apertum 672

Feudum eccleſiaſticum ibid.
Feudum hereditarium ibid.
Feudum maſculinum 673
Feudum nobile ibid.
Feudum novum ibid.
Feudalia onera ibid.
Feudalis pecunia 679
Feudi acquiſitio 681
Feudi alienatio ibid.
Feudi amiſſio 683
Feudi inveſtitura.
vid. loc. *inveſtitura.*
Feudimeliorationes & ædificia 684
Feudi oppignoratio
vid. loc. *feudalia onera th.* 23. *ſq.*
Feudi privatio.
vid. loc. *feudi amiſſio.*
Feudi revocatio 685
Feudalis ſuccesſio, ſucceſſor 691
Fideicommiſſum 697
Fidejusſio. Fidejuſſor 709
Filia 720
Filius. Filius familias ibid.
Fines 724
Fiſcus. Fiſcalis 725
Flumen 726
Fodina ibid.
Fœmina.
vid. loc. *mulier.*
Forma 727
Formula.
vid. loc. *clauſula.*
Fornicatio 727
Forum academicum 728
Forum adminiſtrationis ibid.
Forum competens ibid.
Forum contractus 729
Forum delicti, deprehenſionis 730
Forum domicilii 733
Forum eccleſiaſticum.
vid. loc. *conſiſtorium eccleſiaſticum.*
Forum ex arreſto 733
Forum incompetens ibid.
Forum inſerabilium 734
Forum primæ inſtantiæ 735
Forum privilegiatum ibid.
Fructus ibid.
Fundus dotalis, parapher-nalis 743

Funus. Funeris cura & impenſa 745
Furioſus 747
Fur. Furtum. Furtivares 748
Furum receptatores.
vid. loc. *receptatores furum.*
Fuſtigatio
vid. loc. *maritus th. 31.*

G*Abella. Detractionis jus* 756
Gerada 759
Geradæ alienatio 764
Geradæ ſucceſſio 770
Gerichts-Verwalter.
vid. loc. *director judicii.*
Gnaden-Jahr.
vid.loc. *annus gratiæ.*
Guaranda 772

H*Abitatio* 774
Hæreſis. Hæreticus ibid.
Heergewetta 776
Heredis inſtitutio 778
Hereditas 784
Hereditas jacens, vacans 785
Hereditatis aditio 790
Hereditatis diviſio 795
Hereditatis expilatæ crimen 801
Hereditatis petitio 802
Hereditatis renunciatio 804
Hereditatis repudiatio 806
Hereditatis transmiſſio 808
Hereditatis venditio 811
Heres 814
Heres, Legatarius indignus 817
Homagium 820
Homicida. Homicidium 821
Hypotheca 826
Hypotheca tacita 837

I*Gnorantia* 847
Illata uxoris 848
Immiſſio. Immiſſus creditor 849
Immunitas 852

Impedimentum legitimum.
vid. loc. *legitimum impedimentum.*
Impenſæ 854
Impenſæ funeris 856
Impoſſibile. Impoſſibilitas ibid.
Impubes ibid.
Incarceratio. Incarceratus 857
Incendium. Incendiarius 859
Inceſtus 862
Incola. Incolatus 864
Indebitum. Indebiti condictio ibid.
Infamis. Infamia 865
Infans 870
Infanticidium 871
Infantis expoſitio 872
Inficiationis pœna ibid.
Inhibitio 873
Injuria 876
Injuriarum proceſſus.
vid. loc. *proceſſus injuriarum.*
Inquiſitio. Inquiſitus 880
Inſpectio ocularis.
vid. loc. *Ocularis inſpectio.*
Inſtitor 883
Inſtrumentum ibid.
Inſtrumentum guarentigionatum 885
Inſtrumentum notariatus 891
Inſtrumentum publicum 892
Inſtrumentorum diffeſſio 892
Inſtrumentorum editio ibid.
Inſtrumentorum productio 903
Inſtrumentorum recognitio 911
Inſula 925
Interdictum quorum bonorum ibid.
Interdictum retinendæ poſſeſſionis 926
Interdictum ſalvianum ibid.
Interdictum undevi 927
Interdictum uti poſſidetis ibid.

In-

Intereſſe ibid.
Intereſſe moræ 930
Interitus caſualis.
vid. loc. *caſus fortuitus.*
Interpretatio 930
Interrogatoria 931
Interuſurium 935
Interventio 936
Inventarium 939
Inventio rerum amiſſarum 944
Inveſtitura 945
Inveſtitura de caducitate feudi.
vid. loc. *ſuperinfeudatio.*
Inveſtitura ſimultanea.
vid. loc. *ſimultanea inveſtitura.*
Judæus 948
Judex 949
Judicis ſuſpecti recuſatio 955
Juramenti acceptatio.
vid. loc. *oblatio ad jurandum.*
Juramenti delatio.
vid. loc. *delatio juramenti.*
Juramenti præſtatio.
vid. loc. *præſtatio juramenti.*
Juramenti relatio.
vid. loc. *relatio juramenti.*
Juramenti relaxatio.
vid. loc. *relaxatio juramenti.*
Juramentum 956
Juramentum calumniæ 959
Juramentum credulitatis 962
Juramentum editionis 963
Juramentum in litem ibid.
Juramentum in litem affectionis 965
Juramentum in litem veritatis 966
Juramentum minorationis 967
Juramentum perhorreſcentiæ ibid.

Juramentum purgatorium 968
Juramentum ſuppletorium 971
Juramentum Zenonianum 974
Jurata ſpecificatio ibid.
Jurisdictio ibid.
Jurisdictio adminiſtratoria 977
Jurisdictio contentioſa ibid.
Jurisdictio mandata ſeu delegata 980
Jurisdictio patrimonialis ibid.
Jurisdictio prorogata 981
Jurisdictio voluntaria 983

Koppel-Huthung. vid. loc. *compaſcuum.*
Koppel-Jagd 984

SYLLA-

Digitized by Google

SYLLABUS
LOCORUM COMMUNIUM
PART. POSTER.

LÆſæ majeſtatis crimen 1
Læſio 2
Latrocinium 8
Laudemium 9
Laudum.
vid. loc. *arbiter*
Legatum. Legatarius 14
Legatarius indignus.
vid. loc. *heres indignus.*
Legatum ad pias cauſas 25
Legitima 26
Legitimatio ad cauſam 42
Legitimatio liberorum.
vid. loc. *liberi legitimati.*
Legitimatio perſonæ ſeu procuratoris 44
Legitimum impedimentum 45
Lenocinium 47
Levis notæ macula 48
Leuderatio 49
Lex commiſſoria.
vid. loc. *pactum commiſſorium.*
Libelli emendatio & mutatio 66
Libellus actionis 71
Libellus alternativus 72
Libellus famoſus 74
Libellus generalis & obſcurus 75
Libellus ineptus 76
Liber cenſualis 85
Liber conſenſuum 86
Liber eccleſiaſticus ibid.

Liber

Liber mercatorius 87
Liberatio 95
Liberi 96
Liberi legitimati 100
Liberi uniti.
vid. loc. *unio prolium.*
Liberorum educatio 104
Licitatio. Licitator 105
Liquidum 114
Literæ inveſtituræ 115
Literæ moratoriæ ſeu quinquennales.
vid. loc. *moratoria dilatio.*
Literarum comparatio 115
Literati ibid.
Litigantes. Litigare 116
Litigioſum.
vid. loc. *res litigioſa.*
Litis conſortes 120
Litis conteſtatio 123
Litis denunciatio 127
Litis pendentia. Præventio 135
Litis reaſſumtio.
vid. loc. *reaſſumtio proceſſus.*
Litis renunciatio 139
Locatio conductio 140
Locatio conductio operarum 154
Ludus 156

M*Agiæ crimen* 159
Magiſter poſtarum.
vid. loc. *poſtarum magiſter.*
Magiſtratus 162
Majeſtatis læſæ crimen.
vid. loc. *læſæ majeſtatis crimen.*
Mandatum cum vel ſine clauſula 165
Mandatum extrajudiciale 167
Mandatum judiciale 171
Mandatum generale, ſpeciale 188
Maritus 192
Mariti ſucceſſio.
vid. loc. *ſucceſſio mariti.*
Mater 199
Mater tutrix 201
Matrimonium 203
Medicus 214
Melancholia. Melancholicus 215
Meliorationes ibid.
Meliorationes feudi.
vid. loc. *feudi meliorationes.*

Menſores agrorum 216
Mente captus 217
Mercator. Mercatura.
Merces ibid.
Mercatorum libri.
vid. loc. *liber mercatorius.*
Mercenarii 218
Metata 219
Metus 220
Miles. Militia 222
Milliare 227
Miniſter eccleſiæ ibid.
Minitatio. Minitator ibid.
Minor. Pupillus 230
Minorennitas 242
Minuta. Punctation 243
Mobilia.
vid. loc. *bona mobilia.*
Molendinum 244
Moneta 250
Monitorium 259
Monopolium 260
Monſtrum, Oſtentum 262
Moratoria dilatio ibid.
Morgengaba 266
Mors. Mortuus 267
Mulcta 270
Mulier 272
Mulieris contractus 275
Mulieris interceſſio 282
Mutuum 294

Negotiorum geſtio 297
Nepos 298
Nobilis. Nobilitas 299
Nominatio autoris 301
Notarius 303
Notorium 305
Novatio ibid.
Novi operis nunciatio 309
Nullitatis querela 314
Nuntius 320
Nundinæ 321
Nuptiæ 323
Nuptiæ ſecundæ 324
Nuptialia dona 325

Oblatio ad jurandum 328
Obligatio 340
Obligatio ad carcerem ibid.
Obligatio dandi & faciendi 341
Ocularis inſpectio 342
Officialis. Officium 345

One-

Onera 347
Operæ 349
Operæ, ſeu ſervitia ruſticorum 350
Operæ ruſticorum ædilitiæ 355
Operis novi nunciatio.
vid. loc. *novi operis nunciatio*
Opifex. Opificium. Opificum collegia & ſtatuta 360
Opinio doctorum 364
Oppignoratio.
vid. loc. *hypotheca. pignus.*
Optio 365

P*acta dotalia* 366
Pacta ſucceſſoria 374
Pactum 378
Pactum addictionis in diem.
vid. loc. *addictio in diem.*
Pactum antichreticum.
vid. loc. *antichreſis.*
Pactum commiſſorium 382
Pactum de non alienando 385
Pactum executivum ibid.
Pactum liberatorium 387
Pactum retrovenditionis.
vid. loc. *retrovenditionis pactum.*
Palinodia 388
Parentes ibid.
Paries 389
Parricidium ibid.
Partus 395
Paſcua. Paſcendi jus 397
Paſtus 399
Pater. Patria poteſtas 400
Patronus. Patronatus 404
Pauper. Pauperum jus 405
Pauperies 412
Peculatus 413
Peculium ibid.
Pecunia.
vid. loc. *moneta.*
Pecunia feudalis.
vid. loc. *feudalis pecunia.*
Pecunia hereditaria 414
Pecunia luſtrica 416
Perduellionis crimen ibid.

Periti ibid.
Perjurium ibid.
Permutatio 417
Pertinentia 419
Petitorium judicium 421
Pia cauſa 423
Pignoratio 424
Pignoratitius contractus. vid. loc. *antichreſis.*
Pignus 429
Piſcatio 440
Plagium 441
Pœna 442
Pœna conventionalis 443
Pœna inficiationis. vid. loc. *inficiationis pœna.*
Pœnitentia eccleſiaſtica 444
Pollicitatio 445
Portio ſtatutaria ibid.
Poſſeſſio. Poſſeſſor 448
Poſſeſſor bonæ fidei 452
Poſſeſſor malæ fidei 453
Poſſeſſorium judicium ibid.
Poſſeſſorium ordinarium 455
Poſſeſſorium ſummariiſſimum 459
Poſtarum magiſter 460
Præcedentia ibid.
Prædium 461
Præſcriptio 462
Præſcriptio immemorialis 471
Præſcriptionis interruptio 473
Præſtatio juramenti 474
Præſtationes annuæ. vid. loc. *annuæ præſtationes.*
Præſumtio 487
Prævaricatio ibid.
Præventio 489
Precarium 490
Pretium 491
Princeps ibid.
Privilegium 492
Probatio 494
Probatio ad perpetuam rei memoriam 503
Probatio pro exoneranda conſcientia 506
Probatoriales articuli 515
Proceſſus bannitorius 518
Proceſſus cambialis. vid. loc. *cambium.*
Proceſſus deſertionis 518
Proceſſus executivus 521
Proceſſus inhibitivus. vid. loc. *inhibitio.*
Proceſſus injuriarum 522
Proceſſus inquiſitorius. vid. loc. *inquiſitio.*

Pro-

Proceſſus ordinarius 528
Proceſſus poſſeſſorius.
vid. loc. *Poſſeſſorium judicium. poſſeſſorium ordinarium. poſſeſſorium ſummariiſſimum.*
Proceſſus reaſſumtio.
vid. loc. *reaſſumtio proceſſus.*
Proceſſus ſummarius 529
Procurator 534
Prodigus 536
Productio documentorum.
vid. loc. *inſtrumentorum productio.*
Productio teſtium.
vid. loc. *teſtium productio.*
Promisſio. Promiſſor 537
Propricidium ibid.
Proteſtatio 539
Protimiſeos ſeu retractus jus ibid.
Protocollum 554
Provocatio ex L. diffamari 557
Provocatio ex L. ſi contendat 562
Pruxeneta 565
Publicatio ſententiæ.
vid. loc. *ſententiæ publicatio*
Publicatio teſtamenti.
vid. loc. *teſtamenti apertura & publicatio.*
Pupillus 566

Quarta Falcidia 570
Quarta Trebellianica 576
Quietantia.
vid. loc. *apocha.*

Rapina 578
Raptus crimen 580
Ratihabitio 583
Rationes. Rationum redditio ibid.
Rationes decidendi 588
Reaſſumtio proceſſus 589
Recantatio injuriarum.
vid. loc. *declaratio honoris.*
Receptatores furum 593
Recognitio documentorum
vid. loc. *inſtrumentorum recognitio.*

Recognitio per teſtes 595
Reconventio ibid.
Reditus annui.
vid. loc. *annui cenſus ſive reditus.*
Regalia 602
Regiſtratura 603
Rei vindicatio 605
Relatio juramenti 606
Relaxatio juramenti 611
Relegatio 612
Reluitio 616
Remisſio debiti 620
Renunciatio 622
Renunciatio hæreditatis.
vid. loc. *hæreditatis renunciatio.*
Repetundarum crimen 623
Replica 624
Reprobatio ibid.
Reprobatoriales articuli 628
Repudiatio hereditatis.
vid. loc. *hereditatis repudiatio.*
Reſcriptum 630
Reſidui crimen 632
Res eccleſiaſtica.
vid. loc. *eccleſia.*
Reſignatio judicalis 635
Res immobilis 636
Res judicata ibid.
Res litigioſa 640
Res mobilis 641
Reſtitutio in integrum 643
Retentionis jus 653
Retorſio injuriarum 659
Retorſio juris 660
Retractus jus.
vid. loc. *protimiſeos jus.*
Retrovenditionis pactum 664
Reviſionis remedium 670
Revocatio feudi.
vid. loc. *feudi revocatio.*
Revocatio juramenti 671
Revocatio teſtamenti.
vid. loc. *teſtamenti revocatio.*
Rotulus teſtium 673
Ruſtici 675
Ruſticorum ſervitia.
vid. loc. *operæ ruſticorum.*

S

Acra coena 675
Sacrilegium 676

Savi-

Sævitiæ.
vid. loc. *caſtigatio domeſtica.*
Salvus conductus 678
Satisdatio pro reconventione & expenſis 682
Schrifftſasſius 688
Scriptura privata ibid.
Senatus. Senator 689
Sententia 690
Sententiæ publicatio 693
Separationis bonorum beneficium 698
Separatio conjugum 700
Septiduum.
vid. loc. *litigantes th. 5. ſqq.*
Sepulchrum 701
Sequeſtrum 704
Servitus 707
Servitus actus 711
Servitus altius tollendi ibid.
Servitus aquam ducendi 712
Servitus aquæ hauſtus ibid.
Servitus fluminis.
vid. loc. *ſervitus ſtillicidii.*
Servitus habitationis.
vid. loc. *habitatio.*
Servitus ne fluminibus officiatur 713
Servitus oneris ferendi 714
Servitus paſcendi.
vid. loc. *paſcendi jus.*
Servitus ſtillicidii 714
Servitus tigni immittendi ibid.
Servitus viæ 715
Servitus uſus.
vid. loc. *uſus.*
Simultanea inveſtitura.
Simultanee inveſtiti 715
Societas. Socii 718
Sodomia 728
Solutio 729
Specificatio jurata 737
Spolium ibid.
Sponſalia 746
Sponſa. Sponſus 759
Sponſiones 760
Statuta ibid.

Statuta opificum.
vid. loc. *opifex.*
Stempel-Pappier.
vid. loc *charta ſignata.*
Stipendium 763
Stuprum. Stuprator Stuprata 766
Stuprum violentum 777
Subhaſtatio 779
Subinfeudatio 792
Subſellia eccleſiaſtica 795
Subſidium paternum 798
Subſtitutio directa & fidei commiſſaria ibid.
Subſtitutio exemplaris.
vid. loc. *ſubſtitutio quaſi pupillaris.*
Subſtitutio militaris ſeu compendioſa 800
Subſtitutio. Subſtitutus procuratoris 802
Subſtitutio pupillaris ibid.
Subſtitutio quaſi pupillaris 807
Subſtitutio reciproca 810
Subſtitutio vulgaris ibid.
Succeſſio 813
Succeſſio aſcendentium 815
Succesſio collateralium 819
Succesſio conjugum 824
Succesſio conventionalis.
vid. loc. *pacta ſucceſſoria.*
Succesſio deſcendentium 840
Succesſio feudalis.
vid. loc. *feudalis ſuccesſio.*
Succesſio mariti.
vid. loc. *ſuccesſio conjugum.*
Succesſio ſponſi & ſponſæ 843
Succesſio uxoris.
vid. loc. *ſuccesſio conjugum.*
Superinfeudatio 844
Supplicationis remedium 848
Suſpenſio ab officio 849
Syndicus ibid.

T*Axatio.*
vid. loc. *æſtimatio.*
Termini prorogatio 855
Teſtamenti apertura & publicatio ibid.
Teſtamenti executor 858
Teſtamenti revocatio 859
Teſtamentum. Teſtator 865
Teſta-

Teſtamentum ad pias cauſas 868
Teſtamentum ægroti.
vid. loc. *teſtamentum moribundi.*
Teſtamentum cæci 869
Teſtamentum condemnati 871
Teſtamentum conjugum 872
Teſtamentum filii familias.
vid. loc. *teſtamentum th. 9. ſeqq.*
Teſtamentum furioſi 875
Teſtamentum idiotæ 876
Teſtamentum inofficioſum ibid.
Teſtamentum irritum 877
Teſtamentum judiciale 878
Teſtamentum mente capti.
vid. loc. *teſtamentum furioſi.*
Teſtamentum militare 886
Teſtamentum moribundi 890
Teſtamentum muti.
vid. loc. *teſtamentum ſurdi & muti.*
Teſtamentum nullum 895
Teſtamentum nuncupativum 897
Teſtamentum parentum inter liberos 899
Teſtamentum principi oblatum 902
Teſtamentum privilegiatum 905
Teſtamentum prodigi ibid.
Teſtamentum propricidæ ibid.
Teſtamentum reciprocum 906
Teſtamentum ruptum ibid.
Teſtamentum ruſticum 908
Teſtamentum ſcriptum ſolenne 910
Teſtamentum ſurdi & muti 914
Teſtamentum tempore peſtis conditum 915
Teſtimonium. Atteſtatum 917
Teſtis. Teſtimonium 918
Teſtium atteſtata, depoſitiones 930
Teſtium denominatio 935
Teſtium examen ibid.
Teſtium productio 937
Teſtium revocatio 938

The-

Theſaurus 939
Tortura 943
Traditio.
vid. loc. *dominium th.* 2. & 7.
Tranſactio 958
Trebellianica.
vid. loc. *quarta Trebellianica.*
Tributa 965
Tutela. Tutor 966

Variatio 980
Vaſallus ibid.
Vectigal 981
Venatio 982
Venditio. Venditor.
vid. loc. *emtio venditio.*
Venditio ſubhaſta.
vid. loc. *adjudicatio. licitatio. ſubhaſtatio.*
Veneficium 987
Vidua. Viduus. Viduitas 989
Vinum 990
Vinum aduſtum 991
Unio prolium 991
Uſuræ 993
Uſuræ centeſimæ 1004
Uſuræ rei judicatæ 1005
Uſuraria pravitas ibid.
Uſus 1010
Uſusfructus 1012
Uxor 1018

Weergeldum 1022

Zinnß-Güter 1023

4. 6. 228

Digitized by Google

005650679

Digitized by Google